11-

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
20 K
14

# OMPENDIVM
## OMNIVM OPERVM
## IMII VIRI, ERVDITISSIMIQVE
## DOCTORIS,
## .Martini ab Azpilcueta Nauarri
*RI APOSTOLICIQVE ORDINIS*

*Canonicorum Regularium S. Auguſtini.*

PHABETICO ORDINE ACCOMMODATVM.

n allegationibus, & atteſtationibus Theologorum, Philoſophorum, atque vtriuſque Iuris Interpretum.

ctum per R. D. IACOBVM CASTELLANVM TARVISINVM, Sacræ Theol. Doct.

*denuo ab eodem Authore à multis quibus ſcatebat erroribus purgatum, multiſque in locis emendatum declaratum & auctum.*

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.




Disc.l.

Roma

ETIIS, Apud Robertum Meiettum. M.DCII.

# ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO DD. MICHAELI PRIOLO EPISCOPO VICENTINO.

CVM *primum ex* TARVIS. *ad tuam Illuſtriſsime Præſul Diœceſim acceſsi, ea fuit mens, vt & omnem in eam à te mihi demandatam animarum curam diligentiam conferrem, & me quacunque ratione poſſem beneficij tui memorem, gratumque præſtarem. Ex quo factum eſt, vt omnibus Philoſophiæ, atque Sacratiſſ. Theologiæ difficilioribus ſtudijs omiſsis, cum me in illud, quod omnium præſtantiſsimum, atque Parochis omnibus perneceſſarium Caſuum Conſcientiæ ſtudium contuliſſem, & relictis omnibus vni* MARTINO NAVARRO *viro admodum Pio, omniumq. Doctrinarum genere inſtructiſsimo applicuiſſem, tanta in eius ſcriptis legendis perfruebar voluptate, vt non mihi ſatis fuerit ſemel, ac iterum legere, ſed tertiò quoque omnia eius opera peruolutare decreuerim. Neque eo contentus, vt illum ad manus ſemper haberem, atque vnico (ſi fieri poßet) intuitu omnia eius fundamenta pro dilucidandis occurrentibus difficultatibus mihi forent parata,* INDICEM *copioſiſsimum compoſui, quo ſolo omnes mi-*

*hi propoſitas in caſibus conſcientiæ dubitationes tollere poßem. Viderunt multi opus, rogareq. cœperunt, vt ad omnium publicã vtilitatem typis excuſum proponerem. Quorum voluntati, cum me, non mihi vni, ſed omnibus natum eſſe cognouerim, morẽ geſſi, Et propterea cœpi magno adhibito labore, opus reuiſere, corrigere. augere, & quantum in me fuit, ad eam formam redigere, vt omnes eam, quam ſperabant, vtilitatem facilè capere poßent, Cumq; eſſet edendum non multum, diuq; mecum cogitaui cuius tutelæ illud commendarem, Tu enim ſtatim* PRAESVL PRAESTANTISSI*mente occurriſti vnus, quem dignum exiſtimaui, cui laborem hunc meum dicarem tanquam obſeruantiæ in te meæ præſtantiſſimum teſtimonium. Tanta enim eſt ſuauitas ingenij tui, tanta in omnes humanitas, Sũmma in Deum Religio, optima morum probitas, eximia ad colendam virtutem propenſio, vt nemo reperiatur, qui Te non ſuſpiciat, qui Te non admiretur, atque ad Te diligendum maxime non alliciatur. Quibus ego argumentis adductus, Tibi ſemper ero addictus ita, vt nihil vnquam prætermittam, quo & Tibi, & reliquis omnibus aliquod beneuolentiæ in te meæ teſtimonium, indicij argumentum, gratiq; animi, non omnino quale velim, ſed quale potero, monimentum non derelinquam. Accipe interim* ANTISTES INTEGERRIME *Munuſculum hoc, quod in tuo apparere Nomine volui, meq; tibi, & deditiſſ. & deuotiſſ. eſſe cognoſce. Vale.*

*Illuſtriſſimæ, ac Reuerendiſſ. D. tuæ*

*Addictiſſimus S.*

*Iacobus Caſtellanus.*

# IACOBVS CASTELLANVS
## LECTORI OPTIMO
### SALVTEM.

TABVLAM hanc copioſiſsimam, quæ omnia, ab eximio viro, Pio pariter, eruditiſſimo, omniumque ſcientiarum genere inſtructiſsimo MARTINO NAVARRO in omnibus ſuis operibus comprehenſa, ita ad Compendium redigit, vt merito poſsit ipſa dici Compendium, quæq; non niſi maximis meis laboribus, atq; vigilijs eſt cõſtructa, Benignisſime LECTOR, accipe. Sciaſque me plurimum inſudaſſe, vt ea, quæ dicuntur in ordinem redigerentur, ſed nõ potuit hoc ad amusſim à me obtineri: cum & varijs locis, & varijs propoſitis ſint adducta. Quia tamen quod potui, non omiſi, quæ non defuit bona voluntas ſufficiat.

Addidi ferè vbique rerum principalium (vbi ex Authore non habentur) definitiones ex Silueſtro, vel alijs, quod vbi fiet Crux. † indicabit. Cætera, quæ Authoris ſunt, vt locus appareat, ex quo deſumuntur ſignum hoc ¶ manifeſtat.

Reſtat, vt non ignores Tabulam hãc, veluti ſeminarium eſſe ad diſſoluendas, omnes, quæ poſſunt occurrere, præci-

puè,quo ad conſcientiam,quæſtiones. Quælibet enim mota quæſtio, vel formaliter, & explicite in hac Tabula continebitur,& diſſoluetur,vt an iudex Arbiter in quolibet loco, ſententiam ferre poſſit, quam non erit difficile inuenire ſub aliquo ipſius quæſtiones termino, verbo Arbiter, verbo Sententia, verbo Iudex. Vel ſaltem continebitur fundamentaliter, & implicite, ita vt ſi quæratur ſub aliquo termino ex quibus illa conſtat, fundamentum appareat, quo diſſoluuntur. Vt ſi quis quærat: An votum magis liget, quàm iuramentum, videat in verbo Votum, vel in verbo Iuramentum, & ex his, quæ vtrobique dicuntur quæſtionem diſſoluet. Tu interim Lector optime, meis vigilijs aſsidue vtere,& Deũ Opt. Max. pro me roges. Vale.

# OPERA NAVARRI HOC COMPENDIO COMPREHENSA

*Huius Præclariſsimi Viri opera omnia ad duo capita rediguntur. Quædam enim appellantur Commentaria. Quædam Conſilia. Commentariorum quatuor ſunt Tomi. Conſiliorum verò duæ Partes. Quæ autem ſinguli contineant ſubiectus Iudex notabit.*

## TOMVS PRIMVS.

COMMENTARIVS Cap.inter uerba.2.q.2.in quo de gloria, honore, laude, ac bona fama, eorumq; contrarijs traditur. Continetq; iſte Commentarius tria præludia, & ſex Concluſiones.

1 Concluſio. Non debere quem de laude falſa gaudere, ſed triſtari.
2 Concluſio. Debere nos vituperio falſo gaudere.
3 Concluſio. Sufficere nobis laudem conſcientiæ noſtræ.
4 Concluſio. Laudem vnius tantum interdum parere gloriam.
5 Concluſio. Licere deſiderare gloriam illaq; frui.
6 Concluſio. Detractionem, ſiue Murmurationem eſſe peccatum.

Commentarius Primus, de Regularibus, de Fine principali, & paupertate ipſorum in cap. cui portio.12.q.1.

Commentarius Secundus, de regularibus, de dominio bonorum ipſorum in cap. non dicatis.12.q.1.

Commentarius Tertius, de regularibus, de quibuſdam inſtitutionibus, & poteſtatibus Prælatorum in cap.nullam.18.q.2.

Commentarius Quartus, de regularibus, de ſtabilitate, & tranſitu ipſorum in cap.ſtatuimus.19.q.3.

Commentarius de Alienatione rerum eccleſiæ in principium, & Gloſſam ſummæ.12.q.2.

Et de ſpolijs Clericorum in cap.non liceat Papæ.12.q.2.

Commentarius de Vſuris in principium.cap.ſi fœneraueris.14.q.3. Et continet vigintiduo Notabilia.

Tractatus de Reditibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſeu Commentarius in cap.quoniam quicquid.16.q.1. Et continet tres Quæſtiones.

1 Quæſtio. An mortaliter peccent beneficiarij eccleſiaſtici ſuperfluè, aut profanè redditus ſuorum beneficiorum impendentes.
2 Quæſtio. An tales non ſolum peccent, ſed etiam teneantur ad reſtitutionem.

3 Quæſtio. An beneficiarij poſſint teſtari.
In fine autem annexum eſt quoddam propugnaculum Apologiæ S.D.N.Gregor. XIII. dicatum.
Commentarius in cap. humanæ aures. 22. qõ. 5. De veritate reſponſi, partim verbo expreſſi, partim mente concepti. Et continet tres Quæſtiones.
1. Quæſtio. An N. Coram Deo mentitus fuerit.
2. Quæſtio. An peierauerit coram Deo, licet non ſit mentitus.
3. Quæſtio. An (eſto non mentitus fuerit, nec peierauerit) alia ratione peccauerit.
Commentarius in cap. in loco benedictionis. 5. qõ. 4. De Silentio in diuinis officijs, præſertim in choro ſeruando.
Commentarius in cap. cum miniſter. 23. q. 5. de finib. humanorum Actuum.
Commentarius in ſeptem Diſtinctiones, de pœnitentia.
Diſtinctio 1. Continet tria præludia. & cap. 88.
Commentarius diſtinctus ſuper cap. in Leuitico, in eadem Diſtinctione prima. De Iubileo, & Indulg. & continet 34. Notabilia. Vbi declarat.
Primo dictum, §. in Leuitico à Notab. 1. vſque ad 7.
Secundò, Extrauag. Antiquorum. de pœn. & rem. à Not. 7. vſque ad 12.
Tertio, Extrauag. Vnigenitus. eod. tit. à Not. 12. vſque ad 24.
Quarto, Extrauag. Quemadmodum. eod. tit. à Not. 24. vſque ad 31.
Quinto, Extrauag. Indictionis Anni Iubil. Gregor. XIII. Notab. 32.
Sexto, Extrauag. eiuſdem ſuſpenſionis. Notab. 33.
Commentarius Diſtinct. 2. cum ſuis capitulis & paragraphis.
Commentarius Diſtinct. 3.
Commentarius Diſtinct. 4.
Commentarius Diſtinct. 5.
Commentarius Diſtinct. 6.
Commentarius Diſtinct. 7.

# TOMVS SECVNDVS.

MANVALE Confeſſariorum, & Pœnitentium. Continet decem Præludia, & 27. Capita.
Primum prælud. De eſſentia, & dignitate animæ rationalis.
Secundum, De Animæ potentijs.
Tertium, De ijſdem quatenus eſt Rationalis.
Quartum, De ſumma beatitudine, & miſeria.
Quintum, De Paſſionibus, & habitibus Animæ.
Sextum, De Actibus Animæ humanis.
Septimum, De merito, ſeu Demerito.
Octauum, De peccato originali, & actuali.
Nonum, De peccato mortali, & veniali.

Decimum,

Decimum, De pœnitentiæ Sacramento.
Primum Caput, De Contritione.
Secundum, De Confeſſione.
Tertium, De Satisfactione.
Quartum, De poteſtate, ſcientia, bonitate Confeſſoris.
Quintum, De interrogationibus faciendis.
Sextum, De peccatorum circumſtantijs.
Septimum, Cap. de ſeruanda fama proximi in Confeſſione.
Octauum, De ſigillo Confeſſionis.
Nonum, De iteratione Confeſſionis.
Decimum, Quomodo Confeſſarius debeat excipere pęnitétem.
xi. De primo præcepto Decalogi, de colendo Deo.
xii. De ſecundo præcepto. Non vane iurando.
xiii. De tertio præcepto. Feſtorum obſeruantia.
xiiii. De quarto præcepto. Honore parentum.
xv. De quinto præcepto. Non occidendo.
xvi. De ſexto præcepto. Non Mæchando.
xvii. De ſeptimo præcepto. Non furando.
xviii. De octauo præcepto. Non falſe teſtando.
xix. De nono præcepto. Non concupiſcendo vxorem proximi.
xx. De decimo præcepto. Et conſilijs Euangelicis.
xxi. De quinque præceptis Eccleſiæ.
xxii. De Septem Sacramentis.
xxiii. De ſeptem vitijs capitalibus.
xxiiii. De operibus miſericordiæ, & ſenſibus exterioribus.
xxv. De peccatis diuerſorum ſtatuum.
xxvi. Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius erga confeſſum.
xxvii. De cenſuris Eccleſiæ.
- Excommunicatione.
- Suſpenſione.
- Interdicto.
- Irregularitate.

In eodem capite xxvii. multa alia adiungit, videlicet, De
- De pollutione Eccleſiæ.
- De caſibus reſeruatis.
- Præſentatione Confeſſar.
- Regulis Confeſſar.
- Conſcientia.
- Opinione eligenda.

Commentarius de Oratione, & Horis Canonicis, atque alijs Diuinis officijs. cuius titulus eſt Enchiridion, ſeu Manuale de Oratione. Continet cap. 22.
Primum Cap. de præludijs continet 33. Concluſiones.
Secundum continet textum, & ſex Concluſiones.

Tertium,

Tertium, De Hora orandi tangit 78. Concluſiones.
Quartum, De geſtu orandi, tangit 17. Concluſiones.
Quintum, De loco orandi habet 41. Concluſiones.
Sextum, De mala, & bona oratione. 49. Concluſiones.
Septimum, De obligatis ad recitandum. 35. Concluſiones.
Octauum, De bonitate orantium. 6. Concluſiones.
Nonum, De oratione dormientis. 9. Concluſiones.
Decimum, De integritate Horarum. 68. Concluſiones.
xi. De cauſis excuſantibus ab Horis. 32. Concluſiones.
xii. Super cogitatu extrario. 7. Concluſiones.
xiii. De Attentione in orando. 61. Concluſiones.
xiiii. De præparatione ad recitandum. 5. Concluſiones.
xv. De re à recitatione aliena. 3. Concluſiones.
xvi. De impedimento attentionis.. 80. Concluſiones.
xvii. De occaſionibus bene recitandi. 50. Concluſiones.
xviii. Cap. circa nouem illationes, & tangit 108. Concluſiones.
xix. Continet 18. Concluſiones, & certas orandi formulas.
xx. Conciliat nonnulla Doctoris Medinę, & ipſius Auctoris.
xxi. Tractat 37. Concordias inter Sotum, atque ipſum Auctorē.
xxii. Quædam Miſcellanea, de oratione comprehendit.
Adiungit quædam extraria Miſcellanea.
Et prę ſertim de Pſalterio, & B. MARIAE.

# TOMVS TERTIVS.

Continet iſte Tomus quaſdam Auctoris. Relectiones, in Cap.
- Si quando, De reſcriptis.
- Cum contingat. eod. titul.
- Nouit de Iudicijs.
- Accepta, De reſtitutione ſpoliator.
- Ita quorundam, De Iudæis.

Commentarius in Rubricam de Iudicijs.
Commentarius de datis, & promiſs. in extrauag Greg. XIII.
Relectio in cap. ſi quando. continet Præludia quinque.
Exceptiones xxi.
Confutationem contrariorum.
Auctarium prælectionis.
Relectio cap. cum contingat, continet 15. Cauſas nullitatis.

Re-

Remedia ſeptem.

Commentarius in Rubricam de Iudicijs, tractat de iudicio, ſiue de iudiciali proceſſu ſumpto iudicio pro iudicandi actu.

Relectio in cap. Nouit, continet ſex Nobilia.

Primum, Deum omnia noſſe.

Secundum, Nullam creaturam omnia ſcire.

Tertium, Supremam iuriſdictionem mere laicam ſic eſſe penes Papam.

Quartum, Correctionem fraternam ſic definiri, & ſic pręcipi.

Quintum, Denunciationem Canonicam ſic definiri, & quo ordine ad eam deueniatur.

Sextum, Iuriſdictionem Eccleſiaſticam extendi ad cognoſcendum de omni peccato mortali cuilibet Chriſtiani etiam laici, ad finem liberandi eum ab illo.

Relectio cap. Accepta, continet diuiſionem, & caſum.

Confirmationes decem.

Oppoſitiones decem cum ſuis multiplicatis ſolutionibus.

Relectio. cap. ita quorundam, tractat de rebus Saracenis deferri prohibitis, & ibi de cenſuris in eo latis diſputatur. Continet autem vndecim Notab.

Primum Not. de Summa principaliter contentorum.

Secundum, De cupiditate, ſæuitia, crudelitate.

Tertium, De neceſſitate manifeſtandi ſe Chriſtianum.

Quartum, De verbo Saracenus, vnde dicatur, & cui conuenit.

Quintum, De propria, & lata ſignificatione huius verbi Arma.

Sextum, Quod per delationem Armorum hic vetitam non omnis eorum materia vetatur.

Septimum, Quod verba (Lignamina Galearũ) barbara ſint, & quæ includant.

Octauum, Qui ſint deferentes, vſum miniſtrantes, & quomodo differunt.

Nonum, Quare plus peccet Chriſtianus iuuans Saracenos, quàm ipſi.

Decimum, Quod ſubminiſtrans neceſſaria Saracenis in bello, incidunt in pœnas huius Cap. & quæ ſint illæ.

Vndecimum, Quod Galeas Saracenicas, & Naues Piraticas gubernantes incidunt in hunc Canonem.

Commentarius de datis, & promiſſis continet XXXII. Notabilia, quæ non poſſunt bene ſummari.

Con-

# CONSILIORVM
## DVAE SVNT PARTES.

*Continent autem Reſponſiones ad diuerſas ſibi propoſitas difficultates: Quæ ordinatæ ſunt per titulos iuxta Titulorum Decreti ordinem diſpoſitas.*

PRIMA Pars habet Titulos in ſubſcripto ordine contentos.

A

De Aetate, & qualitate, & ordine, &c. Lib.1.
De Appellationibus. Lib.2.

B

De Baptiſmo, & eius effectu. Lib.3.
De Bigamis. Lib.1.

C

De Cauſa poſſeſsionis. Lib.2.
De Celebratione Miſſarum, Sacramento Euchariſt. & Diuinis officijs. Lib.3.
De Cenſibus, Exactionibus, & Procuratoribus.
De Clericis peregrinis. Lib.1.
De Clericis non reſidentibus. Lib.3.
De Clerico ægrotante. Lib.3.
De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum. Lib.3.
De Conceſsione Præbendarum. Lib.1.
De Confeſſis. Lib.2.
De Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris. Lib.3.
De Conſtitutionibus. Lib.1.
De Conſuetudine. Lib.1.
De Conuerſatione coniugatorum. Lib.3.
De Conuerſatione Infidelium. Lib.3.
De Corpore vitiatis. Lib.1.

D

De Decimis, primitijs, oblationibus. Lib.3.
De Depoſito. Lib.3.
De Donationibus inter virum, & vxorem. Lib.3.

E

De Electione, & electi poteſtate. Lib.1.
De Emptione, & venditione. Lib.3.

F

De Feudis. Lib.3.
De Fideiuſſoribus. Lib.3.

De Filijs Preſbyterorum. Lib. 1.
De Foro competenti. Lib. 2.

H

De His, quę vi, metuſve cauſa fiunt. Lib. 1.
De His, quæ fiunt à pręlato. Lib. 3.
De His, quæ fiunt à maiore parte Capituli.

I

De immunitate Eccleſiarum. Lib. 3.
De in integrum reſtitutione. Lib. 1.
De iudicijs. Lib. 2.
De iureiurando. Lib. 2.
De iure patronatus. Lib. 3.

L

De Locato, & Conducto. Lib. 3.

M

De Maioritate, & obedientia. Lib. 1.
De Mendicantibus. Lib. 3.

N

Ne Clerici, vel vouentes. Lib. 3.

O

De Obſeruatione ieiuniorum. Lib. 3.
De Officio Vicarij. Lib. 1.
De Officio legati. Lib. 1.
De Officio iudicis ordinarij. Lib. 1.
De Officio iudicis. Lib. 1.

P

De Pactis. Lib. 1.
De Parochis, & alienis parochianis. Lib. 3.
De Prębendis, & Dignitatibus. Lib. 3.
De Præſcriptionibus. Lib. 2.
De Probationibus. Lib. 2.
De Procuratoribus. Lib. 1.

R

De Rebus Eccleſiæ non alienandis. Lib. 3.
De Regularibus. Lib. 3.
De Religioſis domibus. Lib. 3.
De Reliquis, & veneratione Sanctorũ. Lib. 3
De Renunciatione. Lib. 1.
De Reſcriptis. Lib. 1.
De Reſtitutione Spoliorum. Lib. 2.

S

De Sacra Vnctione. Lib. 1.
De ſententiã, & re iudicata. Lib. 2.

De

De Sepulturis. Lib. 3.
De Seruis non ordinandis,& manumiſſione. Lib. 3.
De Sequeſtratione poſſeſſionum. Lib.2.
De Solutionibus. Lib.3.
De Statu Monachorum. Lib.3.
De Summa Trinitate,& fide Catholica.Lib.1.
T
De Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.Lib.1.
De Teſtamentis.Lib.3.
De Teſtibus,& Atteſtationibus.
V
De Voto. Lib.3.
Vt lite pendente.

## SECVNDA CONSILIORVM PARS ſubiectos Titulos continet.

A
DE Accuſationibus,& inquiſitionibus. Lib.1.
De Adulterijs,& Stupro. Lib. 5.
De Apoſtatis,& reiterantib.Baptiſma. Lib.5.
C
De Celebratione Miſſarum Lib.5.
De Cenſibus Lib. 5.
De Clandeſtina deſponſatione Lib.4.
De Clerico excommunicato Lib. 5.
De Clerico non ordinato Lib.5.
De Cognatione ſpirituali Lib. 4.
De Conceſſione prębendæ.
De Conditionibus appoſitis Lib.4.
De Conſanguinitate,& Affinitate. Lib.4.
De Conſtitutionibus.
De Crimine falſi. Lib.5.
D
De Deſponſatione impuberum.Lib.4.
De Diuortijs. Lib.4.
De Donationibus. Lib.5.
E
De Eo qui ducit in matrimonium,quam polluit per adulterium. Lib. 4.
De

F
De Frigidis,& Maleficiatis.Lib.4.
De Furtis. Lib.5.
H
De Hæreticis.Lib.5.
De His,quæ vi.Lib.5.
De Homicidio.Lib.3.
I
De iniurijs,& damno dato.Lib.5.
De iudæis,& Saracenis.Lib.5.
M
De Magiſtris.Lib.5.
N
Ne Prælati vices ſuas.Lib.5.
O
De Officio Vicarij.
De Officio iudicis ordinarij.
P
De pactis.
De pœnis.Lib.5.
De pœnitentijs,& remiſſionibus. Lib.5.
De priuilegijs.Lib. 5.
De procuratoribus.
De purgatione vulgari.Lib.5.
Q
Qui filij ſint legitimi. Lib.4.
R
De Raptoribus incendiarijs, & violatoribus rerum Eccleſiaſticarum.Lib.5.
De Rebus Eccleſiæ non alienandis. Lib.5.
De Regularibus.
De renunciatione.
De reſcriptis.
S
De Secundis nuptijs.Lib.4.
De Sententia Excommunicationis. Lib.5.
De Sepulturis.
De ſimonia.
De ſolutionibus.
De ſortilegijs.Lib.5.
De ſponſalibus.Lib.4.
De ſucceſſione ab inteſtato.

De

T

De Temporibus ordinandorum.

V

De Verborum ſignificatione, Lib. 5.

De Vſuris. Lib. 5.

Commentarius imperfectus, De Lege Pœnali ſuper cap. Fraternitas. 12. q. 2.

# TOMVS QVARTVS.

## Continet opuſcula quædam.

PRimum, De Detractatione, Fama, & eius reſtitutione, & eſt.
Sexta Concluſio ſuper Cap. inter verba. ij. q. 3.
Secundum, De Cambijs. in principium cap. fin. de vſuris.
Tertium, De Eleemoſina in Cap. Quieſcamus. 42. diſtinct.
Quartum, De neceſſitate defendendi proximum ab iniuria, & morte ſpirituali, & corporali. in cap. non inferenda. 23. queſt. 3. ad declaranda certa loca in Manuali.
Quintum, De incompatibilitate Beneficiorum.
Sextum, De Simonia mentali, in cap. fin. de Simonia.
Septimum, De furto notabili. in c. fin. 14. q. 6. & de Homicidio caſuali.
Octauum, De fama, & infamia in c. non ſunt audiendi. ij. queſt. 3.
Nonum, imperfectum de lege pœnali.

# TOMVS QVINTVS.

ADdition della Repetition del Cap. Quando. de conſecrat. diſt. 1. continẽs 25. Monitiones rerum diuerſarum, lingua Hiſpanica.

FINIS.

# COMPENDIVM
## OMNIVM OPERVM
## EXIMII VIRI,

Eruditiſſimiq; Doct. MARTINI AB AZPILCVETA NAVARRI.

*Collectum per D. IACOBVM CASTELLANVM Taruiſinum, Sacræ Theologiæ Doct.*

## *A, vel Ab.*

PRæpoſitiones iſtæ ſi addantur tempori, vel actui generaliter ſine expreſſione diei certi nō includunt tempus præcedens actum, ſed ſolum ſequés immediate illum, vt in c. Anteriorum 2. q.6.& in c.quam ſit.de elect. Si verò addantur certo diei tempus præcedens actum includunt regulariter quando à lege proferuntur, & incluſio non eſt contra ius, quod colligit Cynus, quê ſequitur Salicetus in l.à Caligato. C.de nupt. facit ad hoc, c.à ſubdiacono.93.diſt.2.id verificatur quando proferuntur ab homine, atq; adiunguntur diebus maxime ſi de mente diſponentis expreſſè, vel tacitè id poteſt colligi. Cynus vbi ſupra 3. Idem verificatur quando incluſio eſt vtilis,& fauorabilis ei cui fit,nec datur dilatio,facultas,vel gratia,ſecundum Præpoſitiuum in c. ſuper eo, el 2.de app. &

B probatur ratione: quia in quocunque caſu dies cui adijcitur propoſitio à,vel ab, vbi incluſio termini ſine dilatione operatur vtilitatem,terminum ipſum includit.¶Nauar.1.p.conſi. lib.3. conſ.18. de præb. Sunt iſtæ particulæ propriè excluſiuæ;quare dies cui illarum altera adijcitur non cōputatur in termino iuxta cle. ſicut, de app. Aliquando tamen non excludunt, vt patet in Bulla Sixti IIII. de anno Iubil. vbi ſtatuitur, quòd annus incipiat à die vigiliæ Nat. Domini, in veſper. Idem in c.1.de ferijs, vbi ſtatuitur,

C quòd dies Dominici à veſpera in veſperam obſeruentur. ¶Com. de Iubil. Notab.24.& Notab.32. nu.36.

## *Abbas.*

ABbas quamuis ſit Monachus, cap.ſi. de ſimon.& tradit Panor. communiter receptus in c.quoniam Abbas, de off.deleg.& monachi appellatione in fauorabilibus veniat, non tamen venit in odioſis, vt communis habet ſententia, præſertim cum eſt probabile, quòd di-

ſponens noluit eum comprehendere. ¶Conſ.75.de Regular.nu.42.p.1.lib.3. & licet materia non ſit fauorabilis, ſatis eſt,vt non ſit odioſa.¶Com.c.fi.de ſimo. numero 5.

Abbas autem cenſendus aliquis non eſt,etiam ſi ſit electus,niſi deinde ſit cõfirmatus arg.c.Poſtquam,& c.nihil,de elect.Neque quicquam,vt Abbas facere poteſt,c.auaritiæ,eo.titu.lib.6.imò neq; omnia ante benedictionē,c.1.de ſuppl. negl.præla.¶Conſ.6.de reg.nu.5.

De illius præcedentia inter alios verſic.Præcedentia.

Si eſt vllius Diœceſis, & habeat iura epiſcopalia,eſt iudex ordinarius per gl. & tex.c.ordinarij,de off.ordi.li.6.c.cum eccleſiarum prælati.eo.tit. ¶Conſ.5.de ſponſ.nu.2.par.2.lib.5.

Eſt etiam Iudex immediatus ſuorum Monachorum in pertinentibus ad regulam ſuam,& regularia ſtatuta per l.fi. C. de iur.om.iud. & c. cum ab eccleſiarum prælatis,de off.ord. ¶Com.2.de reg. nu. 64.to.1.

Ad eum ſolum ſpectat poteſtas gubernandi monaſterium,tàm quo ad temporalia,quàm quo ad ſpiritualia. ca.Nulla. 18.q.2.¶Com.3.de Reg.nu.5.to.1. verſic.Monaſterium.

Minores ordines ſuis ſubditis ſine Epiſcopi examine conferre poteſt;quia id ei iure communi conceditur,c.cum contingat,de æta.& qual.ord. cum ei adnotatis,cui in cap.12.de refor.Seſſ.23.Conci.Trid. non derogat. vbi ſi ſatis intelligitur,colligitur,cum ſolum loqui de ſacris ordinib.¶Conſ.13.de priu.p.2.li.5.

Si concedit dimiſſorias pro ordinib. ſuſcipiendis alicui non ſuo ſubdito, eſt ſuſpenſus per Conc.Trid.ſeſſ.7.c.10.de refor.& ſeſſ.23.¶Conſ.23.de temp.ord. p.1.libro 1.

Si ille eſt vnius ordinis, & præſentet ſe ad Abbatiam alterius ordinis illa præſentatio nulla eſt; quia non eſt idoneus, c.cum ſingula,§.fi.de præb. li.6. ¶Conſ. 49.de reg.p.1.lib.3.

Procurare non debet, vt ſua iuriſdictio Epiſcopo detur, quia id grāde eſſet A dedecus Religionum cuius ſunt Abbates,ſi id illi nō faceret. Tum quia ſucceſſores poterunt in eis reſidere, & ſpecialem ſui territorij curam habere:tū quod id eſſet capere commoda,& onus abijcere,contra l.ſecundum naturam,ff.de reg. iur.& c.qui ſentit commodum,eo.tit.li. 6.& 4.quia omnis prælatus tenetur corā Deo ad iura eccleſię ſuæ defendenda,& alienata recuperanda quanto magis ad non alienandum?iux.c.ſine exceptione, el 2.12.q.2.¶Conſ.27.de præb. numero 6.p.1.libro 3.

Si ſtatutum condat etiam de conuentus conſenſu, nō poteſt ligare ſucceſſores:immò neque ſeipſum,ſecundum Pa B nor.communiter recep. in c.cum ad monaſterium,de ſtatu mona. ¶Conſ.20.de regular.nu.9.

Poteſt tamen ſibi legem imponere, ſed etiā ab illa recedere poteſt.¶Ibi, & conſ.47.nu.1.Si autem ſtatutum iurauit reuocando fit periurus,licet teneat reuocatio,per c.non eſt obligatorium, de regu.iur.lib.6.

Si eſt ſubditus Archiepiſcopo,hodie iuriſdictionem criminalem non habet. ¶Conſ.2.de fo.comp.nu.6.p.1.lib.2.

Sine conſenſu conuentus, neq; oblatos,neque monachos recipere poteſt,de iure communi,gl.cap.fi.de reg.ſecus de cõſuetudine præſcripta,vel priuilegio. C ¶Conſ.12.de voto.1.p.li.3. & com.3.de reg.ſuper c.nulla.18.q.2.nu.5.to.1.

Quare Panorm.tenens contrarium in c.Volaterana,de elect.& in c. ad Apoſtolicam,de reg. de tali conſuetudine, vel Priuilegio intelligitur,cum quo & Fel. in c.quoniam,de ſimo.Pro quibus facit, c.Porrectum,& d. c.ad Apoſtolicā.Debet tamen requirere conſilium eiuſdem ſui capit. licet illud non teneatur ſequi. ¶Com.3.de reg.nu.5.

Sine conſenſu conuentus Monaſterij bona non alienat.c.ſine exceptione,12. q.2. ¶Conſ.1. De his quæ fiunt à prælatis,nu.2.p.1.li.3.Poteſt autē ſine illo cędere, & alienare arbores nociuas. ¶Ibi. ſi autē arbores fructiferas cędat, & alienat peccat,& excommunicatur, arg.§.ſi.

fundum,cum ei ad no.per omnes, ff.ſol. mat.& l.1.ff.de vſufru. leg. & l.ſilua cædua,ff.de verb.ſign.¶Conſ.7. de reg.nu, 1.parte 1.libro 3.

Fructus Monaſterij debet impendere in neceſſarios vſus:primo ſuæ perſonæ, quia primo perſona eſt ſuſtentanda,quà reliqua,c.de his,de eccl.ædifi.habita tamen ratione non qualitatum extranearũ, ſed quatenus eſt beneficiarius illius ¶Trac.de red.eccl.no.36.q.3.& q.1.not. 30.2. Deinde Fabricæ, atq; ornamentorum Eccleſiæ, quia prius eſt eccleſia ſuſtentanda,quàm conuentus alendus, cũ locus præcedat locatum, ſaltem quo ad naturam, quia non entis non ſunt qualitates,l.ſi ſeruũ,§.1.ff.de act.emp.3.ca. & B tertio Conuentus;quia prius ſunt alēdæ perſonæ illius,quàm pauperes: cum ſint propiores ipſi eccleſiæ, & ipſis incumbit conſeruatio fructuum, & largitionis ſuperfluorum pauperibus. Niſi tamen hoſpitale ſit prius conſtructum,& à pauperibus frequentatum,& deinde ob auctas facultates fuerit conditum monaſterium. Quarto pauperum in hoſpitale cõfluentium: deinde aliorum,& alios pios vſus, quia omnes redditus eccleſiaſtici, etiam ſæcularium beneficia ſuperflui naturæ, & decentiæ ſunt eis impendendi. ¶Com.3.de reg.nu.6.& 7.to.1.

Eius authoritas multum diminuitur per poteſtatem in eum Monachis cõceſſam pro quo.gl.prædicti c. nullam 18.q. 2.citat illud ſolemnè c.viſis, 16.q.2.ibi humani moris eſt illum timere,cuius iudicio quis nunc deprimitur? ¶Vbi ſup. numero 3.

Abbates ſi ſunt perpetui,parum expedit,immo multum nocet, vt fiant triennales,facit plurimum illud c.viſis: ſecundo,quia inde innumera ſpiritualia vitia oriuntur,ambitio,conuentiones, ſimoniacæ, eneruatio diſciplinæ regularis, ſubornatio perpetua, & colluſio ſuſurrationes,detractiones,ſublationes; inclementiæ,crudelitates,negligentiæ,negotijs gerendis. ¶Ibid.

Non poteſt à ſuis Monachis pro arbitrio expelli, quia nullam poteſtatem ha- A bet inferior, quatenus talis in ſuperiorem,quatenus ſuperior.21. diſt. & c. inferior, de maio. Neque etiam poteſt ab illis inſtitui.c.Abbas.21.diſt. & c. ſi.16. q.vlt. Poteſt tamen eligi,quia iure commu. Electio eius pertinet ad conuentum c.cum dilectus,de conſuet.ca.nobis, de iure patro.16.q.ſi.c.fin. ¶Com.de regul. numero 1.

Poteſt priuare officijs,quæ ſuis Monachis confert ad nutum,etiam ſine aliqua cauſa,cap.cum ad monaſterium,de ſtatu monach. ¶Conſ.70.de ſimo.p.2.libro 1. Non poteſt teſtari, quia Regularis eſt, verſ. Regularis, pag.uu.11. Teſtamenti.

Monachus eſſe non deſinit ſi prius B erat Monachus,arg. c. cum ad Monaſterium,§.ſi.de ſtatu Monach. ¶Com.c.fin. de ſimo.

Prodigens redditus Monaſterijs in malos, vel vanos vſus videtur eſſe maximè proprietarius, vt ait Maior.4. diſt. 38.& qui male ab eo receperunt,niſi probabilis ignorantia excuſet,tenetur ad reſtitutionem, quia contra Regulam bonis Monaſterij vtitur. ¶Com.2. de Regul. nu.21. Poteſt excommunicare Monacum fugitiuum ſecundum Panor. in c.ſi.de Regular. ¶Ibi. numero 36.

Poteſt agere ſine licentia ſuperioris, & etiam eſſe Procurator alterius, iuxta gl.receptam in Cle. Religioſus de Pro- C cur.& c.2.de teſtam.& idem ſi habet aliquem Prioratum, vel etiam adminiſtrationem ſaltem Manualem,c.cum deputati. De Iudic. ¶Ibi.num.64.

Non poteſt condere teſtamentum, c. 2.de Teſtam.quia vere Regularis eſt, c. ſi.de Sim. Neque poteſt habere propriũ c. Abbati, diſt.54. ¶Com.2.de Regular. nu.44. Et idem dicendum eſt, de Abbatiſſa.

## *Abbatia.*

ABbatia cum alia Abbatia ſunt incõpatibilia beneficia contenta ſub capit.de multa,de præb. quia ſunt dignitates,de quibus illud diſponit,ſunt etiam beneficia curata,quia iuriſdictionem habent ſpiritualem in vtroque foro, ca.di-

ctum, el 2. de elect. c. cum ab eccleſiarũ, & c. quanto, de off. ord. & de iure communi reſidentiam requirunt, quia ſunt beneficia quaſi Epiſcopalia, & habent territoria ſibi tantum, & non alijs Epiſcopis ſubiecta. Non tamen ſunt Eccleſię Parochiales; quia vt habetur in facto, non habent parochiam, cuius animarum curam debeant ipſarum Abbates exercere per ſe immediate. ¶ Conſ. 27. de pręben. per totum, p. 1. lib. 3.

Abbatiæ commendatarius poteſt facere, quicquid facit Titularis. ¶ Conſi. 5. de ſponſ. nu. 1. p. 2. lib. 4.

## *Abbatiſſa.*

ABbatiſſa electa, & confirmata ſi intra annum non benedicatur, vbi benedici ſolet, ius ſuum amittit. c. indemnitatibus, §. verum, de elect. lib. 6. & cle. attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu mon.

Vbi verò benedici non ſolet non eſt benedicenda; per allegata à contrario ſenſu, & notata in gl. quam ſequitur ibi Card. Imol. & Bonif. d. §. ſtatuimus. Si autem eſt triennalis, niſi aliud curia ſeruet, non eſt benedicenda glo. dicti, §. in verſ. Benedictio. ¶ Conſ. 2. de regul. parte 1. libro 3.

Illi competit gubernatio Monaſter. quo ad omnia; ver. Monaſterium.

## *Abbreuiatio.*

ABbreuiatio termini citatorij nõ eſt iuſta cauſa appellandi ei, qui vltra terminum coram iudice comparere poteſt, ſecundum Ant. Panor. & Imo. in c. 1. de dilat. ¶ Relect. cap. cum contingat, de reſcrip. cauſa. 6. nullit. nu. 4. to. 3.

## *Abiurare.*

ABiurare eſt à re aliqua cum iuramẽto recedere de non redeundo ad illam, c. Accepta; & c. Audita, de reſt. ſpo. c. ad abolendam, de hæretic.

Eſt autẽ duplex abiuratio altera, qua quis pœnitet hæreſeos iam incurſæ, cõfeſſæ, vel probatæ, vt miſericordiam cõſequatur, iuxta, c. 1. 1. q. 7. & c. Ego Berengarius, de conſe. diſtin. 2. Altera, qua

A quis ſuſpectus de hęreſi ſe purgat, & monſtrat innocentem iuxta formam à iudice decretam, de qua in d. c. ad abolendam.

Et quia ſuſpicio poteſt eſſe duplex, videlicet vehemens, atque leuis: ideo, & ipſa abiuratio erit, vel de leui, vel ee vehementi: & vtraque eſt quædam purgatio Canonica, vt colligi poteſt ex c. accuſationem, de hæret. lib. 6. ¶ Conſ. 5. eod. tit. parte 2. libro 5.

Hinc colligitur, quòd Hæreſis abiuratio eſt receſſio ab illa cum iuramento de non redeundo amplius aſt eam. Improprie verò eſt Negatio, qua inquiſitus cum iuramento ſe purgat, negando ſe

B in illam incidiſſe, & deteſtatur eam, promittendo ſe nunquam in illam incurſurum. ¶ Conſi. 6. eo. tit.

Qui abiurauit iuxta priorem ſignificationem, ſi eſt beneficiarius perdit omnia beneficia, & efficitur indignus ad illa, non autem, qui abiurauit iuxta ſecundam, verſ. Abſolutio. Qui abiurauit de leui, ſi recidat, non habetur pro relapſo, licet aliquanto grauius puniri debeat: ſecus, qui abiurauit de vehementi, d. cap. Accuſatus.

Colligitur etiam, quòd abiurare eccleſiam, eſt renunciare illam, & iurare, ſe non repetiturum eam, c. cum inter, de renun. vbi Imola, id connotauit. ¶ Tractat. oppoſitio. numero decimo, tomo

C tertio.

Abiuratio beneficij ſponte facta contra agentem interdicto ad eandem admittitur, quod eſt indubitatum, per capitulo Accepta. de reſtitutio. ſpol. & eadem ratione admittenda eſt contra agẽtem interdicto retinendum. Sicut abiuratio quæ allegatur facta poſt ſpolium non obſtat petenti reſtitutionem: ita neque facta ante adeptam poſſeſſionem, ob timorem ipſius impediendæ. Quæ noua, & ſingularis doctrina eſt: confirmarique poteſt ex eo, quòd dans aliud, vt aliud magis ſibi debitum adipiſcatur, repetere poteſt, lege finali, & lege ſecunda, ff. de condit. ob turpem cauſ. ¶ Ibid. numero 8.

Contra agentem interdicto recuperandæ in beneficialibus, ſimiliter admittitur: ergo, & contra agentem interdicto adipiſcendæ, niſi tamen illa eſſet malitioſa. Ibid.

## Abortus.

ABortum mulieris qui procurat inducendo, conſulendo, cauſando medicamentis, labore, inædia, vel quocunque alio modo directè, vel indirectè: ſiue aliquid facit, vnde ille neceſſario proueniat, mortaliter peccat, etiam ſi non ſequatur effectus. Et ſi fœtus erat animatus anima rationali irregularitatem incurrit ſecundum omnes, ſi effectus ſequitur. Minimè autem ſi non erat animatus, c. aliquando, cum ſeq. 32. q. 2. ſemper autem poſt 40. dies præſumendum eſt illum fuiſſe animatū: quia pars ſecurior eſt eligenda, c. iuuenis, de ſponſal. ſentit gl. in ſumm. diſt. 5. Qui verò in periculum abortus mulierem non adegit etiam ſi ſequatur, mort. non peccat; ſecundum Ant. 2. polit. 7. c. 8. ¶ Manua. c. 15. nu. 14. to. 2.

Hinc ſequitur primò: Qui conſuluit mulieri, vt abortiret, & certò ſcit illum effectum fuiſſe ſecutum, & ſi neſciat an propter eius conſilium id euenerit, neque an fœtus fuerit animatus, de hoc autem probabiliter dubitat, debet iudicare ſe irregularem. ¶ Conſi. 22. de homic. p. 2. lib. 5.

Qui abortum conſuluit ei, quam dubitabat eſſe prægnantem, quia & illa dixerat ſe dubitare de hoc, non debet credere ſe irregularē. ¶ Conſ. 21. de homi.

Qui ſaltauit cum muliere prægnante, quæ abortum fecit, an ſit irregularis; c. irregularitas. Nota, quod per Extraua. Sixti V. ſunt ipſo facto excōicati excommunicatione reſeruata Papæ omnes procurantes abortum, quocunque modo ſiue fœtus ſit animatus, ſiue non: & procurantes quocunque modo ne mulieres concipiant. Et ſi ſunt clerici priuantur omnibus beneficijs, & officijs, neq; poſſunt ad vlteriora progredi, ſiue ſint occulti, ſiue manifeſti, Extrauag. Sfrenatā, A latam ann. 1588. 16. Nouemb. Sed poſtmodum Grego. XIIII. illam reduxit ad terminos iuris communis in Extrauag. Sedes Apoſtolica, lata annor. 1591. prid. Kal. Iunij.

Ita vt quo ad excommunicationem poſſint abſolui non a quocunque ſimplici Sacerdote authoritatem habenti audiendi Confeſſiones, vt habet quædam littera; ſed à delegato ab Epiſcopo quo ad hoc, vt habet alia littera verior. Quo vero ad pęnas alias remittit tales ad ius commune.

## Abſolutio.

ABſolutio idem eſt ſecundum Ta- B bien. quod vinculi ruptio, ſeu remotio, ſiue illud ſit corporale, ſiue ſpirituale eſt autem duplex Vinculum Alterum Cenſurarum, alterum peccatorum quod & ſi primum ſit, quia eſt cauſa, propter quam quis incurrit Cenſuras, pręcedere tamen debet Abſolutio à Cēſuris iux. Thom. 4. diſtinctione 19. quęſtio. 1. & Authorem noſtrum in Manua. c. 26. num. 2.

Abſoluere poteſt confeſſarius à fractione iuramenti, iuſta de cauſa per bullam Cruciatæ. ¶ Conſ. 3. de iureiur. p. 1. libro 2.

Abſoluere qui poteſt ab excommunicatione lata à iure, poteſt etiam a lata ab C homine generaliter iuxta deciſionem Ang. Imo. in c. graue, de præb. ¶ Manua. c. 27. nu. 44. to. 2.

Abſoluere poteſt Epiſcopus eos, qui in gradibus prohibitis matrimonij contraxerunt, quia talis abſolutio non eſt reſeruata Papæ. Cle. 1. de conſangui. & ibi gl. ¶ Conſ. 1. de Priuile. nu. 3. p. 2. lib. 5.

Abſoluere etiam poteſt ab excommunicatione Papæ reſeruata, pauperes excommunicare non aſſuetos, arg. c. quod de his, & c. quamuis, de ſent. exc. ¶ Cōſ. 14. nu. 1. de ſen. exc. p. 2. lib. 5.

Abſoluere nequeunt mendicantes à caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam ſi in vrbe confeſſiones audiunt, iuxta cle. dudum, de ſepult. niſi ſpecialem habeant facultatē Cōſ. 14. de pę. & rem. p. 2. li. 5.

Abſoluere qui poteſt ab excommunicatione virtute iuriſdictionis delegatæ à Principe, aut ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis, vel officij, poteſt etiã committere illam, iuxta gl. recep. in c. fi. de offi. ordi. Non autem id poteſt facere ille, cui commiſſum eſt ſimplex abſoluẽdi miniſterium, abſque iuriſdictione, de quo intelligitur c. fin. de off. deleg. quod quidem miniſterium poteſt delegari etiam à delegato ordinarij, & à ſubdelegato delegati Papæ. ¶ Manua. capit. 27. numero 44.

Abſoluere poſſunt Epiſcopi, ex Cõc. Trid. etiam à caſibus in Bulla cœnæ contentis. ¶ Conſ. 43. de ſen. exc.

Abſoluere ſeipſum nemo poteſt, neque dare alteri facultatem ſe abſoluendi. arg. c. qui per alium, de reg. iur. lib. 6. quia poteſtatem, quam quis non habet dare alteri non poteſt, l. ſi vniuerſę, C. de leg. & c. quod autem, de iur. pa. ¶ Conc. de Iubil. Notab. 20. nu. 9. to. 1.

Abſoluere omnes, omnis ſacerdos iure diuino poteſt, quia in ſua ordinatione illam accipit iuriſdictionem, ſaltem in habitu. c. adijcimus, & c. generaliter. 16. qu. 1. licet iure humano adepta ſit illius executio, donec aſſequatur eam, vel ratione Tituli, vel de alia licentia. ¶ Manua. c. 27. nu. 260. to. 2.

Abſoluere qui poteſt, poteſt & condemnare, l. qui condemnare, ff. de re iudic. & in Reg. Nemo. ff. de reg. iur. multa citantur à gl. & Doct. ¶ Com. c. verbum. de pœn. diſt. 1. nu. 1. to. 1. vbi etiam multa Auth. adducit in contrarium, & ſoluit.

Abſolui nequit ſacramentaliter ille, qui nullum peccatum ſpeciale confitetur ſe commiſiſſe, etiam ſi generaliter confiteatur ſe plurima commiſiſſe, ſufficit autem etiam veniale aliquod antea confeſſum. ¶ Com. cap. quem pœnitet. de pœn. diſt. 1. nu. 10.

Abſolui nominatim excommunicatus virtute Cruciatæ ſine præcedente ſatisfactione non poteſt. ¶ Conſil. 2. de ſent. ex com. p. 2. lib. 5.

Abſolui pœnitentes poſſunt virtute Iubilæi à reſeruatis Papæ, & poſt conceſſionem Iubil. commiſſis. ¶ Conſ. 43. tot. & tract. de indulg. Not. 43. nu. 4. to. 1. & ratio eſt, quia Diſpu tatio generalis includit omnes ſpecies. verſ. Lex. Secundò, quia eſt beneficium Principis cum magno gaudio ad magnam lætitiam conceſſum, & ideo latè & alacriter eſt interpretandum.

Abſolui virtute Cruciatæ poteſt excommunicatus, quando res eſt dubia, etiam parte non ſatisfacta. c. venerabilib. §. porrò, de ſent. excom. lib. 6. ¶ Conſ. 7. nu. 7. eo. tit.

Abſolui ab excommunicatione antequam ſatisfaciat nequit, qui ob manifeſtam offenſam irregularitatem incurrit. cap. ex parte. de verb. ſign. & tradunt Doct. in c. qua fronte, de appel. ¶ Conſ. 2. de condi. appo. p. 2. lib. 4.

Abſolui poteſt à percuſſione Clerici, & à quacunque alia excommunicatione Papæ reſeruata, ille qui ob legitimum impedimentum Romam adire non poteſt. c. quod de his, de ſentent. excomm. c. eos. eod. tit. lib. 6. & tunc amplius non tenetur Romam adire. ¶ Conſ. 14. eo. tit. libro 5.

Abſolui nequit, quæ nupſit infideli, niſi ab eo ſe ſeparet. Matrimonium. n. illud non valet, per tex. & gloſ. c. caue. 28. q. 1. & conſequenter eorum conuerſatio eſt ſtatus fornicarius, malus & intolerabilis. c. Nemo. & cap. meretrices. 32. q. 4. ¶ Conſ. 3. de cland. deſpon. numero 18. par. 2. lib. 4.

Abſolui poteſt in artic. dubiæ reſtitutionis pœnitens, qui verè proponit facere, quod tenetur ſecũdum peritorum ſententiam. ¶ Com. Fratres. de lege pœnali. nu. 32. conſ. p. 2.

Abſolui magis merentur actu reſtituentes, quàm reſtitutionem promittentes, quia illud penitus tollit culpam. argu. l. minus eſt habere actionem, quàm rem. ff. de reg. iur. ¶ Conſ. 1. de pœn. & remiſſ. p. 2. li. 5.

Abſolui poteſt quilibet in mortis articulo à peccatis etiam reſeruatis, & cẽſuris, etiam à ſimplici ſacerdote, argum. cap. quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. 1.

cap.

cap.quod in dubijs,de ſent.excommun. iuncto cap.ſi quis ſuadente.17.q.4.& clarius id decernit Concil. Trid. capitu.7. Seſſ.14. declaratum ab Auth.in Manua. cap.27.numero 272.& melius. c.26.numero 26. Etiam ſi præſens eſſet proprius Parochus, quod eſt nouum contra Innocentium,in cap.1.de ſent.excomm.propè finem, quem ſequitur Silueſt. verſic. Confeſſor.3.q.6.& Sotus.4. diſt.18.q.4. arti.4. & ratio eſt, quia Conc.verba non ſolum ſunt generalia,ſed etiam vniuerſalia,ibi(omnes ſacerdotes) & ibi(quoſcunque pęnitentes) & à quibuſuis peccatis,& ita generaliter, & vniuerſaliter intelligenda ſunt,iuxta.l.de pretio.ff.de publici. in rem actio. in ſimilibus. Et concluſio iſta fauorabilis eſt animarum ſaluti. Quamuis conſultius faceret, qui præſente Parocho,vel ſuperiore,faceret ſe potius ab illo abſoluere, quà ab alijs. ¶Conſ. 35. de pœnit. & remiſſ. parte 2. libro quinto.

Abſolui nequeunt hæretici, etiam in mortis articulo, niſi omnes deteſtentur errores ſaltem implicitè, & in genere, quia impium eſt à Deo dimidiam ſperare veniam.ca.ſunt plures. de pęn.diſt.3. & c.Fleant.cum glo. de reg.iur. ¶Conſ. 1.de conſti.nu.70.p.1.lib.1.

Abſoluēdi poteſtatem, qui habet ex officio illam delegare poteſt. c.ſi.de off. ordi. Vbi & ſi ſpecialiter diſponatur de excommunicatione.c. ſi quis ſuadente, non tamen huius locum habet in alijs, vt declarat Panor. & cōſequenter idem ius eſſe debet de illis. ca. cum dilectus, de confir.vtil.& l.illud.ff.ad leg. Aquil. Neque obſtat.c.ſi.§.cæterum, de off.delega.quia diſponit de habente poteſtatem ordinariam ex priuilegio,vt gl.ſingu.declarat in d.c.ſi. de off. ordin. quam vtrobique Doct. approbant. ¶Conſ.1. de conſtit.numero 75.p.1.lib.1.& conſ. 12.nu.88.

Abſoluēdi facultas facta multis a peccatis etiam Epiſcopo reſeruatis, etiam à Legatis Papæ virtute generalis legationis, non ſuſpenditur per ſuſpenſionem factam in Anno ſancto:quia nō ſunt auA thoritate Apoſtolica facta ab ipſo Papa, cum non ſint de illis reſeruatis. ¶Com. de Iubil.Not.28.to.1.

Abſoluendi facultas à cenſuris, & pęnis, non extenditur ad irregularitatem, quia illa non eſt cenſura, neque pœna proprie.¶Manua.c.27.num.250.

Abſoluendi facultas data in Iubilęis extēdit ad peccata futura.verſ. Indulgētia.

Abſoluendi poteſtas indelebilis eſt ſicut etiam character ſacerdotalis, quia vnà cum ipſa conſecrandi facultate à ſummo Deo accipitur. arg.ca.tranſlato. de conſti.c.ſuper eo.de præb. lib. 6. ſed id intellige,quando adeſt materia debita.¶Com.c.1.de pę.di.6.nu.3.

B Abſoluendus eſt,qui vnum, vel alterum peccatum, non autē omnia ob ignorantiam linguæ nouit confiteri, & animum habet omnia integre confiteri. ¶Conſ.10.de pę.& remiſſ.p.2.lib.5.

Abſoluendi poteſtatem,qui habet ex priuilegio perpetuo, ratione ſuæ dignitatis, poteſt illam delegare ſecundum gl.ſolem.recep.in c.ſi.de off.iud. deleg. ¶Conſ.75.de reg.nu.34.p.2.lib.3.

Abſolutio ab excommunicatione nō facta mentione de alia, valet ſecundum gl.communiter recep.c.ex parte. de off. ord.¶Conſ.1.de conſti.nu.52.

Facta de mandato Papæ, vt fuit ſecundum formam iuris,valet ea non ſeruata, C ſi fiat ab eo,qui aliunde non haberet facultatem abſoluendi.¶Conſ.71. de reg. nu.3.& in Manua.c.27.num. 37. & ratio eſt,quia non fuit intentio Papæ inducere nouam formam, ſed admonere commiſſarium id,quod ſecundum ius debet facere. quod in ſimili dixit Inn. in c.fin. de præſcr.quem ſequitur gl. ſing. & receptiſſima,quæ magna eſt in Clem.1,de off. deleg. Nam ſicut excommunicatio valet, licet ſit iniuſta regulariter, ita & abſolutio.c.venerabilibus,§.vbi.de ſen. excom.li.6.¶Ibidem.

Abſolutio ab excommunicatione data ad cautelam à Vicario vrbis,ei,qui domicilium non habet, eſt valida. ¶Conſ. 28.de ſent.exc.nu.21.p.2.li.5.

Data de vna cenſura non extenditur

ad alias, ſecundum veriorem intellectũ, c. ex parte, de off. ord. & c. ſuper cauſam, de ſen. exc. ¶ Conſ. 1. de cler. excom. p. 2. libro 5.

Data virtute Cruciatæ non prodeſt, niſi in foro conſcientiæ tantum, niſi priuilegium daret facultatẽ expreſſe, quoad forum exterius, & interius. ¶ Conſi. 23. de pen. & remiſſ. p. 2. lib. 5. & Manua. c. 26. nu. 31. c. 27. nu. 150.

Data de omnibus virtute Iubil. etiam de oblitis intelligitur. ¶ Manua. ca. 26. numero 10.

Ab excommunicatione ſuſpenſo, vel interdicto dari ſemper debet ad cautelam, ibid. Non debet tamen dari ab ea, neque à peccatis de futuro: quia abſolutio non debet eſſe in ſuſpenſo. ¶ Ibid. numero 12.

Data, vigore Bullę, non poteſt dari extra confeſſionem, quia communiter Bullæ dant facultatem eligendi confeſſarium, qui abſoluere poſſit. ¶ Ibi. nu. 31.

Si conferatur mortuo ab eo, qui in vita poterat eum abſoluere flagellando ſepulchrum ſi eſt in loco ſacro, valet ad hoc, vt poſſit orari pro eo. Si verò ille nõ erat in loco ſacro, valet ad hoc, vt in illo ſepeliri poſſit, aut ab illo, vt non extrahatur. ¶ Vbi ſup. nu. 32.

Abſolutio a cenſuris danda eſt moriẽti, qui loquelam amiſit, cum ſigna contritionis oſtendit, quia tunc cenſetur cõtritus, & in ſacramento deuotus. cap. his qui. 26. q. 6. à peccatis aũt nõ poteſt dari, quia illorum confeſſio pars eſt quædam ſacramenti, pęnitentiæ eſſentialis, ſine qua illud conſtare non poteſt. Abulens. c. 16. in Matth. q. 19. Pro contraria ſentẽtia plurimos ac grauiſſimos Authores quos ſequitur, citat candelab. Aur. Tit. de Abſol. nu. 71. Si autem per ſigna confiteretur, abſolui poſſet, vt alius mutus. ¶ Manua. capit. 26. nu. 27. capi. 27. numero 268.

Abſolutio ſacerdotis regulariter valet, etiam ſi ſit iniuſta, quando illi nihil ex ſubſtantialibus deeſt, ſecundum mẽtem omnium in 4. diſt. 17. arg. l. illud, ff. ad leg. Aquil. & c. 2. de tranſlat. prælato.

A Ideo data excommunicato valet, licet qui dat, & qui accipit ſcienter ſacrilegium committat. arg. c. ſi celebrat de clerici, excomm. min. Caiet. in ſumm. contra Ang. verſ. confeſſor. §. 4. & tunc quando qui accipit id ſcit, non eſt valida ob defectum integritatis confeſſionis. non enim confitetur peccatum illud. ¶ Manua. c. 9. nu. 2. & in com. c. fratres, de pę. diſt. 5. nu. 49. & com. cap. conſiderat ead. diſt. §. cautus, nu. 241.

Abſolutio non eſt genus ad indulgẽtiam contra Caiet. quia datur indulgentia, quæ non eſt abſolutio, vt quæ conceditur animabus purgatorij. ¶ Com. de Iubil. 28. nu. 11.

B Abſolutio debet fieri a ſacerdote per verbum indicatiui. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. quod Chriſtus tacitè innuit, licet nõ determinauerit. Et eſt optima forma dicere potius abſoluo, quam remitto, quia peccata ſunt vincula quædam, quibus ligãtur animæ, ideo rectè à ſacerdote ſoluuntur. ¶ Com. c. multiplex, de pę. diſ. 1. & c. 1. diſt. 6. nu. 9. Tho. 3. p. q. 84. artic. 3. Conc. Flo. §. quartum ſacramentum.

Abſolutio à reſeruatis facta virtute Iubilæi per confeſſorem eadem virtute electum, valet, licet reliqua ad Iubilæũ quærendum non fiant, modo pœnitens verũ haberet propoſitum, quando confitebatur, indulg. quærendi, alioquin confeſſio non fuiſſet integra, neque per cõſequens abſolutio valida. ¶ Miſcella. 59. de orat. nu. 130. to. 2.

C Abſolutio inquantum exit à ſacerdote ſemper eſt efficax, & certa, licet quandoque ex parte illius cui fit inefficax maneat. ¶ Cap. 1. de pę. di. 6. nu. 16. to. 1.

Abſolutiones iſte quæ dantur generalem confeſſionem facientibus non ſunt ſacramentalis, ſed quædam bona præcationes. ¶ Com. c. Multiplex, de pęn. diſt. 1. numero 2.

Abſolutio fractionis voti differt ab abſolutione voti, itaq; votũ perpetuum ſemper obligat, licet vouens a peccato fractionis voti abſoluatur. Ant. 2. p. ti. 12. c. 282. ¶ Cõſ. 34. de vo. red. nu. 1. p. p. li. 3.

Abſolutionis petitio ab excommunicato-

catione non inducit neceſſitatem eius; licet petatur, glo. ſing. c. venerabili, de electio. verſ. poſtulauit: quatenus loquitur de petitione ad cautelam, & allegat c. ad eius, 5. diſt. & tenet Panor. poſt multos a ſe citatos, conſil. 1. ne clerici. vel monach. nume. 3. p. 1. li. 3. & qui id facit non fatetur ſe excommunicatum, iuxta prædictam gl. ¶ Conſi. 5. de emp. & ven. nu. 3. 1. p. lib. 3.

Abſolutionis plenariæ forma data ratione indulti continentis facultatem eligendi confeſſ. qui poſſit abſoluere ab omnibus in mort. art. de quibus eſt corde contr. & ore cōfeſſus, exceptis cōmiſſis ex fiducia illius indulti, eſt iſta. Authoritate ſedis Apoſtolicæ mihi pro nunc commiſſa concedo tibi plenariam remiſſionem peccatorum tuorum, de quibus es corde contritus, & ore confeſſus sub qua intelligitur etiam, ea, quæ ante confeſſus eſt, & venialia, de quib. non tenetur confiteri, vt latè concludit D. Anton. p. 1. titu. 20. c. 3. §. 2. & omnes probant, exceptis his, quæ ex confidentia huius indulti commiſiſti. ¶ Com. de Iubil. Notab. 30. nume. 8. Non eſt tamen forma neceſſaria, ſed ſufficit ſi dicatur. Concedo tibi abſolutionem in hoc indulto contentam. Et in caſu neceſſitatis poteſt fieri a laico, qui poteſt eſſe idoneus quo ad hoc, licet non quo ad alia, quia iſta abſolutio non eſt ſacramentalis, ſed iſta ſententia impugnatur a multis exiſtimantib. Papam per idoneū confeſſorem intelligere ſacerdotem. ¶ Ibi. nume. 9. Et extenditur etiam ad peccata oblita numquam confeſſa. Ibi. num. 11. Et amenti dari poteſt, ſi cum adhuc eſſet ſana mente, declarauit ſe velle abſolui, vt hmōi caſus contingeret. Et etiam ſi id non declarauit, ſed ea mente fuit, quia electio virtualis ſufficit, ſecundum Antonin. Felinum, & Sylue. ¶ Ibi. num. 12.

Abſolutionem negare nō debet confeſſor ob peccata ſibi ab aliquo non confeſſa, & præcipue ſi non teneatur de illis interrogate. ¶ Conſi. 1. de confti. nu. 44. p. 1. li. 1.

A Abſolutus ad effectum quærendi Iubil. ſtatim in vtroque foro reincidit, & hoc, vt euitetur grauiſſimum præiudicium, quod fieret his, in quorum fauorē eſſet excommunicatio lata. Etiam per abſolutionem in foro conſcientiæ tantum, quia per illam, debitores negligentiores fierent ad ſoluendum, videntes ſe abſolutos. ¶ Conſi. 75. de regular. p. 1. lib. 3.

Abſolutus a Vicario cenſetur abſolutus ab eo, cuius ille Vicarius eſt, quia idem eſt tribunal, eadem poteſtas, atque authoritas, cap. non palam. de conſuet. li. 6. ¶ Vbi ſup. nū. 61.

Abſolutus a pęna incurſa ratione voti, non eſt a voto abſolutus, quia aliud B eſt obligatio ſoluendi pęnam fractionis iam incurſam, & aliud votum. Et in Iubil. Papa cōcedit facultatem commutandi vota nulla facta mentione, de condonatione obligationis ad ſoluēdas pęnas. ¶ Conſi. 35. de voto, nu. 1. p. 1. lib. 3.

Abſolutus quo ad forum interius tantum, non eſt abſolutus, quo ad exterius, c. de his, cum gl. de accu. quam communiter receptam ſequitur. Ioan. ab Ana. ¶ Conſi. 5. de Priuil. nu. 8. p. 2. lib. 5.

Abſolutio ab excōmunicatione ſub forma ſi prius cauerit, & cum citatione, & admonitione cenſetur abſolutus ſub conditione, ſi ante tempus cauerit ¶ Conſ. 17. de ſen. exc. p. 2. li. 5.

Abſolutus ab hæreſi per abiurationē C habetur pro innocente; neque manet inhabilis, eſt caſus ſingularis in c. inter, de purgat. Can. neque eſt vllus tex. in cōtrarium niſi a iudice ſibi impoſita fuiſſet aliqua pœna; quæ facere cum inhabilem, & ratio eſt, quia abſolutus a crimine habetur pro innocente, arg. ca. in his de accuſat. cum ei adnot. ¶ Conſ. 5. de Hæret. num. 4. hanc abſolutionem quomodo poſſit conferre Epiſcopus. Vide verſ. hæreticus pag. 3.

Abſolutus quo ad Deum ab excommunicatione etiam in iudicio vitari nō debet, niſi id aduerſarius petat: quia nō eſt vere excommunicatus. ¶ Conſi. 23. nu. 4. de pœ. & remiſſ.

Ab-

Abſolutus ſemel a peccatis tenetur, quandoque ſuperiorem adire pro abſolutione ab excommunicatione. ¶Com. in c. Fratres, de pœ. diſt. 5. nu. 49. Multa habes de hac materia. In com. cap. 1. de pœn. diſt. 6. nume. 12. Vide verſ. excommunicatio.

De Abſolutione ab excommunicatione, verſic. excommunicatio.

Abſoluendus non eſt Reus, qui non cõfitetur ſuum delictum quando iuridice interrogatur verſic. Reus.

Abſoluendus nõ eſt peccator, qui ſtatuit potius peccare quam mori. Bonau. relatus a Turrecrem. in ſumma de pœn. diſt. 3. ¶Manu. cap. 1. nu. 19.

Neque ille, qui non ſtatuit ſaltem virtualiter ſe in poſterum nunquam mortaliter peccare, & cõſequenter vitare occaſionem peccandi mort. ¶Manu. cap. 3. num. 14.

Abſolutio data alieno ſub ſpe ratihabitionis præſentis, ac licentæ tacitæ valet. ¶Ibi. cap. 9. nu. 6.

Data ab excommunicato, degradato, ſuſpenſo, Notorio fornicatore ex verſic. Confeſſor.

Data ab eo, qui habet titulum Beneſ. malum, in cuius virtute poſſeſſionem accepit non eſt irrita ſecundum Innocen. quem ſequit Panor. in illa, quæ data eſt ab eo, qui bonum titulum amiſit dum amiſſio illa non eſt notoria. ¶Manu. cap. 9. num. 11.

## *Abſtinentia.*

ABſtinentias indiſcretas qui facit, & aduertit id facere, etiam ſi non habeat intentionem abbreuiandi vitam, eſt tamen id cauſa abbreuiationis, peccat mort. iuxta ſenten. B. Hier. in ca. non mediocriter, de conſec. diſt. 5. & Thom. 2.2. q. 147. ¶Manua. c. 15. nu. 12.

## *Accentus.*

ACcẽtum congruum dictionum canentes in choro, qui non ſeruant, poſtquam a maioribus moniti ſunt, peccant, neq; excuſantur, ſi dicant ſe ſeruare accentum græcum, cum voces latinæ

A effectæ, latino accentu ſint pronunciandæ, vt ait Anto. Nubricenſis. de orat. ca. 14. num. 10.

## *Acceſſorium.*

ACceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, c. acceſſorium, de reg. iur. li. 6. cum concordantijs ibi a glo. citatis. Fallit tamen quando non eſt eadẽ ratio de acceſſorio, & principali, vt eſt caſus in c. debitores, de iureiuran. quate nus probat promiſſionem de ſoluenda vſura non valere, iuramẽtum autem ſic, licet illud ſit acceſſorium, econtrario propter diuerſitatem rationis, quæ ibi a Docto. redditur. ¶Cõſi. 3. de his quæ vi. p. 1. l. 1. conſi. 28. num. 5. de præb. lib. 3.

B Intelligitur etiam regula iſta, quam ponit l. cum principalis, ff. de reg. iur. ſecundum Io. And. de acceſſorio producẽte, & producto, deriuante, & deriuato. Sed fallit (vt dictum eſt) ob diuerſam rationem. Auth. impuber. C. ſi aduer. vẽdit. & l. 1. & 2. ff. de pecul. ¶Conſi. 35. de voto. p. 1. lib. 3.

## *Acceſſus.*

ACceſſus, & regreſſus differũt, & de vno ad aliud nõ infertur: q̃a habẽs acceſſum agit de iure omnino nouo quærendo: Habens autem regreſſum iuridicum agit de iure ante habito recuperando. ¶Conſi. 44. de præb. li. 3.

C Differt a mandato de non prouidendo, quia cum ſit conceſſio conditionalis, ſicut regreſſus, & coadiutoria cum futura ſucceſſione, ſimulatque conditio adimpletur, confert ius, nulla alia executoris expectata collatione. At per mandatum de non prouidendo, non quæritur beneficium, niſi executoris cõſequuta prouiſione. ¶Com. de Iubil. Not. 30. nu. 15. to. 2. & relect. in c. ſi quando, de reſcrip. excep. 70. nu. 8. to. 3.

Iſta eſt noua vox, quæ importat ius ad beneficium, non autem in beneficio cum conditione, ſi talis caſus contigerit, vt ſcribit Gomes, in reg. de non tollendo iure quæſito, q. 1. nu. 40. & q. 4. in reg. de non iudic. pro quo facit, cap. non au-

autem 7.q.1.¶In dicta relectio, prælud. 4.num.8.

Acceſſus ob ſolam renunciationem datur, quod ex ſtylo curiæ patet. ¶Ibid. excep.5.num.3.

Clauditur etiã ſub expectatiua, quia eſt gratia, quæ in futurum ſperatur, arg. c.fi.de conceſſ.præben.li.6. ¶Ibi.excep. 20.num.2.

Non eſt in fauore pari cum regreſſu, quia non habet cauſam de præterito, ſicut ille.¶Ibi.nu.6.

Inferior eſt fauore coadiutoriæ, quia per hanc cultus augetur diuinus, & illius ſuppletur defectus, c. quia pleriſq; de off.ord.& c.fi. de cler.ægrot.at acceſſus contra alterius generis eſt.¶Ibi.n.7.

Per compoſitionem ſolet dari, & ſi gratis conceditur hoc fit ad remunerationem laborũ, ſecundum Caſſad. in deciſio.1.de pact. ¶Vbi ſupra excep.71.numero 6.

Plus iuris confert, quàm expectatiua. Ibi.num.2.7. Non tollitur vt aliæ, num. 29. Eſt præambulum iuris in re quærenda, num.63. Eſt modus quærendi ciuilis non ius quæſitum, num. 18. Trahitur ad diem conditionis etiam ante illam impletam; & ſolus ius ad rem dat. prælud. 3.num. 7.

Acceſſus ſolius ad ſolam propter periculum fieri non debet, & præſertim ad fornicarias, etiam cum intentione eas conuertendi, iuxta illud Prouerb.3. Qui amat periculum, &c. & etiam propter infamiam, arg. ca. cum omnibus, & cap. volumus 81.diſtinct. ¶Com.cap.inter verba, 11.q.3.conclu.2.nu.14. to.1.

Acceſſus, & regreſſus ad beneficiũ Eccleſiaſticum nulli concedatur Con. Tri. ſeſſ.25.c.9.de Refor. ¶Relict.ca.ſi quando, de reſcrip.prælud.2.

Acceſſus, & expectatiua ad diem conditionis trahitur, & ante illam impletã ſolum ius ad rem datur, glo.memor.c.ſi ſoli, de conceſ.præbend.lib.6. ¶Ibi prælud.3.num.7.

## *Accidia.*

Accidia eſt vitium inclinans hominem ad triſtandum de bono ſpirituali diuino, quatenus diuinum in eo, qui triſtatur. quia bonum ſpirituale diuinum, vt eſt in homine conſiſtit in charitate, & amicitia inter ipſum, & Deum, quam ſibi confirmat volendo, quæ ipſe vult, & gaudendo colloquio, & conſuetudine eius. Cum ergo quis triſtatur de colloquio huiuſmodi peccat, & grauiter iuxta D.Thom.2.2.q.34.ar.2.& q.39.ar.2. ad 3.& 1.2.q.37.ar.4.ad tertiũ, & ſi adſit aduertentia, & deliberatio eſt mor. peccatum.¶Manua.c.23. num.124.& c. 11.num.14.

Accidia de rebus ſpiritualibus, licet ex ſui natura ſit mortalis, quia oritur ex deteſtatione earum, quando tamen ſine noſtra deliberatione producitur, eſt tantum venialis, Thom.1.2.q.88.ar.6.& 2. 2.q.35.art.3.¶.Com.cap.inter verba cõcluſ.6.num.44.

## *Accipere.*

Accipere beneficium indebitè expectatum non tollit ius iterum accipiendi ſibi debitum, iuxta doctrinam communiter recep. in c.cum in multis, de reſcrip. lib.6. quia tacitè intelligitur fieri ſub conditione ſi erat debitum, ſiue exprimatur, & ꝓteſtatio fiat, vel nõ. Caſſad.deciſ.9. num.4. de conceſſ.præbend. licet Gomes contradicat, c.2. de electio.num.6.& Feli.cap. cum contingat, de reſcrip.contra quos etiam eſt praxis Romæ probata.¶Tract.de oppoſi.in ſolu.7.oppo.nu.41.to.3.

Accipere aliquid iniuſtè de voluntate Domini cum turpitudine ex vtraque parte nullam reſtitutionem regulariter inducit, quia nulla eſt lex, quæ ad id conuincat. ¶Manua.c.6.nu.30.

Accipere aliquid per ſimoniam reſtitutionem inducit, quia eſt pro ſpiritualibus, quæ nullam extimationem habẽt, vt ait Medina, C.de reſtit.q.20.aut quia neceſſario gratis dari debent, vt ait Sot. li.4.q.7.ar.1.de iuſti.& iu.¶Ibi.num.32.

Qui accipit aliquid vt faciat bonum, quod præcipitur, peccat, & reſtituere tenetur.l.1.ff.de cond.ob turpem cauſam, quia

quia accipit aliam mercedē vltra eam, quam habet ad officium ſuum fungendum, & reſtitutio facienda eſt danti, ſiue damnificato c. non ſanè 14.q.5. idem de illo, qui accipit, vt prætermittat facere id, quod debet per l.6. ff. eod. ſiue teneatur legibus iuſtitiæ, ſiue aliarum virtutum, quia eadem ratio militat in omnibus contra Sotum lib.4.de iuſt.q.7.ar 1. Quare ſufficit, vt recipiat ad faciendū vel omittendum id quod debet ſolo debito moralis honeſtatis. ¶ Manua.c.17. nume.31.

Accipere ob maleficium perpetrandum, ſimiliter illam inducit arg. Auth. nullo magis, C.de ſacroſan. eccle. & ea. cum in cunctis, de elect. Non tamen eſt facienda danti, ſed pauperibus, quod ſi faciat ſatisfacit, ſecundum Adria. 4. de reſt.qu.19. & id valet ſaltem, antequam qui male dedit, facultate recipiendi in ſui peccati pęnam priuetur, & plus tenetur ille qui accipit in primo caſu, quàm in ſecundo. ¶ Vbi ſup.

Accipit turpe, qui accipit vt faciat id, ad quod tenetur iuxta glo.l.4. ff. de cond.ob tur.cau. & qui accipit, vt faciat malum, l.2.de homic.l.3. de iud.iniquo, l.4.de ſtupro. Et iſta acceptio turpis malum eſt, & peccatum, ſicut illud pro quo accipitur: quod eſt opus inuendibile in genere moris, vt actus intrinſecè malus pro quo nihil poteſt promitti, dari, vel accipi, vt omnes affirmant in l.iurisgentium.§.ſi ob maleficiū, ff.de pact. & multis alijs locis, excepto opere meretricio, quod nō punitur lege humana; peccant tamen illi, qui in illo accipiunt aliquid tamquam legale debitum. ¶ Man. c.17.num.32.

Accipit turpe qui hominem occidit, quia turpe eſt hominē occidere, l.2. de cond.ob turp. cau. & li.3. accipit turpe, qui iniuſte iudicat, quia turpe eſt iniuſte iudicare, & l.4. Accipit turpe ob ſtuprum, quia turpe eſt ſtuprum committere. ¶ Ibi.nu.34.

Qui accipit rem propriam credens accipere alienam peccat, ſed in foro fori pœnam non meretur; niſi alicui no- A ceat, arg.l.inter, ff.de fur. ¶ Ibi.nu.95.

Accipiens, quæ in mari amittuntur, nec ſunt Pyratarum, vel infidelium, ſiue ex mari, ſiue ex littore accipiat, peccat cum obligatione reſtituendi, c. excommunicamus, de bapt.& l.ſi quis, ff.de incend.rui.& naufr. ¶ Ibid.num.98. Fallit quando ille periculo mortis ſe exponit, quo illa ſeruaret, quia ad opem ferendā cum tali periculo non tenetur. Si tamen ille qui amiſerat per aliquod aliud remediū ſperabat illa recipere, teneretur ad reſtitutionem ſoluta ſui laboris mercede, ſecundum arbitrium boni viri, iuxta Anton.2.p.ti.1.c.15.§.2. ¶ Ibi.

Fallit ſecundo, quando illa habentur pro derelicta, l. falſos, §. ſi factum, ff.de B fur. Non habentur autem pro derelicta, quæ ad onus nauis leuandum ob procellam, in mare iaciuntur, ſecundum Pan. & omnes in c.cū dilecti, de accu. ¶ Ibi. num.99.

Accipere aliquid gratuitò ab eo, qui donare non poteſt, niſi excuſet probabilis ignorantia, reſtit. inducit, nu.105.

Accipiens aliquid notabile pro ſe, ſciens non eſſe illius a quo accipit per contractum, ſiue, oneroſum, ſiue gratuitum peccat, iuxta Alexan.4.p.q.76. cum obligatione. ¶ Ibi.nu.106.

Accipiens clam, quod ſibi deberi pręttendit pro vſuris, dolo, aut alio delicto a ſe commiſſo peccat, quia neque poteſt petere vt ſibi debitum, licet ſponte da- C tum poſſit accipere, nu.111.

Accipiēs occultè, quod ſuum eſt, vel ſibi iure debebatur, ſi commode id iure recuperare poteſt, aut ſe periculo, ob id mortis exponit, mor. peccat, ſi id aduertit, aut aduertere debet, quòd ex tali recuperatione redundaret magnum ſcandalum, aut damnum alicui. Non tamen tenetur ad reſtit. ſecundum Gabr.4.diſt. 15.q.3. Non peccat autem quando commode recuperare non poteſt per viam iuris, aut non niſi magnis impenſis, iniurijs, inimicitia, amiſſionis gratiæ, &c. glo.fi.in c.ius gentium, diſ.1. Sed videat ille ne plus accipiat, quàm ſuum debitū requirit; ne res illa ſit aliena, ne pro debito

bito aliud ſibi ſoluatur, vnde reſtituat A damnum paſſo. ¶ Ibi. nu. 112.

Accipiens occulte rem alterius apud tertium depoſitam pro debito quod illi debet, tenetur reddere. Et ſi eſt lata excommunicatio in ſurripientem, vel ſcientem tenetur reuelare. ¶ Ibi. nu. 114.

Accipiens occulte in recompenſatione nem non tenetur reddere, neque reuelare, qui factum ſcit, etiam ſi excommunicatio ferretur particulariter in eum, qui ſic acciperet, vel ſciret illam, quia tunc illa excommunicatio contineret intollerabilem errorem. Et ſi iſti cogerentur iurare, an accepiſſet, aut ſciret, poſſent iurare ſe neſcire intelligendo intra ſe aliquem, qui male accepiſſet, arg. ca. humanæ aures, 22. q. 5. ¶ Ibi. nu. 115.

Accipiens vt ſtatim reſtituat, capere non cenſetur. l. aliud eſt capere, §. de verb. ſegnic. ¶ Com. cap. Hæc autem verba, de pœn. diſt. 1. nu. 9.

## Accuſatio.

Accuſatio bannitorum, quia periculoſa eſt, non videtur ad eam legiſlator obligare, præſertim cum id non exprimit. c. ad audientiam, de deci. ¶ Cõſ. 4. ne clerici, nu. 3. p. 1. li. 3. Facta de bono opere eſt iniqua.

Accuſatus de crimine pendente lite promoueri poteſt, quia ca. omnipotens, de accuſa. limitatur non procedere in accuſato per maleuolos, & non grauato apud graues, & bonos ſecundum Hoſt. & Io. And. in ca. minime, eo. ti. quos ſequitur Felin. ¶ Conſi. 2. eo. ti. p. 2. li. 5. Si autem iſte accuſatus factus eſt infamis propter graue crimen, non eſt promouẽdus. ¶ Conſ. 3. eo. ti. nu. 6.

Accuſatus de ſimonia, vel excommunicatione diffamatus olim erat vitãdus, hodie non per Extrauag. ad euitanda re notatam in Conc. Latera. niſi ſit denunciatus. ¶ Conſ. 71. de excom. num. 2. p. 2. l. 5. Com. c. 1. §. laboret, de pœ. d. 6. nu. 12. ¶ Manua. c. 27. num. 35.

Accuſare aliquem in iudicio falſo peccatum mor. eſt, cum obligatione reſtituendi omnia damna inde ſecuta, ca. calumniator, 2. q. 3. c. calumnia. de pœn. & remiſſ. & ſi id ignoranter faciat, cum ſcit, & non deſiſtit ſimiliter, argum. ca. ſi quem. 2. q. 3. & ſi id poſt ſententiam latã nouit ſimiliter, niſi reſtituat, quod per illa accepit. Innoc. in c. quia plerique, de immu. eccl. communiter receptus.

Accuſare autem de vero crimine, ſed animo, vel ſine malo, peccatum ſimiliter mor. eſt, non tamen obligat ad reſtit. cap. cum miniſter. 23. q. 5. ¶ Manua. cap. 25. num. 31.

Accuſare omittens aliquem cuius delictum in magnum ſpirituale, vel temporale damnum Reip. redundat, & alias impediri non poteſt. peccatum eſt mor. 2. 2. quæſt. 61. ar. 1. Ibi. num. 32. Et qui ob B iuramentum tenetur, ſimiliter peccat, niſi faciat ca. ſi verò, de iureiur. & ſi damnum ſequatur tenetur ad reſarciendum, non autem ad reſtituendum, quicquid accepit, vt non accuſet. ¶ Ibidem numero 34.

Accuſare licet nemo teneatur aliquẽ regulariter, l. 1. C. vt nem. inuit. age. vel accu. cog. & c. licet, de accuſa. immo ſit perfectio Euangelica non accuſare, & parcere. Matth. 6. 90. diſt. in prin. In multis tamen caſibus quis tenetur: vt hæres occiſi ne perdat hæreditatem, l. 1. C. de his quib. vt indig. iuncta glo. ſi quis compellatur a iudice in caſu homic. Barto. l. in eum, ff. de accuſ. ſed reprobatur communiter, niſi ille homicida ſit Reip. mul C tum pernicioſus; quia tũc etiam in conſcientia debetur accuſatio. D. Tho. 2. 2. q. 63. ar. 1. ¶ Com. c. inter verba, concl. 6. num. 638.

Accuſare non poſſunt clerici in cauſa ſanguinis, ſicut nec iudicare attento ſaltem iure canonico, c. prælatis, de homici. lib. 6. cap. his a quib. 23. q. 5. ¶ Ibid. num. 641.

Accuſare non poſſunt laici clericos, neque ſubditi prælatos, neq; infames, ac criminoſi, l. qui accuſare, cũ trib. ſeq. ff. de accuſa. & 2. q. 3. per totum, & ca. 1. de accuſ. ¶ Ib. & conſi. 1. de accuſ. nu. 1.

Accuſare qui poteſt, vt puta habẽs ius accuſandi, poteſt ſtatim ſine alia moni-

tione

ſione id facere, iuxta Sotum de ratio. tegend.m.2.q.5.& ante illum. Adrian.4. d.correct.frater. Quia accuſatio fit com muniter ob punitionem delicti iã commiſſis, quod eſt bonum publicum. ¶Ibi. num.642.

Accuſare delinquentem ſecretũ pec catum eſt, ſi non adſit probatio, vel ſi auſit, ſed fiat id principaliter ob nocumentum accuſari. Et peccat etiam qui deſiſtit ab accuſatione, ſine iuſta cauſa, quando ob bonum illius tenebatur accuſare. ¶Ibi.nu.643.

Accuſare ad vindicandam iniuriam, authoritate publica opus eſt præclaræ virtutis iuſtitiæ. Th.2.2.q.108.ar.2.quia deſiderare pœnam iuſtè ei, qui meritus eſt, vt emendetur meritum eſt. Tho.2.2. q.68.ar.1.¶Ibi.nu.636.

Accuſatus de crimine vero non tenetur reſtituere famam accuſatori, qui id ei probare nequiuit, ſi non tenebatur illud confiteri.¶Ibid.num.870.verſic.Reſtitutio.

Accuſator dicitur calumniator quando de falſo crimine accuſat. & peccat niſi bona fide credat, & ſine dolo malo cum iuſta ratione, quod accuſatus deliquerit. Dicitur tergiuerſator, ſi ob accuſatione propoſita omnino ſe ſubtrahit, & non peccat ſi id faciat ſine ſcandalo, & damno Reip. licet puniatur in foro fori. Vocatur præuaricator quando ſecrete iuuat accuſatum publice illum impugnando, de quibus vide 2.2.q.68.art. 8.¶Com.ca.cũ verba, concl.6. nu.643.

## Actio.

Actio ab accuſatione differt, quia actio in ciuilibus, accuſatio verò in criminalibus habet locum, glo. recepta, in princ. Inſt. de actio. & in rub. ff. & C. e.t. iuncta rub. ff. & C. de accu.¶Com. rub. de iud. nu.17.to.3.

Actio mala punitur et ſi actus nullus ſic vt ſi qui paciſcantur de committendo ſimoniam, vel aliquo delicto faciendo, non tamen tantum, quantũ ſi ſequeretur illa.¶Com.cap. ſi quis non dicam, de pœn.d.1.nu.16.

A Actio realis perſonali facilior eſt, iuxta illud: Magnum eſt commodum poſſeſſionis, §.retinendæ. Inſt. de inter.¶Cõſ. 42.de temp.ord.nu.4.p.1.li.1.

Actio ad centum ſoluendorum poſt annum, vel biennium, vel triennium iuſte poteſt emi minoris, quàm centum, ſecundum Innoc. in c. in ciuitate, de vſur. quia minus valet actio ad rem aliquam, quàm ipſa res præſens: ſecundò, quia minus valet id quod non eſt futurum vtile intra annum quàm aliud eiuſdem qualitatis, quod eſt futurum ſtatim vtile.¶Conſi.18.de vſur.p.2.li.1.Manu.c. 17.nu.238.

Actio de dolo datur in eum, qui permittit incipere, & non perficere.¶Rele. B c. ſi quadam, de reſcr. excep.21.nu.18.

Actio iudicis datur quoties æquitas id ſuadet.¶Tract. de red. eccl. q.2.con.6. nu.2.to.1.

Actio doli non datur ob omnẽ quantitatem, quæ mortalẽ culpam facit.¶Manua.c.17.nu.3.

Actionis mater eſt obligatio, l. licet, §.ea obligatio, ff. de procura.¶Man.prælud.7.nu.22.

Actionis nouæ inductio non tollit veterem, l. quoties, ff. de act. & obl.¶Conſ. 1.de pœ.p.2.li.5.

Actionem qui habet, rem videtur habere, l. qui actionem, ff. de reg. iu. præſertim ſi actio eſt realis, & rei vendicationis.¶Conſi.42.de temp.ordi.nume.9.p. C 1.lib.1.

Actio arbitraria cur alicui detur ad petendum in vno loco, quod in alio eſt ſoluendum, cauſa eſt, quia vna res pluris in vno, quàm in alio valet, & præſertim ſi eſt triticum, vinum, &c.¶Com. de cambijs, nu.52.

Actione ſubſidiaria qui tenetur, perinde reſtituere tenetur, ac qui tenetur actione principali, l. ſancimus, C. de ſacroſan. eccl.¶Man.c.17.nu.3.

Actiones promittendi, dandi, &c. factæ pro alijs ita nocent: ac ſi factæ fuiſſent per ſe.¶Com. de datis, & promiſſis, num.27.to.1.

Actiones veniales tollerari poſſunt etiam

etiam in foro conſcientiæ, quia per eas, non perditur diuina gratia, neque meretur mors æterna, 1.2.q.87.ar.5.2.2.qu. 24.ar.10.¶ Conſi.2.de iudæis, nume.13. par.2.li.5.

Actiones actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in hæredes, l.1.vt actio.cum hęre.& contra hæred.& cap.1.de ſucceſſ.ab inteſta. ¶ Conſi.2. de pact.l.1.

Actionem negat lex contra emptorē, & vēditorem, qui pluſquam dimidium iuſti pretij decipit, licet peccet mor.l.2. C.de reſcin.ven.c.cum dilecti, de ven. ¶ Com.c.ſi.14.q.6.nu.10.

## Actus.

Actus humanus, atque moralis eſt idem quo ab adulto mēte compos itur in æternam vitam, ſecundum S. Th. 1.2.q.6.ar.1.& Theol.in 2. ſent.d.25.& 26. Eſt autem actus humanus, actus hominis tranſitorius, & voluntatis perfectæ, ac ſimpliciter, vel commiſſio eius. Ex quo ſequitur, ꝙ non cenſetur humanus actus violētus, cuius principium eſt ab extrinſeco, non conferente vim paſſo.i.eo qui patitur non adiuuāte, vt oblatio Thuris idolo facta per vim. c.preſbyteros, 50.diſt. Actus pueri, amentis, & factus ſubito ex ſola imaginatione ſine deliberatione more brutorum; quia nō eſt factus ex fine perfectè cognito. Actus verò factus per metum, humanus eſt, quia eſt voluntarius ſimpliciter: licet ſit inuoluntarius, ſecundum quid 1.2.q. 6.ar.6.cap.meritò.15.q.1. in quo errauit Dec.in l.velle, ff.de reg.iur.nō enim eſt violentus, quia licet ab extrinſeco impulſionem habeat: poteſt tamen qui ſic impellitur non conferre vim. ¶ Manua. prælud.6.

Actus autem humanus eſt duplex: bonus, qui nulla lege ob ſe, neque ob ſuas circūſtantias prohibetur, & dicitur meritum, iuxta S.Tho.1.2.q.14.ar.6. Quid autem ſit meritū dicitur. Malus qui aliqua lege ob ſe, vel ſuas circunſtantias prohibetur, & dicitur peccatum.¶ Man. prælu.7.a nu.1.

Actus rurſum duplex eſt vnus deliberatus, & inuoluntarius qui neque eſt bonus, neque malus. Alius voluntarius, & deliberatus, qui eſt triplex. Primus eſt bonus, vel ex obiecto tantum, vt ieiunare, vel ex circunſtantia tantum, vt loqui ad vtilitatem proximi, vel ex vtroque, vt ieiunare ad obediendum præcepto. Secundus eſt malus ex obiecto tantum, vt mentiri ad vtilitatem proximi: ex circunſtantia tantum, vt ieiunare ob vanā gloriam. Ex vtroque, vt mentiri ad perniciem proximi. Tertius eſt indifferens, qui de ſe non eſt, nec bonus, nec malus, ſed poteſt vel bene, vel male fieri, & talis non reperitur in indiuiduo ſecundū S.Thom. quia ſi quis daretur in nullum finem ordinaretur, quod eſt impoſſibile: eſſet enim ocioſus, & conſequenter malus ex defectu circunſtantiæ finis, licet eſſet indifferens ex obiecto.¶ Manu. cap.23.num.1.& prælud.7.num.24.

Actus ſimpliciter bonus, & ordinatus conſtat ex integra cauſa i.deſt ex concurſu bonitatis obiecti, & circunſtantiarum. Malus autem ex quocunque defectu.¶ Manua.c.23.nu.1.

Actus vnus, & idem numero, qui ſimplex eſt, ſecundum genus entis, & naturæ, poteſt eſſe duplex, & diuerſus in genere moris, putà bonus, & malus, peccatum, & meritum. 1.2.q.20.ar.6. Vt ire ad eccleſiam ſi fiat ob inanem gloriam eſt malum, ſi ad obſequium Dei bonum: & verificatur etiam de actu interiori ſecūdum Caietanum ibi. vt patet de actu volendi comedere carnes. Non tamen id ſequitur de actu pro eodē tempore adæquato, etiam ſi fiat diuerſa ratione: propter contradictionem annexam: quia ſi eſt bonus, nulla ibi deeſt rectitudo: ſi malus deeſt.¶ Manua.pręlud.7.num.16. Enchirid. de oratio.c.2.nu.8.c.3. nu.49. to.2.com. cap.inter verbum, num. 385. tom.1.

Actus vnus, & idem diuerſo reſpectu poteſt eſſe diuerſarum virtutum, vt alere filium, quatenus ex ſolo amore, vel charitate procedit pietatis eſt, ſed quatenus ex pacto, vel promiſſione legatorii iuſta lege quis tenetur ſpecialiſſimæ iuſtitiæ.

ſtitiæ eſt. ¶Tract.de redd.eccl.q.3.Not. 3.nu.2.& com.c.fratres,de pœ. d.5. nu. 117.to.1.de eleem.nu.6. Similiter ieiunare, qui eſt actus abſtinentiæ, ſi fiat ad ſubiugandam carnem,& ſacrificandum illam Chriſto,eſt actus religionis. Et eleemoſina,quæ eſt actus miſericordiæ,ſi fiat ad ſatisfaciendum pro peccatis erit actus pœnitentiæ. Idem de actibus malis,vt furari, ac frangere ieiunium ad luxuriandum eſt peccatum gulæ, furti; ac luxuriç. Iniuriam facere ad infamandū eſt contumelia,& detractio.¶Com.cap. inter uerba,concl.6.nu.456.

Actus vnus vnico tempore,& ſine interruptione fieri debet,vt ſtipulatio,l.1. §.1.& l.continuus, ff. de ver. obli. ¶Enchirid.de orat.c.10.nu.38.

Actus ab obiecto, & etiam a fine ſortitur ſpeciem in genere moris,1.2.q.18. ar.4.c.cum miniſter.23.q.5. & c.cum voluntate,de ſent.excom. & l.verum, ff.de fur.¶Com.cap.conſideret,de pœn.diſt. 5.num.117.

Actus per ſe bonus, vt non inficietur præſtituendo ei bona vtilia pro fine,duo requirit: alterum vt illa non quærantur propter ſe ſolum, ſed propter aliud in ſe amabile: alterum vt non præſtituantur pro finibus principalibus eius,vel referantur in finem illi actui congruum. ¶Com.de finib.hum.act.nu.67.to.1.

Actus nullus poteſt eſſe bonus, niſi rectæ rationi conſonet,ſecundum Ariſ. 2.Ethic.cap.ratio nulla,& ca. ad hæc,de preb. ¶Com.c.inter verba, concl.5.nu. 15.to.1.

Actus etiam ſuo genere bonus,factus in finem quærendi aliquod bonum honorarium non referendo illum in altiorem finem eſt malus. ¶Ibi.nu. 64.

Actus vt ſit bonus ſufficit vnus bonus finis, quando tamen habet alias circunſtantias, quia ſi deficit vna actus eſt malus.¶Ibi.nu.46.

Actus omnis inordinatus,ideſt peccatum non eſt referibile in bonum finem, quia vnum, & idem opus numero non poteſt eſſe bonum, & malum. Thom. 4. diſt.40. Caiet.1.2.q.8.ar.3. c.cum renunciatur.32.qu.1.quare qui eleemoſynam dat propter Deum, & vanam gloriam peccat. Th.2.q.38.q.1.art.4. Iacobus Almainus,de Moral.c.12. Si tamen id duobus actibus diſtrictis faciat, vno peccat, altero non. ¶Ibi ſup.& Com. de Iubil. Not.32.

Actus omnis cuius finis principalis eſt malum culpæ, ſaltem venialiter,adeo eſt malus, vt nulla relatione in bonū aliquod etiam ſummum fieri poteſt bonus. ¶Com.de finibus human. actuum. num.38.to.1.

Actus cuiuslibet virtutis quamlibet bonus ſi principaliter fiat ob bonum tēporale, ſiue pecuniarium, ſiue honorarium eſt malus. ¶Ibi. num.30.& com.c. inter verba, concl.5.nu.35.

Actus virtutum facti principaliter ob ſalutem, & vitam ſunt mali, ſecundum Adria.q.1. quolib. quod non eſt verum in omnibus,ſed in illis tantum,qui ſunt maiorum virtutum putà Amoris Dei, Spei, Religionis: quorum finis aptus nequit eſſe ſalus,& vita hominis. ¶Ibid. num.32.

Actus nullus voluntarius elicitus, ſiue interior poteſt eſſe violentus: quia nullus talis fit non conferente vim paſſo: Et voluntas non poteſt abſolute cogi D.Thom.1.2.q.6.ar.4. Neque vllus actus ſiue interior, ſiue exterior deſinit eſſe inuoluntarius,co ꝙ producetur per concupiſcentiam plurimum impellentem animum ad volendum. Imo eſt magis voluntarius.¶Manu.prælu.6.

Actus interior, & exterior eadem bonitate,vel malitia poteſt eſſe bonus, vel malus 1.2.q.20.art.3. quia licet in genere entis ſint ſeparati, in genere tamen moris ſunt vnum, conſiderando tamen quatenus vnus eſt ſeparatus ab alio, vt materia a ſua forma aliam,& aliā bonitatem, vel malitiā poteſt habere vnus, & alius. ¶Com.cap.Magna.de pœnit.diſt. 1.nu.11.& Manu.prælu.7.nu.23.& prælud.9.num.2.

Actus exterior non addit bonitatem, vel malitiā actui interiori, quo ad Deū, & forum interius,vt ait D.Thom. 1.2.q. 20.ar.

20.ar.5.¶Com.c.cogitatio.de pœ.d.1. & c.magna.nu.12.di.ead.

Actus vt ſit bonus nõ ſolũ reqrit, ꝙ finis ſit bonus, ſed ẽt ꝙ ſit aptus, ita ꝙ ſit maius bonũ illud ad quod ipſum ordinatur.¶Miſcell.de orat.43.nu.88.

Actus q ſcd̃m obiectũ põt pertinere ad vnum vitium, ſcd̃m finem põt pertinere ad aliud. ¶Com.c. ita quorũdam. de Iudæis.Not.2.nu.7.c.1.de pœ. diſt. 5.nu.91.Manu.prælud.9.nu.20.

Actus exp̃ſſe factus ob aliquẽ finem, vel tẽdes in illũ,& lata culpa nõ conſideratus. pates ſũt,qa actus reddit in naturã ſuæ formæ.i.pinde eſt malus, ac ſi ob finẽ illũ malũ fieret:& q detrahit ſine aio detrahẽdi.verb.Detractio.¶Cõ c.ita quorundam.de Iudæ.Not.10.n.8.

Actus idẽ põt eſſe meritorius,& ſatisfactorius, & licet quatenus meritorius nõ excedat pſonã merẽtis,qa nullus põt mereri felicitatẽ æternã, alteri ſaltẽ de cõdigno.ver.Meritũ.quatenus tñ ſatisfactorius, etiã de cõdigno eam excedit.¶Com.de Iub.Not.13.nu.6.

Actui etiam ex gratia orto debetur gratia,ſed non ſemper ſtatim infunditur iuxta opin.communem,ſed tũc,qñ vtitur gratia præhabita,ſecundum omnes ſuas vires, & omnem inclinationẽ gratiæ.Th.4.diſt.22.nu.5.¶Com.c.diuina.§.ſicut ergo.de pœ.di.4.

Actus quẽ executor iudicialiter facit, niſi appellatur intra decem dies p̃iudicat:non autẽ actus extraiudicialis. Ioan.in c.ſi.de præſc.nu.2.quẽ ſeqnitur Card.conſ.40.¶Relect.c.ſi quando,de reſcrip.ſecunda cauſa Nullit.nu.18.

Actus extraiudicialis qñ eſt nullus, nõ eſt actus dicẽdus.l.ſicut.ff.de oper. libe.& l.nõ dubiũ.C.de leg.Ideo teſtamẽtũ nullũ nõ eſt teſtamẽtũ, niſi abuſiue.verſ.Teſtamẽtum.& ſimiliter idem dicendũ eſt de ſentent.¶Ibi.excep.21.

Actus cõfirmatio,& illius in ſuũ officiũ reductio,executio eſt illius. Cle. de teſt.vbi hoc Card.not.Notab.4.¶Ib.

Actus qui eſt nullus ipſo iure nõ ratificatur ex eo,ꝙ v ſus fuerit eo,& exercuerit illum is, qui putat per errorẽ ſe ad id obligatũ, neque etiam nouerit illum eſſe nullũ, & non obligari per eũ, ita ꝙ tribuat illi nouũ valorem per ſuũ nouũ conſenſum. Et de hoc intelligitur.c.ad id,de ſpõſ.& c.de illis,el 2.de deſp.impub.& l.1.c. quod metus cauſa, vbi dicitur, quòd geſta per metũ etiam ſi ab initio ſint inualida, & nulla, per ratificationem tamen ſubſequentem conualeſcunt.¶Conſ.3.n.8.de his qui vices.li.1.p.1.

Actus ſolẽnitas per lapſum xxx. annorũ præſumitur licet in inſtrumento, id non appareat tex. & gl. ſolem.in ca. peruenit.de emp.& vend.& Feli. in c. Albericus.de teſtib.& in c.ſicut. de re iud.¶Conſ.3.de cenſib.nu.7.p.1.li.3.

Actus factus contra formam ſubſtantialem in lege præſcriptam nõ valet.c. cum dilecta.de reſcr.imò nec factus p̃ter formã.c.prudentiam.de offic. dele. ¶Conſi.7.de dona.n.3.p.1.li.3.

Actus iudicialis nocte factus nõ valet ſcd̃m omnes.in c.conſuluit. de off. deleg. Fallit autem qñ de conſenſu partium fit ſcd̃m Io. And.relatum per Feli.in d.c.nu.18. & probatur ratione valida per Salyce.in l.non minorem. C. de tranſa.¶Conſ.2.de ele.li.1.p.1.

Actus in dubio præſumitur bonus. c.2.de regul.iur.& l.merito.ff.pro ſoc. ¶Conſi 1.nu.4.de conceſſ.præb.li.3.

Actus factus contra legem prohibẽtem nõ valet,per l.nõ dubiũ. C. de le. ¶Conſ.22.nu.1.de reg.p.1.li.3.Sed fallit,qñ lex expreſſe nõ annullat actum, & addit pœnam extrinſecam,quæ poteſt conſiſtere cum actus valore, & valor actus nõ reſpicit fauorem eius, cui pœna imponitur.& reſoluit Bart. communiter recep.in l.Prætor ait.ff.de no. ope.nun.¶Conſ.4.num 2. de conſang. ſpiri.p.2.li.4.

Actus factus ſine ſcriptura,vel forma reqſita eſt nullus.l.cõtractus.ff. de fide inſtr.& l.1.C.de iure emphy.¶Cõſ.13. nu.5.& 10.de cler.non reſid.p.1.lib.3.

Actus vt valeat debet cõcurrere po

teſtas,atque voluntas ad faciendum. c. A cum ſuper,de offic.dele.¶ Conſil.4.de empt.& vend.n.5.p.1.li.3.

Actus cui requiritur diſpenſatio pro valore, donec illa impetretur eſt nullus.¶ Conſi.5.vbi ſu.n.5.

Actus cōſiſtens in mero facto, & ad capitulum ſpectans per canonicos ſingulariter expediri poteſt, & tenet ſine Cap. Congregatione: eſt ſententia cōmunis Inno.Io.And.Butr.Io.de Imol. quos ſequitur Felin.in c.eam te.de reſcr.nu.13.¶ Conſ.21.de ſent.excomm. num.4.lib.5.

Actus tradendi poſſeſſionem fieri vtiliter, atque capitulariter debet. ¶Vbi ſupr.nu.6.

Actus agentiũ nõ operantur vltra finẽ,& intentionẽ eorum.l. non omnis. ff.ſi certũ petatur.l.& in agris.ff. de acqu.rer.dom.¶ Cõ.in Rub.de iud.n.24.

Acta & agenda nõ ſolum debẽt eſſe licita ſecundum æquitatem: ſed ẽt decẽtia ſecundũ honeſtatẽ,& expediẽtia ſecundũ vtilitatem.c.magnæ.de voto. ¶Conſ.4.de appel.nu.7.li.2.

Acta omnia coram Notariis dicũtur publ.l.2.C.de epiſ.& cler. & c.quoniã contra.de prob.¶Conſ.1.de elec.l.1.

Acta à delegato non ſeruata forma ſibi præſcripta ſunt nulla.gl.ſing. recepta a Fel.c. ex parte.de conſt. & clem. 1.de iur.patr.verſ.inhibentes. ¶Conſ. 75.de reg.nu.61.lib.3.

In actibus humanis id qđ principaliter intẽditur attẽdẽdũ eſt, & non qđ minus.l. ſi quis nec cãm, cum ibi fundatis.& Iaſ.ibi.ff.de reb.hæred.¶Conſil.1.de iniu.& damn.dat.nu.3.li.5.

Actus exterior,bonitatẽ,vel malitia ex interiori actu ſibi correſpõdẽte haurit. Interior vero ſine exteriori poteſt eſſe bonus,vel malus.Th.1.2.q.20.art. 1.2.3.& 4.¶Com. de eleemoſ.nu.9.

Actus ex principali fine recipit ſpeciem,& non à ſecundario, & accidentali.l.ſi quis nec cauſam,ff.de reb.cred. arg.c. Cum voluntate,de ſent. excom. ¶Com.c.inter verba,concl.2.n.16.

Actus præãbuli ad actum principalẽ peccati non augent numerum peccatorum neceſſario confitendum. Itẽ de conſequentibus, & ſubſequẽtibus, qa cum ſit de vtriuſque eadem ratio idem eſt iudicãdum,.c.Dudum cl.2.de elec. niſi illi ſint peccata diuerſa per ſe, vel ordinati ad peccata diuerſa, vel adſit notabilis interruptio. Sunt tamen ſinguli peccata mortalia quo ad iudiciũ, Dei exactum,& ad hoc, vt cõtritio debeat formaliter, vel virtualiter ſe ad illa omnia extendere ſi debeant dimitti iux.Caiet.tom.1.opuſ.5.q.3.¶Manual. cap.6.nu.17.

Actũ q̃ facit inutiliter,nõ videt̃ illũ facere.l.quoties,ff.qui ſatiſd.cog. quia paria sũt aliq̃d nõ eſſe factũ vel nõ idonea.l. Nulla eſt.ff.de auẽt.autor.&,Nihil & inualidũ æq parant̃.l.ſi aut nullũ & ibi Bal. C.de l.hæredibus. Et,Paria sũt nõ eſſe,& inutile.l.1.§. Quibus cũ cõ.ff.qđ q̃ iu.¶Cõ.c. Hæc autẽ verba. de Pœn.d.1.n.1.1.& 3.Quę intelligẽda sũt quo ad pœnã,vel præmiũ.¶Ib.n.5.

## *Adam.*

ADã vox eſt hæbrea, & ſignificat idẽ q̃ hõ ſiue terrenus,vel indigena ſcđm Hier.in interpretatione nominũ Hebręorũ.Qui licet in ſacra Scriptura nõ exprimat̃ locus vbi fuerit creatus,exprimit tñ fuiſſe creatũ extra Paradisũ,& Euã intra illũ.c.illud.40.diſ. videlicet in Agro Damaſceno, vt addit gl.qđ potuit deſumere ex gl.in l. ſi lij.ff.ad Municipalẽ. & vtraq; id colligit à Mag.hiſt.Scol. Aug.Steuch.li.1. in Gen.pbat qđ fuit creatus ĩ Paradiſo C

Significat ẽt Rubrum,eo qđ corpus eius fuerit de tertia rubra formatũ. Et nõ vt ait Archid.in c.miſſis.32.q.2. qa terra illa ſanguine replenda erat: qm antequã peccaret ita fuerat nominatus

Fuit ãt creatus in gratia, & iuſtitia, vt multis pbat. Grat. de pœ.d.2.qđ & tenet D. Tho.in 2.d.29.q.2.art.3.poſt Mag.& cõem,& tandẽ ſaluatus eſt gratia recuperata,vt teſtatur D.Amb. relatus.

tus.c.6.die.36.d.& Aug. relatus.ibi.3.c.primi.¶Com.c.Adam. de pœn. diſt. 1.& cap.ſicut primi in d.diſt.

Fuit ēt creatus in virili ætate, atque optima diſpoſitione corporis ad aīæ, munia exercenda. pollebat ſciā ad cognoſcēdū Deū, nō q̄dē per eſsētiā, ſed per creaturas nobiliſſimo mō, & Angelos cognouit modo altiori, quàm nos.

Habuit ſcientiā naturalē acquiſibilē neceſſariā ad gubernationē, & inſtitutionem aliorū. Vide Tho. & alios.in 2.sē.& in p.p.q.64.¶Cō.c.toll.de pę.d.2

Veſtitus fuit ante peccatum virtutū veſtibus, non habuit tamen veſtem nuptialem.¶Ibid.c.cognouerunt.

## *Adiuratio.*

ADiurare Deū, Diabolū vt inimicū. Homines vt amicos licet. Irrationalem autem creaturam adiurare minime licet, vt aſſerit D. Tho.2.2.q.90.¶Conſ.5.de ſent.excomin.n.6.li.5.

Adiuratio, vel incātatio irrationalis creaturæ cui admiſcetur aliq̄d falsū tacita inuocatio Dęmonis eſt.¶Ibid.

## *Adminiſtrator.*

ADminiſtrare poſſunt ēt hodie ſine litteris, aliqui prælati, q̄ ſunt Papæ immediate ſubiecti ſup electionis cōfirmatione.c.licet.de elec. cōm. c.tul.accepta.oppoſitio.octaua. nu.31.

## *Adoratio.*

ADoratio imaginum SS. propter ipſas ſine vlla ad ſanctos ipſos relatione, vel expreſſa, vel tacita, & ſine reſpectu, qđ repræſentent ipſos Sanctos, vel ipſum Deū illicita eſt.c.prala tū.& c.venerabilis.d.3.¶Man.c.2.n.32

Adorari debēt nō ſolū vaſa, terra, cinis, aut puluis carniū SS.ſed ēt eorū veſtimēta, & calceamēta, q̄bus inſeruierūt Dño, ſeu res eorū, eadē adoratione, & veneratione, qua poſſunt & debent ipſi, quorū illa ſnt. Th. Vuald. li.de Sacram.c.120.Gabriel.in 3.d.13.q.2. Magiſ.in 3.d.9.& ibi alij.Scholaſt. D. Th.

A 3.p.q.25.per totum, ſed præſertim art 6.2.2.q.96.ar.4.¶Cō.de ora.c.18.n.28.

## *Adulterium.*

ADulterium ſpecies eſt luxuriæ, ideo vide.ibi.

Adulterium mulier ſi committit priuatur dote, vt decernitur.ca. plerumq. de don.inter vir.& vxo.¶Com. in Rubr.de iud.nu.6.to.3.

Adulteria coniugum, quo ad effectū perdēdi, vel recuperādi debitū mutua cōpenſatione tollātur.c.intelleximus, & c.tua.de adult. Quare adulter, nō volens coniugem adulteratā recipere; nō eſt abſoluendus.¶Cōſ.1.de diuort.li.4

Adulter ius petēdi debitū amittit, B & innocēs ius illud denegādi acquirit ¶cōſ.1.de adul.li.5.& ī Man.c.23.n.23

Cogi pōt ad recipiendā vxorē adulteratam. conſ. 2. Poteſt tñ petere tanq̄ licitum, ſiue occultum, ſiue publicum ſit adulteriū, ſiue ſciat, ſiue id neſciat innocēs, q̄a poteſt rogare dū durat vinculum matrimonij.¶Man. vbi ſup.

Adulter (q̄ non dēt facile credere filiū eſſe ſuū, q̄a mater eſt leuis, vel ſolita cū alijs fornicari, vel q̄a, & ipſa dubitat de illo; vel q̄a pōt mētiri vt eū obliget) credēs filiū eſſe ſuum, tenet̄ reſtituere patri putatiuo impenſas, quas in nutriēdo facit, vel hoſpitali, ſi apud illū fuit expoſitus; & dotem pariter, aut ſpōſalitia largitatē, ſi q̄ dedit ei, immo & filij eius, ſi q̄d de patris hæreditate habuit. Ant.2.p.ti.2.c.7.cōtra Sotū li.3 de iuſt.& iur.q.8.ar.2. Et ratio id conuincit; q̄a ita eſt cā ꝓpinqua, vt adultera, licet nō ꝓxima. Scđo, q̄a adulteriū ſuapte natura ordinat̄ ad generādū, & eſt via, & mediū in illud damnū, qđ genitus, eo qđ genitus eſt, infert. Et cū ſit res illicita tamq̄ effectus eius obligat in id, qđ ipsū cōſeq̄tur.¶Ma.c.16.n.49

Adultera mariti adulteri ꝓfeſſionē ſemper reuocare pōt; ipſe autem adulterā impęnitentem ſi correctus eſt poteſt dimittere; nō autē ingredi religionē, niſi obtenta ſententia. de diuortio.

¶Cóſ.3.de diuor.li.4.verſ.maritus.n.3

Adultera dãnata per Iudicẽ ſæcularẽ, & monaſterio incluſa volente viro redire dẽt. Auth.ſed hodie. C.ad l.Iuliã .de adult.ſecus ſi per Iudicẽ Eccleſiaſticũ fuit dãnata.c. Agathoſa.27.q.2. Si autẽ illa timet de mariti ſæuitia, nõ tenetur redire.c.litteras. §.fi. de reſtit. ſpol .¶Conſi.38.de reg.lib.3.

Adultera filiũ ſuſcipiẽs de adulterio occulto, nõ tenet id reuelare marito ſi timet eum; quæ tamen ſine metu amiſſionis vitę ſe in monaſteriũ tutum recipiens reuelare poſſet; quandoquidem eam eccleſia ſuo marito reſtitui, abſq; idonea cautione nõ permitteret.¶Ma. c.17.nu.91.Vide verſ.vxor.

Adultera, & quis alius põt ſe defenderc per amphibologiam verã iuſta de cauſa.¶Com.de verit.Reſp.q.1.n 9.& q.2.nu.10.to.1.

Adulteræ maritus ſi profiteatur religionem valet profeſſio niſi intentio recipiẽtium obſtet. Factus autẽ Religioſus,non tenetur amplius ad vxorem redire.c.Agathoſa.27.q.2.¶Conſi. 6.nu. 1.de conuerſ.coniug.li.3.

Adulterij exceptio aduerſus cõiugẽ adulteram innocenti conuenit; ſi agat via vẽdicationis, etiã ſi adulterium ſit occultũ in via ſpolij,& reſtitutionis ante omnia faciendum ſi eſt publicum.c. ſignificaſti.de diuor.¶Ibid.

Adulteriũ,& aliæ ſpẽs luxuriæ sũt grauia peccata,qa p ſe ſunt cõtra generatiõne humana,per q̃ recipimus vitã, q̃ rationem multũ commendauit Cai. 2.2.q.73.ar.3.& poteſt ampliari ex his, quæ dicit D.Tho.2.2.q.153.ar.3.

## *Aduocatus.*

ADuocatus pro conſilio dato accipere pecuniã poteſt.c.non licet. 11.q.3.

Si nõ ſit idoneus & patrociniat mortaliter peccat.l.nemini.C.de adu.Pan. in Rub.de pert.Bar.in l.1.ff.eo. D.Th. 2.2.q.71.ar.2.Quod intelligitur qñ ad eſt peritus arg.l.certi.ff.de iud.& gloſ. A cap.ad audien tiam .de conſuetud.

Si defendit cãm iniuſtam peccat cũ obligatione reſtituẽdi ſi partem nõ admonuit.arg.c.1.ad Rom.& c.1.de off. deleg.ſi poſtquam agnouit eſſe illã iniuſtã nõ deſiſtit a defenſione, & quærit partes cõcordare D.Tho.vbi ſupra. Si cauſa eſt dubia propter diuerſitatem opinionum de voluntate ſui principalis poteſt eam proſequi.

Si eſt in cauſa, q ſuus principalis iuſtã cauſam perdat, peccat cũ obligatione reſtituẽdi.l.idem.§.1.ff.ad l. Aquil. Vel qđ aduerſarius ſuam iuſtam amittat, aut aliqđ damnum totale accipiat per dilationes,& illicitas ſubordinationes. Hoſtienſ.in c.calumniam. de pęn.

B Si indicat ſecreta notabilis momenti ſuæ partis aduerſario.l.1. §.ſi is qui. ff.ad l.Corneliam.de falſ. cum obligatione reſtituendi.

Si ſtipendium immoderatum, aut ex eo quod non debet, accipit.ca. non ſane.14.q.5.

Si aduerſæ parti fauet.l.1.ff. de præuaricatiõe.

Si conueniat de quota parte litis cõtra legem ſcriptus.ff.de pact.l.item. C. de procurat.¶Man.c.25.nu.28.

Aduocatus præuaricator appellatur quando fauet parti aduerſæ.ibi.nu.30.

Debet eſſe baptizatus qui aduocandi officium gerere vult; cap. nemo. de C pœnitent.diſtinct..1. & l. nemo. C.de poſtulando. Vocatur etiam Togatus. ibi.& C.de aduocat. Dicitur etiam patrocinator.l.rem non nouam.§.patroc. C.de iud.¶Com.cap.nemo.de pœnit. diſtinct.1.

Aduocare quando liceat clericis. verſ.clericus.

Quando liceat regulibus verſic. regularis.

Cõſultus de aliqua re in ſecreto debet ſeruare ſecretum.¶Ma.c.25.nu.42.

Poteſt teſtificari contra ſuum clientem,ſed non de eo quod illi in ſecreto communicauit.¶Com.ca. inter verba. concluſ.6.nu.802.& 805.

Aduocatus in poſtrema allegatione debet adducere omnia fundamenta, quæ poſſunt prodeſſe cauſæ ſui clienſis ſecundum Spec. in tit. de diſput. & allegat, aduocat. §. 3. nu. 4. ¶ Com. cap. tres autem, de pœnit. diſtinctione prima, nu. 18.

## *Aegrotus.*

AEgroti multi ad mortem, parce viuendo conualuere, vt aſſerit D. Hieron. relatus in c. legimus, de conſecr. diſt. 5. ¶ Conſ. 15. de ſponſal. nu. 2. libro 4.

Ægrotus ſi ſanus pęnitentiam non egit non eſt audiendus ſi dum ægrotat pacis communionem poſtulet, quia nō præſumitur ex animo, & Dei amore, ſed ficte pœnitere. At ſi ignoramus illius animum admittēdus eſt. ¶ Com. cap. ſi quis, de Pœnit. diſ. 7. §. Idcirco. numero 1.

## *Aequitas.*

AEquitas præferenda eſt rigori, l. placuit. C. de iudic. c. iræ. de tranſactio. quod intelligitur niſi hic ſcriptus, illa autem non, vel hic in ſpecie, illa autem in genere. ¶ Conſ. 13. nu. 4. de cler. non reſid. lib. 3.

Eſt autem duplex altera limitans, qua excluduntur caſus incluſi. Altera extendens, qua includuntur non incluſi, ſecundum multos, contra quos inuehitur auctor. ¶ In Rubr. de iud. nu. 72. tomo tertio.

## *Aetas.*

AEtas ad matrimoniū requiſita iuris humani eſt, quare ī illa poteſt ſummus Pontifex diſpenſare. ¶ Conſ. 39. de ſponſ. nu. 9. lib. 4.

Idem dicendum de ætate quo ad ordines, de qua in verſ. Ordo. in prin. Idem q. ad Benef. de qua verſ. beneficium.

Ætas nulla ſera ad diſcendum. l. apud Iulianum, ff. de Fideic. ¶ Com. de prat. c. 16. nu. 30.

A

## *Aeſtimatio.*

AEſtimatio rei ex venditoris, non autem ementis vtilitate metienda eſt D. Thom. 2. 2. q. 77. artic. 1. Sotus communiter recep. 4. diſt. 15. ¶ Conſ. 1. nu. 12. de depoſ. lib. 3.

## *Affinitas.*

AFfinitas eſt propinquitas duarum perſonarum quarum vna cum cōſanguinea alterius copulam habuit, gl. in Rubr. de affinitate. In qua re copula licita, & illicita æqualia ſunt, cap. dilectionem, de eo qui cogn. conſanguin. vxor. modo illa ſit perfecta. Quæ autē
B illa ſit vide verſ. copula carnalis, nu. 1. pag. 65. Neque ad hoc ſufficit quæcunque turpitudo ſecundum gl. in c. extraordinaria. 33. q. 3. Neq; actus ſodomiticus. Tho. 4. diſ. 41. Ant. 3. p. hom. j. c. 12.

Hæc affinitas vſq; ad quartum gradum Matri, impedit contrahendum, & dirimit iam contractum ſi ex licita copula oriatur. Si autem ex illicita vſque ad ſecūdū. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de reform. matr. declarat Pius V. in extrauagant. Ad Roman. Pontif. Man. c. 22. nu. 42. Nec refert ſit ne occulta, vel publica. c. concupiuiſti. 32. q. 7. ¶ Conſ. 93. de ſponſal.

Affinitas ſemel contracta non extin
C guitur morte perſonæ, qua mediante contrahitur, c. fraternitatis. 35. q. 10. & gl. ibi recep. Quod ſi ſuperuenit matrimonio in tertio, & quarto gradu nō impedit exactionem debiti, cum non impediat contrahendum, & text. per ſimilitudinem rationis extenditur de vno ad aliud. l. non poſſunt, ff. de leg. & c. dudum, el ſecundo, de electio. quia minus eſt exigere, quam contrahere, ergo ſi licet quod maius eſt, licebit id, quod minus, arg. cui. licet quod plus, de regul. iur. lib. 6. ¶ Conſ. 43. de conſanguinitat.

Affinitas ex illicito coitu non contrahitur iure naturali, aut diuino veteris legis, neque vllo antiquo Romano

 Ethni-

Ethnico.l.nõ facile.vbi dicit, quod ex iuſtis nuptijs cõtrahitur. Secũdo, quia ex iure nullo naturali id elici pôt, cum nõ ſit per ſe notũ, neque ex per ſe notis trahi poſſit. Tertiò, q̃a in Leu.c.18.probatur contrariũ.conſ.7.de conſ.n.3. & hinc colligitur, ꝙ affinitas ex illicito coitu inter infideles non oritur.ibi.n.8

Affinitatis impedimẽtũ ſuperueniẽs matrimonio nõ impedit, neq; dirimit quoad vinculũ.c.diſcretionẽ, de eo q cogn.cõſ.vx.ſuæ.¶Cõſ.43. de cõſ. n.1.

Affines dicuntur illi quorũ alter, ad alterius cognationem accedit. Modeſtinus l.nõ facile.§.affines.ff.de gradu aff. & l.nõ ideo minus.C.de hæredi.inſ.& l.qđ ſeruus.ff.de cond.cã data. vbi dicitur inter ſpõſum & ſponsã de futuro eſſe quãdam affinitatem, ſed id largo modo, & iproprie intelligẽdũ eſt. Quia ꝓprie, vt ſup.dicit, ex copula oritur affinitas, vel ex legitimis nuptijs iure Cæſareo. vel ẽt ex illegitimo coitu ſine nuptiis ex iure Canonico. At ex ꝓmiſſione de futuro nullũ oritur impedimentum affinitatis.¶Conſ.8.de conſ.li.4.

## *Agere.*

Agere pro alio ſine mãdato, neque reſcriptũ impetrare nemo põt ad lites.ff.& C.de proc.¶Conſ.4. de priuileg.lib.5.

Agẽti per viã attentatorũ, licet opponatur defectus notorius ꝓprietatis non eſt admittenda abiuratio ſpontanea.

Agenti ſuper reſtitutione iuriũ beneficij non obſtaret eius renuntiato. ¶Trac.oppoſit.opp.2.n.9. to.3.

Agere licite nemo põt ẽt ſuperiore præcipiẽte qđ ipſe credit eſſe malũ, durãte illa credulitate; ẽt ſi malũ ſit quando nõ facit id, qđ ſibi præcipitur, q̃a id, qđ nõ eſt ex fide peccatũ eſt Rom. 14. & cõſciẽtia erronea ſemp ligat.¶ Cõ. c.ſi quis autem de pœn.diſt.7.n.19.

## *Alienatio.*

Alienãdi prohibitio per iuſtã diſpẽſationẽ tollitur, ſed & ius legis ſuper qua diſpenſatur.iux ta §. Niſi rigori.in c.requiritis. & c. ad multa.de præb.¶Conſ.4.de empt. & vend.lib.4.

Alienandi prohibitus poteſt locare ad paruum tẽpus, ſicut emphyteuta emphyteuſim.¶Ibi.ver.emphyteota.

Alienandi cauſa apparens, & ſi non ſufficiat quo ad nullitatem poteſt tamẽ tollere peccatum mortale. ¶ Conſil.de alien.rei cred.nu. 9.lib.3.

Alienãs male res Eccleſiæ illas repetere põt.c.ſi q̃s præsb.de reb.eccl. non ali.ca.noſtri.de elect.¶Conſ.5.nu.6.de corp.vitiat.lib.1.

Alienãs res Eccleſiæ ſine iuſta cã, & ſolẽnitate iure canonico itroducta, nõ ciuili, peccat, & pœnas incurrit excõmunicat.& priuationis beneficij, & eã dẽ pẽnã incurrit ille, qui recipit.c. ſine exceptione.12.q.2.eſtrauag. 1.Paul. 2. de reb.eccl.nõ alie.ſed quo ad forũ interius poſſet excuſari aliqua circũſtantia.¶Conſ.2.eod.ti.n.2.li.3. & com.de alie.rerum eccleſ.nu.5.to.1.

Alienãs res eccleſiæ in caſibus pmiſſis Bullã Pauli 2.non incurrit. ¶Cõſ.2. vbi ſupra. Man.c.27.n.149. Quod intelligendum eſt de illo, qui non iurauit non alienare ſaltem iuſſu ſupremi ſuperioris, id eſt Papæ.

Alienans dominium bona fide tãta pẽſione perpetua, quanta colligit ſingulo quoque anno, nõ ſeruata iuris ſolẽnitate, nõ videtur peccare: quia facit cõditionem meliorem. Iaſ.in l.1. notab.vlt. nu.13.C.de iur.emphyt.¶Com.de alienand.rerum eccleſ.num.18.tom.1. Qui vero male alienat debet reuocare bene.c.magnæ.22.q.4.¶Ibi.n.23.

Alienare ꝓhibitus aliq̃ rẽ, nõ poteſt eã alienare in aliquẽ extraneũ per hæredis inſtitutionẽ; licet id poſſet facere p ſucceſſionẽ ab inteſtat.l. cũ pater. §.cum inter.ff.eo.¶Conſ.6.de teſt.li.3.

Alienare res mobiles prætioſas, & alienare immobiles paria ſunt. Panorm. communiter recep.c.nonnulli. de reb. eccleſ.non alie.¶Conſ.7.eo.tit.li.3.

Alienare qui conatur nõ punitur vt alie-

alienans. Card. in clem. 1. eod. tit. verſi. ſi quis. q. 2. ¶Com. in cap. ſi quis non dicam. de pœ. diſt. 1.

Alienatio rei minoris ſine iuſta cauſa facta non valet etiã ſi fiat cũ authoritate Iudicis. l. magis puto §. æs alien. ff. de reb. eorum, quæ ſub tutel. ¶Ibi.

Alienatio rei eccleſiaſticæ paruæ cõmiſſionis ſolemnitatis non innititur. ¶Conſi. 1. de feu. li. 3.

Si male facta eſt & peccauit ſolũ alienans, ſolus tenẽt reſtituere. Si ſolus accipiẽs, ſolus tenẽt. Si autẽ peccarunt ambo, tenentur vterique in foro cõſciẽtiæ. In foro autẽ exteriori partes peccatrices excuſare ſe poſſent à reſtitutione diſſimulando dãnũ Eccleſiæ, à quo valdæ cauẽdũ eſt. Quãdo autẽ excuſentur dans, vel recipiens à peccato, conſiderãdæ ſunt multæ circunſtãtiæ negotiorũ, & pſonarũ, atq; ignorantis viris, ac facti. ¶Com. de reb. eccl. non alien. nu. 24. & 25.

Alienatio rei cathredalis facta ab Epiſcopo de conſenſu. c. valet. Panorm. in c. 1. de his quæ fiunt a prælato. & per c. ſine exceptione. 12. q. 2.

Alienatio eſt actus per quem trãsfertur dominium proprie, & ſi large ſignificet ẽt alios multos actus l. fi. C. de reb. eccl. non alien. ¶Com. eo. tit. nu. 1.

Alienatio rei eccleſiaſticæ facta cũ ſolẽnitate debita valet, & ſi fiat ſine vlla iuſta cã ſcdm gl. c. ſine exceptione. 12. q. 2. qđ tñ non eſt tenendũ. iux. gl. in c. 1. de reſt. in iure ſuper verſi. redire. q̃ Anto. Panor. & communis ſequuntur. ¶Com. de alien. reb. eccl. nu. 9.

Alienatio facta vltra iuramẽtũ facit periurium quo ad vtrumque forum, qa transgreditur iuſtum iuramẽtum cõtra c. ſi vero. de iureiurand. & cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6. ſi tamen eſt facta in caſu iuſto valet. ¶Ibid. nu. 17.

Alienatio ſine iuſta cã nulli eſt licita, neque etiã Papæ: quia eſt contra mẽtẽ Chriſti. ¶Com. de ſpol. cler. §. 2. n. 4. to. 1. In illa autem quæ iuſtã habet cauſam Papa nullam requirit iuris ſolẽnitatem, quo ad vtrumque forum. ibi. nu. 6.

A Neque ſi res eſt Eccleſiæ inferioris valet alienatio. §. 3. nu. 1.

Cauſæ autem alienandi poſſunt eſſe tres, vel quatuor. primo neceſſitas, vt cũ debita vrgent. §. hoc ius 10. q. 2. Secũdo pietas vt redẽptio captiuorum alimonia pauperum. Tertio. vtilitas c. ſine exceptione 12. q. 2. Quarto cauſa in commoditatis excuſandæ, quia res eſt magis damnoſa quam vtilis. ¶Comm. de reb. eccl. non alien. nu. 3. Et quo ad neceſſitatem intellige illam, quæ eſt Eccleſiæ non autem perſonæ. Licet enim vendere rem Eccleſiæ pro ſoluendis debitis illius; non autem perſoluendis

B debitis, quæ Parochus contraxit per ſua perſona, cognatorum, vel amicorũ. ¶Com. de ſpol. cler. §. 2. nu. 5.

Alienatio facta à Papa quædam eſt iuſta & valida, quæ fit iuſta de cauſa, quædam valida, ſed non iuſta, qua ſine iuſta cauſa res vnius Eccleſiæ in aliam, ſeu alios pios vſus transfertur, quędam neque iuſta, neque valida, qua Papa ſine iuſta cauſa rem eccleſiæ ſtabilem in laicos, & prophanos vſus alienat. ¶Ibi. §. 3. num. 8.

Et qđ de alienatione rei eccleſiæ eſt dictũ, idẽ intelligendum eſt de vſufructu, quãdo conceditur ad vitam, vel lõgum tempus, iuxta clem. 1. de reb. eccl.

C non alien. ¶Ibid. §. 4. ſed vſque ad modicum tempus id non procedit per argum. a contrario. ¶Ibi. nu. 2.

Alienatio rei facta ab Abbate ẽt exẽpto ſine licẽtia Papæ, vel alterius ſuperioris niſi intercedat cõſẽſus c. eſt inualida. Card. in cl. 1. de reb. val. nõ alien. Ratificari autem poteſt per ſuperiorẽ, vel per illum in cuius ditione res ſita eſt. ¶Conſ. 10. eo. tit. lib. 3.

Alienatio inferioris à Papa requirit cauſam, ac ſolemnitatem à iure hum. ſaltem Pontif. ſtatutam ſecundum omnes, in c. ſine excep. 12. q. 2. & in c. 1. de reb. eccl. non alien. Quæ aũt fit à Papa ſufficit vt habeat iuſtã cauſam, quia cũ nulla lege hum. ille obligetur non tene-

tur ſolemnitatem ſeruare. ¶Com.de ſpol. cler. §.2.nu.6.

Aliena qui occupat manifeſte peccato, c. Pœnale 14.q.5.¶Conc.3.de regu.numero 18.

Alienare fructus, bonorum ad modicum tempus, non eſt alienare bona c. veſtræ, de locat. & cap.1.de reb.eccl. non alien. ¶Com.de ſpol. cler. §.4.numero 2.

## Allegatio.

Allegationes nimiæ vitãdæ ſunt, quia harum ex gloſſis multorum authorum agglumeratiō faſtidit lectorem, eruditioribus nauſeam parit pręcipuè ſi vltra modum excreſcat, & tandē nocet aliq̃ñ allegare infirma ad cõprobandum id quod probaueris iuxt. expreſſa. ¶Com.de reb.eccl.prǽl.n.2.

Allegans turpitudinem ſuam nõ eſt audiendus cap.cum ſuper. de conceſſ. præb.l.itaque fullo, ff.de furt.quod intelligitur, quando nõ agitur de animarum ſalute, capit.veniens, & c.ferrum, diſt.50.d.cap. cum ſuper. ¶Conſ.1.de corp.vic.nu.6.lib.1.

## Altare.

Altari qui non ſeruit de illo viuere non debet niſi fuerit impeditus.c.1.de cler.non reſi.lib.6.13.q.1.c. 2.¶Conſ.6.eo.tit.lib.3.

Altàribus nemo brachijs, vel cubitis inniti debet, dum diuina officia in eccleſijs celebrantur.

Altaris oblationes laicis locari non debent, hoc enim impedit offerentiũ voluntatem, & deuotionem. ¶Enchir. de orat.c.18.nu.70.to.2.

## Alternatiua.

Alternatiuæ vna pars alteram declarat.l.1.ff.de reb. dub. ſed ſufficit adimplere alteram. l. plerumque, ff.de iure dotium, c.in alternatiuis, cũ gl.ff.de reg.iur.lib.6.¶Conſ.30. nu.1. de ſponſ.lib.4.

Alternatiua cuius altera pars eſt vera male proferens.c.14. de red. eccl.q. 1.& 2.nu.3.not.2.

A

## Amare.

Amare Deũ eo ſolo, vel præcipue, ac principaliter eo quod ab eo accipit, vel ſperat quis ſpiritualia, vel tẽpotalia bona tacitè, & expreſſe, pluris æſtimando præmium, quàm ipſius prę mij largitorem, peccatum eſt iuxta Maior.in 1.diſt.1. Silu.1.charitas.q.7. Qui verò minus æſtimat præmium, vel nullam vnius, vel alterius ſaltẽ habet conſiderationem, non peccat ob remunerationem recte agendo. Et qui contrarium dicit illum hæreticum eſſe pronunciat. Conc. Trident. ſeſſ.6. can.26.

B ¶Manua.c.1.& in addit. c.quando, de conſecr.diſt.1.nu.358.

Amare Deum ſuper omnia poſt peccatum Adæ non poteſt quis niſi in ſtatu gratię. Tho.1.2.q.100.ar.10.& 22.q. 20.ar.1. Quod intelligendum eſt, quo ad meritum beatitudinis. Poſſumus tamen adimplere id ſine gratia, vt probat Caiet.to.1.op.4.q.1. Intelligendo quo ad ſubſtantiam operum, & actus, iuxta Tho.4.diſt.28.q.1.3.¶Man.c.11. nu.7. Huc etiam videtur inclinare Sotus, lib.2.de iuſt.& iur. q.4.ar.10.

Amare Deum ſuper omnia ex charitate cum ſit præceptum affirmatiuũ, non tenemur quocũq; tempore.2.2. q. 33.ar.2.& Arch.in c.ſi peccauerit.2.q.

C 1.& in prin.de pœ.diſ.1.

Tenemur autem ad id ſecundũ Scotum.3.d.27.q.3. omnib. diebus feſtis. Quod quia durum videtur, ideo ab illo recedit Adr.q.4.de confeſ. quia nullus eſt tex.aut vlla ratio, quæ id neceſſario concludat. Tenemur ad id ſecundum aliquos ſemel in vita. Sed hęc ſententia eſt nimis laxa, quam recte confutat Sotus, lib.2.de nat.& grat.c.19.

Tenemur ergo vere primo cum ad vſum rationis prouenimus, & iam habemus, vel habere debemus cognitionem referendi, & dirigendi nos ipſos noſtraque opera omnia in Deum tanquam

quam in vltimum finem ſaltem conſu
ſe. Thom.1.2 q.89.ar 6.Secundo cum
tenemur ad habendam contritionem
de peccatis mortalibus. Caiet.ibid.Ex
quo ſequitur,quòd cũ adminiſtramus,
aut ſuſpicimus ſacramentum aliquod,
nõ eſt neceſſarius talis amor actualis,
cum ſufficiat gratia in qua ille virtua-
liter continetur. Tertio,quoties tene-
mur proximum ex charitate diligere,
quia hi duo amores eiuſdem generis
ſunt. ¶Man.ibid.num.8.

Amandi Deum præceptum quo ad
effectum vitandi nouum peccatũ mor
tale adimplet ille,qui diligens Deum
probabiliter credit ſe eſſe in ſtatu gra
tiæ, & cõſequenter iudicat ſuum amo
rem, eſſe amorẽ Dei, quamuis ſe non
ſit. ¶Man.c.14.num.9.

Amandi Deũ, & proximum ex cha
ritate præceptum non continetur in
Decalogo, ſed p̃ſupponitur ad illud.
tanquam primum principium ex fide
nobis traditum. ¶Man.c.2.nu.5.

Amare Deum plene in hac vita nõ
poſſumus ex charitate, vt tradit Aug.
de perfect.iuſtit. Thom.2.2.q.44.ar.6.
& in 3.d.27.q.3.ar.4. Neque hoc præ-
ceptum eſt,cũ teneamur amare eo mo
do quo poſſumus,id eſt vt in omnibus
totam intẽtionem noſtrã in eius amo-
rem, atque obſequium dirigamus in-
tellectum noſtrũ illi ſubijciamus,om-
neſque appetitus ad normam ſuæ ſan-
ctiſſimæ legis componamus: Et deni-
que oĩa noſtra opera exteriora eidem
conformamus. Th.2.2.q.44.art.3.Hoc
autem eſt Deum pp ſe,& magis q̃ cæ-
tera oĩa diligere,illique tam exteriori,
q̃ interiori obſequio,quo ad vltimatio
nem,& appretiationem inſeruire.Th.
1.2.q.109.a.3.& 2.2.q.184.ar.4.Maior.
in 1.d.1.q.2. & in 4.d.14.q.1. & Caiet.
2.2.q.49.ar.4. ¶Man.c.2.nu.6. Com.c.
cogitationis. de pœn.d.1.

Amare firmus aliquam aliam creatu
ram, q̃ animam ſuam, vel corpus pro-
priũ,pluſquam animã ſuam vel proxi-
mũ. Amare honores,vel fortunas pluſ
A quam proprium,aut proximum corpus
peccatum eſt mort. Bonau. & Ricar.3.
d.29.Amoris enim ordo hic eſt,vt ame
mus firmius primo Deum, quàm alia
oĩa. Secũdo nos ipſos quo ad animam.
Tertio animã proximi. Quarto corpus
noſtrumm iuxta Aug. lib.1. de Doctr.
Chriſtiana, & Thom.2.2.q.26. ¶Man.
c.1.num.23.

## *Amicitia.*

AMicitia Dei duplex eſt vna conſũ
mata,quæ erit in patria. Altera nõ
conſummata, ſed inchoata quam habe
mus in via. ¶Com.de Iub.Not.23.n.5.

Amicitiæ recuſandæ cauſa eſt arbi-
B traria,c.ad hæc,de reſcript.c.accuſato-
res,3.q.5. Et quãta debeat eſſe arbitrio
iudicis eſt relinquendum, argument.l.
1.ff.de iur. deliberand.ca.de cauſis, de
offi.dele.Idem dicendum ad ſciẽdum,
quę amicitia repellat teſtem.¶Com.in
c.cum contingat.8.cauſ.nullit.nu.3.

Amicitia tota fundatur in quadam
cõicatione,& ideo diuina amicitiã fũ-
datur in beatitudine, qua creator ſua
diuina bonitate communicat ſuis crea
turis, ſuam ipſius participationẽ. ¶In
add.c.quando, de conſec.d. nu.556.

## *Amens.*

AMens, aut iudicio carens, neque
obligari, neq; iniuriam facere po
C teſt,licet pati ſic.l.illud.ff.de idur.traſ-
lata,in c.illud 15.q.5.¶Conſil.1.de co-
gnat.ſpirituali,nu.1.lib.4.

Amens characterem ordinis ſuſci-
pit ſi ordinetur ſine vllo ſuo conſenſu.
¶Conſi.41.de temp.ord.nu.2.li1.

## *Amictus.*

AMictus armaturum capitis ſignifi-
cat, & oratio dicta quando illum
nobis imponimus caput potius, quàm
humeros reſpicit. Vt autem retorquea
tur ſuper humeros conſuetudo intro-
duxit. ¶Conſi.4. de celebratio. Miſſ.
lib.3.

Nobis tamen id nunc præcipitur, vt
pa-

patet in Rubr. Noui. Meſſalis per Piũ V. confirmati.

## *Amor.*

AMor naturalis amicitię, vel concupiſcentię fit actus charitatis imperatus, quando ob eam habeatur, id eſt quando fit ob finem Deo placendi. ¶Man.ca.14.nu.8.

Amorem hunc naturalem ſaltem erga inimicum quemcunque concipere tunc debemus, & illi ſpecialia dilectionis ſignare oſtendere, quando de offenſa veniam petit, ne nouum peccatum mortale incurramus. Ibid.num.3.

Secundò cũ proximus extremã patitur vitæ corporeę neceſſitatem, arg. c. Paſce. 86. diſtinctio. & l. Necare. ff. de liber. agnoſcẽd. Si aũt proximus cõſtitutus ſit in extremo periculo vitæ ſpiritualis, & aïæ: hinc ad concipiendum amorem gratuitũ, & charitatem erga illum tenemur, nu. 9. Et generaliter qñ Deũ, & proximum ex charitate diligimus excludere naturaliter inimicũ ſine pctõ mor. non poſſumus, niſi iã æternis fuerit ſupplicius inferno dãnatus. Tho.2.2.q.25.art.6. Ibid.num.8. & 25.

Amare inimicũ eſt actus magni meriti, & maioris, q̃ amare amicum, ſm̃ Tho.2.2.q.27. Cuius contrarium dicit Dur.3.d.30. cui reſpondet Caiet. vbi ſupra. Difficilius tñ eſt amare inimicũ, quàm amicũ, ſed bonitas actus non tã procedit ex difficultate, quàm ex natura, & bonitate eius. ¶Com. de orat. cap. 19.nu.99. & c.20.nu.48.

Amare ſeipſum vnuſquiſq; tenetur magis, quàm alterum, c. ſi non licet, 25. q.5. l. pręſcs. C. de ſeruit. quia amor pro prius exẽplar eſt amoris proximi. Mat. 22. & iõ eſt magis debitus, & propior Abulãleuſ. ſuper Matth. c.6. Anto.2.p. tit.4.c.1. ¶Com. ca. inter verba, 2. qu.3. concl.2. nu.7. concl.5. num.45.

Amor quo proximum proſequimur duas habet ſpecres ſi ſit honeſtus. vide D. Th.2.2.q.23.ar.1. & 1.2.q.26.ar.1 ad 6. Alter. n. dr naturalis, & humanus: alA ter ſupernaturalis, & diuinus, qui charitas, & charitatiuus amor nũcupatur. Primus eſt quo illum diligimus eo, qđ eſt homo; cognatus vel quocunq; alio reſpectu præter Deum, aut fœlicitatẽ æternã. Et ille eſt duplex, videlicet, amor concupiſcentiæ, quo ipſum diligimus principaliter ob bonum noſtrũ, & amor amicitiæ qñ ipſum diligimus ob bonum eius. Et vterque amor ſi fuerit bene ordinatus eſt bonus, contra ſi male. Supernaturalis, & diuinus amor eiuſdẽ eſt naturæ cuius eſt amor Dei ſm̃ D. Thom.2.2.qõ.23.ar.q.5. quia obiectũ formale ſiue cauſa amoris eſt ipſa diuina, & infinita bonitas; illum. n.

B ſic amamus, quia capax nobiſcum eſt æternę beatitudinis. Et ille ſolus amor charitas eſt, & qua, & nos ipſos amare poſſumus, & debemus; quia nos Deus capaces facit illius æternæ felicitatis. ¶Man.c.14.nu.6.

Amor Dei, quo pluſquam oĩa alia diligitur, videtur peccatorũ virtualis pęnitentia ſm̃ communem ſententiam, cui aſſentitur Gabr.4.d.14.q.1.3.d.27. q.1. Medin. C. de princ. q.2. Amor obedientialis eſt, qui virtualiter continet voluntatẽ efficacem adimplendi, quicquid Deus præcipit. Medin. vbi ſupra. Quod tñ Sotus lib. 1. de natur. & grat. c.18. Soli materiæ attribuitur. Author. opi. Medinæ amplectitur, eamq; multis

C cõprobat fundamentis. ¶Man. c.1.n.5.

Amor Dei maximus eſſe debet, non quo ad intentionem, ſed quo ad firmitatẽ: præferẽdus. n. eſt dilectioni cuiuſcunque creaturæ, neque propter vllã aliam eſt deſerendus. Tho.1.2.qu.109. ar.3. ¶Man. ibid. num.4.

Aor charitatis nonnunitat ad optandum vitam, & ſalutem corporis, cum animæ ſalutem impediũt, vt dicit Gregor.22. moral. & Thom.2.2.qu.36. art. 2. & Com. cap. inter verba, conclus.6. num.607.

Amor proprius eſt exẽplar amoris proximi, qđ ſignificatur per illud Mat. 22. Diliges proximũ tuũ ſicut te ipsũ.

Et

Et ideo eſt nobis magis debitus quam amor proximi. ¶ Com. cap. inter verba concl. 5. num. 45.

Amor Patris erga filiũ intenſior eſt; ſed amor filij erga Patrẽ debet eſſe firmior, quia magis debitus, 22. q. 26. art. 9. ¶ Com. c. inter verba concl. 6. nu. 8.

## *Anathema.*

ANathema eſt dictio græca, vt aſſerit Aug. q. 41. ſuper Nume. & D. Tho. c. 9. ad Rom. & c. 1. ad Gal. & eſſe Hebræa, vt D. Hier. teſtatur ſuper epiſ. ad Gal. ca. 1. ab hebræa. n. lingua, q̃ oẽs alias præcedit potuit mutuari à Græcis. Et dr̃ ab Ana, quod eſt ſurſum: & Theſis, poſitio, quaſi ſurſum poſitũ, & ab alijs ſegregatum. vide D. Thom. locis citatis.

Apud autem Canonum peritis duo ſignificat, alterum eſt modum ſeparandi Chriſtianum à Chriſtianorum communione, c. nemo. el ſecundo. 2. q. 3. & c. Geltrudam 3. q. 4. c. ad apoſtolicę, de iud. Alterum eſt, Chriſtianum ipſum ſic ſeparatum. Quod efficaciter probatur per ſex capitula. Conc. Gangr. poſita d. 30. in qua ſignificatione accipitur Ioſue 6. Rom. 9. Gal. 1. Quando autem differat ab excommunicatione. Vide verb. excom. ¶ Com. de datis, & prom. nu. 10. to. 1. conſ. 5. de ſent. exc. n. 5. li. 5.

## *Ancilla.*

ANcilla erogans pauperib. minuta aliqua ex tacito dominorum conſenſu, vel ſine animo perueniẽdi ad notabilem ſummam, reſtituere non tenetur. ¶ Conſi. 2. nu. 5. de fur. li. 5.

Si ſe à Domino cognoſci permittit ſeparari debet. ¶ Man. c. 16. num. 22.

## *Angelus.*

ANgelus ꝙ aſſit orantibus credendum eſt, iuxta illud pſalm. 137. in conſpectu Angelorũ pſallam tibi, non ſine compaſſione noſtrum, qui ſomniculoſi horas recitamus. ¶ Com. de orat. c. 9. num. 3. to. 2.

A Angeli boni voluntas ita in bono firmata eſt, vt nõ poſſit penitere illius boni, quod ſemel elegit. Sicut contra Angelus malus, ita in malo confirmatus eſt. 2. ſent. d. 7. & Tho. 1. 7. q. 64. ar. 2. de ver. q. 24. ar. 1. de mal. q. 16.

Angeli tam boni, quàm mali natura ſua ſunt liberi arbitrij, ſicut homines, c. ſi animi, §. liberi. d. 2. quam libertatẽ non perdiderunt mali per peccatum. Non poſſunt tamẽ mutari poſt electionem, quia ſunt in termino, & non in via. ¶ Com. c. principium, de pœn. d. 1.

## *Anima.*

B ANima eſt actus corporis phyſici organici potentia vitã habentis, iuxta Ariſt. 3. de anima. Sed aptius ſic definitur dicendo, ꝙ eſt ſubſtantia, qa id competit oĩ animæ ſm̃ Tho. 2. ſent. d. 3. qu. 1. art. 6. ſubſtantia inquam, per ſe ſubſiſtens, quod facere non poſſunt aĩa vegetabilis, & ſenſitiua. Thom. 1. p. q. 75. ar. 3. (Incorporea) quam negarũt Diogenes, & cęteri qui dicebant ea eſſe ventum, vel aerem, vt refert Iſid. li. 2. etymolog. c. 1. (Immortalis) contra hæreſim Arabicorum ſm̃ Iſid. li. 8. c. 5. Conc. Later. ſeſſ. 8. c. 1. Tho. 1. p. qu. 61. ar. 2. ad 3. 2. 2. qu. 164. ar. 1. ad 1. (Creata à Deo) contra hæreſim Tertulliani, qui aſſeruit creatas ab Angelis, vt re-

C fert Aug. lib. de hæreſ. c. 86. c. firmiter, de ſum. Trin. (Ex Nihilo) contra hæreſim Gnoſticorum, qui (vt ait Iſid.) poſuerunt illam ex ſubſtantia Dei, quæ etiam fuit hæreſis Manichæorum damnata per Conc. Brach. 1. c. 5. (Quando infunditur corpori) contra Orig. qui eas poſuit à principio in cœlo creatas vna cum Angelis, vel contra gloſſ. c. ſi quis obiecerit, 2. q. 3. quæ prius illas viuere vult quã ſint in corpore. (Vt ſit forma ſubſtantialis) eos qui contradicunt damnat Cõc. Vien. clem. 1. §. porrò, de ſum. Tri. Th. opuſc. 24. (Ad obtinendã beatitudinem) quę eſt finis noſter vltimus, vt tradit Aug. in ench. ca. 9. Mag. in 2. diſt. 1.

(Per

(Per gratiam)non per potentiam na
turalem cum generali Dei cócurſu, vt
aſcribit Pelag. quos appellat hæreti-
cos. Iſidor.damnatos in Conc. Milen.
c 5.& in Cóc. Aphricano.c.80.Tridēt.
ſeſſ.6.(Et per bona opera)quæ requirũ
tur in adultis ad iuſtificationē. Erit er-
go animæ rationalis diffinitio iſta. Ani
ma eſt ſubſtãtia per ſe ſubſiſtens,incor
porea immortalis à Deo creata ex nihi
lo,quãdo infunditur corpori,:vt ſic for
ma ſubſtantialis eius per ſe, ad beatitu
dinē per gratiã , & bona opera conſe-
quendam apta. Hinc ſequitur,quòd.

Anima rationalis eſt indiuiſibilis,cũ
ſit incorporea,tota cum toto, & in qua
libet parte corporis ſecũdũ D. Thom.
1.p.q.8.art.2. ad 3.3.q.46. art.7.& in 1.
ſen.diſt.5.art.3.

Non eſt homo cum ſit incorporea,
& immortalis, ſed tantum pars homi-
nis eſſentialis. Th. opuſc.23. & Innoc.
3.c.in quadam, de celebrat. Miſſ. Tho.
1.p.q.75. ar.4.q. 79.artic.1. Ariſt.2. de
anima 3.text.

Non reſidet ſoli cordi, vt inde reli-
quũ corpus gubernet,vt videtur ſenti-
re gloſſ.c.1.de ſacra vnctio. ſed ibi quã
plurima opera,quę ad vitam pertinent
operatur,quæ non operatur in alijs par
tibus. Neque augeri, aut minui poteſt,
ſed ſemper manet eadē,vt recte Theo.
fatentur in 2.ſent.diſt,17.¶ Man.præl.
1.per tot.

Anima humana intellectus dicitur
ob intelligibilē potẽtiã, intellectus a-
gēs pro quãto cognoſcit, & agit notio
nes. Poſſibilis quaten⁹ recipit eas. Mēs
quatenus eas recolit. Ratio autem ſecũ
dum Auguſtinum 9. ſuper Gen.ca.20.
quatenus aliud ex alio deducit. Pars ra
tionis ſuperior ſecũdũ Aug. quatenus
intendit æternis cõcupiſcendis. Ratio
inferior quatenus intēdit inferioribus
gubernandis. Intellectus ſpeculatiuus
quatenus id quod intelligit non ordi-
nat ad opus. Practicus autem cũ illud
ad opus ordinat. Tho.1.p.q.79.

Anima ſimiliter quatenus habet vim

A volendi diuerſimode appellatur. Ani-
mus ob potẽtiã. Voluntas propter actũ
ipſum ſpiritum eam Paulus vocat. Gal.
5. Et appetitus intellectiuus vulgariter
dicitur. Et differt à potentia appetendi
ſenſitiua,quia illa ad plura extenditur,
& dicitur ſenſualitas. Iſta autē vis appe
titiua,& rationalis. Et hæc mouet intel
lectũ volēdo,& imperando,vt agat. Il-
le autem mouet hãc obiectum illi prę
ſentando,& rationem, qua illud velit,
aut velle debeat ſe.1.2.q.9.ar.1. Conti
net etiã ſub ſe concupiſcibilem, & ira
ſcibilē partis intellectiuæ, per quas nõ
ſolum poteſt facere id,quod faciũt ira-
ſcibilis, & cõcupiſcibilis ſenſitiuæ cir
ca ſenſibilia,ſed etiam circa ea, quæ tã

B tũ ſciat intelligibilia. Et poteſt concu
piſcere illa omnia, quæ cognouit per
ſenſum,vel rationem cõuenire, tenue
ro contraria,& retinendo reſiſtere om
nibus contrarijs.¶ Manu. Præl.3.

Anima rationalis habet liberũ arbi-
triũ, de quo vide ſuo loco plura poteſt
cognoſcere,& appetere quatenus ratio
nalis,quã quatenus ſenſitiua,qa omnia
cognoſcibilia ad quæ ſe extēdũt vires
ſēſitiuæ per notitias,& appetitus mate
riales cognoſcere põt, & præter hæc
omnia immaterialia, vt ſeipsã, & ſuos
actus interiores Angelos, & eorum a-
ctus immo, & Deum ipſum aliquo mo
do,& in eius ſimpliciſſima,indiuidua-
que ſubſtãtia lumine tñ ſupernaturali

C adiuta perſonarũ Trinitatē intelligit.

Anima cognoſcit ſe per intellectus
ſui actũ; ſuã naturã conſiderando.1.p.
q.87.art.3. Et per vim intellectus pro-
prium actũ intelligendi,& volēdi. Cu
ius tamen notitia qualitas eſt, ſicut &
notitia Angeli, non autem ſubſtantia,
ſicut notitia Dei. Intelligit etiam di-
ſcurrendo, quod Angeli non faciunt.

Anima eſt imago Dei ſecũdum ſuã
naturam intellectualē. Et ſecũdum ſuã
potentia,& actus: quia non ſolũ quate
nus eſt apta ad cognoſcendũ,& aman-
dũ Deum eſt illi ſimilis, ſed etiã quate
nus hēt illas tres vires; primo,quia ha-
bens

bens immaterialem ſubſtãtiam poteſt meminiſſe intelligere, ac velle ſine aliqua materiali qualitate. Secundo, quia in vna, & indiuidua natura animæ ſunt memoria, intellectus, atque voluntas. Tertio quia anima ſe ſe intelligendo parit notitiam ſui, quæ eſt imago, & p illam notitiã, ac voluntatem parit amorem. Quarto, quia talis notitia non eſt anima ſiue intellectus. Neq; Amor eſt anima, ſiue volũtas ſunt tamen hæc accidentia. ¶ Manu. præl ud. 3. per totum.

Animę vis, ſeu potẽtia eſt proximũ principium operationis eius, 1. p. q. 67. art. 1. ornata fuit à diuina bonitate omnibus virtutibus, ac viribus, quas habet anima vegetabilis, ita vt poſſit dici vegetatiua. Maior. 2. d. 16. qu. 2. Habet. n. potentiam nutritiuam, qua corpus conſeruat. Augumentatiua qua auget, & perficit. Generatiuam qua ſibi ſimile producit. Ariſt. 2. de anima. tex. 13. D. Th. 1. p. q. 78. ar. 1. Ornata etiam fuit viribus ſenſitiuis, ita vt poſſit ſẽſitiua anima appellari, vt ait idem Maior. mouet enim ſe homo ad cognoſcendum quare habet potentiam motiuam, & ſenſitiuam, id eſt facultates interiores, & exteriores, & appetitiuam, quæ ſenſualitas vocatur. Tho. 1. p. q. 81. art. 1. Ioann. 22. in procem. clem. Innoc. 3. ca. 1. §. in vertice. de ſacra. vnctio. & partiuntur in iraſcibilem, qua reſiſtit cõtrarijs, & cõcupiſcibilem, qua appetit proficua, & ad vitam conducentia. Quæ potentiæ non ſũt idem, quod aĩa cum ſint cõpoſitæ ex aliqua parte corporis, & ipſa met anima. ¶ Manu. prælu. 2. per tot.

Anima præter potentiam vegetatiuam, & ſenſitiuam habet etiam duas alias, videlicet intellectum, & voluntatem, quas non eſſe idem quod anima. Tho. cum ſuis aſſerit. 1. p. q. 77. art. 1. & 1. ſenten. d. 3. q. 4. & de anima. qu. 2. art. 12. contra Scotum, & ſuos in 2. diſt. 16. Quæſtionem hanc Maior. ibid. dilucidius explicat Gabriel vero illam obtenebrat. Scoti opinio videtur verior, q[uia] habet rationes fortes, & per illam mul-

A tæ euitantur difficultates. Et cum dicat D. Thom. 1. p. q. 79. ar. 7. Memoriam ab intellectu non eſſe diſtinctam, neque intellectum poſſibilem ab agente, neque ſpeculatiuum à practico, neque rationem ab intellectu, quia non ſunt entia multiplicanda ſine neceſſitate. Ideo per eandem rationem dicendum videtur non diſtingui intellectum à voluntate, neque hęc ad ipſa anima, quod aſſeruit ante Iſid. à nullo eorũ citatũ lib. 11. Ethymolog. c. 1. vbi videtur ſentire, quòd anima multis vocatur nominibus ob varia officia, atq; functiones multiplices. ¶ Pręlud. tertio.

B Animę ſalus pręferẽda eſt omni alio commodo, c. ſancimus, 1. q. 7. & ca. ille. 22. q. 5. ¶ Conſi. 14. de offic. iud. or. li. 1.

Animarum verba ſunt ipſa deſideria. ¶ De orat. c. 13.

Animæ noſtræ rationalis pfecta cognitio nulli vnquam ſine ſacrarum litterarum, ſeu fidei orthodoxæ cognitione plene patuit. ¶ Man. præl. 1.

Anima Chriſti omnia nouit etiam præterita, & futura, bona, & mala ſecũdum eorum circũſtantias. Primò, quia in illa ſunt omnes theſauri ſcientiæ, & ſapientiæ Dei. col. 2. Secundò, quia plena ſunt gratiæ æternitate Ioa. 1. quæ veritas ad ſcientiam refertur ſecundum Augu. 13. de Trinit. Tertiò, quia Chri-

C ſtus vt homo iudicaturus eſt oẽs Ioan. 5. Matth. 10. c. firmiter, de ſum. trinit. & cognitio præcedere debet iudicium. l. de qua re. ff. de iud. Apocal. 5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere ſciẽtiam, id eſt omnem cognitionem. Ioã. 16. Scimus, quia ſcis omnia. Ioan. vltimo. Domine tu omnia noſti. Tho. 3. p. q. 10. ar. 2. ¶ Relect. c. noui. de iud. Notab. 2. nu. 19.

Anima B. Virg. in conceptione fuit iuſtificata. Item Ioann. Baptiſt. & Hieremiæ antequam naſcerentur ſine vllo ſacramento, & ſacrificio, 3. p. q. 17. art. 1. & quæſt. 27. per totum, & lib. 3. d. 3. quæſt. 1. art. 1.

Anima proximi cum curari poteſt ſiue

ſiue læſione famæ eiuſdem, non eſt læ denda via denuntiationis.¶ Com.cap. inter verba concl.6.nu.623.

## Animalia.

ANimalia aliena, qui ferit, occidit, vel includit cum ſint domeſtica etiam fugitiua peccat ſecundum Maior.4.d.15.q.15.quoniam ob fugam nõ deſinunt eſſe alterius.¶ Manua.cap.17. num.128.

Animalia irrationalia excommunicare, vel in ius vocare, vanum eſt propter proprium actum, quia vt dicitur 2.2.q.90.ar.3. prauum eſt etiam adiurare creaturam irrationalem. Et quia nullas excommunicari poteſt, niſi hómo baptizatus, vt dicitur, verſic. excomm. ¶ Conſ.5.de excom.lib.5.

## Annexum.

ANnexum alicui non idem eſt, qđ illud i ſpecie, licet in genere poſſit eſſe idem. Rubr.de Iudei.nume.20. to.3. ¶ Conſil.25. de ſent. excommun. num.14.lib.5.

## Annus.

ANnus vario modo circa varias materias capitur. Legalis, qui apponitur inſtrumentis Notariorum ſecundũ curſum Romanum incipit à Natiuitate Domini, & ſic in Hiſpania, & Gallia, Anglia, & Venetijs ab Incarnatione, vt tradit Spec.tit. de inſtrum. edict. Rota deciſ. 3. Vſualis in Marca Taru. incipit à primo die Ianuarij. Cum autem ſtatuitur annus ad aliquid faciendum computatur a die quo poteſt, vel debet incipere illum, c. cum ſit Romano, de appell. & l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.

Quoad diuiſionem fructuum inter virum, & vxorem, facto diuortio incipit a die traditionis fundi dotalis. l. de diuiſion. ff. ſolut.matrim. Quo ad diuiſionem eorundem inter Epiſcopũ, vel alium habentem priuilegium accipiẽdi fructus primi anni beneficij vacan-

A tis; Incipit à die vacationis, glo.in c. ſi propter, de reſcrip.lib.6. Quo ad diuiſionem faciendam inter præceſſorem, & ſucceſſorem adeſt iure cautum. Attamen non debet attendi dies præſtitutus à lege, vel conſuetudine, vel ſtatuto. Sunt qui volunt diuiſionem fieri ſicut fit inter proprietarium, & vſufructuarium finito vſufructu. glo.d. cap. ſi propter, de qua i l. ſi vſufructuarius. ff. quib.mod. vſufruct. amitt. Et ſecundũ hanc debet præceſſor habere fructus, qui ſunt collecti, vel cæperunt haberi intra tempus, quo habuit beneficium, reliquos verò debeat habere ſucceſſor. Sunt alij qui volunt eam debere fieri,

B ſicut illa, quæ fit inter virum, & vxoré, de qua l. de diuiſione, ff. ſolut.matrim. & ſecũdum hanc debet incipere a die acquiſitionis beneficij, vel a die vacationis, aut a die ſtatuto per conſtitutionem, vel conſuetudinem. ¶ Conſi.61. de pręben.p.1.lib.3. De anno probationis. vide Probatio.

Annus Iubilei incipit a vigilia Natiuitate Domini in veſp. Com.de Iub. Notab. 32. nu.36.

Annualis poſſeſſio. vide poſſeſſio.

Annatæ ſolutio. vide ſolutio.

## Apoſtaſia.

C APoſtaſia generaliter ſignificat omnem retroceſſionem, & retractationem, ſeu deſertionem a veris. Goffred.in ſumm.num.1. per leg. deſertorem, ff. de re mili.

Eſt autem duplex, iuxta gloſſ. ſolem. recep.c.1.de Apoſt. prima a fide, ſecunda ab Ordine, tertia a Religione, cuius dictum tertium declarat D.Thom.2.2. quæſt. 12. artic. 1. & omnes Canoniſt. loco cit.

Apoſtaſia ab ordine proprie non eſt retroceſſio a clericato, & minoribus ordinibus.

Apoſtata non eſt ille, qui ſine licentia ab vna religione recedit, vt aliam etiam laxiorem intret ſecundum Inn. c. ſi. de renunc. & cap. intelleximus, de

æta.& qualit.ord. Neque ille qui habitum religionis deſerit, eũdem cito denuo reſumpturus licet peccet mort. & ſit excommunicatus, c.2. ne cleric. vel ſum.lib.6. Neque mendicantes intrantes religionem non mendicantium, licet per extrauag. Nicol.5. qui incipit viam ſint excommunicati. Neque fugitiuus, & vagus animum habens redeũdi, ſecundum Caie. quia iſte non retrocedit vere a religione.

Apoſtata autẽ proprie a religione, Religioſus ille qui eſt expreſſe, vel tacite profeſſus, & deſerit religionem, quam profeſſus eſt ſine trãſitu ad altã, cum animo non redeundi ad ſuam.

Apoſtata vero nullus fit per actum aliquem, qui non ſit peccatum mortiferum, neque per omnem talem actũ, ſed ſolum per illum per quẽ a religione, vt dictum eſt, recedit. Et hic in pœnas a Pau.4. & Pio 5. impoſitas incurrit. ¶ Conſ.1.de apoſt.per.tot lt.5.

Apoſtatæ vituperio digni ſunt, & ſubſidio indigni, quia manum ad aratrũ miſſam cõtra conſiliũ Euangelicũ retraxerunt multa committentes digna, quæ dure caſtigarentur. ¶ Conſi. 69.de reg.li.3.

Apoſtata non eſt, qui tranſit ab ordine ad epiſcopatum, quia non retrocedit, iuxta gl.recep.ca.1.de Apoſt.Tho. 2.2.q.62.ar.1. Imò vltra procedit dum fit de filio pater, vt ait gl. ca.1.18.qu.t. Idq. facit iure diuino naturaliter, & poſitiuo probante, c.ſtatutum 18.qu.1. & c.cum olim.de prin. ¶ Conſ.15.de reg. nume.2.

## *Apoſtolus.*

Apoſtoli ſi vouerunt omnia, quę ad ſtatum perfectionis perficiendorum, in quo ſunt religioſi, pertinent, vt D.Tho.2.2.q.84.ar.4. neceſſario vouerunt paupertatem quæ ad eund. ſtatum neceſſariam eſſe idem affirmat.2.q.86.

Cum electi fuerunt primo a Chriſto, & illum ſequuti ſunt, & reliquerũt ſua, non fuerunt facti epiſcopi, neque A presbyteri. ¶ Tra.de red.eccl.q.1.no.7.

Non habuiſſe illos dominium in ſpeciali ſi quis dicat non contrariatur, extrauag. Ioan.22. quæ incipit, cum inter, de ver.ſig. quia ibi damnantur illi, qui dicunt Chriſtum, & Apoſtol. non habuiſſe dominium in particulari, & in generali, ib.no.6.

Si paupertatem vouiſſent, cum facti fuerunt epiſcopi fuerunt ab illo voto abſoluti, & ſi quis dicat falſum dicit, quia hoc eſt nouitas hoc noſtro ſæculo periculoſa. Et deinde hoc reprobatur per illa verba, Innoc.3.cap.cum ad monaſterium, §.fi.de ſta.mon. Abdicatio paupertatis, & cuſtodia caſtitatis B adeo ſunt annexa regulæ monachali, vt contra eam neque Summ. Pontifex poſſit diſpenſare. ibi.not.9.

Apoſt. vouiſſe paupertatem conſtat ex Auguſ.7.de ci. Dei, c.10.& ex alijs, quos late citat Pelag.li.2. de planc. eccleſ.c.56.ibi.not.10.

## *Apparitores.*

Apparitores sũt vigiles curię quos vulgo sbiros vocamus. Iſti ſi clericos in armis capiunt ad obuiandum delicta ne committantur vere, vel præſumptiue non peccant, gl.c.2. de hęre. quã in hoc commendat. Dec.in c. cum non ab homine, de iu.

C Si vero capiunt eos principaliter, vt habeant arma eorum, & illis receptis dimittunt illos grauiter corã Deo peccant, quia ſine iuſto titulo videntur capere non deducendo eos ad iudices competentes: ſi non faciunt violentiã, non incurrunt cenſuras.

Poſſunt autem ab hoc peccatum p iudices competententes puniri, quia id intereſt Reip.l.ita vulneratus, ſſ. ad le. Aquil.& c.vt famæ, de ſent. excom. Non tenentur tamen ad reſtitutionem niſi condemnentur quia illa dantur ob turpem cauſam, & turpiter datum non eſt de præcepto reſtituendum, vt alibi dicitur.ſ.in Man.c.17.num.30. ¶ Conſ. 44.de ſen.exc.li.5.

# *Appellatio.*

APpellatio eſt ſententiæ reciſio, quæ diffi. non eſt identica, ſed cau ſalis, eſt enim appellatio cauſa reciſionis, non autem ipſe actus Azo. in ſum. tit. de appell. relatus a Bart. l. 1. ff. eodē, & defenſus a Decio in Rubrica de probatio. ¶ Com. cap. inter verba, concl. 4. num. 28. tom. 1.

Eſt autem appellatio duplex, altera, quæ proponitur verbis. Altera quæ facto fit per arreptionem itineris ad ſuperiorem, capit. dilecti, el 2. de appell. ¶ Conſ. 1. de ſent. exco.

Suſpendit declarationem, ſed non excommunicationem, ca. is qui §. fi. de ſent. excommun. lib. 6. glo. c. cupiētes, §. quod ſi per viginti, verſ. Priuatos, de elect. lib. 6. Fel. in ca. Rodulphus, num. 43. ¶ Conſ. 20. de ſent. exc. lib. 5.

Facit vt declaretur actus nullus, aut iniuſtus, & reponatur in eo ſtatus in quo erat ante illum. Bart. cum com. in Rubr. de appell. Panor. & Fel.

Appellatio non ſuſpendit excommunicationem latam, & actum præteritum, ſed futurum tātum, c. Paſtoralis. ¶ Relect. capi. ſi quando, de reſcriptio. num. 14.

Suſpendit hodie poteſtatem denunciandi in his, quæ non ſunt notorie, qñ fit ab excommunicatione lata. ¶ Com. ca. cum contingat, de reſcript. remed. 6. num. 8.

Appellatio in facto notorio non datur, cap. cum Romana, eodem tit. Sed a Iudicis declaratoria ſic ſecundum gl. c. cupientes, de elect. lib. 6. ¶ Conſ. 65. de ſent. excom. nu. 5. lib. 5.

Vt in ſcriptis dicatur facta, ſcripta debet afferri, Angel. l. a ſententia, §. 1. ff. de appell. Debet fieri coram iudice, aut illi legitime intimari. Cle. 1. eo. ti.

Et fiat intimatio intra tempus debitum. Spec. eodem tit. & fiat a parte, vel eius legitimo procuratore.

¶ Relect. cap. cum contingat, 6. cauſ. Nul. a nu. 7. to. 3.

A Appellatio, & ſupplicatio ſunt ſubreptionum remedia, quibus reſcindun tur ſententiæ. l. ff. de appellat. Authen. quæ ſupplicatio. ca. de precibus ſcript. offeren. l. & cap. ſi quando de reſcript. ¶ Conſ. 1. de corp. viciat, nu. 5. li. 1.

Appellatio conuenit etiam Regularibus quia edictum de appellando eſt per miſſoriū, ideo vniuerſaliter licet, niſi ſpecialiter prohibeatur, glo. vltim. recept. in l. qui reſtituens, ff. de rei. ven. Secundo quia appellatio in dubio debet admitti. Innocent. in c. dilectus, el ſecundo, de reſcript. Tertio quia appellatio eſt defenſio. l. 1. ff. de appell. & cū iure naturæ debetur nemini eſt deneganda. Clem. Paſtoralis, §. cæterum, de

B re iu. Illis vero nō licet appellare a correctione, & mandatis ſibi legitimè factis, neque ad defendendam ſuam nequitiam. Et in hoc ſenſu intelliguntur ſi qua obiecta in contrarium reperiantur. ¶ Conſ. 3. de appellat. & in com. de reg. num. 51.

Appellationis tempus durante com promiſſo non currit. Clem. Quamdiu, de appell. ¶ Conſ. 40. de præb. n. 2. li. 3.

Appellatio ſuſpendit iuſtam ſententiam, & omnia inde ſecuta. l. 1. ff. nihil innouari. Fallit autem quando Iudex procedit cum clauſula appell. remota, c. Paſtoralis, eodem tit. & cum appella

C tur a cēſuris, & in cauſis friuolis. ¶ Cōſ. 2. de app. & conſ. 40. de præb. lib. 3.

Appellatio ab ordinario procedente virtute iuriſdictionis delegatæ a Sede Apoſtolicæ vadit ad eundem, & nō ad Metropolitanū, c. licet, de offi. ord. ¶ Conſ. 83. de reg. nu. 6. li. 3.

Appellationi tenetur Iudex deferre in omnibus caſibus cum quibus appellari legitime poteſt hoc eſt infra decendium. Auth. hodie. C. de appell. ¶ Conſil. 2. eod. tit.

Appellari licet à definitiua in omni cauſa. gl. ſolem. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. Sed poſt Conc. Trid. Seſſ. 13. c. 1. In cauſa criminali non licet appellari, niſi qñ grauamen illatum, per illā

non

non poſſit tolli per appellationem à definitiua. Neq; a definitiua ſine cauſa in cauſa viſitationis, & correctionis, c.ſtatutum. ¶ Conſ.2.eo.ti.

Appellari ad Papam omiſſis medijs omnibus licet, cap. ad Romanam, el primo, 2.q.6.& c.1.de iudic. ibid.

A diffinitiua ſimiliter, vel vim habẽte illius, Cõcilij Prouincialis poteſt appellari ad illud, vel ad commiſſariũ generale, argu. totius tit.& ff.a quibus appellari nõ licet. Ab interlocutoria autẽ nõ licet qñ non habet vim definitiuæ. Conc.Trid.c.20. Seſſ.24. ibid.

Appellari põt a Iudice male arbitrãte aliquid eſſe infamiã, glo.c.ſuper his, de accuſation. Rubr. ¶ De iudic.nu.84.

Item a mandato de capiendo qñ grauamen illatum per illam interlocutoriã non poteſt ſatis reparari per diffinitiuã. ¶ Com. Rub.de iud.nu.83.

Appellari poteſt ab eodem ad eundem diuerſo reſpectu, quia poteſt quis eſſe maior, ac minor ratione diuerſa. ¶ Com.3. de reg.nu.1.

Appellari poteſt ab excõmunicatione lata ſub conditione ante completam conditionẽ ẽt poſt decennium, ita ꝙ ſine ſcrupulo poteſt cõicare etiam ea impleta ſic ſentit glo. quam contra Panor. ſequitur communis, in c. præterea, & c. 2.de appellatio. ¶ Man.c.23.nu.273.

Appellari non licet a Chriſtiano ad Iudicem infidelẽ.ca. Catholicus, 2.q.6. per quo facit 1.Cor.6. Paul. Et hoc intelligitur in terris vbi dominãtur fideles, ſecus in terris infideliũ, idem Paulus, Cæſarem appellauit. Act. 25. ¶ Com.in c.nemo, de pœn.d.1.to.1.num.4.

Appellans ante excommunicationẽ fidens appellationi celebrando non incurrit irregularitatem, etiam ſi declaret iudex eum male appellaſſe, glo.penult. recep. c.ſolet, de ſent.exc.li.6.

Similiter appellãs a declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur irreg. non incurrit. Fel.ca. Rudulphus, de reſcr. ¶ Man.c.29.nu.104.

Appellans a Papa ad futurum Concilium excommunicatur Bulla Cœnę. Et etiam conſulentes excommunicatione Papali, non autem per Bullam Cœnæ. Secuta vero appellatione illam incurrunt. ¶ Com.de datis, & promiſſis. Notabil.8.nu.15.to.1.& Manu. c.27. nu.58.

Appellare poteſt, & debet de proximo morte damnato ille cui iniuſtitia cognita eſt. Prou.24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. Quamuis damnatus id ægre feferat.l.non tantũ.ff.de app. ¶ Com. de eleemoſyna, nu.46

Appellatio paucioribus vicibus dãnatis ad mortem conceditur in Caſtella, & Gallia. ¶ Com.c.1.inter verba, concluſ.6. nu.126.

## *Appetitus.*

APpetitus quid ſit, & quomodo diuidatur, ver. Anima.

Cuiuſuis rei vanę honorabilis peccatum inducit, non tamen mortale, niſi in quinque caſibus. Primus, quando eſt de re mortifera. Caiet.2.2.q.131.ar.2. Ant. 2.par.tit.4.1.§.3. Secundus, quando eſt cum diuina irreuerẽtia notabili, Ezech. 25. Eleuatum eſt cor eius, & dixit Deus ego ſum. Tertius cum pluris ſit illud de quo petitur gloria, fama laus, &c. quã ipſe Deus. Quartus cum aliquid horũ præponitur Deo. Ioann.12. Dilexerunt magis gloriã humanum. Vltimus, quando in vltimum finem proponitur gloria. Et hoc licet ſic non faciamus expreſſe: multi tamen id faciunt dum pro gloria, & laude, &c. acquirenda, & conſeruanda mortiferum peccatum committuntur, Tho.de Malo.q.8.ar.2.& 2.2.qu. 132.ar.3. Et hi omnes quinque modi reducuntur ad tres. Primus cum aliquid horum appetitur de peccato mor. Secũdo, cum appetitur infringendo legẽ ad mor. obligantem. Tertio, cum illũ finẽ ponitur vltimus finis. Caiet.& Tabien. ¶ Com.c.inter verba, cõcl.5.nu.52.to.1.

Appetitus gloriæ, honoris, reuerentiæ, laudis, etiamſi addas humanæ non ẽ de ſe, nec bonus, nec malus. Th.quol. 10.q.1.ar.3. Si addas diuinæ eſt bonus,

C 2.Cor.

1. Cor. 10. Qui gloriatur in Domino A
glorietur. Similiter bonus eſt ſi tria con
currant. Primo, ne appetatur maior, quã
bona opera merentur. Secundo, ne ap-
petatur vt teſtimonium humanum in-
certum, & infirmum, & tãquam res quæ
ſunt paruæ, & caducæ. Tertium, vt ex-
petantur in aliquem bonumfinem. ¶ Ib.
num. 51.

Appetere vt noſtra bona opera ab ho
minibus laudentur non eſt deteſtandũ,
2.2.q.132.art.1. Niſi propterea appeta-
tur id, vel in finem indebitum.

Appetere magnum honorem, & re-
uerentiam ob pulchritudinem, & bo-
nam corporis habitudinem peccatum
eſt graue, & grauius appetere ob diui- B
tias, & pretioſas, molleſq; veſtes, quia
immodictus eſt appetitus honoris ob
rem, quæ illum non meretur, aut non tã
tum, quantum appetit, 2.2.q.63.art.3. &
q.130. ar.2. ibi. nu.62.

Appetitus iſte, quamuis glorię, hono
ris, reuerentię &c. eſt & infenſus & ini
micus noſter. Aug. Theſſal.2. & Chriſo.
ſuper Math. cap.6. Et ſecundum Greg.
li.31. Moral. eſt dux primarius ſuperbię
ſub quo multi militant, vt ambitio, ino-
bedientia, inuentio nouitatũ, hypochri
ſis, pertinacia, diſcordia, contentio, &c.
¶ Ibid. nu. 70. & alia ſuo genere bona p
appetitum huiuſmodi, quo ad gratiam,
& gloriam ſaltem pereunt. ¶ Ibidem C
nume. 71.

Appetere plura, quàm tuum ſtatũ de
ceant ad hoc, vt te tuoſque a neceſſitate
vtendi arte mechanica eripias, quo alia
rum virtutum operibus incumbas lici-
tum eſt, ſecundum Caiet. 2.2.q.134. art.
1. etiam vt ad altiorem ſtatum aſcẽdas,
ad quẽ natura te idoneum fecit. ¶ Com.
c. quorundam, de Iudæis. Not.2. nu.10.

Appetitus omnis nocendi proximo
in perſona, & bonis corporalibus, dum-
modo non ſit in primo motu poteſt ap-
pellari homicidium; niſi tamẽ ſequatur
mors non incurrit pœnæ legis contra
homicidas editas. ¶ Com. cap. Homici-
diũ. De pœnit. diſt.1. per totum.

Appetitus altioris loci multos mul-
tum fatigat, & facit vt multi multos au-
diant prælegentes, qui minus quam alij
ſibi vtiles ſunt, viſitant, & comitantur
quoſdam, quibus etiam adulantur, men
tiunt, deſeruiunt, quæ non facerent, niſi
timerent eos alioqui fore ſibi cõtrarios
in deſignandis præfatis locis. ¶ Com. c.
inter verba, concl.3. nu.15.

Appetitus laudis ob ſui generis cla-
ritatem, habitudinem, conditionem, &
alias bonas, quas vere habet quis corpo
ris dotes, vt facilius conuenienter qui
nuptias inueniat a nullo vituperatur. Ne-
que ob illa bona, quæ Deus illi imperti
tus eſt, vt ob id, filijs ſuis cognatis, fa-
mulis, vel alijs aliquod bonum tempo-
rale donetur. ¶ Com. prædicto concl.5.
num. 45.

Appetitus alicuius rei ſibi debitæ, vt
ſibi ſoluatur iuſtus eſt, quia eſt finis ap-
tus in quem refertur receptio debiti cũ
iuſt. virtus ſit. ¶ Ibi. nu.46.

Appetitus pecuniæ, vel alterius boni
ſibi non debiti ob falſam aliquam cau-
ſam ſi non adſit alterius præiuditium
non inducit peccatum mortale. ¶ Ibid.
num.55.

Arreptitius, vide Irregularitas.

## *Arbiter.*

ARbiter in arbitrando iure commu
ni dari debet. Panorm. in cap. cum
Ioannes, num.13. de fide inſtrum. arg. c.
1. de dilat. Scotus 4. d.27. ep.1. ar.5. ¶ Cõ
ſil.23. de ſponſal. num.1. lib.4.

In quouis honeſto loco ſententiam
ferri poteſt. l. ſi dies, §. ſi arbiter. ff. de re-
cep. arbitr. ¶ Ibid.

## *Argumentum.*

ARgumentum a contrario ſenſu li-
cet alioqui ſit validiſſimum in iu-
re. l.1. ff. de off. eius cui mandat. eſt iur.
& c. Nihil. Tamen valet quo ad ea, qui-
bus contrarium exponitur in iure, iuxta
glo. celebr. & recept. vt tradit Fel. ca. ſi-
gnificaſti, de foro compet. pro qua eſt
text. optim. in c. A nobis, el ſecundo, de
ſent.

ſent.excommunicat.¶Man.ca.17.num. 71.To.2.de red.eccl. q.1. nota.51.num. 4.to.1.& q.2.not.13.nu.3.Com.ca. Nouit.de iud.nota.3. num.132.tom.3.trac. oppoſ.in confir.nu.4.to.3. ¶Conſi.5.de donat.num.3.p.1.lib.3. In narratiuis autem hoc argumẽtũ parum valet. ¶Cõſ. 14.de offi.iud.ord.num.10. Manu. c.27. nu.222. Et com.de homic.caſuali.n.15.

A ſimili diſſoluitur per diſſimile, de red.eccl.qu.2. Not.13.& regulariter eſt validum .l.non poſſunt.ff.de legib.& c. Dudum. el ſecondo, de elect.& l.illud ff.ad leg. Aquil. in lege tamen pœnali non valet.¶Com.in c.pœnæ,de pœnit. d.1.tom.1.

A requiſito ad inquirendum, ad requiſitum ad torquendum, vt valeat, vide Rubr.¶De iud.nu.65.to.3.

A maiori negato ad minus negatum, & ab æquiparatis tunc valet, quando eadem ratio vtriuſque negationem ſuadet,alias non,vt probat c.1.de for.Reg. iur.li.6.& l.non debet.ff.eod.¶Com.de iub.Notab.26. nu.6.to.1.

A genere ad ſpeciem negatiue valet, ff.eod. ¶Com.Humanæ aures.22.q.5.in quæſt.3.

A genere remoto ad ſpeciem validũ eſt, ibid.l.ſi cauſa cognita,cum glo. penul. C. de tranſactio.& cap.fin.de pact. & per ea, quæ tradit Bald. in l. conuenticula,col.2. C.de epiſcop. & cler. Non valet tamen contrariè a remotione ſpeciei ad genus, c.quemadmodũ, de iniu. ¶Com.de Iubil.nota.28. nu.12.to.1.

A toto ad partem cum identitate rationis eſt firmum.l.quis de tota.ff.de rei vend.ca.paſtoralis, §. item cũ totum,de off. deleg. ¶Com. de veritate reſponſi. in c.humanæ aures,22.q.5.qu.2. num.2. tom.1. ¶Conſil.14. de voto,num.2.li.3.

A toto in modo ad partẽ eius valet. Bald.in leg.conuenticula. C.de epiſco. & cler. ¶Com.de ver.reſp.q.1.n.5.to.1.

A partium ſufficienti enumeratione ad totum eſt validum,com.in c.fraternitas,de lege pœnali,in princ. apparet id Inſtitu. De obligat.quę ex quaſi contra

A ctu naſcitur,& in princ.de obligat.quæ ex quaſi delicto.& ibi glo.a Bald. recepta in l.conuenticula, C.de epiſ.& cler. Non tamen eſt validum,niſi partes omnes enumerentur,textus cũ glo.in prin. de obliga. ¶Com. c. inter verba, concl. 6.num.468.

A fortiori valet c. Cum in cunctis de ele.& Auth.multo magis, C.de Sacroſ. Eccl.¶Com.4.de Regul.nu.34.

A præparatorijs ad præparandum nõ valet regulariter, quia multa iura præparatoria,de quib. nõ dicuntur vere illa,quæ dicuntur de præparatis. Vt ſponſalia quæ sũt præparatoria ad matrimo. non tamen ſunt indiſſolubilia. Rubr.de

B iud. nu.4. valet tamen quando inter ea, tanta eſt ſubordinario, vt de illa dici queunt.¶Ibid.nu.7.

A ſpeciali valet in hac forma. Hoc eſt ſpeciale iure particulari,ergo contrariũ eſt dicendum iure communi.ca.qualis. 25.diſtinct.& c.præſenti.§.loca. de præbend.lib.ſexto. ¶Conſil.5.de Regular. num.5.

A communiter accidentibus validũ eſt, ſi non conſtet de contrario.l. neque mortales.C.de proba.& c.in præſentia. eod.tit.cum eis adnotatis.¶Conſil.4.de teſtam.

A correlatiuis eſt validum cum eadẽ ratio, idem ſuadet in vtroque correlati

C uo.l.1.C.de cupreſ.clem.ſæpe.adiuncta gl.de verb.ſign.

Ab abſurdo apud iuriſperitos validũ eſt.c.vadam.de præb.li.6.& l.nam quod abſurdum.ff.de bon.lib.¶Com.in prin. de pœn.diſt.5.

A matrimonio carnali ad ſpirituale valet,iuxta gl.celebrem,in c.bonæ el ſecondo.de elect.pro qua eſt text.in ca.licet.de translation.prælat.¶Conſi.14.de offi.iud.ord.nu.3.

A contractu mutui ad contractum innominatum non procedit.¶Conſ.21.de vſu.num.1.lib.5.

Arguere ſignificat oſtendere, reprehendere. Virg.2.Eneid. Degeneres animos timor arguit. In periculum duce-

re.¶ Com.c.qualitas,de pœn.d.5.to.1.

Argumentū quod nititur quod probādum eſt,nō valet cum ſit petitio principij,& eſt contra l.1. cum gl. & Pau.ff. de excep.¶ Com.de camb.nu.17.

## *Arma.*

ARmorum nomine oīum artium inſtrumenta etiam proprie ſignificātur,arg.principij,& c non pila.c.conuenientior,23.q.8. & gl.l.nepos proculo, ff.de verb.ſign.& pręter hæc ēt lapides, & fuſtes.l. Armorum,ff.de ver.ſign.& l.3.in prin.ver. Armis,ff.de vi,& vi arma, §.ſed ex conſtitutionib. & ſi id eſſe falſum verius cōtrariū videat̄ ſignificare.

Tamen magis propriȩ pro inſtrumentis artis militaris .i. pro Armis bellicis ſumitur Armorum nomen pręſertim in c.ita quorundam de Iud.retineatur, & afferri ad Saracenos. Et hæc varia ſunt quarum inuentores ſcribit. Plin. lib.7. c.16. Natur.hiſt.

Et ſpecies plurimas Iuſ.in §.fi.Auth. De Armis,collat.6.Gell.li.20.Noct.Atti.c.20. Veget.li.4.de re milit.¶ Com.c. ita quorundam,de Iudæ.nu.1.2. & 3.

Armorum quædam ſunt defenſiua. Alber.l.Armorum. Quædam offenſiua. Quædam in Conciliū principaliter facta, quædam ex animi fabricantium tm̄ hic inſtituta, quædam vero tam ex animo fracantis,quàm aſſumentis.¶ Com. in c.ita quædam not.5. nu.13.to.3.

Arma bellica, ſunt proprie arma facta principaliter ad pręliandum eis,quatenus talia ſunt, vel in id ante conflictū aſſumpta.¶ Ibi.nu.10. Nulla ſane nobis à natura ſola Crelorum rege.¶ Ibi.n.2.

Arma bellica quædam ſunt,quæ non præſumuntur talia, & quædam nō ſunt, quæ talia præſumuntur, & ideo dicenti aliqua eſſe arma incumbit probatio. ¶ Ibid. nu.16.

Arma defenſiua non eſſe bellica, tuetur Angelus,§. Maleficijs,nu.12.inſtitutio.de Actio quem ſequitur Iaſon. Ibi. nu.85.argu. eius, quod ait Bart.l.1.ff.ad leg.iul.de vi publica.Vbi cum prohibe-

A tur habere arma defenſiua non prohibētur. Contrarium tamen eſt verum, quia ibi ſolum defuit intentio animi legiſlatoris ad comprehēdendum ea: quia vis publica non infertur armis defenſiuis. ¶ Ibid.nu.4. Neque eſt idem dicendum de lapidibus, & lignis,quæ etiam proprie arma bellica ſunt, vt aiunt Feli. & Alciat.dicta.l. Armorum.¶ Ibid.num.5. Quæ tamen lex intelligenda eſt de lapidibus ad prælium anteparatis.¶ Ibid. num.12.

In materia autem de offendendo intelliguntur ſola offenſiua ſecundū Bar. l.1.ff.ad l.iul.de vi publ.

In materia de armis bellicis ex intentione fabricantis ſola facta principaliter ad prælium dicuntur arma, non autē alia,§.fi.auth.de arm. col.6.

B In materia tandem vtrique congrua, vt in Bulla Cœnæ. Et in ca. ita quorundam. Vtraque comprehenduntur.¶ Ibi. a nu.16. Et ideo ſemper videnda eſt intentio,& finis legiſlatoris, num.21. vbi concludit, quòd appellatione Armorū in Bulla Cœnæ veniunt omnia arma bellica tam offenſionis, quàm defenſionis gratia parata,quæ ſua fabricatio,vel intentio animi deferentis actu, vel virtute in prælium deſtinat.¶ Ibid.nume.24.

Arma deferentes ad alios hoſtes, quàm Saracenos,& ſi malum faciant,& puniri poſſint alijs pęnis.l.2. C. quæ res

C expe.non debent. Non tamen ſunt excommunicati.¶ Ibidem not.2.in glo.2. num.1.

Deferentes cum mortali inobedientia, vel ſcandali notabilitate non debēt abſolui.argument.c.2.de maior.& obedient.& c. nihil cum ſcandalo, de præſcriptio. Secundo,quia neq; ſi deferant ad bellandum in bello iniuſto præſertim contra Chriſtianos, ca. quid culpatur 23.quæſt.5.cap. qui reſiſtit.capit.qui Iulianus,2.quæſt.3.¶ Ibidem notab.12. Conſi.3.de clande. deſponſat. numero 12.lib.4.

Fabricātes bona fide apud īfideles,vt eis bene vtantur ſunt abſoluēdi. Ratio

eſt

eſt quia cap. Iſta quorundam, de iud. & alia cum illo concordantia non compręhendunt ſubditos Turcarum fabricantes arma in terris ſuis, modo illa non fabricent expreſſe ad bellandum contra Chriſtianos. ¶ Conſil. 3. de cland. deſponſ. num. 13. ¶ Ibid. nu. 13.

Fabricantes vero arma, quibus quis vti, & abuti poteſt ſimpliciter nō peccant. Thom. 2. 2. q. 169. ar. 2. ad quartum. ¶ Vbi ſup. nu. 14.

Summiniſtrātes Saracenis, & alia neceſſaria ad impugnandos Chriſtianos, & naues eorum piraticas gubernando, ſunt excommunicati, & rebus ſuis priuandi, & capientium fiunt ſerui. ¶ Relect. c. ita quorundam not. 1. nu. 1. li. 3.

Arma bellica ſunt vna ſpecies armorum generatim ſumptorum. l. arma, ff. de verbo. ſign. principaliter ad pugnam facta, vel intentione animi ad eam deſtinata, qualia poſſunt eſſe, ligna, trabes, ferrum, & alia metalla. Aliud genus ſunt lapides, fuſtes, baculi. Primum genus prohibetur deferri ad Turcas per Bullam Cœnæ, non autem. Sm̄ niſi adſit intētio deferentis propter pugnam principaliter. ¶ Man. c. 27. nu. 63.

## *Ars.*

ARs altiorem finem habens iudicat de illa, quæ habet finem inferiorē ordinatum in finem altiorem, & ideo de ſumptum tāquam medium in illum. Ariſtot. 1. ethicor. Vt omnes artes ad Arctitectonicam ordinatur. Et omnis qui iudicat de fine, de medijs etiam in finē iudicare debet, vt medicina de medijs ad ſanitatem, ca. tua. de homicid. Militaris de Equeſtri, & iſta de frenefactiua. ¶ Relect. c. nouit. de iud. nu. 16. to. 3.

Ars mercandi ſi vitijs careat vtilis eſt Reipub. vt ait, Cic. lib. 1. de offic. licita, digna mercedē, & ſine honeſtari poteſt honeſto. ¶ Com. c. 2. de pœn. d. 5. to. 1.

Ars Magica continet in ſe plures artes, quæ omnes prohibitæ ſunt, & ideo, qui deliberato animo illam diſcere vult, vel & quam diſcit, vtitur, peccat mortaliter, quia iuxta Ricard. 12. d. 17. non eſt ſcientia, ſed potius ſuperſtitio. l. culpa, C. de malefic. & mat. ¶ Manu. c. 2. nu. 28.

Artem Magicam exercentes Magi dicuntur, qui non ſunt excommunicati ꝑ Bullam Cœnæ, niſi ſint hæretici, per ea quæ notantur 26. per plures quæſt. & S. Thom. 2. 2. qu. 65. art. 1. & 2. quos tamen Bul. Pij V. comprehendebat. ¶ Manu. c. 27. num. 55.

Ars Notoria, quæ certis ieiunijs, & varijs quibuſdam obſeruationibus ſapientiam infuſam pollicetur prohibita eſt, & qui eam exercent mort. peccant, 2. 2. q. 96. ar. 1. ¶ Vbi ſup. nu. 38.

Ars Mechanica, licet aliquando ſit cauſa malorum, vt in c. negocia, de pœ. d. 5. nu. 5. 27. & 29. probat Auctor. non tamen eſt mala. ¶ Man. c. 14. nu. 43.

Ars ſimulandi duplex eſt. Prima dicitur Pelaſga, qua aliquis male, & ſine ordine, atque iuſta cauſa factis, vel verbis ſimulat, ſimulat ineſſe quod non eſt, vel diſſimulat non ineſſe quod ineſt. Altera bona, & vtilis, qua quidam prudenter, & ordinate ſimulat, vel diſſimulat. ¶ Com. c. humanæ aures, 22. q. 5. de ver. reſpon. 10. 1.

Ars, q̄ ſine peccato exerceri nequit illicita eſt, qualis eſt ars faciēdi idola, ars fœnerandi, 2. 2. q. 169. ar. 2. ¶ Com. c. negocium, de pœn. d. 5. Et ideo quale eſt peccatum, talis etiam eſt modus peccādi per illam artem.

Ars permutandi, & negotiandi permutatione pecuniarum nō placuit. Ariſtot. 1. Politic. ſed & S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 4. eam illicitā eſſe dixit, quia eius finis principalis eſt quæſtus. Secus ſi fiat moderate pro ſui ſuſtentatione, & Reipu. vtilitate. ¶ Com. de cambijs, nu. 2.

Artem, quam quis ignoret ne exerceat lex naturalis, & humana prohibet capit. Non eſt ſine culpa, de reg. iur. l. 6. ¶ Com. c. inter verba, concl. 1. nu. 17.

## *Articulus.*

AAticulus cauſę, qui ſine iuriſdictione poteſt expediri delegatur non

habenti qualitates, c.ſtatutum, iuxta gl. in princi. illius ver. cauſæ, & in §. nulli. ver. vices. ¶ Comm. c. cum contingat 2. cauſ. nollit. nu. 14. to. 3.

Articulus mortis nõ intelligitur ſolus ille, in quo, quis moritur, ſed etiam ille in quo mori probabiliter timetur. ¶ Manua. c. 26. num. 32.

Et ille appellatur articulus mortis pſumptus quo poteſt quis conſequi, veniam indulg. plen. & conſecuta finitur. ¶ Com. de iub. no. 30. nu. 3. to. 1. Niſi exprimantur, vt illa vti poſſet toties quoties, quia tunc id ſeruandum eſſet, argu. l. continuus, §. cum ita, ff. de ver. obli.

Si autem exprimatur, q detur in articulo mortis vero, nihil prodeſſet vſus illius in articulo mortis præſumpto, etiã ſi diceret Confeſſor cum conditione (ſi hac vice morieris.) Si vero nõ morieris reſeruo tibi, &c quicquid dicunt Fely. & D. Ant. quia id quod dicant, nullo iure colligitur. In hac materia vide pulchrum tractatum in Miſcellan. 17. ¶ De oratione, nu. 36. to. 2.

Articulus mortis ſecundum Panor. in c. paſtoralis, §. 1. de offi. ord. videtur ille, in quo homines communiter moriũtur, qualem faciem probabilem naufragium: imminens prælium, grauis, atquẽ acuta febris, c. cum infirmitas, de pœni. & remiſſ.

Tempus item patiendi, argu. l. 2. §. ſi non propter, ff. ſi quis cautio. ¶ Man. c. 2. nume. 9.

## Aſperitas.

ASperitas in corrigendo non eſt bona niſi ſit neceſſaria, quia & ſi non adhibeantur verba iniurioſa ad diffamãdum, poteſt tamẽ ex illis ſequi ipſa diffamatio. Ideo ait Cic. 1. de offic. Quod correctio a cõtumelia vacare debet. Ideo illam debent fugere præſertim prælati, ne peccent ſaltem venialiter, vt ait Aug. ca. 5. ſuæ regulæ relatus, c. quando 86. d. inſinuat id Leo Pap. ca. licet 45. d. & D. Aug. in c. diſciplina, d. eo.

Quod autem ſit adhibẽda cum ſit neceſſaria id dicit Thom. 2. 2. q. 72. ar. 2. ad ſecundum, quia id fecit, & Paul. Gal. 3. O inſenſati Galathæ, qs vos faſcinauit & Chriſtus Dominus. Luc. 24. O ſtulti, & tardi corde, &c. ¶ Com. c. inter verba, concl. 6. nu. 524. vſque ad 533.

## Aſſaſſinus.

COnuenit nomen hoc proprie in quoſdam Paganos, qui ſunt ſubiecti dictioni cuiuſdam Domini, ita perſuaſi, vt putent præcellens opus eſſe interficere eum, quem ſuus Dominus iubeat quomodocunque, & quacunq; de cauſa, & non eſſe id omittendum, etiãſi ob id occumbere illis oporteat glo. Io. Andr. & Archidia. quia de his loquitur excommunicatio, ca. inquiſitionis, in 6. Apud verò Italos nomen hoc conuenit illis, qui ob pecuniam alios interficiũt. ¶ Man. c. 27. nu. 135.

## Aſſecuratio.

ASſecuratio ſimpliciter iuſta eſt, atque licita quæſita a mutuante, & in pactum deducta, & facta ab illo, qui vere vult pecuniã per loca periculoſa traijcere, & vere vult ſibi aſſicurari iuſto precio. Neque prohibetur a Gregorio Nono, quia coram Deo, & in foro conſciẽtiæ licitum hoc eſt. Sed quia in tali contractu multæ poſſunt venire deformitates, ideo cenſenda eſt vſuraria. ¶ Man. c. 17. n. 284. Vbi nulla interuenit fraus, nulla reſtitutio eſt cõfeſſio pcipiẽda, n. 285.

Aſſecuratio põt quæri ab eo, qui confert aliquã pecuniam in ſocietate, quo ad ſortem, & quo ad certam partẽ lucri ineundo ſuos contractus aſſecurationis ſortis, & lucri cum tertio, & quicquid poteſt cum tertio, poteſt, & cum ſocio ceſſante omni fraude, & ſimulatione. ¶ Ibid. num. 255.

Et poſſunt fieri iſti cõtractus eodem tẽpore demonſtrat Maior. 4. d. 15. q. 16. & nõ ſolum formaliter, & explicite, ſed & implicite, atque æquiualenter. ¶ Ibi. Vide multa ad hoc propoſitũ in Com. de cambijs in prin.

Aſtro-

## *Aſtrologia.*

ASTrologiã eſſe prohibitam non do
cent Io. Andr. & Panor. vt illis im-
ponit Dec. cap. 2. de Sortil. imò contra-
riũ affirmant quod etiam præſupponit
D. Thom. 2. 2. quæſtion. 95. articul. 5.
Sed tamen propter hoc pronunciare
non poteſt aliqua ſupernaturalia, vel na
turalia certò futura. Immo neq; aliquid
contingens per accidens. Quare fugan
di ſunt Aſtrologi quia hæc pronuncia-
re audent. ¶ Relect. in c. nouit. de iudic.
not. 2. nu. 16. & 17.

## *Aſtutia.*

ASTutia, eſt vitium inclinans ad quæ
rendum vera bona per media ma-
la. Tho. 2. 2. q. 55. ar. 1.

Huius autem miniſtri ſunt duo, vide
licet, Dolus, qui eſt circumuentio mala
ad decipiendum adhibita, leg. 1. ff. de
dolo. & comprehendit tam ea, quæ fiũt
verbo tantum, quàm quæ facto tantum
vel vtroque modo. Alter eſt Fraus, quæ
tantum facto fit, ita vt ſit ſpecies doli. l.
iuriſgentium, §. ſed ſi fiat, ff. de pact.
¶ Man. c. 23. nu. 77.

## *Attentio.*

ATtentio in oratione eſt neceſſaria,
ca. 1. de celebrat. Miſſ. vbi dicitur
Diſtincte pręcipimus in virtute Sanctę
obedientiæ, vt officium diurnum pari-
ter, ac nocturnum quantum eis dederit
Deus celebrent ſtudioſe pariter, ac de-
uotè. Studioſè quo ad externam pronũ-
ciationẽ: deuotè quo ad interiorem, gl.
penult. Eph. 5. Cantantes, & pſallentes
in cordibus veſtris Domino, & Hiero.
ibi. glo. clem. 1. de reliq. & Vener. San-
ctorũ, & allegat Paulũ 2. Cor. 14. Aug.
Quid perdis ſonitus labiorum ſi mutũ
eſt cor. ¶ Com. de orat. c. 13. nu. 1.

Attentio iuuatur multum per proui-
ſionem dicendorum. ¶ Ibi. c. 17. num. 1.
Sed contra non ſolum non augetur, ſed
tollitur quo ad implementum pręcepti
recitandi per omnes actus corporales,

A qui repugnant, & ſunt incompatibiles
illi. ¶ Ibid. c. 13. nu. 49.

Attẽdẽdi propoſitũ duplex eſt actua
le .ſ. & virtuale ſiue expreſſum, & taci-
tũ, & dr̃ deliberatio, ſeu intentio atten-
dẽdi, iuxta Palud. 4. d. 15. q. 3. Vbi ait ora
tionis attentionem à principio debere
eſſe intentam ibidem nu. 13. & 14. Tol-
litur actuale per contrarium propoſitũ
nõ attendẽdi, quod raro accidit. Virtua
le, quando homo ſolo cogitatu ſe oc-
cupat in rebus extraneis, & aduertit ſe
id cogitaſſe, & non procurat, vt animũ
auuocet, vel animo deliberato ſe occu-
pat in rebus exterioribus repugnantib.
¶ Com. de orat. c. 13. nu. 18.

B Attentio triplex eſt, prima verborũ
tm̃ ne in illis erretur. Altera ſenſum, &
eſt præſtãtior. Tertia finis, q eſt Deus,
eſt præſtantiſſima omnium communis
doctis, atque indoctis. Secunda illorum
eſt, qui idioma intelligunt. ¶ De ora. c.
14. nu. 5. c. 18. nu. 100. c. 21. nu. 34. ¶ Man.
c. 25. nu. 105.

Attẽtio virtualis, & ſi ſufficiat ad im
plendum præceptũ, & excuſationem à
pctõ contineat: attamen clerici, & Mo-
naci non debent illa eſſe contenti, ſed
oĩb. neruis curare debent vt actualẽ cõ-
tinue habeant ſecundã, & tertiã, vt ani
mã reficiunt ſuauitate inde naſcẽte, iux
ta illud Pſ. 36. Delectare in Dño, & da-
C bit tibi petitiones cordis tui. Neq; ab il
la nos extrahere dẽt rei difficultas, ſed
incitare dẽt conſideratio, ꝙ res ſit præ-
tioſiſſima, Deo & Sanctis gratiſſima.
¶ Ibid. c. 21. num. 23.

Obiectũ tertiæ attentionis, nõ debet
eſſe Chriſti humanitas, ſed illa debet eſ
ſe ſolũ mediũ perueniendi in Deum, &
Deitatem. Ibi. num. 35. Poſsũt autẽ eſse
tale obiectũ temporalia, quę petimus ſe
cundũ Sotum li. 10. de iuſt. & iur. q. 5. ar.
5. qui ait, quod diuitius in eis nõ eſt mo
randum, ne Deũ ipſum ad illam referra
mus; ſed inepte, quia aliud eſt attendere
ad aliquid, ꝙ eſt cogitare de illo, vel mẽ
te cõcipere illud; & aliud conſtituere fi
nem in illo: ideo quo ad finẽ ſpectat, tor

quet ille ad attentionem. Bene tamen verum eſt, quod ad ea ita non debemus attendere, vt in illis finem principalem conſtituamus.¶ Ibi.num.36.

Attendendi propoſitũ iuxta q̃libet ſpeciẽ attẽtionis ſufficit quo ad effectũ merendi de condigno,& de cõgruo. Et impetrandi,ſatisfaciendi pcepto,& per pęna cõdonati pcti luenda in Purgatorio. Ad quo ad effectũ conſolandi aiam non ſufficit niſi orõnem totã concomitet ſecunda,vel tertia attẽtio. ¶ Ib.n.38.

Attentio magis, q̃ bonitas in orõne præcepta requirit ne peccemus, ſeu vt ſatisfaciamus,quia hæc non pręcipitur ac illa ſic. Ib.n.40. Quare occaſiones ab attentione recitationi debitę nos auuertẽtes,& proximos ab illa ipediẽtes anullare debemus. Matt.6. Tu aũt cũ oraueris intra,&c Quia qui cãm dãni dat,dãnũ dediſſe videtur.¶ Ib.c.15.n.1.2.& 3.

Attẽtio in quindecim myſteria recitãti Roſariũ B. Virg. nõ eſt de eſſentia, neq; de intẽtione B. Dominici,ẽt ſi poſſit,& debeat eſſe finis recitandi. Eſt tñ hoc ſanctum,atq; vtile conſilium.¶ Miſcella.31.de ora. per totum. to.2.

Attentio, & deuotio bene oranti neceſſaria ẽ.¶ Trac.de ſilẽtio.in diu.offi.ſuper c.in loco benedictionis,5.q.4.n.11.

## *Attributum.*

ATtributa oĩa,quæ in Deo ſunt,ſunt ipſemet Deus, & cõſquẽter infinita,vt ipſe,& æqualia, quo ad eſſentiã,& ſubſtantiam. Differunt tñ,quo ad rationẽ,vt probat. S.Th.1.ſen.d.2.q.1.ar.3.& d.22.qu.1.ar.3.& 1.p.q.31.art.3. Alia n. rõne dr̃ Deus ſimplex. alia bonus, &c.

Similiter quædã eorum dñr de ipſo quadam rõne, q̃ alia, ſicuti vnũquodq; dr̃ ens,& bonum, prius tñ dr̃ ens, quàm bonũ, 1.p.q.8.art.2. Ideo rationabiliter D. Tho. prius de quibuſdam, quàm de alijs pertract. ¶ Com.c. Quia diuinitas, de pœ.d.1.& c.libenter, ea.d.tom.1.

## *Attritio.*

Attritio eſt pœnitentia imperfecta,

A quàm neque debitæ circunſtantiæ, neque debitæ qualitates ornant.

Hæc aũt ſm̃ Caiet. opuſ.4.qõ.1.op.5. q.5.to.1.duplex eſt. Altera eorum quos pœnitet mortaliter peccaſſe, vellentq; nõ peccaſſe,ſed nõ oino ſtatuũt abſtinere a peccatis. Altera corũ quorũ pęnitet quidẽ peccaſſe, & ſtatuũt amplius non peccare non concipiendo peccatum,vt rẽ ſupra oĩa deteſtabilia deteſtandã,neque reputando ipſum vitandũ ſupra oẽ vitabile. Immo ẽt talis quouſque Deus gratiã infundat per miãm vocada eſt attritio: ſed Caiet. hæc vocat informem contritionem,¶ Manc. 1.nu.33.

Prima ſpecies neque ſola, neque cũ B abſolutione valet ad remiſſionem peccati,immo peccat ille,qui cum ea petit, vel accipit abſolutionem. De ſecundo idem dicendũ eſt ſecundũ eundem pręterquã quod valet ad petendam, & recipiendã abſolutionem, quo ad effectum non reiterandi confeſſionem. Ego vero hanc puto valere ẽt ad gratiam cõſequẽdam, qñ pœnitens credit ſe habere perfectum, & ſufficientem dolorem. Omnes enim,& Scripturæ,& Patres, & Cõcilia præſertim Trid. ad remiſſionẽ peccati determinant neceſſarium eſſe dolorẽ de illis cum firmo propoſito non peccandi de cęteros & cũ ſpe veniæ. Neq; requirunt hmõi reflexiones, cõparationeſq; difficiles pauciſſimis cognitas, & C pauciorib. vſitatas.¶ Vbi ſup.n.34.& 35.

Attritio quam vere cognoſcimus nõ eſſe contritionẽ non ſufficit illi, qui cũ ſit Adultus baptizandus eſt,quia Augu: relatus in c. Firmiſſime 14.q.1.ait. Nullum hominem vitam æternam eſſe receptꝛurum,qui non fuerit a malo per pœnitentiam, fidemque conuerſus,& per Sacram.fidei,& pœnitentiæ.i.baptiſmum liberatus. Et paulo inferius: Maioribus (ait) opus eſt de malis ſuis pęnitentiã agere,idem penè dicit B. Ambr.c.1. De pęnit.d.1. Quare minus bene dicit Sotus in hoc: dum ait, q̃ ad ſuſpiciendum Baptiſma ſufficit quæcunque pœnitudo, & deteſtatio peccati, cum ceſſatione

A ..., etiamſi agnoſcatur non eſſe ..¶Ibid.nu.47.

...io per virtutem ſacramēti non ...ttritio, licet homo de attrito fiat ...ritus ſecundum D.Th.4.d.17.q.2. art.2. Scotus tamen eadem d.q.2. quem ſequitur Caiet.q.1.to.1. ait: quòd ſuperueniente Dei gratia, Attritio etiam fit contritio. Poſſuntque reconciliari, vt S. Tho. intelligatur de attritione, qua dolor percipitur non propter Deũ ſolum, & principaliter eo, ꝙ peccatum ſit eius offenſa, ſed ob præſentem, vel futurũ dānum quod timet. hæc enim non efficitur contritio licet ad illam ducat. Hi autem intelligi poſſunt de Attritione ex defectu gratiæ, vel propoſiti abſtinendi B à peccato. ¶Ibid.nu.38.

Attritiones, quæ non ſufficiunt ad iuſtam abſolutionem multæ ſunt, vt pœnitentia præteriti ſine propoſito actuali, vel virtuali vitandi futura, aut male parta reſtituendi. ¶Com.ca.pœnitentia de pœniten.d. & aliæ ſpecies ſuprapoſitæ. ¶Ibid.nu.42.

Attritio cum indulgentia non efficit contritionem, quoniam abſolutio per viam indulgentiæ non eſt Sacramentũ. ¶De Iubil.not.10.nu.19.

## *Auaritia.*

Auaritia eſt vitiũ inclinãs ad inor- C dinatũ appetitũ pecuniæ D.Tho. 2.2.q.118.ar.1. ¶Man.c.8.nu.1.

Eſt autem vitium capitale ſecundum Greg.31. Moral. quia eſt fons aliorum ſeptem vitiorũ, quæ ſuapte natura tendũt in finẽ, quem Auaritia prætendit & sũt. Duritia cordis, quæ a pauperum cõpaſſione auertit. Inquietudo mẽtis, q̃ auertit animã ab ordinata quiete. Violentia ad vim inferendã. Fallacia ad decipiendum: periurium, & fraus. ¶Ib.nu.72.

Ex hac peccat mortaliter, q deliberate, quid appetit in damnum notabile alterius c. pœnale. 2.q.5. Qui pecuniã ſuperfluam, quam neceſſitas, vel decẽs ſtatus requirit, ſeruat cupiditate inordinata delectãdi ſe illa, in dies eã augẽdo, &

A nõ ſubueniẽdo pauperib. maxime cũ adeſt extrema neceſſitas. Qui ob illã tranſgreditur aliquam legem ad mortale obligantem. cap. ſicut hi. diſtinct. 47. Qui non ſubueniunt pauperibus quoties ex præcepto tenentur obligante ad mortale. Qui contrahendo aliquem dãno afficiunt, &c.

Auaritia illa, quæ contraria eſt virtuti iuſtitiæ ſpeciali impedire põt diſponendi, facultatem inducẽdo reſtitutionem, ſeu reſarciendæ iniuriæ obligationem, vt ſentit Th.2.2.q.118.ar.1. Nõ autem illa, quæ ſola iuſtitiæ virtuti generali liberalitatis, vel alijs virtutib. opponitur. ¶Tract. de reddit. eccl. quæſt.1. no- B ta.46.

Auara detentio peior eſt prodigo, quia iſte alicui prodeſt ille vero nemini. Ariſt.4.Eth. Th.2.2.q.119.ar.3. ¶Ibi. not.24.nu.4.

Auaritia appellatur Idolorum ſeruitus, c. auaritiæ, de præben. Non eo quod ſit idem quod Idolatria; ſed quia ſubijcit aiam creaturæ ad eam concupiſcendã. Dr̃ etiam cæca, ca. auaritiæ, de elect. lib.6. eo quod iudicium obtenebrat. Dr̃ ſeua, id eſt fera, & beſtialis, quia actus eius, eſt actus ſæuitiæ. ¶Com.c. ita quorundam de Iudæis, no.2.nu.4.to.3.

## *Audire.*

C Audire, & neſcire quis ſit ille a quo audiuerit eſt neſcire, ſeu non audire ad effectum teſtificandi. ¶Com.c. inter verba, concl.6.nu.788.

Audire ab eo, qui non nouit pluſquã ego, neque audiuit ab aliquo, qui plus ſciat pluſquam noſtrum perinde eſt, ac non audiuiſſe ad hoc, vt teneatur, vt teſtis deponere. ¶Ibi.nu.790.

Audiuit qui aliquid ad ſanctã Inquiſitionem pertinens, curet ſtatim illum à quo audiuit manifeſtare. ¶Ib.nu.791.

Audire murmurationes. poteſt cõtingere multipliciter. Primo cauſando illã interrogãdo, vel contradicendo. & talis plus peccat, quã murmurator. Adri. quo. lib.11.q.2. & tenetur ad reſtitutionem

famæ

# Appellatio.

APpellatio eſt ſententiæ reciſio, quæ diffi. non eſt identica, ſed cauſalis, eſt enim appellatio cauſa reciſionis, non autem ipſe actus Azo. in ſum. tit. de appell. relatus a Bart. l. 1. ff. eodẽ, & defenſus a Decio in Rubrica de probatio. ¶ Com. cap. inter verba, concl. 4. num. 28. tom. 1.

Eſt autem appellatio duplex, altera, quæ proponitur verbis. Altera quæ facto fit per arreptionem itineris ad ſuperiorem, capit. dilecti, el 2. de appell. ¶ Conſ. 1. de ſent. exco.

Suſpendit declarationem, ſed non excommunicationem, ca. is qui §. fi. de ſent. excommun. lib. 6. glo. c. capiẽtes, §. quod ſi per viginti, verſ. Priuatos, de elect. lib. 6. Fel. in ca. Rodulphus, num. 43. ¶ Conſ. 20. de ſent. exc. lib. 5.

Facit vt declaretur actus nullus, aut iniuſtus, & reponatur in eo ſtatus in quo erat ante illum. Bart. cum com. in Rubr. de appell. Panor. & Fel.

Appellatio non ſuſpendit excommunicationem latam, & actum præteritum, ſed futurum tãtum, c. Paſtoralis. ¶ Relect. capi. ſi quando, de reſcriptio. num. 14.

Suſpendit hodie poteſtatem denunciandi in his, quæ non ſunt notorie, quã fit ab excommunicatione lata. ¶ Com. ca. cum contingat, de reſcript. remed. 6. num. 8.

Appellatio in facto notorio non datur, cap. cum Romana, eodem tit. Sed a Iudicis declaratoria ſic ſecundum gl. c. cupientes, de elect. lib. 6. ¶ Conſ. 65. de ſent. excom. nu. 5. lib. 5.

Vt in ſcriptis dicatur facta, ſcripta debet afferri, Angel. l. a ſententia, §. 1. ff. de appell. Debet fieri coram iudice, aut illi legitime intimari. Cle. 1. eo. ti.

Et fiat intimatio intra tempus debitum. Spec. eodem tit. & fiat a parte, vel eius legitimo procuratore.

¶ Relect. cap. cum contingat, 6. cauſ. Nul. a nu. 7. to. 3.

A Appellatio, & ſupplicatio ſunt ſubreptionum remedia, quibus reſcinduntur ſententiæ. l. ff. de appellat. Authen. quæ ſupplicatio. ca. de precibus ſcript. offeren. l. & cap. ſi quando de reſcript. ¶ Conſ. 1. de corp. viciat, nu. 5. li. 1.

Appellatio conuenit etiam Regularibus quia edictum de appellando eſt per miſſoriũ, ideo vniuerſaliter licet, niſi ſpecialiter prohibeatur, glo. vltim. recept. in l. qui reſtituens, ff. de rei. ven. Secundo quia appellatio in dubio debet admitti. Innocent. in c. dilectus, el ſecundo, de reſcript. Tertio quia appellatio eſt defenſio. l. 1. ff. de appell. & cui iure naturæ debetur nemini eſt denegãda. Clem. Paſtoralis, §. cæterum, de B re iu. Illis vero nõ licet appellare a correctione, & mandatis ſibi legitime factis, neque ad defendendam ſuam nequitiam. Et in hoc ſenſu intelliguntur ſi qua obiecta in contrarium reperiantur. ¶ Conſ. 3. de appellat. & in com. de reg. num. 51.

Appellationis tempus durante compromiſſo non currit. Clem. Quamdiu, de appell. ¶ Conſ. 40. de præb. n. 2. li. 3.

Appellatio ſuſpendit iuſtam ſententiam, & omnia inde ſecuta. l. 1. ff. nihil innouari. Fallit autem quando Iudex procedit cum clauſula appell. remota, c. Paſtoralis, eodem tit. & cum appellatur a cẽſuris, & in cauſis friuolis. ¶ Cõſ. C 2. de app. & conſ. 40. de præb. lib. 3.

Appellatio ab ordinario procedente virtute iuriſdictionis delegatæ a Sede Apoſtolicæ vadit ad eundem, & nõ ad Metropolitanũ, c. licet, de offi. ord. ¶ Conſ. 83. de reg. nu. 6. li. 3.

Appellationi tenetur Iudex deferre in omnibus caſibus cum quibus appellari legitime poteſt hoc eſt infra decendium. Auth. hodie. C. de appell. ¶ Conſil. 2. eod. tit.

Appellari licet à definitiua in omni cauſa. gl. ſolem. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. Sed poſt Conc. Trid. Seſſ. 13. c. 1. In cauſa criminali non licet appellari, niſi quã grauamen illatum, per illi

non

non poſſit tolli per appellationem a definitiua. Neq; a definitiua ſine cauſa in cauſa viſitationis, & correctionis, c.ſtatutum. ¶Conſ.2.eo.ti.

Appellari ad Papam omiſſis medijs omnibus licet,cap. ad Romanam,el primo,2.q.6.& c.1.de iudic. ibid.

A diffinitiua ſimiliter,vel vim habéte illius, Cõcilij Prouincialis poteſt appellari ad illud, vel ad commiſſariũ generale, argu. totius tit.& ff.a qbibus appellari nõ licet. Ab interlocutoria auté nó licet qũ non habet vim definitiuæ. Conc.Trid.c.20. Seſſ.24. ibid.

Appellari põt a Iudice male arbitráte aliquid eſſe infamiã, glo.c.ſuper his, de accuſation. Rubr. ¶De iudic.nu.84.

Item a mandato de capiendo qñ grauamen illatum per illam interlocutoriã non poteſt ſatis reparari per diffinitiuã. ¶Com.Rub.de iud.nu.83.

Appellari poteſt ab eodem ad eundem diuerſo reſpectu, quia poteſt quis eſſe maior , ac minor ratione diuerſa. ¶Com.3. de reg.nu.1.

Appellari poteſt ab excõmunicatione lata ſub conditione ante completam conditioné et poſt decennium,ita ꝙ ſine ſcrupulo poteſt cõicare etiam ea impleta ſic ſentit glo. quam contra Panor. ſequitur communis,in c. præterea,& c. 2.de appellatio.¶Man.c.23.nu.273.

Appellari non liceta Chriſtiano ad Iudicem infidelé.ca.Catholicus,2.q.6. per quo facit 1.Cor.6.Paul.Et hoc intelligitur in terris vbi dominãtur fideles , ſecus in terris infideliũ , idem Paulus , Cæſarem appellauit. Act.25.¶Com.in c.nemo,de pœn.d.1.to.1.num.4.

Appellans ante excommunicationé fidens appellationi celebrando non incurrit irregularitatem,etiam ſi declaret iudex eum male appellaſſe,glo.penult. recep. c.ſolet,de ſent.exc.li.6.

Similiter appellãs a declaratione excommunicationis,de cuius valore dubitatur irreg. non incurrit. Fel.ca.Rudulphus,de reſcr.¶Man.c.29.nu.104.

Appellans a Papa ad futurum Conci-

A liũ excommunicatur Bulla Cœnæ. Et etiam conſulentes excommunicatione Papali , non autem per Bullam Cœnæ. Secuta vero appellatione illam incurrunt. ¶Com.de datis,& promiſſis.Notabil.8.nu.15.to.1.& Manu. c.27. nu.58.

Appellare poteſt,& debet de proximo morte damnato ille cui iniuſtitia cognita eſt. Prou.24. Erue eos,qui ducuntur ad mortem . Quamuis damnatus id ægre referat.l.non tantũ.ff.de app.¶Com. de eleemoſyna, nu.46

Appellatio paucioribus vicibus dãnatis ad mortem conceditur in Caſtella,& Gallia.¶Com.c.1.inter verba,concluſ.6. nu.126.

B

# *Appetitus.*

APpetitus quid ſit, & quomodo diuidatur,ver. Anima.

Cuiuſuis rei vanæ honorabilis peccatum inducit,non tamen mortale,niſi in quinque caſibus. Primus,quando eſt de re mortifera. Caiet.2.2.q.131.ar.2.Ant. 2.par.tit.4.1.§.3. Secundus, quando eſt cum diuina irreuerétia notabili, Ezech. 25.Eleuatum eſt cor eius,& dixit Deus ego ſum. Tertius cum pluris fit illud de quo petitur gloria , fama laus, &c. quã ipſe Deus . Quartus cum aliquid horũ præponitur Deo.Ioann.12. Dilexerunt magis gloriã humanum. Vltimus,quan C do in vltimum finem proponitur gloria.Et hoc licet ſic non faciamus expreſſe:multi tamen id faciunt dum pro gloria,& laude,&c. acquirenda,& conſeruanda mortiferum peccatum committuntur,Tho.de Malo.q.8.ar.2.& 2.2.qu. 132.ar.3. Et hi omnes quinque modi reducuntur ad tres. Primus cum aliquid horum appetitur de peccato mor. Secũdo,cum appetitur infringendo legé ad mor.obligantem . Tertio,cum illũ finé ponitur vltimus finis. Caiet.& Tabien. ¶Com.c.inter verba,cõcl.5.nu.52.to.1.

Appetitus gloriæ, honoris, reuerentiæ , laudis, etiamſi addas humanæ non é de ſe,nec bonus, nec malus.Th.quol. 10.q. 1.ar.3. Si addas diuinæ eſt bonus,

1. Cor. 10. Qui gloriatur in Domino glorietur. Similiter bonus eſt ſi tria concurrant. Primo, ne appetatur maior, quã bona opera merentur. Secundo, ne appetatur vt teſtimonium humanum incertum, & infirmum, & tãquam res quæ ſunt paruæ, & caducæ. Tertium, vt expetantur in aliquem bonum finem. ¶ Ib. num. 51. A

Appetere vt noſtra bona opera ab hominibus laudentur non eſt deteſtandũ, 2.2.q.132.art.1. Niſi propterea appetatur id, vel in finem indebitum.

Appetere magnum honorem, & reuerentiam ob pulchritudinem, & bonam corporis habitudinem peccatum eſt graue, & grauius appetere ob diuitias, & pretioſas, molleſq; veſtes, quia immo dictus eſt appetitus honoris ob rem, quæ illum non meretur, aut non tãtum, quantum appetit, 2.2.q.63.art.3.& q.130.ar.2.ibi.nu.62. B

Appetitus ille, quamuis glorię, honoris, reuerentię &c. eſt & infenſus & inimicus noſter. Aug. Theſſal. 2. & Chriſo. ſuper Matth. cap. 6. Et ſecundum Greg. li. 31. Moral. eſt dux primarius ſuperbię ſub quo multi militant, vt ambitio, inobedientia, inuentio nouitatũ, hypochriſis, pertinacia, diſcordia, contentio, &c. ¶ Ibid. nu. 70. & alia ſuo genere bona p appetitum huiuſmodi, quo ad gratiam, & gloriam ſaltem pereunt. ¶ Ibidem nume. 71. C

Appetere plura, quàm tuum ſtatũ deceant ad hoc, vt te tuoſque a neceſſitate vtendi arte mechanica eripias, quo alia rum virtutum operibus incumbas licitum eſt, ſecundum Caiet. 2.2.q.124.art. 1. etiam vt ad altiorem ſtatum aſcẽdas, ad quẽ natura te idoneum fecit. ¶ Com. c. quorundam, de Iudæis. Not. 2. nu. 10.

Appetitus omnis nocendi proximo in perſona, & bonis corporalibus, dummodo non ſit in primo motu poteſt appellari homicidium; niſi tamẽ ſequatur mors non incurrit pœnæ legis contra homicidas editas. ¶ Com. cap. Homicidiũ. De pœnit. diſt. 1. per totum.

Appetitus altioris loci multos multum fatigat, & facit vt multi multos audiant prælegentes, qui minus quam alij ſibi vtiles ſunt, viſitant, & comitantur quoſdam, quibus etiam adulantur, mentiunt, deſeruiunt, quæ non facerent, niſi timerent eos alioqui fore ſibi cõtrarios in deſignandis præfatis locis. ¶ Com. c. inter verba, concl. 1. nu. 15.

Appetitus laudis ob ſui generis claritatem, habitudinem, conditionem, & alias bonas, quas vere habet quis corporis dotes, vt facilius conuenienter qui nuptias ineniat a nullo vituperatur. Neque ob illa bona, quæ Deus illi impertitus eſt, vt ob id, filijs ſuis cognatis, famulis, vel alijs aliquod bonum temporale donetur. ¶ Com. prædicto concl. 5. num. 45.

Appetitus alicuius rei ſibi debitæ, vt ſibi ſoluatur iuſtus eſt, quia eſt finis aptus in quem refertur receptio debiti cũ iuſt. virtus ſit. ¶ Ibi. nu. 46.

Appetitus pecuniæ, vel alterius boni ſibi non debiti ob falſam aliquam cauſam ſi non adſit alterius præiuditium non inducit peccatum mortale. ¶ Ibid. num. 55.

Arreptitius, vide Irregularitas.

## *Arbiter.*

Arbiter in arbitrando iure communi dari debet. Panorm. in cap. cum Ioannes, num. 13. de fide inſtrum. arg. c. 1. de dilat. Scotus 4. d. 27. ep. 1. ar. 5. ¶ Cõſil. 23. de ſponſal. num. 1. lib. 4.

In quouis honeſto loco ſententiam ferri poteſt l. ſi dies, §. ſi arbiter. ff. de recep. arbitr. ¶ Ibid.

## *Argumentum.*

Argumentum a contrario ſenſu licet alioqui ſit validiſſimum in iure. l. 1. ff. de off. eius cui mandat. eſt iur. & c. Nihil. Tamen valet quo ad ea, quibus contrarium exponitur in iure, iuxta glo. celebr. & recept. vt tradit Fel. ca. ſignificaſti, de foro compet. pro qua eſt text. optim. in c. A nobis, el ſecundo, de

ſent.

ſent. excommunicat. ¶ Man. ca. 17. num. 71. To. 2. de red. eccl. q. 1. nota. 51. num. 4. to. 1. & q. 2. not. 13. nu. 3. Com. ca. Nouit. de iud. nota. 3. num. 132. tom. 3. trac. oppoſ. in confir. nu. 4. to. 3. ¶ Conſi. 5. de donat. num. 3. p. 1. lib. 3. In narratiuis autem hoc argumētū parum valet. ¶ Cōſ. 14. de offi. iud. ord. num. 10. Manu. c. 27. nu. 222. Et com. de homic. caſuali. n. 15.

A ſimili diſſoluitur per diſſimile, de red. eccl. qu. 2. Not. 13. & regulariter eſt validum. l. non poſſunt. ff. de legib. & c. Dudum. el ſecondo, de elect. & l. illud ff. ad leg. Aquil. in lege tamen pœnali non valet. ¶ Com. in c. pœnæ, de pœnit. d. 1. tom. 1.

A requiſito ad inquirendum, ad requiſitum ad torquendum, vt valeat, vide Rubr. ¶ De iud. nu. 65. to. 3.

A maiori negato ad minus negatum, & ab æquiparatis tunc valet, quando eadem ratio vtriuſque negationem ſuadet, alias non, vt probat c. 1. de for. Reg. iur. li. 6. & l. non debet. ff. eod. ¶ Com. de iub. Notab. 26. nu. 6. to. 1.

A genere ad ſpeciem negatiue valet, ff. eod. ¶ Com. Humanæ aures. 22. q. 5. in quæſt. 3.

A genere remoto ad ſpeciem validū eſt, ibid. l. ſi cauſa cognita, cum glo. penul. C. de tranſactio. & cap. fin. de pact. & per ea, quæ tradit Bald. in l. conuenticula, col. 2. C. de epiſcop. & cler. Non valet tamen contrariè a remotione ſpeciei ad genus, c. quemadmodū, de iniu. ¶ Com. de Iubil. nota. 28. nu. 12. to. 1.

A toto ad partem cum identitate rationis eſt firmum. l. quis de tota. ff. de rei vend. ca. paſtoralis, §. item cū totum, de off. deleg. ¶ Com. de veritate reſponſi. in c. humanæ aures, 22. q. 5. qu. 2. num. 2. tom. 1. ¶ Conſil. 14. de voto, num. 2. li. 3.

A toto in modo ad partē eius valet. Bald. in leg. conuenticula. C. de epiſco. & cler. ¶ Com. de ver. reſp. q. 1. n. 5. to. 1.

A partium ſufficienti enumeratione ad totum eſt validum, com. in c. fraternitas, de lege pœnali, in princ. apparet id Inſtitu. De obligat. quę ex quaſi contra-

A ctu naſcitur, & in princ. de obligat. quæ ex quaſi delicto. & ibi glo. a Bald. recepta in l. conuenticula, C. de epiſ. & cler. Non tamen eſt validum, niſi partes omnes enumerentur, textus cū glo. in prin. de obliga. ¶ Com. c. inter verba, concl. 6. num. 468.

A fortiori valet c. Cum in cunctis de ele. & Auth. multo magis, C. de Sacroſ. Eccl. ¶ Com. 4. de Regul. nu. 34.

A præparatorijs ad præparandum nō valet regulariter, quia multa iura præparatoria, de quib. nō dicuntur vere illa, quæ dicuntur de præparatis. Vt ſponſalia quæ sūt præparatoria ad matrimo. non tamen ſunt indiſſolubilia. Rubr. de
B iud. nu. 4. valet tamen quando inter ea, tanta eſt ſubordinario, vt de illa dici queunt. ¶ Ibid. nu. 7.

A ſpeciali valet in hac forma. Hoc eſt ſpeciale iure particulari, ergo contrariū eſt dicendum iure communi. ca. qualis. 25. diſtinct. & c. præſenti. §. loca. de præbend. lib. ſexto. ¶ Conſil. 5. de Regular. num. 5.

A communiter accidentibus validū eſt, ſi non conſtet de contrario. l. neque mortales. C. de proba. & c. in præſentia. eod. tit. cum eis adnotatis. ¶ Conſil. 4. de teſtam.

A correlatiuis eſt validum cum eadē ratio, idem ſuadet in vtroque correlatiuo.
C l. 1. C. de cupreſ. clem. ſæpe. adiuncta gl. de verb. ſign.

Ab abſurdo apud iuriſperitos validū eſt. c. vadam. de præb. li. 6. & l. nam quod abſurdum. ff. de bon. lib. ¶ Com. in prin. de pœn. diſt. 5.

A matrimonio carnali ad ſpirituale valet, iuxta gl. celebrem, in c. bonæ el ſecondo. de elect. pro qua eſt text. in ca. licet. de translation. prælat. ¶ Conſi. 14. de offi. iud. ord. nu. 3.

A contractu mutui ad contractum innominatum non procedit. ¶ Conſ. 21. de vſu. num. 1. lib. 5.

Arguere ſignificat oſtendere, reprehendere. Virg. 1. Eneid. Degeneres animos timor arguit. In periculum duce-

re.¶Com.c.qualitas,de pœn.d.5.to.1.
Argumentũ quod nititur quod probã
dum eſt,nõ valet cum ſit petitio prin
cipij,& eſt contra l.1. cum gl. & Pau.ff.
de excep.¶Com.de camb.nu.17.

## *Arma.*

Armorum nomine oĩum artium in
ſtrumenta etiam proprie ſignificã
tur,arg.principij,& c non pila.c.conue
nientior,23.q.8. & gl.l.nepos proculo,
ff.de verb.ſign.& prȩter hæc et lapides,
& fuſtes.l.Armorum,ff.de ver.ſign.& l.
3.in prin.ver.Armis,ff.de vi,& vi arma,
§.ſed ex conſtitutionib. & ſi id eſſe fal-
ſum verius cõtrariũ videat̃ ſignificare.
Tamen magis proprię pro inſtrumen
tis artis militaris.i. pro Armis bellicis
ſumitur Armorum nomen prȩſertim in
c.ita quorundam de Iud.retineatur, &
afferri ad Saracenos. Et hæc varia ſunt
quarum inuentores ſcribit. Plin. lib.7.
c.16. Natur.hiſt.
Et ſpecies plurimas Iuſ.in §.fi.Auth.
De Armis,collat.6.Gell.li.20.Noct.At-
ti.c.20. Veget.li.4.de re milit.¶Com.c.
ita quorundam,de Iudæ.nu.1.2. & 3.
Armorum quædam ſunt defenſiua.
Alber.l.Armorum. Quædam offenſiua.
Quædam in Conciliũ principaliter fa-
cta, quædam ex animi fabricantium tñ
hic inſtituta, quædam vero tam ex ani-
mo fracantis,quàm aſſumentis.¶Com.
in c.ita quædam not.5. nu.13.to.3.
Arma bellica, ſunt proprie arma fa-
cta principaliter ad prȩliandum eis,qua
tenus talia ſunt, vel in id ante conflictũ
aſſumpta.¶Ibi.nu.10. Nulla ſane nobis
a natura ſola Crelorum rege.¶Ibi.n.2.
Arma bellica quædam ſunt,quæ non
præſumuntur talia, & quædam nõ ſunt,
quæ talia præſumuntur, & ideo dicenti
aliqua eſſe arma incumbit probatio.
¶Ibid. nu.16.
Arma defenſiua non eſſe bellica, tue
tur Angelus,§. Maleficijs,nu.12.inſtitu
tio.de Actio quem ſequitur Iaſon. Ibi.
nu.85.argu. eius, quod ait Bart.l.1.ff.ad
leg.iul.de vi publica.Vbi cum prohibe
A tur habere arma defenſiua non prohibẽ
tur. Contrarium tamen eſt verum, quia
ibi ſolum deſuit intentio animi legiſla
toris ad comprehẽdendum ea: quia vis
publica non infertur armis defenſiuis.
¶Ibid.nu.4.Neque eſt idem dicendum
de lapidibus, & lignis,quæ etiam pro-
prie arma bellica ſunt, vt aiunt Feli. &
Alciat.dicta.l.Armorum.¶Ibid.num.5.
Quæ tamen lex intelligenda eſt de la-
pidibus ad prælium anteparatis.¶Ibid.
num.12.
In materia autem de offendendo in-
telliguntur ſola offenſiua ſecundũ Bar.
l.1.ff.ad l.iul.de vi publ.
In materia de armis bellicis ex inten
B tione fabricantis ſola facta principali-
ter ad prælium dicuntur arma, non autẽ
alia,§.fi.auth.de arm. col.6.
In materia tandem vtrique congrua,
vt in Bulla Cœnæ. Et in ca. ita quorun-
dam.Vtraque comprehenduntur.¶Ibi.
a nu.16. Et ideo ſemper videnda eſt in-
tentio,& finis legiſlatoris, num.21. vbi
concludit, quòd appellatione Armorũ
in Bulla Cęnæ veniunt omnia arma bel
lica tam offenſionis, quàm defenſionis
gratia parata,quæ ſua fabricatio,vel in-
tentio animi deferentis actu, vel virtu-
te in prælium deſtinat.¶Ibid.nume.24.
Arma deferentes ad alios hoſtes,
quàm Saracenos,& ſi malum faciant,&
puniri poſſint alijs pęnis.l.2. C. quæ res
C expe.non debent. Non tamen ſunt ex-
communicati.¶Ibidem not.2.in glo.2.
num.1.
Deferentes cum mortali inobedien-
tia, vel ſcandali notabilitate non debẽt
abſolui.argument.c.2.de maior.& obe-
dient.& c. nihil cum ſcandalo, de præ-
ſcriptio. Secundo,quia neq; ſi deferant
ad bellandum in bello iniuſto præſer-
tim contra Chriſtianos, ca. quid culpa-
tur 23.quæſt.5.cap. qui reſiſtit.capit.qui
Iulianus,2.quæſt.3.¶Ibidem notab.12.
Conſi.3.de clande. deſponſat. numero
12.lib.4.
Fabricãtes bona fide apud ifideles,vt
eis bene vtantur ſunt abſoluẽdi. Ratio
eſt

eſt quia cap. Iſta quorundam, de iud. & alia cum illo concordantia non compręhendunt ſubditos Turcarum fabricantes arma in terris ſuis, modo illa non fabricent expreſſe ad bellandum contra Chriſtianos. ¶ Conſil.3. de cland. deſponſ.num.13.¶ Ibid.nu.13.

Fabricantes vero arma, quibus quis vti, & abuti poteſt ſimpliciter nō peccant. Thom.2.2.q.169.ar.2. ad quartum. ¶ Vbi ſup.nu.14.

Summiniſtrātes Saracenis, & alia neceſſaria ad impugnandos Chriſtianos; & naues eorum piraticas gubernando, ſunt excommunicati, & rebus ſuis priuandi, & capientium fiunt ſerui. ¶ Relect.c.ita quorundam not.1.nu.1.li.3.

Arma bellica ſunt vna ſpecies armorum generatim ſumptorum.l.arma,ff.de verbo. ſign. principaliter ad pugnam facta, vel intentione animi ad eam deſtinata, qualia poſſunt eſſe, ligna, trabes, ferrum, & alia metalla. Aliud genus ſunt lapides, fuſtes, baculi. Primum genus prohibetur deferri ad Turcas per Bullam Cœnæ, non autem. Sm̄ niſi adſit intētio deferentis propter pugnam principaliter, ¶ Man.c.27.nu.63.

## Ars.

ARs altiorem finem habens iudicat de illa, quæ habet finem inferiorē ordinatum in finem altiorem, & ideo deſumptum tāquam medium in illum. Ariſtot.1. ethicor. Vt omnes artes ad Architectonicam ordinatur. Et omnis qui iudicat de fine, de medijs etiam in finē iudicare debet, vt medicina de medijs ad ſanitatem, ca.tua.de homicid. Militaris de Equeſtri, & iſta de frenefactiua. ¶ Relect.c.nouit.de iud.nu.16.to.3.

Ars mercandi ſi vitijs careat vtilis eſt Reipub. vt ait, Cic.lib.1. de offic. licita, digna mercede, & ſine honeſtari poteſt honeſto. ¶ Com.c.2.de pœn.d.5.to.1.

Ars Magica continet in ſe plures artes, quæ omnes prohibitæ ſunt, & ideo, qui deliberato animo illam diſcere vult, vel & quam diſcit, vtitur, peccat mortaliter, quia iuxta Ricard.12.d.17. non eſt ſcientia, ſed potius ſuperſtitio.l.culpa, C.de malefic.& mat. ¶ Manu.c.2.nu.28.

Artem Magicam exercentes Magi dicuntur, qui non ſunt excommunicati p̄ Bullam Cœnæ, niſi ſint hæretici, per ea quæ notantur 26. per plures quæſt. & S. Thom.2.2.qu.65.art.1.& 2. quos tamen Bul. Pij V. comprehendebat. ¶ Manu.c.27.num.55.

Ars Notoria, quæ certis ieiunijs, & varijs quibuſdam obſeruationibus ſapientiam infuſam pollicetur prohibita eſt, & qui eam exercent mort. peccant, 2.2.q.96.ar.1.¶ Vbi ſup.nu.38.

Ars Mechanica, licet aliquando ſit cauſa malorum, vt in c.negocia, de pœ. d.5. nu.5.27. & 29. probat Auctor. non tamen eſt mala. ¶ Man.c.14.nu.43.

Ars ſimulandi duplex eſt. Prima dicitur Pelaſga, qua aliquis male, & ſine ordine, atque iuſta cauſa factis, vel verbis ſimulat, ſimulat ineſſe quod non eſt, vel diſſimulat non ineſſe quod ineſt. Altera bona, & vtilis, qua quidam prudenter, & ordinate ſimulat, vel diſſimulat. ¶ Com. c. humanæ aures, 22.q.5.de ver. reſpon.to.1.

Ars, q̄ ſine peccato exerceri nequit illicita eſt, qualis eſt ars faciēdi idola, ars fœnerandi, 2.2.q.169.ar.2. ¶ Com.c.negocium, de pœn. d.5. Et ideo quale eſt peccatum, talis etiam eſt modus peccādi per illam artem.

Ars permutandi, & negotiandi permutatione pecuniarum nō placuit. Ariſtot.1. Politic. ſed & S.Tho.2.2.q.77.ar.4. eam illicitā eſſe dixit, quia eius finis principalis eſt quæſtus. Secus ſi fiat moderate pro ſui ſuſtentatione, & Reipu. vtilitate. ¶ Com.de cambijs, nu.2.

Artem, quam quis ignoret ne exerceat lex naturalis, & humana prohibēt capit. Non eſt ſine culpa, de reg.iur.l.6. ¶ Com. c.inter verba, concl.1. nu.17.

## Articulus.

AAticulus cauſę, qui ſine iuriſdictione poteſt expediri delegatur non

habenti qualitates, c.ſtatutum, iuxta gl. in princi. illius ver. cauſæ, & in §. nulli. ver. vices. ¶ Comm. c. cum contingat 2. cauſ. nollit. nu. 24. to. 3.

Articulus mortis nõ intelligitur ſolus ille, in quo, quis moritur, ſed etiam ille in quo mori probabiliter timetur. ¶ Manua. c. 26. num. 32.

Et ille appellatur articulus mortis ꝑſumptus, quo poteſt quis conſequi, veniam indulg. plen. & conſecuta finitur. ¶ Com. de ſub. no. 30. nu. 3. to. 1. Niſi exprimantur, vt illa vti poſſet toties quoties, quia tunc id ſeruandum eſſet, argu. l. continuus, §. cum ita, ff. de ver. obli.

Si autem exprimatur, ꝙ detur in articulo mortis vero, nihil prodeſſet vſus illius in articulo mortis præſumpto, etiã ſi diceret Confeſſor cum conditione (ſi hac vice morieris.) Si vero nõ morieris reſeruo tibi, &c quicquid dicunt Fely. & D. Ant. quia id quod dicant, nullo iure colligitur. In hac materia vide pulchrum tractatum in Miſcellan. 27. ¶ De oratione, nu. 36. to. 2.

Articulus mortis ſecundum Panor. in c. paſtoralis, §. 1. de offi. ord. videtur ille, in quo homines communiter moriũtur, qualem faciem probabilem naufragium: imminens prælium, grauis, atquẽ acuta febris, c. cum infirmitas, de pœni. & remiſſ.

Tempus item patiendi, argu. l. 2. §. ſi non propter, ff. ſi quis cautio. ¶ Man. c. 2. nume. 9.

## Aſperitas.

Aſperitas in corrigendo nõ eſt bona niſi ſit neceſſaria, quia & ſi non adhibeantur verba iniurioſa ad diffamã dum, poteſt tamẽ ex illis ſequi ipſa diffamatio. Ideo ait Cic. 1. de offic. Quod correctio a cõtumelia vacare debet. Ideo illam debent fugere præſertim prælati, ne peccent ſaltem venialiter, vt ait Aug. ca. 5. ſuæ regulæ relatus, c. quando 86. d. inſinuat id Leo Pap. ca. licet 45. d. & D. Aug. in c. diſciplina, d. eo.

Quod autem ſit adhibẽda cum ſit neA ceſſaria id dicit Thom. 2. 2. q. 72. ar. 2. ad ſecundum, quia id fecit, & Paul. Gal. 3. O inſenſati Galathæ, qs vos faſcinauit & Chriſtus Dominus. Luc. 24. O ſtulti, & tardi corde, &c. ¶ Com. c. inter verba, concl. 6. nu. 514. vſque ad 533.

## Aſſaſſinus.

Conuenit nomen hoc proprie in quoſdam Paganos, qui ſiunt ſubiecti ditioni cuiuſdam Domini, ita perſuaſi, vt putent præcellens opus eſſe interficere eum, quem ſuus Dominus iubeat quomodocunque, & quacunq; de cauſa, & non eſſe id omittendum, etiãſi ob id occumbere illis oporteat glo. Io. Andr. & Archidia. quia de his loquitur B excommunicatio, ca. inquiſitionis, in 6. Apud verò Italos nomen hoc conuenit illis, qui ob pecuniam alios interficiũt. ¶ Man. c. 27. nu. 135.

## Aſſecuratio.

Aſſecuratio ſimpliciter iuſta eſt, atque licita quæſita a mutuante, & in pactum deducta, & facta ab illo, qui vere vult pecuniã per loca periculoſa traijcere, & vere vult ſibi aſſicurari iuſto precio. Neque prohibetur a Gregorio Nono, quia coram Deo, & in foro conſciẽtiæ licitum hoc eſt. Sed quia in tali contractu multæ poſſunt venire deformitates, ideo cenſenda eſt vſuraria. ¶ Man. c. C 17. n. 284. Vbi nulla interuenit fraus, nulla reſtitutio eſt cõfeſſio ꝑcipiẽda, n. 285.

Aſſecuratio põt quæri ab eo, qui confert aliquã pecuniam in ſocietate, quo ad ſortem, & quo ad certam partẽ lucri ineundo ſuos contractus aſſecurationis ſortis, & lucri cum tertio, & quicquid poteſt cum tertio, poteſt, & cum ſocio ceſſante omni fraude, & ſimulatione. ¶ Ibid. num. 255.

Et poſſunt fieri iſti cõtractus eodem tẽpore demonſtrat Maior. 4. d. 15. q. 16. & nõ ſolum formaliter, & explicite, ſed & implicite, atque æquiualenter. ¶ Ibi. Vide multa ad hoc propoſitũ in Com. de cambijs in prin.

Aſtro-

## *Aſtrologia.*

AStrologiã eſſe prohibitam non docent Io. Andr.& Panor. vt illis imponit Dec.cap.2.de Sortil.imò contrariũ affirmant quod etiam præſupponit D. Thom. 2. 2. quæſtion.95. articul.5. Sed tamen propter hoc pronunciare non poteſt aliqua ſupernaturalia, vel naturalia certò futura. Immo neq; aliquid contingens per accidens. Quare fugandi ſunt Aſtrologi quia hæc pronunciare audent.¶ Relect.in c.nouit.de iudic. not.2.nu.16.& 17.

## *Aſtutia.*

ASturia, eſt vitium inclinans ad quærendum vera bona per media mala. Tho.2.2.q.55.ar.1.

Huius autem miniſtri ſunt duo, videlicet, Dolus, qui eſt circumuentio mala ad decipiendum adhibita, leg.at.1. ff.de dolo. & comprehendit tam ea, quæ fiũt verbo tantum, quàm quæ facto tantum vel vtroque modo. Alter eſt Fraus, quæ tantum facto fit, ita vt ſit ſpecies doli.l. iuri ſgentium, §. ſed ſi fiat, ff. de pact. ¶ Man. c.23. nu.77.

## *Attentio.*

ATtentio in oratione eſt neceſſaria, ca.1.de celebrat. Miſſa. vbi dicitur Diſtincte pręcipimus in virtute Sanctę obedientiæ, vt officium diurnum pariter, ac nocturnum quantum eis dederit Deus celebrent ſtudioſe pariter, ac deuotè. Studiosè quo ad externam pronũciationẽ: deuote quo ad interiorem, gl. penult. Eph.5. Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino, & Hiero. ibi.glo.clem.1. de reliq. & Vener. Sanctorũ, & allegat Paulũ 2. Cor. 14. Aug. Quid perdis ſonitus labiorum ſi mutũ eſt cor. ¶ Com.de orat.c.13.nu.1.

Attentio iuuatur multum per prouiſionem dicendorum. ¶ Ibi.c.17.num.1. Sed contra non ſolum non augetur, ſed tollitur quo ad implementum pręcepti recitandi per omnes actus corporales,

A qui repugnant, & ſunt incompatibiles illi.¶ Ibid.c.13.nu.49.

Attẽdẽdi propoſitũ duplex eſt actuale .ſ. & virtuale ſiue expreſſum, & tacitũ, & dr̄ deliberatio, ſeu intentio attendẽdi, iuxta Palud.4.d.15.q.3. Vbi ait orationis attentionem a principio debere eſſe intentam ibidem nu.13.& 14. Tollitur actuale per contrarium propoſitũ nõ attendẽdi, quod raro accidit. Virtuale, quando homo ſolo cogitatu ſe occupat in rebus extraneis, & aduertit ſe id cogitaſſe, & non procurat, vt animũ auuocet, vel animo deliberato ſe occupat in rebus exterioribus repugnantib. ¶ Com.de orat.c.13.nu.18.

B Attentio triplex eſt, prima verborũ tm̃ ne in illis erretur. Altera ſenſum, & eſt præſtãtior. Tertia finis, q̃ eſt Deus, eſt præſtantiſſima omnium communis doctis, atque indoctis. Secunda illorum eſt, qui idioma intelligunt. ¶ De ora.c.14.nu.5.c.18.nu.100.c.21.nu.34.¶ Man. c.25.nu.105.

Attẽtio virtualis, & ſi ſufficiat ad implendum præceptũ, & excuſationem a pc̃tõ contineat: attamen clerici, & Monaci non debent illa eſſe contenti, ſed oĩb. neruis curare debent vt actualẽ cõtinue habeant ſecundã, & tertiã, vt animã reficiunt ſuauitate inde naſcẽte, iuxta illud Pſ.36. Delectare in Dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Neq; ab illa nos extrahere dẽt rei difficultas, ſed
C incitare dẽt conſideratio, ꝙ res ſit prætioſiſſima, Deo & Sanctis gratiſſima. ¶ Ibid. c.21.num. 23.

Obiectũ tertiæ attentionis, nõ debet eſſe Chriſti humanitas, ſed illa debet eſſe ſolũ mediũ perueniendi in Deum, & Deitatem. Ibi.num.35. Poſsũt autẽ eſse tale obiectũ temporalia, quę petimus ſecundũ Sotum li.10.de iuſt.& iur.q.5.ar.5. qui ait, quod diuitius in eis nõ eſt morandum, ne Deũ ipſum ad illam referamus; ſed inepte, quia aliud eſt attendere ad aliquid, ꝙ eſt cogitare de illo, vel mẽte cõcipere illud; & aliud conſtituere finem in illo: ideo quo ad finẽ ſpectat, tor

quet ille ad attentionem. Bene tamen verum eſt, quod ad ea ita non debemus attendere, vt in illis finem principalem conſtituamus.¶ Ibi.num.36.

Attendendi propoſitũ iuxta q̃libet ſpeciẽ attẽtionis ſufficit quo ad effectũ merendi de condigno,& de cõgruo. Et impetrandi,ſatisfaciendi pcepto,& per pęna cõdonati pẽti luenda in Purgatorio. Ad quo ad effectũ conſolandi aiam non ſufficit niſi orõnem totã concomitet ſecunda,vel tertia attẽtio. ¶ Ib.n.38.

Attentio magis, q̃ bonitas in orõne præcepta requirit ne peccemus, ſeu vt ſatisfaciamus,quia hæc non præcipitur ac illa ſic. Ib.n.40. Quare occaſiones ab attentione recitationi debite nos auuertẽtes,& proximos ab illa ipediẽtes anullare debemus. Matt.6. Tu aũt cũ oraueris intra,&c Quia qui cãm dãni dat,dãnũ dediſſe videtur.¶ Ib.c.15.n.1.2.& 3.

Attẽtio in quindecim myſteria recitãti Roſariũ B. Virg. nõ eſt de eſſentia, neq; de intẽtione B. Dominici,ẽt ſi poſſit,& debeat eſſe finis recitandi. Eſt tñ hoc ſanctum,atq; vtile conſilium.¶ Miſcella.31.de ora. per totum. to.2.

Attentio, & deuotio bene oranti neceſſaria ẽ.¶ Trac.de ſilẽtio.in diu.offi.ſuper c.in loco benedictionis,5.q.4.n.11.

## Attributum.

Attributa oĩa,quæ in Deo ſunt,ſunt ipſemet Deus, & cõſquẽter infinita,vt ipſe,& æqualia, quo ad eſſentiã,& ſubſtantiam. Differunt tñ,quo ad rationẽ,vt probat. S.Th.1.ſen.d.2.q.1.ar.3.& d.22.qũ.1.ar.3.& 1.p.q.21.art.3. Alia.n. rõne dr̃ Deus ſimplex. alia bonus, &c.

Similiter quædã eorum dñr de ipſo quadam rõne, q̃ alia, ſicuti vnũquodq; dr̃ ens,& bonum, prius tñ dr̃ ens, quàm bonũ, 1.p.q.8.art.2. Ideo rationabiliter D. Tho. prius de quibuſdam, quàm de alijs pertract. ¶ Com.c.Quia diuinitas, de pœ.d.1.& c.libenter, ea.d.tom.1.

## Attritio.

Attritio eſt pœnitentia imperfecta, A quàm neque debitæ circunſtantiæ, neque debitæ qualitates ornant.

Hæc aũt ſm̃ Caiet. opuſ.4.qõ.1.op.5. q.5.to.1.duplex eſt. Altera eorum quos pœnitet mortaliter peccaſſe, vellentq; nõ peccaſſe,ſed nõ oĩno ſtatuũt abſtinere a peccatis. Altera eorũ quorũ pęnitet quidẽ peccaſſe, & ſtatuũt amplius non peccare non concipiendo peccatum,vt rẽ ſupra oĩa deteſtabilia deteſtandã,neque reputando ipſum vitandũ ſupra oẽ vitabile. Immo ẽt talis quouſque Deus gratiã infundat per miam vocãda eſt attritio: ſed Caiet. hæc vocat informem contritionem,¶ Man.c.1.nu.33.

B Prima ſpecies neque ſola, neque cũ abſolutione valet ad remiſſionem peccati,immo peccat ille,qui cum ea petit, vel accipit abſolutionem. De ſecundo idem dicendũ eſt ſecundũ eundem pręterquã quod valet ad petendam, & recipiendã abſolutionem, quo ad effectum non reiterandi confeſſionem. Ego vero hanc puto valere ẽt ad gratiam cõſequẽdam, qñ pœnitens credit ſe habere perfectum, & ſufficientem dolorem. Omnes enim,& Scripturæ,& Patres, & Cõcilia præſertim Trid. ad remiſſionẽ peccati determinant neceſſarium eſſe dolorẽ de illis cum firmo propoſito non peccandi de cętero, & cũ ſpe veniæ. Neq; requirunt huiõi reflexiones, cõparatióneiq; difficiles pauciſſimis cognitas, &

C pauciorib.vſitatas.¶ Vbi ſup.n.34.& 35.

Attritio quam vere cognoſcimus nõ eſſe contritionẽ non ſufficit illi, qui cũ ſit Adultus baptizandus eſt,quia Augu: relatus in c. Firmiſſime 14.q.1.ait. Nullum hominem vitam æternam eſſe recepturum,qui non fuerit a malo per pœnitentiam, fidemque conuerſus,& per Sacram.fidei,& pœnitentiæ.i.baptiſmum liberatus. Et paulo inferius: Maioribus (ait) opus eſt de malis ſuis pęnitentiã agere,idem penè dicit B.Ambr.c.1.De pęnit.d.1. Quare minus bene dicit Sotus in hoc: dum ait, q̃ ad ſuſpiciendum Baptiſma ſufficit quæcunque pœnitudo, & deteſtatio peccati, cum ceſſatione

ne ab illo, etiamſi agnoſcatur non eſſe
contritio. ¶ Ibid. nu. 47.
Attritio per virtutem ſacraméti non
fit contritio, licèt homo de attrito fiat
contritus ſecundum D. Th. 4. d. 17. q. 2.
art. 2. Scotus tamen eadem d. q. 2. quem
ſequitur Caiet. q. 1. to. 1. ait: quòd ſuper
ueniente Dei gratia, Attritio etiam fit
contritio. Poſſuntque reconciliari, vt S.
Tho. intelligatur de attritione, qua do-
lor percipitur non propter Deũ ſolum,
& principaliter eo, q̃ peccatum ſit eius
offenſa; ſed ob præſentem, vel futurũ dã
num quod timet. hæc enim non effici-
tur contritio licet ad illam ducat. Hi au
tem intelligi poſſunt de Attritione ex
defectu gratiæ, vel propoſiti abſtinendi
à peccato. ¶ Ibid. nu. 38.
Attritiones, quæ non ſufficiunt ad iu
ſtam abſolutionem multæ ſunt, vt pęni-
tentia præteriti ſine propoſito actuali,
vel virtuali vitandi futura, aut male par
ta reſtituendi. ¶ Com. ca. pœnitentia. de
pœniten. d. & aliæ ſpecies ſupra poſitæ:
¶ Ibid. nu. 42.
Attritio cum indulgentia non efficit
contritionem, quoniam abſolutio per
viam indulgentiæ non eſt Sacramentũ.
¶ De Iubil. not. 10. nu. 19.

## Auaritia.

AVaritia eſt vitiũ inclinãs ad inor-
dinatũ appetitũ pecunię D. Tho.
2. 2. q. 118. ar. 1. ¶ Man. c. 8. nu. 1.
Eſt autem vitium capitale ſecundum
Greg. 31. Moral. quia eſt fons aliorum ſe
ptem vitiorũ, quæ ſuapte natura tendũt
in finẽ, quem Auaritia prætendit & sũt.
Duritia cordis, quæ à pauperum cõpaſ-
ſione auertit. Inquietudo mẽtis, q̃ auer-
tit animã ab ordinata quiete. Violentiã
ad vim inferendã. Fallacia ad decipien-
dum: periurium, & fraus. ¶ Ib. nu. 72.
Ex hac peccat mortaliter, q̃ deliberat
te, quid appetit in damnum notabile al
terius c. pœnale. 2. q. 5. Qui pecuniã ſu-
perfluam, quam neceſſitas, vel decẽs ſta
tus requirit, ſeruat cupiditate inordina-
ta delectãdi ſe illa, in dies eã augẽdo, &
A nõ ſubueniẽdo pauperib. maxime cũ ad-
eſt extrema neceſſitas. Qui ob illã tranſ
greditur aliquam legem ad mortale ob
ligantem. cap. ſicut hi. diſtinct. 47. Qui
non ſubueniunt pauperibus quoties ex
præcepto tenentur obligante ad morta
le. Qui contrahendo aliquem dãno affi
ciunt, &c.
Auaritia illa, quę contraria eſt virtuti
ti iuſtitiæ ſpeciali impedire põt diſpo-
nendi, facultatem inducẽdo reſtitutio-
nem, ſeu reſarciendæ iniuriæ obligatio
nem, vt ſentit Th. 2. 2. q. 118. ar. 1. Nõ au
tem illa, quæ ſola iuſtitiæ virtuti genera
li liberalitatis, vel alijs virtutib. opponi
tur. ¶ Tract. de reddit. eccl. quæſt. 1. no-
B ta. 46.
Auara detentio peior eſt prodigo,
quia iſte alicui prodeſt ille vero nemi-
ni. Ariſt. 4. Eth. Th. 2. 2. q. 119. ar. 3. ¶ Ibi.
not. 24. nu. 4.
Auaritia appellatur Idolorum ſeruitu
tus, c. auaritiæ, de præben. Non eo quod
ſit idem quod Idolatria; ſed quia ſubij-
cit aiam creaturæ ad eam concupiſcen-
dã. Dr̃ etiam cæca. ca. auaritiæ, de elect.
lib. 6. eo quod iudicium obtenebrat. Dr̃
ſæua, id eſt fera, & beſtialis, quia actus
eius, eſt actus ſæuitiæ. ¶ Com. c. ita quo-
rundam de Iudæis, no. 2. nu. 4. to. 3.

## Audire.

C AVdire, & neſcire quis ſit ille a quo
audiuerit eſt neſcire, ſeu non audi
re ad effectum teſtificandi. ¶ Com. c. in-
ter verba, concl. 6. nu. 788.
Audire ab eo, qui non nouit pluſquã
ego, neque audiuit ab aliquo, qui plus
ſciat pluſquam noſtrum perinde eſt, ac
non audiuiſſe ad hoc, vt teneatur, vt te-
ſtis deponere. ¶ Ibi. nu. 790.
Audiuit qui aliquid ad ſanctã Inqui-
ſitionem pertinens, curet ſtatim illum à
quo audiuit manifeſtare. ¶ Ib. nu. 791.
Audire murmurationes poteſt cõtin
gere multipliciter. Primo cauſando illã
interrogãdo, vel contradicendo. & talis
plus peccat, quã murmurator. Adri. quo.
lib. 11. q. 2. & tenetur ad reſtitutionem

famæ ſi tantum operatur, quantum ipſe detractor.

Secundò ad præbendo cauſam, nec reſiſtendo, ſed gaudēdo de illis. Et is cō muniter peccat atque Detractor ipſe Thomas 2.2.q.73.ar.4. Adria. vbi ſupra. non tamen tenetur ad reſtitutionem, niſi ex officio obliget ad reſiſtentiam. Th. 2.2.q.62.ar.7.

Tertiò modo non cauſando, non reſiſtendo, non gaudēdo, ſed tantum ob verecundiam, timorem, aut negligētiam. Et is peccat venialiter. Th.2.2.q.73.art. 4. Mortaliter autē in tribus caſibus. Primo ſi tenetur ex officio ad reſiſtendum, dum non corrigit peccantē mort. Abul. in Matth.c.18.& Tho.2.2.q.33.ar.2. Secundo ſi videt famam illius cui detrahitur recepturam damnum notabile.

Quarto modo contingit audire reſiſtendo modo verbis, modo geſtu & is communiter meretur. Prou.c.25. Ventus aquilo diſſipat nubes, & facies triſtis linguam detrahentem. ¶ Com.cap.inter verba.concl.6. nu.541. vſque ad 551.

## *Aue.*

AVæ eſt dictio compoſita ex A, & uæ, quæ eſt interiectio dolorem inſinuans, ita q̄ qui dicit Virgini Aue, non ſolum ait ſalue, gaude, lætare, ſed ēt expers omnis mali, de quo nō ſit magis gaudendum, quā dolendum, quia vere talis fuit. Nullum enim habuit malum, ſcilicet culpæ, nullum uæ repugnantiæ, vel contradictionis ſenſibilis appetitus aduerſus rationem. Tho.3.p.q.27. art.3. ſine vhæ iacturæ virginitatis in conceptione, doloris in partu, corruptionis in corpore. ¶ Enchir.de oration. c.2.n.131.

Aue Maria digniſſima eſt mater omnium orationū tanquam vetuſtiſſima. ¶ Ibi.nu.175. Compoſita fuit ab Angelo. Eliſabeth, & eccleſia. Vide expoſitionem eiuſdē orationis in eodē capite.

## *Augurium.*

AVgurium qui ſumit boni, vel mali ex eo, quia audit auium garrire,

A vlulare lupos, mugire boues, rugire leones, & alia animalia. Vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, cum certa aliqua credulitate, vt illud eueniat, mortaliter peccat. ca. illos. 26.q.3. ¶ Manual. cap.2.nu.37.

## *Auxilium.*

AVxilium Dei eſt motus, quo iuuat Deus hominem abſque additione, ac infuſione gratiæ Th.1.2.q.109.ar. 6. vbi determinat, quòd eſt diſpoſitio ad gratiam. & q.113.art.1. Auxilium attribuit vocationi.

Tale autem eſt multiplex. Alterū naturale, qd̄ datur à Deo homini in crea-
B tione. Alterum ſupernaturale, quo Deus iuuat hominem ad ea, quæ ſupranaturā ſunt. Requiritur autem hoc auxiliū ad conuerſionem peccatoris. ¶ Com.in ca. conuertimini. de pœn. diſt.1.to.1.

Auxilium, & fauor debetur ei, qui cū neceſſitate aliquid facit. l. rem legatam ff. de Adim. legat. & ca. ſi quis propter, de fur. ¶ Com. cap. Inter verba. concl. 6. num.799.

# De Littera B.

## *Balneator.*

BAlneator, qui nudas mulieres in
C balneis ad illas tantummodo deputatis lauat, peccat mortaliter, & non eſt abſoluendus, neque ob conſuetudinem excuſatur, quia illa eſt potius corruptela. Neque credendum eſt, quòd illi ex vſu non niſi raro illas cōcupiſcant, eſt. n. multum difficile creditu. ¶ Conſi.57. de pœ. & remiſs. li.5.

## *Balſamum.*

BAlſamum ſecundum Plin. li.12.ca. 25. eſt arbuſcula quædam vni terrarum Iudeæ (pro qua apud Sotum vicio impreſſoris eſt Indiæ) conciſa, viti ſimilior quàm myrto per quod ſignificat in ſola Iudæa id reperiri: cui conſequens eſt balſamum Indicum non eſſe verum bal-

balſamum, quòd tamen non vſquequaque id eſſe verum credendum eſt, quia fieri poteſt vt balſamum ſit genus ſubalternum, & habeat ſub ſe multas ſpecies ſpecialiſſimas, & non tantum illas tres, quas ipſe ponit reperiri in Iudæa, & cõſequenter licet balſamum indicum non ſit eiuſdem ſpeciei cũ illo, poteſt tamen eſſe verum balſamum. Quare & Epiſcopi Noui orbis conficientes Criſma cũm illo Indico, verum Criſma conficiunt. ¶Conſi. 1. de ſacr. vnct. li. 1.

Balſamum eſſe de neceſſitate Sacramenti Confirmationis videtur tenere multi, & probatur primo p ca. 1. de ſacr. vnc. vbi Criſma appellatur vnguentũ. vnguentum autem aliquid aliud præter oleum requirit 2. Conc. Flor. id videtur determinare cum inquit Sacramentum debere conſtare ex oleo, & balſamo.

1. Sed contraria ſententia vera eſt, & eſt Caie. in Addi. ad 3. p. q. 72. ar. 1. & Sot. 4. d. 7. ar. 2. Innoc. 3. c. 1. De ſacramẽt. Non iter. vbi interrogatus de confirmata linitione olei tantum: Reſpondit non eſſe iterandum Sacram. ſed quod defuit ſupplendum. Cum neceſſario debuiſſet reſpondere, illud eſſe reiterandum, ſi admiſtio balſami fuiſſet de ſubſtantia. Et ratio eſt, quia Chriſma idem ſignificat, quòd vnctio, quæ etiã oleo ſimplici poteſt fieri, ſicut in extrema Vnctione, & quia Saluator noſter paupertatis cultor non oneraſſet pauperes Apoſtolos ad habendum balſamum, quod eſt tãti pretij. Tenendum ergo eſt quod balſamum debet admiſceri ex neceſſitate præcepti, adeo quod peccaret mortaliter Epiſcopus, qui ſine eo conficeret Sacramẽtum. ¶Vbi ſupra, & Man. c. 22. nu. 8. Vide ver. Confirmatio.

## *Bannitus.*

BAnnitos accuſare Gregorius XIII. non obligat per ſuam bullam, ſed prohibet tolerare, in illa enim includitur tantum receptio, largitio, opitulatio per cibum, & commeatum, & aliud ad euadendum. Si autem voluiſſet obliga-

A re ad accuſandum id expreſſiſſet arg. ca. Ad audientiam. de decim. ¶conſil. 4. ne cler. vel monac. nu. 3. lib. 3.

In hac autem prohibitione includuntur etiam clerici non enim excuſantur, niſi in Sacramento Confeſs. & alijs iure naturæ debitis. ¶Ib. nu. 2.

Bannitos ad delicta perpetranda, qui directe, vel indirecte adiuuant, ſunt excommunicati. Illos autẽ adiuuare, quo ad victum in extrema neceſſitate tenemur. ¶Conſil. 57. de ſentent. excommunica. num. 7. & 9. & conſil. 58. numer. 5. libro 5.

Banniti famoſi tantum ſunt euitandi per dictam Bullam. ¶Ibidem conſil. 59.
B num. 3.

Bannitos qui adiuuant ad hoc, vt fugiant ſine ſcandalo, & violentia, vt facilius conuertantur, non comprehenduntur in dicta Bulla. arg. c. cum voluntate. de ſentent. excommunic. & c. Paſce. 86. diſt. ¶Conſ. 58.

Banniti vxor poteſt illi communicare ſecundum Speculũ tit. de dote poſt. diuor. Reſtit. §. formalis, quia qui ſine peccato recipit nulla pœna eſt puniendus. ¶Ibid. nu. 6.

Bannitos receptantes Epiſcopi abſoluere poſſunt ſaltem in foro conſciẽtiæ, quia Bulla nulla eſt clauſula derogatoria. ¶Conſ. 43. eo. ti. nu. 4.

## C *Baptiſmus.*

BAptiſmus eſt Sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti abluitur cum debita intentione. Aqua ſola naturalis eſt debita materia ſecundum omnes in 4. d. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 2. Inuocatio expreſſa ſanctiſs. Trinitatis eſt forma neceſſaria. c. multi. de conſ. d. 4. ver. Ego. & Amen non ſunt niſi de neceſſitate præcepti. c. 1. de baptiſ.

Baptiſmns aquæ ſolus eſt proprie baptiſmus. Flaminis & ſanguinis. i. Martyrium, & pœnitentia ſine copia miniſtri conferentis baptiſmum metaphorice baptiſmata appellantur. cap. baptiſmi

vicem

ricem de conſ.diſ.4.Tho.3.p.q.66.ar.2.

Hoc Sacramēt.eſt de neceſſitate ſalutis,& à quocunque collatum cum intentione baptizandi, etiam ab infideli valet. Qui ſine neceſſitate baptizat peccat mor.etiam ſi ſit presbyter,qui ſine ſolénitate baptizet. Non eſt autem vera neceſſitas recens natiuitas,niſi mortis periculum immineat. In baptizando neceſſe eſt,vt ablutio ipſa concurrat cum verbis in vltimo inſtāti prolationis eorum ſecundum gl.c. Detrahe.1.q.1.id tamen non eſt verum.ſecundum Caie. 1. tom. opuſ. tract.18.q. de colla. ord. Bene tamen verum eſt, quod non debet verborum prolatio neque antecedere, neque poſt conſequi ablutionem,vt ſentit Th. 3.p.q.60.ar.6.& q.66.ar.8.vbi id ſatis exprimit Caie.& Maior in 4.diſt.2.q.2.& probat dict.c. Detrahe.

Baptizatus non debet liniri Chriſmate anni præcedentis extra caſum neceſſitatis c.ſi quis de oleo.de conſecra.d.4. & c.quoniam.de ſen. excommun.lib.6. & qui contrafacit peccat. Peccat ſimiliter qui baptizat Parochianum alterius, ſine proprij facultate.c.inter dici.nu.16. q.1.non tamen excommun.incurrit etiā ſi ſit religioſus. vt patet clem.1. de Priuileg.

Baptiſmus verus eſt quātula pars pueri tangatur aqua quantumcunque modica.c.Ne quenquam.de conſecra.diſt.4. Thom.3.p.q.66.art.7.& in 4.d.6 ar.1.q.1.¶ Manu.c.22.nu.5.& Com.c.vulgaris. de pœn.d.1.nu.3.

Baptiſmi forma, qua vtuntur Græci ſufficiens eſt ad conficiendum verū baptiſma.c.licet,de baptiſmo. Conc.Flor. Tho.4.d.3.3.p.q.63.ar.6. niſi corrumpatur legitimus verborum ſenſus,quia tūc non eſſet baptiſmus legitimus.c. multi. cum gl.de conſ.d.4. Sotus 4.d.3.q.1.ar.8. Conſil.2. de clandeſt. deſponſ. Ad q.4. libro 4.

Baptiſmus eſt ianua omnium Sacrament.ca.veniens.de presbyt. non bapt. ¶Man.c.22.nu. 19. Et per illum fit quædam coniunctio inter Deum, & animam,iux.ca. debitum cum eis anno. De bigamis.¶Ibid.

A Baptiſmus non eſt dandus vllo peccatori volenti perſeuerare in peccato mortali. Tho.3.p.q.68.ar.4. Quoniam infideles habentes vſum rationis non volentes ab infidelitate recedere, & quæ fidei neceſſaria ſunt credere, non ſunt baptizandi, ſecus ſi aliter, licet morbo, & ſalutis deſiderio ad baptiſmum inuitentur.¶ Conſ.3.de cland.diſpon.n.21.

Baptizans filium ſuum in neceſſitate nullam contrahit cum vxore cognationem,quæ impediat vſum. ca. ad limina. 30.q.1.Secus autem de filio ex actu fornicario, quia illud capitulum ad talem

B non extenditur. ¶conſil.43.de ſponſ.2. p.lib.4.& talis non poteſt contrahere cū matre pueri,quia non eſt eadem ratio in matrimonio iam contracto. ¶conſil.53. eod.tit.& Manual.c.22.num.40. & cap. 16.num.34.

Baptizare,qui putat maſculum quando tamen eſt fœmina,& intendit baptizare virum non fœminam, non eſt illa baptizata. Sic autem quando intendit baptizare,id, quod ei offertur quicquid illud ſic ſecundum Hoſtienſ.in ſummā. de bapt.¶ Conſ.7.de temp. ordin.4.li.1.

1.† Ego id intelligo valere tantum,quādo adeſt excluſio ita ut intendat baptizare maſculum, vt excludat fœminam, & ſi fœmina eſt iſta volo illā baptizare.

C Sed ſi ſimpliciter intendat ſine excluſione actuali vel virtuali id non credo habere locum in caſu, quia nullum erit tam impius, qui intendat baptizare virum,excludendo fœminam, quam credit eſſe maſculum. Et ſi enim intentio actualis feratur tunc in virum dum non concurrit actualis excluſio fœminæ, ſequitur vt virtualis intentio feratur in fœminam.

Baptizari poſſunt infideles ægroti cū ſunt infantes de cōſenſu infidelium parentum.¶ Conſi.3.de clau.deſp.nu.20.

Baptizatus ſine ſolemnitate cum moritur in ſacrario etiam cum ſolemnitate ſepeliri debet.Hoſtienſ.in.ſumm.de cōſecrat.

ſecrat.eccleſ.§. & an ſit.quia ille eſt ve- A
re Chriſtianus.c.quemadmodum.37.q.
7.& nullo iure apparet contrarium de il
la ſolemnitate. ¶Conſil.2. de baptiſ-
mo.part.1.libro 3.& Com. in cap. vul-
garis.de pœnitent. diſt.1.Man. cap.22.
num.7.

Baptizatum catholico ritu grçcorũ le
uare licet, vbi licet ſic baptizare. ¶Cõſ.
1.de conſt. numer.66.libr.1. Et qui non
eſt baptizatus leuare non poteſt. ¶Ibi-
dem.

Baptiſmus illius, qui nondũ integre
natus eſt, verus eſt, licet ſub conditione
ad cautelã baptizari ille poſſit, quia iſte
ſecundus ſtante veritate primi non eſt
vere baptiſm. Ex quo ſecundo cum Ca- B
techiſmo, & Exorciſmo nulla oritur ſpi
ritualis cognatio, quæ impediat, aut di-
rimat matrimon. ¶Conſ.1.de baptiſmo.
nu.1.lib.3.

Baptiſmus Iudæ, baptiſmo Ioãnis p̃-
fertur, quia fuit baptiſmus Chriſti ad re
miſſionẽ originalis valens, & erat irrei-
terabile.c.dedit.1.q.1.¶Com. in c.1.de
pœn.d.6.§.Sacerdos.

## *Beatitudo.*

QVoniam Beatitudinis, & Miſeriæ
actio maximum eſt ad pçnitẽtiã
calcar. Ideo de illa ſçpe eſt meditandũ, C
atque loquendum.

Beatitudo eſt vltimus noſter, & ve-
rus finis, & eam cenſet D.Thom. eſſe a-
ctum intellectus. Scotus autem volunta
tis, ſed quoniam differentiam iſtã Theo
riam tantum, non autem praxim reſpi-
cit, ideo de illa parum curãdum eſt: opi
nio tamen D.Thom. videtur receptior.
¶Man. prælud.4.

Beatitudinis nominatio, & Beatita-
tis temporo Ciceronis duriuſcula vide
bantur, at illa vſus, ita emolliuit, vt ge-
neraliter ſumpta videantur ſignificare
omnem rei volitæ poſſeſſionem. Ideo
dici vulgo ſolet, beati poſſidentes. Quç

ſi eſt poſſeſſio veri boni eſt vera, ſi au-
tem boni tantum apparentis eſt falſa,
Pſalm.143. Beatum dixerunt populum
cui hæc ſunt: beatus populus, cuius Do
minus Deus eius. Antonin.tit.7.cap.4.
§.1.¶Ibid.

Beatitudo vera Alia eſt ſumma, id eſt
ſummi boni, alia non ſumma. Sũma ve
rò Beatitudo alia eſt increata, Trinitas
ipſa clare viſa, qua ratione, eſt infra ſui
ipſius viſio, atque fruitio. Alia eſt crea-
ta, id eſt cognitio intellectiua Dei cum
fruitione eius. Prima dicitur beatitudo
obiectiua, alia aut formalis, ſeu eſſentia
lis. Non eſt autem habitus, 1.2.qõ.3. art.
1. Sed eſt actus, ſeu operatio. Præſtantiſ
ſima potentiarum animæ.ſ.intellectus,
non autem ſenſus ſecundum Thom. 3.
contra gent.c.53. & dicere contrarium
eſt hæreſis Alphonſus. Caſtrenſ. libr.3.
verſic.beatitudo 8. Ad hanc non ſufficit
cognitio aliarum rerum, neque ẽt ſub-
ſtantiarum ſeparatarum. Tho. 4. contra
gent.c.45. Neq; Dei cognitio ſine frui-
tione. ¶Ibid.

Beatitudo creata ſimiliter duplex
eſt vna quidem imperfecta, quæ eſt co-
gnitio Dei intellectiua, non intuitiua
perpetua cum fruitione eiuſdem. Per-
fecta alia, & eſt cognitio Dei intuitiua,
ſeu viſiua perpetua cum fruitione eiuſ-
dem producentem ſummum gaudium,
ac delectationem, & ſocietatem om-
nium deſiderabilium. Et hinc ſequi-
tur, quod Beatos non videre Dei eſ-
ſentiam dicere cum Armanis hæreti-
cum eſt, vt probat Caſtrenſ. contra hæ-
reſ. libro tertio. Et ſimiliter error eſt
dicere poſſe, quem in hac vita eſſe bea-
tum perfecte ob exercitium virtutum,
vt dicebant Beguini damnati, in Cle-
ment. ad noſtram de hære. Quia nul-
la exterior cognitio ſiue confuſa, ſiue
demonſtrata, ſiue fidei, ſed intuitiua
tantum beatitudinem perfectam pro-
ducit, quæſtion. ſecunda, artic.1. ¶Ibi-
dem, num.1.1.

Beatitudinem illam, ſiue fœlicitatẽ
æternam oẽs homines appetunt, vt D.
Aug.

Aug.33.de Trin.c.4.quam & omnes ob oculos,vt finem actionum habere debe rent,vt ait Ariſt.1.Eth.Pauci tamen illã explicite nouerunt,& cum adillius cognitionem requiratur lumen fidei.pauciſſimi gentilium etiam philoſophorũ ad iuſtam illam peruenerunt cognitionem: pauci quoque Chriſtianorum collatione aliorum eam ſatis ſaltem explicite noſcunt, & pauciores iuſtam nauãt operam ad eam cognoſcendam.

Beatitudinis obiectũ(vt dixi) res increata eſt, ipſa autem formalis beatitudo res eſt creata.1.2.q.3.ar.1.&q.26.ar. 3.Eſt enim qualitas creata in potẽtia intellectiua,qua Deus clare,& facie ad faciem cognoſcitur ſi eſt perfecta per ſpeculum vero in ænigmate ſi eſt imperfecta,vt ait Paul.1.Cor.13.¶Ibid.12.

Beatitudo iſta formalis non eſt ipſa anima, neque vlla eius potentia, neque virtus, neque gratia, neque aliquod bonum, vel opus operatum, ſed operatio tantum immanens.

Hanc viribus naturalibus quæri ſi q̃s aſſerat erit hæreticus, ad hoc enim requiritur lumen diuinum ſupernaturale, iuxta illud Pſalm.35. In lumine tuo videbimus lumen:quo intellectus eleuatur ad Deum intuẽdum. Imperfecta vero abſque tali lumine poteſt quæri;quia eſt cognitio Dei confuſa, vel clara, ſed per demonſtrationem, ſiue exiſtentiæ, & bonitatis. In altiore vero gradu addito dono fidei,& ſpei informis. In maximo autem addito dono mirabilis Charitatis,& gratiæ ſuperna bonitate infuſæ. Et hoc eſt principium,& via,vel participatio aliqua beatitudinis perfectæ. ¶Ib.

Beatitudo humana inſuper duplex eſt; vna.ſ. perfecta, quam nullus poteſt conſequi in hac vita, vt declarat Conc. Vien.clement.ad Natura. de hære. quia vt etiam declarat Ariſt.1. Eth. nõ poteſt eſſe perpetua ſine interruptione. Alia eſt imperfecta, qua homo in hac vita p̃ cognitionem,& contemplationem Dei adiuncto amore, coniungitur eidem, quæ tanto magis ad perfectam accedit, A quanto minus interrumpitur.

Beatitudo ſumma,& perfecta implet cumulatiſſime etiam ante iudicium finale(vt definit Conc. Flor. ſub Eug.4.) omne deſideriũ cuiuslibet generis omnium bonorum hominum à natura inſitum ſiue pertineant ad ſcientiam, ſiue ad vitæ rectitudinem, ſiue ad honoris ſublimitatem, aut famæ celebritatem, aut ſui conſeruationem.

De his omnibus in 4.illo præl.Manu. & in Com.1.De Reg.nu.10.

## Bellum.

Bellum aliquod eſt publicum, aliqđ vero priuatum. Publicum eſt,quod B fit pro Repub.in non ſubditos. Priuatũ vero,quod fit pro re priuata,vel publica in ſuos ſubditos. Et vtrunque poteſt eſſe iuſtum,vel iniuſtum. Iuſtum erit publicum; primo quando indicitur à non cognoſcentem ſuperiorem. Et quando adeſt iuſta bellandi cauſa. Priuatum vero iuſtum dicitur,quando adeſt poteſtas legitima iuris naturalis diuini, vel humani.& iuſta intentio. ¶Com.in Rubr. de iud.num.104.

Iniuſtum dicitur,quando adeſt defectus auctoritatis,iuſtæ cauſæ,& bonę intentionis in duobus primis caſibus tam qui indicit,quàm qui bellat,& peccant, & tenentur ad reſtitutionem. In vltimo C vero tantum caſu peccat quidem,ſed ad nullam reſtitutionem tenetur.¶nu.105.

Bellum qui indicit nõ ſufficit, vt credat illud eſſe iuſtum, ſed debet iuſtitiã illius examinare conſultis viris ſapientibus,vt dicit Franc. a Vict. in Relect. de iure bell.nu.22. Quam iuſtitiam debent etiam animaduertere Senatores, & alij ſubditi ad bellum vocati. Alioquin non excuſantur,niſi minores credendo illud eſſe iuſtum,vt eſt caſus in c. quid culpatur.23.q.1. Ignorantia vero craſſa, ſeu affectata non excuſat. ¶Ibi.nu.106.

Bellandi iuſtæ cauſæ ſunt impulſatio iniuriarum rerum ablatarum repetitio. c.iuſtum.23.q.2. Tranſitus innoxij negatio c.nondum.ead.cau.& qõ.& aliæ nouem.

tuem.de quibus Maior.in 4.d.15. qō.20. Immo & D.Tho.2.2.q.40.ar.1.cum iuſtum eſſe bellandi cauſam,cū adeſt principis auctoritas,iuſta illius intentio, & rectus bellandi modus. ¶Com.in c.contrarium.de pœn.diſt.5.nu.4.

Bellum autem iniuſtum facit, nō quidem iniuſtitia generalis illa,ſ.quę eſt cōtra legem charitatis, aut aliarum virtutum,ſed iniuſta ſpecialis,quæ ponit inęqualitatem in rebus.Eth.5.2 2.q.58.art.2.¶Conſi.6 de hær.lib.5. Com. in Rub. de iud.nu.105.

Ad hoc qui proficiſcuntur ſcientes illud eſſe tale ex parte illius, cui volunt opem ferre peccant.24.q.1.immo etiam ſi eius ſtipendij ſolum intuitu nihil aduertentes an iuſtum ſit,vel iniuſtum; ſiue ſint ſubditi,ſiue minime. Caietan.in ſumma.ver.duellum.

Etſi bellum eſt iuſtum, qui ad illud vadit intentione deprauata,vt inimicos principaliter occidat, aut prædia illorū deuaſtet peccat quidem, ſed non tenetur ad reſtitutionem ſecundum Caie.2.2.q.40.ar.1. Et ſi eſt ſubditus à Domino vocatur,& vadit ad iuſtum bellum,ſine tamē præmeditatione,an iuſtum ſit, credens tamen illud eſſe tale non peccat.c.quid culpatur.23.q.1. Neque vlla eſt differentia inter ſubditum,& externū,qui ante belli exordium eidem principi in ſeruiebat iux. Caie.in ſumma.¶Man.ca.15.nu.15.& Com.rubr.de iud.nu.107.

Bellum publicum ſufficit,vt ſecundū leges, & cōſuetudinem in eo capta fiāt capientium, quia illa videantur derelicta ab his quorum fuerant ante prælium. l.1.& 2.ff.pro derelicto.¶Conſil.2.de iniur.& dam.da.nu.2.li.5.

Bellare,& occidere olim licuit Sacerdotibus, & Leuiticis veteris legis, etiā manibus proprijs.Exod.32. Num.5.& 1. Reg.15.1. Machab.2. Act.5.¶Conſil.1. de his quis ui.numer.13.li.1. Vide ver. Miles.

Bellum pro Patria,& Religione,etiā contra parentes licitum eſt text. ſingul. l.minime. ff. de relig. & ſumpt. fund.

A ¶Com.ca.ita quorundam.de Iudæ.Notab.1.num.10.

## Benedictio.

BEnedictio duplex eſt. Alia quidem conſtitutiua ſacri,id eſt,quę res de prophana fit ſacra,vt calicis, altaris;&c. Alia eſt tātum inuocatiua,qualis eſt benedictio menſæ,nauis,ignis,turris, &c. Hæc enim non benedicuntur, vt ſint ſacra, ac conſequenter nullius; ſed tantū, vt per inuocationem Dei obtineant aliquam particularem aſſiſtentiam. Caie.2.2.q.88.ar.1.ad 1.

Benedictio Sacri conſtitutiua poteſt eſſe tam rerum, quàm perſonarum. vt Abbatis.ver. Abbas. Monialis.

B Benedictio Cinguli ſecundū Ricar. 4.d.13.q.4.ar.5.& Scotum. Ibidem. q.2. non eſt præcepta. At contra illos facit, quia illa poſita eſt in Pontificali Romano. Quare iſta ſicut,& aliorum veſtimētorum Sacerdotalium ad Epiſcopū pertinet de iure communi. Priuilegio autē Papæ miniſtri,& Prouinciales ord. Minorum poſſunt benedicere corporalia. Cuſtodes etiam poſſunt benedicere alia ornamēta pro ſuo ordine, & pro Monialibus.ſ.clare,& Tertij ordinis, & nō pro alijs,vt dicitur in Comp.priu.¶Ma.c.25.nu.84.to.2.

Benedictio menſę omnibus debet cōpetere. Eſt tamen Sacerdotibus præ-
C ceptum.c.quanto.44.d. Contrarium tamē facere,peccatum eſt veniale. ¶De orat. c.18.nu.43.to.2.

Benedictio Regis facta à Papa nō cōſtituit ipſum Regem,lege diuina. ¶Relect.c.nouit.de iud.no.3.nu.131.to.3.

Benedictio Nuptiarum, tunc debet fieri quando virgo eſt,quæ contrahit ſecundum Tho.4. diſ.42.Etiamſi vir ſit viduus, quod intelligendum eſt ſecundū Cano. vbi eſt conſuetudo. Benedicendas.n.eſſe nuptias declarat ca. ſponſus. 30.q.5.Conc.Trid.ſeſſ.24.c.1, de reformat.matrim. Si tamen ſunt ſecundæ, ſiue ex parte viri, ſiue ex parte mulieris, non ſunt benedicendæ, benedictione

præ-

præſertim, quæ in Miſſa fit, & qui illas benedicit peccat.c.1. & vltimo, de ſecũdis nuptiis. Similiter peccat, qui illã ſuſcipit credens, vel credere debens ne danda ſit.¶Man.c.22.nu.83.

Benedictio rerum, ac perſonarũ, non debet iterari, quia id tribuit eccleſia ne vilipendatur tamquam ſuperflueret prima benedictio.¶Ibid.

Benedicens maior eſt illo cui benedicitur, vt dicit D.Paul.Hebr.7. relatus in c.denique.21.d. 5.¶elect.c.nouit.de iudicijs.nu.113.to.3.

## Beneficium.

Beneficium in genere eſt ius recipiẽdi aliquos fructus, ſiue reditus Eccleſiaſticos. Ancharan. conſil. decimo. De reg.iur.lib.6. Calderin. & Felyn.ca. poſtulaſti.de reſcript.¶Conſil.43.de ſimonia.nu.18.lib.5.

Eccleſiaſticum eſt ſpirituale, & conferturà perſona Eccleſiaſtica, & eſt duplex ſęculare, & regulare, iuxta notata in cap. poſſeſſores, de rebus eccleſ. non alienand.& in c.per ſingula.de præbẽd. libr.6. Et vterque ſi non eſt perpetuum dicitur perſonale, quod finitur cum fine eccleſiaſticæ perſonæ.ibid.n.12.Auctoritate Eccleſiaſtica conſtitui debet. c.Ad hæc.de reg.domibus.

Et eſt ius ſpirituale, vel ſpirituali annexum.c.dilectum.de præb.Tho.2.2.q. 100.ar.4.¶Ibi.nu.7.

Sine dote aliqua conſiſtere nequit.c. nemo.de conſecr.d.1.ca.ſi quis obiecerit.1.q.3.nu.14.

Beneficium ſimiliter ſiue ſit regulare, ſiue ſæculare, vel eſt ſimplex, vel non ſimplex vt illud, quod habet curam animarum annexam, hæc diuiſio non ponitur ab auctore, quia conſpicua eſt, & colligitur ex omnibus ſuis tractatibus.

Beneficium quodlibet datur propter officium.c.fi.de reſcr.li.6.¶Conſil.1.de reſt.ſpoliat.nu.4.li.2.Et de iure communi pe[illegible]nalem reſidẽtiam requirit, quia ſalte[illegible] ſeruitutem vult, vt colligitur ex ca.con[illegible]uerente. de cle. non reſid. & eſt

A communis concl. Doctor.¶conſi.7.eod. ti.ſ.de cler.8.num.2.libr.3.conſil.29.de præb.¶Man.c.25.nu.121.

Et omnia cenſenda ſunt ſæcularia niſi cõtrarium probetur per erectionem, vel poſſeſſionem quadraginta annorũ, ſecundum omnes, & præcipue Francũ c.cum de beneficio. ſub fin. ¶Conſil.8. de præb.

Beneficium appetere nõ licet ei, qui non eſt dignus ob aliquem defectum iuris naturalis, aut diuini, vel humani, quia deſiderat rem nõ ſuam indebito modo habere. Si autem eſt dignus licet appetere in genere ad ſe ſuſtentandum in ſtatu clericali. Et in ſpecie hoc, vel illud

B ſimplex ad quod ſeruiendum iuſtè ſe iudicat idoneum, quia nullo iure contrarium apparet.

Laicus id nõ poteſt pro tempore, quo laicus fuerit, niſi velit ſtatum mutare, & Deo ſeruire. Parochialem etiam Eccleſiam licet clerico idoneo ad illam appetere.¶Miſcell.41.de oratione.to.2.

Beneficij incapax eſt minor 25. ann. curatum habens.l.in q.§.minores.C. de ſententiam paſſis per quam Bald.in cap. cum adeo.de reſcr.id colligit Et probatur c.indecorum.de ętа.& qua.quia exequatur ſi non furioſo ſaltẽ pupillo.¶Relect.c.ſi quando.de reſcr.excep.19.to.3.

C Qui neſcit legere, & conſtituere.tex. & gl.clem.1. de conceſſ. præb. q̃ Card. & Imo.ſequuntur quare collatio tali facta, videtur nulla ipſo iure.¶Ibi.excep. 13. Quæ vero ſcientia ſufficiat arbitrio iudicis relinquendum eſt.¶Ibid. exception.14.c.118.

Generaliter vero incapaces ſunt, Amentes, imprudentes.i.habentes iuſtæ prudentiæ defectum. Ineruditi omnino.i.ignorantia literarum omnino laborantes. Imprudentes enim iure diuino, & humano à beneficio repelluntur.¶exception.7.

Qui vero incapax eſt beneficij, erit incapax ſimiliter penſionis.capit. quam graui, de iure falſi.¶Conſil.24. de tempor.ordin.

† At

† At contrarium videtur verum, quia (A) penſio, & ſi ſit quid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, non tamen eſt beneficium vt etiam ſentit Author vna cum alijs ver. penſio, & à diuerſis nõ fit illatio. l. Papinian. ff. de minor. & ca. Ad audientiam, de Decim.

† An vero incapax, & indignus ſit ille, qui exiſtit in peccato mortali: Ita vt collatio illi facta ſit nulla, q̃rit Auctor. Et ad vtrãque partem multipliciter, & neruoſe quidem arguit, & tandem reſoluit nullam eſſe collationẽ ſi peccatũ irregularitatem, vel aliquam aliã cẽſurã, vel indiſpoſitionem, aut depoſitionem inducit. Secundo, qñ peccatum adeo eſt notorium, & graue; qđ ſcandalũ mouet. (B) Si aũt non eſt tale, & ille qui accipit ſe eſſe in ſtatu mort. peccati peccat tm̃. Si ignorat eo, quod confeſſus eſt, credẽs ſe habuiſſe legitimã contritionem, nõ peccat. Si peccatum eſt occultum, nõ inducens ipſo iure inhabilitatem, & de illo non pœnitet, quia vel non meminit, vel non aduertit, vel non nouit, qđ requirat tanta puritas, quia ſi id nouiſſet nõ acceptaſſet per talem ignorantiam, vel incogitantiam excuſatur à peccato. ¶ Miſc. 39. de oratio. to. 2. Relect. ca. ſi quando. exceptio. 17. to. 3.

Beneficia ſimplicia de conſuetudine reſidentiam non requirunt, niſi ſtatuto, vel iure Epiſcopali, aliud fiat ſtatutũ ſecundum omnes ex Inn. in ca. fin. de cle. (C) non reſid. ¶ Conſ. 1. de cler. non reſid. libro 2.

Per adeptionem curati non vacant. c. præterea, de præb. & ca. de multa. eo. tit. conſ. 2. eo. ti. & conſ. 17. n. 2. At de facto contradicendum eſt per determinationem congregationis ſupra Concilium. ¶ Conſi. 34. eodem tit. ¶ De Præb.

Beneficium curatum cenſetur illud, qđ habet curam iuriſdictionalem. c. dudum. el ſecondo. de elect. & ibi Pan. & c. de multa. de præb. ¶ Conſ. 4. de æta. & qualitate.

Ante ætatem legitimam, qui accipit eius poſſeſſionẽ, aut ſine titulo peccat, & collatio eſt nulla, & fructus reſtituere tenetur. ¶ Conſ. 3. de præb. & de ſpol. cler. §. 12. to. 1. ¶ Man. c. 25. nu. 115.

Et ſi habeat iuriſdictionẽ in foro fori eſt dignitas, vt̃ definiunt Inn. & Pan. & alij in ca. de multa. de præb. conſ. 27. eodem titu. Et ſi habuerit iuriſdictionem interiorem, & exteriorem eſt curatum. ¶ Ibidem.

Beneficium Curatum, & ſimplex, cui aliud Curatum ſit vnitum poteſt q̃s habere in diuerſis eccleſijs. c. ſuper eo. de præb. ¶ Conſ. 28. eo. ti.

Beneficium Curatum adeptus tenet facere profeſſionem fidei infra duos mẽſes. Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 12. de refor. q̃ ſi nõ fecit, tenetur poſtea, quam cito cõmode poterit. arg. l. Celſus. ff. de recept. arbitr. & c. cum dilecti, de dol. & contu. Quam etiam poteſt facere per procuratorem. l. 1. ff. de procurat. & c. qui per alium. de regul. iur. Et valebit ad fructus quærendos de futuro, non de præterito, quia ſemel perdita non quæruntur ipſo iure. l. qui res. §. arcam. ff. de ſolutio. & c. quam periculoſum. 7. q. 1. Poſſet tamen per æquitatem iuuari ratione ignorantiæ, vel incogitantiæ. ¶ Conſ. 4. de ſumma Trinit. lib. 1.

Beneficiũ habens cogi poteſt ſub priuationis pęnam ad diſcendum modum recitandi horas. Pan. recep. in c. venerabilis, de præb. fundatum per l. idem iuris. ff. ad l. Aqu. ¶ Conſ. 46. de temp. or. & conſ. 2. de præb.

Beneficiũ nõ dicitur capere de manu laici Capellanus ad nutũ partium cõſtitutus, quia non accipit vt beneficiũ perpetuũ, ſed vt ſeruitium temporariũ annuale. ¶ Conſi. 6. de off. iud. or. nu. 7. li. 1.

Beneficiũ vacans ſine diminutione, debet cõferri. c. 1. vt benef. ſine denun. confer. Licet tñ illi imponere aliquod onus, & ſic alteri conferri. c. ſignificatũ, de præb. Si non vacet poteſt vniri alteri etiam per ordinarium, non vocato beneficiario. clem. ſi vnica. de rebus eccle. non alien. vbi gloſ. & omnes id notant. ¶ Conſ. 1. de reſt. ſpol.

Beneficium presbyterum actu requirens, ſi nõ cõferatur presbytero collatio eſt nulla, qui debet habere ætatem habilem ad accipiendum presbyterum. ca. cui. & ca. ei cui. de præb. lib. 6. ¶ Conſ. 1. de præb.

Beneficium habens habitu, & non actu Curatum ordinari infra annum minime tenetur, quia non cadit ſub ca. de multa. de præb. neque ſub extrauag. execrabilis. Ioan. 22. vt pulchre cõcludit Felin. qui alios citat in ca. poſtulaſti. de reſcr. Tale eſt illud, quod habet curã exercendam per alium, non autem per ſe. ¶ Conſ. 4. de præb.

Beneficiũ accipiens animo dimittendi abſolute, & reſolute mutandi ſtatum peccat, c. cũ eccleſia Volaterana, de elec. l. iniuriã. §. ſecundo. ff. de iniur. ¶ Conſi. 16. de præb. Miſcel. 44. de orat. to. 2.

Accipiens vero animo permutandi, vel relinquẽdi cum ſit hoc inordinatũ, peccatum eſt, qđ intelligitur quãdo nõ habet animum inſeruiendi pro aliquo tempore, & illud relinquendi ſine ſuperioris auctoritate. ¶ Conſ. 24. de præbẽ. Quia nemo poteſt ſuum beneficium ex ſe iuſte renunciare. ca. admonet. & cap. quod in dubijs. de renunc.

Beneficium ſine auctoritate diuidere nemo põt. c. ſicut vnire. de excep. prælat. neque diminuere, aut dãno aliquo afficere. arg. c. dilectum cum ei ad nota. de reg. iu. li. 6. ¶ Conſ. 22. de præb.

Beneficiũ habens aliud etiam ſimile quærere poteſt, quia id nullo iure phibetur. Et ſi reſidentiam requirit per adeptionem ſecundi curati, non amittit primum ipſo iure, & ſine iure nemini inducẽda eſt inhabilitas. gl. c. fi. de iu. patron. niſi illa eſſet dignitas, q̃ cõtinetur in c. de multa. de prẽb. aut niſi ſit eccleſia parochialis. Debet tamen ille primum renuntiare. ¶ Conſi. 28. de præb.

Vacaret autem per ſecundum ſi eſſet vniforme ſub eodem tecto iuxta caſum ſingularem in c. literas. de cõceſs. præb. & cle. fi. de præb. ¶ Conſ. 26.

Beneficium incõpatibile licet p adeptionem ſecundi litigioſi non vacet, vacat tamen litigioſum per adeptionẽ alterius non litigioſi ſecundum Inno. ab omnibus recep. in ca. in noſtra. de reſcr. ¶ Conſ. 31. de præb.

Beneficium poſt irregularitatẽ obtẽtum, nemo tanquam ſuum retinere põt. argũm. c. 1. de reg. iur. lib. 6. ¶ Conſ. 2. de homicid.

Beneficium ſimplex in eccleſia Parochiali per promotionẽ eius, q illud obtinet, ad ipſam eccleſiam nõ vacat, donec adipiſcatur pacificã poſſeſſionem, vel p eum ſtaret, quo minus eam adipiſcatur. arg. c. licet canon. & c. cõmiſſa. de elect. li. 6. ¶ Conſ. 32. de præb. li. 3.

Beneficium ſimplex ſi cõferatur à Papa Regulari, etiam ſine cauſa tenet collatio. arg. cuncta per mundum. 9. q. 3. Et c. propoſuit. de conceſſ. præb. ¶ Conſil. 55. de reg. nu. 4.

Beneficium fundari poteſt, vt detur deferenti tale habitum, & ſeruanti tale modum recitandi. ¶ Conſ. 17. eodem tit. nu. 4.

Beneficium non poteſt ſemper dari carenti qualitatibus requiſitis. ¶ De oratione c. 3. num. 72. Et qui illud recipere vult debet perdiſcere eas. nu. 27. cap. 2. Quas ſi neſciat peccat. ¶ Nu. 20. Et licet ſit exiguum ad horas tantum obligat. c. 7. nu. 27. Vide ver. hora.

Obligat etiam ſi illius fructus ſint reſeruati. ¶ Ca. 21. nu. 12. Et niſi recitet debent fructus reſtitui. ¶ Ca. 7. nu. 31. ¶ Miſce. 1. de orat. nu. 14.

Beneficium Parochiale accipiẽs animo non promouendi tenetur reſtituere fructus, niſi mutato animo promoueatur. ¶ Ib. c. 21. nu. 45. Et tunc non tenetur reſtituere fructus ante perceptos. ¶ Numero 350.

Beneficiũ indigno conferens, vel procurans, vt ei conferatur, peccat mor. et ſi ſit Papa. c. graue. de præb. Caie. 2. 2. q. 69. ar. 2. Sotus li. 3. de iuſt. & iur. q. 6. art. 2. ¶ Miſcel. 4. de orat. to. 2.

Et tenetur ad reſtituendum ſecũdum omnes, vel digno neglecto ſecundum Caiet.

Caie.vel eccleſia cui nocuit ſecundum Sot.& Adrian.q.12.de reſtitut.quorum ſententia melior videtur.¶De red.eccl. q.2.Mon.23.

Beneficium vtrunque incompatibile perdit,qui vtrunque ſimul retinere contendit.¶De ſpol.cle.§.19.nu.7.to.1.

Beneficium idoneum relinquere ob aliud maioris redditus ſine aliqua cauſa peccatum eſt,quia videtur illud appetere propter temporale, quod ratione iuſta à iure prohibetur.c.commutationis, c.ſcientiam.7.q.1.& alijs multis rationibus.de redi.eccl.q.1.¶Man.23.num.1. tom.1.

Beneficium quod ſcitur eſſe viuentis impetrare iniquum eſt.c.1.de cõceſſio. præb.cum Reg.Cancell.20.& alijs multis,quæ citat Decius conſ.398.¶Relec. c.ſi quando.de reſcr.except.5.nu.2.Et ſi illud eſt alicuius amici, & impetretur quaſi certo modo vacans iniquius id eſſet.ca.1.13.q.2. Immo argumentum eſt magnæ inimicitiæ.¶Ibi.nu.3.

Neque illud Papa alicui purè cõfert c.1.de conceſſ.præb.& per Reg.20.Cãcel.quam ſcire declarat Deci. cõſ.398. ¶Com.c.ſi quando,de Reſcr.præl.3.n.5

Beneficium, vt aliquis quærat nõ ſufficit omnis honeſtas Deo grata, neque contra,quæ ſufficit illi quærẽdo eſt Deo grata.¶Ibi.excep.17.nu.5.

Beneficium datum per datã piccolã vacat,q\a gratia per ſolam ſignaturã perficitur, iuxta dictum originale. Archid. in procem.li.6.ſuper ver. per Apoſtolica ſcripta. Adeo,qđ mortuo impetrante per gratiã ſignatã dicit eius beneficiũ vacare.arg.c. ſi ſuper gratia.de offic.deleg.li.6. Archid.in decis.9.de præb.Rota deciſ. 87.in antiqu.in tit.de præb.in nouiſs. Rubricatis, quæ in alijs eſt 882. Sed in contrarium ſunt multæ rationes, & præſertim ſtylus Curiæ, qui requirit conſenſum extẽſum, ita vt ſi trãſeat ſex menſes,& non ſit præſtitus,nil valeat ſignatura, qui ſex menſes non currunt à tempore ſignatæ ſupplicationis, ſed cõſenſus extenſi,vt per multa cõcludit Gomeſ.in Reg.de publicand.Reſign.q.2. ¶Auctario.prælect.c.ſi quando, a n.25. vſque ad fi.tom.3.

Beneficium poſſeſſum confertur,ſed non traditur ſine cognitione.l. fin. C.ſi per vim.¶Com.c.cum cõtingat.3. cauſ. nullitatis.tom.3.

Beneficium collatũ à Papa eodẽ die duobus, in quorum fauorem fuit renunciatum corã Notario Cancellariæ,debetur ei cui gratificatio facta fuit,ſi aderat clauſula,&c. ¶ Caſſad. Deciſ. 2. de renunc.tract.oppoſ.ſol.ep.7.nu.27.to.3.

Beneficium dimittens,iuxta ca.ſi beneficia.de præb.li.6. nec proprietatem, nec poſſeſſionem perdit, niſi alterũ ſit ei quæſitum. Rota deciſ. 101.in antiqu. quæ in nouis rubr.eſt 7.de reſtit. ſpoliato.¶Ibi.nu.38.

Beneficium Patris,nunquam datur immediate filio.¶Ibid.ſol.epiſt.10.nu.18. Semel reſeruatum ſemper manet reſeruatum,etiam ſi ceſſet cauſa.deciſ.Rotę 181.in nouiſſim. In nouis. Rubr.10. de præb.¶Ibid.

Beneficio ipſo iure derdito per non promotionem incumbens per trienniũ gaudet regula de triennali poſſeſſione, & etiam quilibet aliud, quoquomodo id perdens.¶Sol.opp.8.nu.9.to.3.

Beneficia plura retinere in titulum, quorum vnum ſuo ſtatui decenti ſufficiat,non licet ſine diſpenſatione,vel cõſuetudine.gl.ca. dudum,el ſecondo.de elect. & Pan.ibid.& c.conquerente. de cler.non reſid.Th.quol.8.ar.19.& quol. 9.ar.19.Secus ſi eſſent legitime vnita. c. vnio.10.q.3.c.cum veniſſent. De reſtit. ſpol. Licet etiam habere vnum in titulum,alterum in commendam ad ſex mẽſes,non autem in perpetuum,q\a de illo idem eſt dicendũ,ac de dato in titulum iuxta Card. Alex.c.cum autem.44.diſt. Gomeſ.Reg.de infirm.Reſig.q.13. Maior.4.d.24.q.23.¶Cõſ.3.de cõſt.n.38.li. 1.Conſ.12.de præb.li.3.Cõſ.30. de præben.¶Man.c.23.nu.15.& c.25.à nu.125. tom.2.

Beneficia plura habere attẽto ſolo in

re communi naturæ, non eſt adeo malum, vt cum aliqua circunſtantia iuſtificari non poſſit: neq; eſt adeo indifferẽs, vt ſine illa iuſtificari liceat. Talis autem eſt circunſtantia eius, qui attẽta ſua qualitate perſonæ non ſufficit vnum ad honeſte, decenterq. viuendum, vel cui tãta eſt prudentia, atque ſagacitas, vt ſperetur plus eis ſuffragari, qui b. præeſt abſens, q̃ alius præſens, & potius accipit, pro vtilitate ſubditorum, quã ſui, iuxta Inn. ca. iam dudum. de præb. Hæ igitur circunſtantiæ debent cognoſci à Sũm. Pontif. & ideo requiritur ad hoc diſpẽſatio. Thom. quolib. 9. ar. 15. Conſ. 3. de conſt. nu. 40.

Beneficia contrahentis matrimoniũ ſunt ipſo iure vacãtia. c. 1. de cler. cõiug & gl. ibi, q̃ corroborat Pan. & eſt cõis ſententia. ¶ Conſ. 7. de remiſ. nu. 1. lib. 1.

Beneficia perpetua non perduntur niſi in caſibus a iure expreſſis. arg. gl. ſolẽni. c. fi. de iure patron. Neq; debent tolli per ſententiam iudicis ſine graui, & iuſta cauſa c. iniuſtum. 16. q. 7. & ca. ſatis peruerſum. diſt. 56. ¶ Conſ. 2. de præb. num. 6.

Beneficia promoti ad Epiſcopatũ ipſo iure vacant. c. cum in cunctis. §. vero. de elect. ¶ Conſ. 21. eo. ti. nu. 4.

Beneficia vniformia etiam ſi ſint ſimplicia ſub eodem tecto ſunt incompatibilia primi generis, c. literas de conceſ. præb. & clem. fin. de præb. ¶ Conſ. 29. de præb. Differentia verò eiuſdem eccleſiæ iure communi, nunquam fiunt incõpatibilia etiam ſecundi generis niſi ſibi ſint repugnantia, quia ſi alteri incumberet aliquod onus faciendum eodem tempore, quo aliud illi repugnans incũberet alteri eſſent incompatibilia. arg. gl. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iu. conſil. 18. de præb. nu. 20. At ex ſtatuto, conſuetudine, ſiue diſpenſatione epiſcopi retineri poſſunt. ¶ Conſ. 32. conſ. 31. & 25. eod. titu.

Beneficia tenens ſine canonico titulo fructus perceptos Cameræ Apoſtolicæ reſtituere debet, vel cũ illa ſeſe cõ-

A ponere, quia ad ſolum Papam pertinet ¶ Com. de ſpol. cle. §. 12. nu. 2.

Beneficiorum fructus, quod ad pauperes debeantur in multis locis decernit D. Thom. ¶ De redi. eccl. q. 2. Mon. 7. num. 5.

Beneficiorum ſuperflua diues capiẽs à beneficiario donante notabilem quãtitatem peccat mort. Ibid. Mon. 22. q. 1. & q. 2. Mon. 26. q. 3. Mon. 34.

Beneficiorum reſeruatorum, & nõ reſeruatorum vna eſt differentia, quia illorum fructus tempore vacationis sũt Papæ reſeruati, horum autem non. † Sed loquitur de toto regno Neapolitano. ¶ Tract. de ſpol. cle. §. 7. nu. 3.

B Beneficiorum valor qui non tranſcendit ſummam 24. ſcutorum de Camera, non eſt exprimendus neceſſario, etiã ſi ſint plura, quæ ſimul excedant. ¶ Conſ. 10. de præb.

Beneficiorum diuiſio iure prohibita ex cauſa fieri poteſt. gl. recep. c. maioribus. de præb. & omnes affirmant in c. vacante. eod. tit. ¶ Conſ. 1. de ſpol. reſt. nu. 10. lib. 2.

Beneficia regularia præter prælaturas ſunt manualia. c. 2. & c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. ¶ Conſ. 3. de filijs presbyter. nu. 6. lib. 1.

Per poſſeſſionẽ 40. annorum fiunt ſæcularia, & contra. ca. cum de beneficio. de præb. lib. 6. ¶ Conſ. 4. eod. tit. num. 2.

C Non tñ cẽſenda ſunt talia eo ſolo, ꝙ monaſterio vnita ſint, ſed debet ꝓbari eẽt talia ꝑ poſſ. 40. ann. Quare ſi ꝑ regulares ſolita sũt regi monachis illius monaſterij cõferri poſſunt. ¶ Conſ. 9. eo. ti.

Beneficia regularia nũq̃ ſecularib. cõferunt, neq; cõtra in ti. ſed tm in cõmendã à Papa. ¶ de red. eccl. q. 1. Mõ. 32. n. 4.

Beneficia Regularia omnia etiã non curata ſñ Fel. in ca. cum omnes, de conſtit. ſunt incompatibilia, & requirunt reſidentiam perſonalem non obſtãte quacunque conſuetudine per cle. 1. de ſtatu Monach. §. cæterum. Et eſt ſententia tenenda non ſolum de beneficijs Monachorũ Nigrorũ de quibus loquitur vlla. clem.

clem.ſed de omnibus aliarum Religionum; quia eadẽ ratio militat in omnib. gl.recepta in cap. Nullus,de elect. lib.6. Card.& Imol. Ibi.¶Cõ.3.de Reg.n.43.

Beneficiorum omniũ libera,& plenaria diſpoſitio ad Papam pertinet,libera (inquã,)id eſt ſine cõſenſu,& licẽtia alterius,nõ obſtãte cõtradictione.iux.gl. celebrem.cle.dudũ.de ſepul.id tamẽ reſtringit per alia iura,id eſt ſine prȩiudicio tertij.¶Com.de ſpol.cle.§.2.nu.3.

Beneficiũ ſpũale depẽdẽter ſpũali q̃d requirit, vt quis ſit illius capax.ca. cum adeo.de reſcr.2.2.q.100.ar.4. Eſt q̃d ſacrũ cũ ſuis prȩdijs, & q̃ ea vſurpat ſacrilegus eſt.2.2.q.99.ar.3. Archid.in c.1.de reg.iur.lib.6. Cald.c.in noſtra.q.3.de reſcrip.¶Conſi.56.de præb.

Beneficiorũ pluralitas,quod ſit licita multa videntur ſuadere. Primo c. q̃ plures.21.q.1.ca.dudũ.el ſecõdo. de elect. Sed dic id verũ eſſe,qñ vnus teneẽ in titulum,& alterũ in cõmendã. Contra tñ apparet, quia & cõmendatarius verum habet titulum.ver. Commendatarius.

Secundò c.extirpandȩ.§.qui verò.de præb.& c.expoſuiſti.c.ſuper eo.eod.tit. libr.6.Neque valet dicere, id accidere quando vnum pendet ab alio,quia ratio pes militant eodem caſu.

Tertiò, miniſtrorum paucitas facit c. in nouo.21.d.Neque neceſſitas facit licitum,quod eſt illicitum.

Quartò, cõſuetudo vniuerſi orbis, q̃ derogat legi. Vt dicitur ver. cõſuetudo. Eſt autem pluralitas cõtra legem humanam, quia nullũ locum inuenies in tota ſcriptura, vbi prohibeatur, vel ſaltem ẽ dubiũ,an illa ſit vetita iure naturali,vel diuino. Et cõſuetudo videtur interpretari, q̃d ſit poſitiui iuris,quam qui ſequitur non peccat.ver.conſuetudo.

Quintò,cõcurrũt multa c.& c.de multa. de præb.ac c. Sãctorũ. 70.d.c.ſi ,ponẽte.de reſc.& c. Nec valet dicere,q̃ debeãt intelligi ex diſpẽſatione,q̃a ſi id licet cũ ea,licebit ẽt ſine ea. Et multa alia. ¶De incõpatibil.benef.a n.1.vſque ad 7.

Beneficiorũ pluralitatem diſſuadent multa ex aduerſo. Primò,neceſſitas reſidendi perſonaliter,q̃ habẽt adiuncta.c. conquerente.& c.fi.de cler.reſid. quam in duobus locis ſimul nõ poteſt aliquis facere,vt experientia manifeſtat.

Scdò,ſeptima Synod.in c.1.21.q.1.& Conc.Plac.c.Sanctorum. 70.d. & Cõc. Calced.& Agath.Later.& multa alia.

Tertiò, multæ rationes fundatæ in iure diuino,& naturali,quibus Cõc.&Põtif.Rom. moti ſunt ad ſtatuẽdũ id.Mat. 6.Nemo põt duobus Dñis ſeruire. Pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſẽſus c.diuerſis fallacijs.de cler.cõiug.officia ſingula ſingulis ſunt committenda perſonis. Et nulli,& ſi exercitatæ perſonæ duo officia cõmittenda ſunt.c. ſingula. 89.diſ.1.Cor.7.Vnuſquiſque maneat in ea vocatione ad quã vocatus eſt, id eſt in eccleſia ad quam eſt electus, ſecundum 7.Synod.21.q.1.c.1.&c.

Quartò,quia multa incõuenientia inde oriunt̃,quæ colligũtur ex extrauagã. execrabilis.Ioann.22.Primũ,q̃ interdũ vnus ſtipendia ſibi vendicat plurimorũ. Secundum,paratur vagãdi materia. Tertiũ,diuinus cultus diminuitur.Quartũ, hoſpitalitas debita nõ ſeruatur.Quintũ caret eccleſiȩ ſuis defenſorib.ob eorum abſentiã. Sextum animarum cura negligitur. Septimũ vitijs fomentum præbetur. Quare in hac diuerſitate dicẽdum.

Primò, Beneficiorũ pluralitas nõ eſt iure diuino expreſſe prohibita cum nullus locus in ſacra ſcriptura appareat. Thomas quol.8.ar.5.

Secũdò, iure naturali tñ attẽto ſm ſe mala eſt,quia ẽt ſm Ariſt.malũ eſt id ex quo tot incõuenientia oriũtur, & quia inter ius naturale ac diuinũ non eſt quo ad hoc differẽtia erit id ẽt malũ de iure diuino cum ex ſcriptura id eliciatur.

Tertiò, eſt tñ hoc malum de genere illorũ, quæ ex circunſtãtia reddũtur bona. Quare habere plura beneficia, nõ ſonat actum indifferentem ſm ſe, ſed eſt actus malus veſtitus,aũt bona circunſtãtia erit bonus. Et tũc licebit ſine aliqua diſpenſatione ſm Thom.quol. 8.art.15.

Beneficia plura habere ad viuendum lautius, ad facilius perueniendũ ad Epiſcopatum,&c.peſſimum eſt, quia cũ ſit malum ſecundum ſe addita mala circũſtantia fit peſſimum, arg.l.1.& 4.ff. ad l. Iul. Peculat. & cap. quiſquis §.ſacrilegium.17.q.4.

Beneficiorum pluralitas honeſtatur. Primò in ſufficientia vnius argum.c. poſtulaſti, & ca.cum adeo.de reſcr.in qua attenditur qualitas perſonæ.Caiet. 2.2. q.100.ar.4.pro quo facit c.ſtudeat.50.d.

Secundò,honeſtatur neceſſitate, ſiue ꝙ non reperientur alij idonei,iuxta Hoſtien.in ca.graue.de præb.ſiue quod eccleſiæ egent eius induſtria,& protectione,iuxta nota.in c.cõſtitutus el ſecõdo, de appell. ſiue quod indiget reparatione,quam melius poteſt facere,qui aliunde habet victum.

Tertiò,honeſtatur miſericordia erga clericum pauperem,qui cum habeat titulum Canonicum,pp potentiam tamẽ aduerſarij non poteſt ius ſuum ad portum deducere,vt Practica Romana ſuadet;& qui tali mente ſuſcipit, non videtur ſuſcipere.arg.l. q ſic ſoluit.ff.de ſol.

Niſi igitur adſit aliqua circũſtãtia honeſtans nulla diſpẽſatio Epiſcopi,vel ẽt Papæ prodeſt rei cõſciẽtia in iure naturali,& diuino,ſaltẽ implicitæ illa ſic ꝓhibita.Neque ſola circũſtãtia,ſiue diſpẽſatione valet in illis beneficijs, q̃ vltra ius naturale,pro ius poſitiuũ non derogatum conſuetudine prohibita ſunt. Vbi ſup.a nu.7.vſque ad fin.

Beneficij abiuratio verſ.Abiurare.

## *Beneficiarius.*

BEneficiarius à ſententia iuſta priuationis appellans ſi ſecuto compromiſſo poſſeſſionem continuauerit etiã coram Deo beneficium dimittere non tenetur.¶Conſi.40. de præb.lib.3.

Tenetur ſoluere penſionem de fructibus alijs annis perceptis.

Si promittit penſionem in genere ad eam, etiam non adepta poſſeſſione tenetur.arg. l.incendium.C. ſi certum peta-
A tur.Secus autem ſi in ſpecie promiſerit de fructibus.¶Conſi.50.nu.6.

Ægrotus omnia percipit,quæ ſeruiẽdo percipiebat, quia per infirmitatẽ nõ amittit ſuos titulos c.inter de cler.ęgro. ¶Conſi.67.

Retinere beneficiũ non valet habita ſciẽtia de ſimonia per mediatorẽ in impetratione cõmiſſa, ſed eget noua collatione.ca.præſertim.1.q.5.& ca.de ſimonia.¶De ſimonia cõſ.73.61.& 61. & debet fieri renuntiatio in manibus eius,q potuiſſet collatarium deſtituere. Nõ tñ fructus tenetur reſtituere, quos tempore ignorantiæ perceperat.¶Ibi.

Onera à fundatore impoſita implere
B tenetur, niſi illa ſint legitime ſublata c. Eleuterius.12.q.2.c.cum dilectus. de cẽſib.¶Conſi.1.de iur.patr.nu.1.li.3.

Qualitates fundatore reqſitas habere debet,niſi illæ ſint prçſcriptæ.Conc. Trid.ſeſſ.25.c.25. de Refor. ¶Ibi.nu.3.

Dare poteſt aliquid moleſtanti de facto,vt ius ſuum poſſeſſum ſeruet. c.dilectus.el primo.de ſimonia.glo.in c.decimas.16.q.7.¶Conſi.17.de ſim.

Priuatus ipſo iure beneficio non eſt expoliandus niſi audiatur, & ſi ſpolietur eſt reſtituendus.¶Enchir.de oratione.c.21.n.55.Reper. de reſt.ſpo. opp.7.

Quærens beneficiũ per ſimoniã propriam peccat mort.ſine tamen excõicatione, vel obligatione reſtituendi, niſi
C ſimon.ſic realis.¶Ma.c.25.& nu.112. Similiter & per Simoniam alienam, quando id ſcit,& conſentit,& non renunciat illico.1.q.5.per totum,& c.nobis. de ſimon.¶Ibi.nu.113.

Et qñ illud habet ſine iuſto titulo,cũ obligatione renũtiãdi, & fructus perceptos reſtituendi, vel qñ cognoſcit titulũ non fuiſſe iuſtum.c.1.de reg.iur.li.6.

Similiter ſi pẽſionẽ, vel vexationẽ redimit, aliter q̃ debet. Et ſi poſt obtentũ ſm̃ curatũ,vel dignitatẽ cũ pacifica poſſeſſione nõ renũciat primũ vt dẽt.n.114.

Quando curatum accipit ſine diſpenſatione ante ann.25.& coll.eſt nulla, & c.cum in cunctis.de elect.nu.115.

Vxo-

Vxore ducta ſi beneficiũ retinet, aut ſponſalia contrahat.n. 120. Non perdit fructus regulariter ob peccatũ, niſi cum eſt excõmunicatus, vel horas non recitat, quos reſtituere poteſt paupéribus, vel eccleſia, & ſibi etiam, vt pauperi de conſilio confeſſoris.nu.123.

Si nõ diſcit ea quæ ſibi neceſſaria sũt tanquam beneficiarius,& nõ vult renũtiare ſimiliter mor.peccat.c. non eſt putanda.1.q.1.arg.l.idem iuris.§.1.ff. ad legem Aquil. nu.133.

Si accipiat beneficiũ ſciens,vel ſcire debens ſe eſſe irregularem,ſuſpenſum, aut ex cõmunicatum, aut interdictũ, & titulus eſt nullus.c.inter.de elec.n.134.

Beneficiarius clericus,quo ad fructus beneficij poſt adeptum beneficium poteſt de illis donare,& promittere intuitu penuriç.¶Conſi.56.de præb.li.3.

Et ſi illis abundat poteſt augere ſuũ ſtatum ratione qualitatis ſuę perſonę,ſecus aũt ſi nõ ſit talis qualitatis.¶Cõſ.59.

† Nota bene verba Authoris quibus ait(poſſe augere ſtatum) non autẽ dicit mutare. Poteſt enim Beneficiarius fructi bus abundans augere ſtatum,vt putã ſi ſit Doctor, vel aliquam dignitatẽ conſequutus poteſt facere maiores sũptus, & maiorem ſibi adhibere comitatum. Non autem poteſt ſeruare, vt mutet ſtatum, ſicut faciunt illi, qui ſeruant fructus ad hoc, vt emant dominia,de quo infra in verſ.Clericus.

Poteſt de illis ſuſtentare fratrem egẽtem & ſtudentem. Ibid.

Nõ eſt illorũ abſolutus Dominus,eſt tamẽ talis,vt poſſit diſponere in ſuos,& ſuorũ decẽtes vſus per contractus inter viuos non gratuitos,emendo,vendẽdo, permutãdo, donãdo ob cãm remunerationis,paupertatis,pietatis.¶Cõſ.14.de reg.Com.de red.eccl.q.1.Mon.28. Et ſi ẽ pauper põt de illis ſoluere debita, qm̃ ſic ſoluere ẽdare pauperi.¶Cõſ.eo.n.15

Non poteſt de illis impendere tam late,ac primogenitus de ſua primogenita

Nõ eſt illorũ Dominus neq; directus, neq; vtilis.c.q aũt.23.q.7. & c.conuenior.eadem cauſ q.8.c.ſi.12.q.1.c.Edoceri.de reſcr.¶De red.eccl.q.1.Mon.21

A

Eſt tñ maior vſuario, & minor vſufructuario,ideo in ſacris cano. vocatur procurator, & diſpenſator.d.ca.qđ autẽ.Et ratio eſt, quia vſuarij ex re in qua vſum habent,nihil capere poſſunt, illi autem ſic.Inſt.de vſu,& habita. Vſufructuarij verò poſſunt donare,& relinquere in vita,& morte licite ſuos fructus cuicũque voluerint.Inſt. de vſufruct.ſine vllo pietatis,aut paupertatis intuitu ob ſolã amicitiã,cognationem, vel liberalitate, qđ beneficiarij minime facere poſſunt. Cõcil.Trid.ſeſſ.25.c.1.Caiet.2.2.q.44.art. 8.per text.optimum.c.non liceat Papæ. 12.q.2.Archidiac.& Decium, c.Epiſcopus.de præb. de Redi.eccleſ.q.1.Mon. 21.num.4.

B

Ex illis poteſt tanquã mercenarius viuere, & ſe ſuſtentare licet habeat bona laica,quæ ſuis ſeruare põt.Inn.c.Epiſcopus.de præb.quem ſequũtur Pan.Maio. Adr.& Sot.conſ.66.de præb. Et primo eſt ille ſuſtentandus, quã m ſua eccl.de ſpol.cle.§.10.n.7.Quib. ſi vtitur in vſus prophanos violat præceptum de non furando.§.2.nu.4.

Ex illis tantam quantitatẽ expendere poteſt pro libito,quantũ in eccleſiã ſuã, ac pauperes de patrimonialib. illi idem licet.¶De red.eccl.q.1.Mon.26.n.5.

C

Nequit tñ inſumere ob ſolam liberalitatem,aut humanitatem, aut amicitiã, præterquam in colligendos honeſte hoſpites, qui ſuæ eccleſiæ, aut beneficio prodeſſe valent.Ibid.Mon.28.

Põt cuilibet elargiri id qđ meretͬ ob maiora obſequia, q̃ ſuũ beneficiũ requirit.Quod & ꝓbat multis rõnib. Mon.29

Si aũt eſt cõmendatarius tantum põt impẽdere,quantũ titularis.Card.in cle. 2.de vſu, & honeſtate.§. ſed tales. & in cle.gratiæ.de reſcr.Mon.32.

Poteſt remunerare famulos, & laude dignus eſt, quia & compenſatio non tãtum cenſenda eſt donatio, quàm debiti perſolutio,& non tantum ſolum, quantum exequet labores,ſed etiã quid vltra

quantum, ſcilicet à viro cordato fuerit definitum arg.l.1.ff.de iure delib.& ca. de cauſis.de officio deleg.¶Mon.26.

Poteſt expendere non tantum ea, quę decentiæ ſunt, & qualitati ſui beneficij neceſſaria videntur; ſed etiam quæ conditioni ſuæ perſonæ decent, ſeruata tñ generis, gradus, & ordinis qualitate. In noc.in c.Indęcorum, de æta.& qualita.& hæc facultas impendendi redditus non eſt illi, quia ſit Dominus, ſed quia ius illi eam concedit.¶Mon.52.

Qui quidē redditus illi tribuunť non libere ac ſtipendiū militi, ſed oneri cui ille ſubeſt.¶Mon.53. & qõ.2.Mon.9. In quib.ēr non tm̃ ius habet, quantū maritus in dote.¶Ib.q.2.Mon 12.& 13.

Quantū vero ille egeat illorū per ſe ſuſtentando arbitrio boni viri iudicandum eſt contra Sotū iudicantē cõtrariū, & volentem id taxari debere ꝑ multas rationes factas, li.10.de iuſt.& iur.quib. Auctor reſpondet, & ſuū intentū cõcludit per auctoritatem D.Tho.2.2.q.185. ar.7.ad 1.¶Mon.18.q.2.

Non tenetur reficere ſuam eccleſiam priuſquā ſumat ſibi neceſſaria ad alimēta iuxta qualitatem beneficij, ſecus tñ de neceſſarijs ſecundum aliam quantitatem extrinſecam.¶Mon.30.

Impēſa ab illo facta põt iudicari ordinata, ſi non eſt contra rationem naturalem, diuinā, uel humanā, ſi ſit autem inordinata erit mortalis, vel venialis, ꝓut ſapit auaritiam, vel prodigalitatem mortalem, vel venialem.¶Mon.34.

Beneficiarius, quo ad ſupflua ex ſuis redditibus dicit, & teneť naturali lege operib. pijs erogare illa c. neque cõtra. c.male.c.fruſtra.8 d.¶Ib.q.1.Mon.24.

Plus peccat auare retinendo, quā prodigendo, quia ſic multis prodeſſe poſſunt, eo autem modo nulli 4. ethic. D. Tho.2.2.q.129.ar.3.¶Ibi.

Superflua male impēdēdo peccat. In noc.c.indecorū.de æta.& qual. Et ratio eſt, quia prædicta bona ſuper quib. fundata ſūt beneficia quæſita ſunt eccleſiæ eo modo, & onere expreſſo, aut tacito,

A vt ea q̃ miniſtris eius ſuſtētatis honeſte, ſuperfuerint in pauperes inſumantur. Quare vt furre aliena contra Dñi voluntatem vtitur.¶De red.eccl.q.1.Mon.20.

Et qui cõtrarium dicit hæreticus eſt. Licet in hac re. Sot. obſcure loquatur. ¶Ibi.Mon.48.

Beneficiarius alienās ſine licētia Papæ, & iuſta de cā bona ipſa eccleſiæ, vel nõ ſeruata forma iuris cõmunis.iux. c.ſine exceptione.12.q.2.& extrau.Pau. 2.eſt excõmunicatus, & priuatus beneficiõ.¶Conſ.5.de reb.eccl.non alie.li.3.

Non poteſt priuari ſuo beneficio ſine cā.Spec.ſatis peruerſum.d.56.&c.iuuentum 16.q.7.¶Com.4.de Reg.nu.22.

B Si teneť reſtituere fructus ex plurib. cauſis ex vna verò condonationē impetret nihil agit, quia talis gratia eſſet ſubreptitia, & non valeret, ca.ſuper literas. de reſcr.¶Conſ.67.de præb.

Teneť aūt ad reſtitutionē ſi horas nõ recitet, & tūc ſufficit, vt det, vel eccleſiæ cui inſeruit, vel pauperibus, & alijs pijs operib.vel ſi eſt pauper, ſibi ipſi retinere põt.¶Conſi.21.de voto.n.4.li. 3. De orat.c.7.n.32.& 34.to.2.Saltē de licentia epiſcopi.¶Conſ. 12.de celebr. Miſſ.nu.2.¶Com.de eleemoſina.nu.71.

Non ſoluit ab obligatione reſtituēdi male impenſa ob impotentiā, & ſi cõtra riū Sot.aſſerat, quā põt facere de ſuis bo
C nis patrimonialib.vel quaſi patrimonialib.1.3.de eo qđ quęrere põt parce viuēdo, & quod merebitur vltra ſuam ſuſtentationem inſeruiendo beneficio multo plus, quam obligantur.¶De red.eccl.q. 2.Mon.20.Quod & ſentire videtur Cõcil.Trid.ſeſſ.24.Mon.21.

Magis peccat male inſumendo, quam non reſtituendo, ad quod tenetur per multas rationes adductas.Mon.18.

Beneficiarius, quo ad acquiſita aliunde dicitur, q̃ de illis poteſt teſtari, ac de ſuis patrimonialib.bonis, & de illis quo modo volet diſponere.¶Con.60.de prębend.& de red.eccl.q.1.Mon.17.

Magis teneť ad elargiendam eleemoſinā, quā laicus, quia iſte tenetur per leges

ges miſericordiæ, illæ per leges iuſtitiæ
contra Sotum.¶ Mon. 19. q. 2

Quare ſi quis impertiuit pauperib.
de patrimonio poteſt ſibi facere patri-
monium de ſuo redditu eccleſiaſtico.
¶ De red. eccleſ. q. 2. Mon. 32.

De alijs vero non poſſe teſtari multæ
leges affirmant. ca. epiſc. c. ſic manifeſte.
12. q. 1. ca. Ioãnes 12. q. 1. c. adhęc c. quia
vos, de teſtam. Auth. licentiã. C. de epiſ.
& cler. Et cur id factũ, fuerit multas ra-
tiones adducit Auct. vbi ſup. q. 3. Mo. 1.

Sunt autem quaſi patrimonialia illa,
quę parce viuendo de ſuo honeſto victu
ſibi detrahit, quia ſic facit ſua. 2. 2. q. 185
ar. 7. Maior. 4. diſt. 24. q. 17. Adrian. 4. de
reſtitution. q. 12. Sotus. li. 10. de iuſt. & iu
B re. q. 4. art. 3. Quia cũ ea illi ad ſuũ victũ
dẽtur, data cenſeri debent, cũ facultate
plena diſponẽdi de illis. Et quia videtur
id quærere ſua quadã induſtria, & pęna,
ideo eo modo quæſita cẽſentur vt patri
monialia.¶ Ibid. q. 1. Mon. 26. & Mon. 19
Cõfirmãt id. Cynus in Auth. licẽtia. C.
de epiſc. & cler. Panorm. c. cũ. eſſes, & c.
cum in officijs de teſtam. quem ſequitur
vterque Card. in ſumm. 12. q. 5. Franc. in
Rubr. de teſt. li. 6. col. 31. quia illa confe
runtur illi ex bonis tẽporibus, vel ſpiri-
tualibus, vt merces laborũ, & operum
perſonaliũ. aut tanquã cõpenſatio eorũ,
quæ alia via ſibi quærere põt. Inn. in ca.
quoniã. ne prælati vices. Et quia cõferũ-
C tur ſine onere tacito, vel expreſſo cõfe-
rendi ſuperflua pauperibus. Immo cre-
do hoc ipſum dictũ eſſe de illis, quæ ẽt
quærũtur per eos actus, in quos illos ſua
beneficia obligant, quale eſt illud, quod
curatus adminiſtrando Sacramenta ſuis
Parochianis lucrifacit. Et id quod quæ-
rit beneficiarius loci ex eo, qd aliquis re
liquit in miſſas ipſi beneficiario etiã ſi
perſonã minime noſcet: licet Panorm.
Cõtra ſenſerit. c. cum in officijs. de teſt.
Et præſertim Card. S. Sixti. & Alexand.
in ſumm. 12. q. 1. Sed nõ iuſte quoniã eo
nõ lucrifiũt de bonis beneficiorũ.¶ Ibi.

Beneficiarius ſatisfacit præcepto de
impendendo ſuperflua expẽdẽdo ea in

A quibuſcunque pijs operibus etiãſi egẽ-
tibus illa nõ tribuat Adrian. 4. de reſt. q.
12. quia nõ debẽtur ſolis pauperib' ſed
fabricis etiã, & ornamentis. Th. quol. 6.
art. 12. c. duo. 12. q. 1. & q. 2. per plura ca.
de red. eccl. q. 1. Mon. 6. Pieti' aũt eẽt ero
gare Parochianis. ar. l. ſi quis ad declinã
dum. C. de ep. & cl. c. Volaterana. d. 86.

Non tenetur ad ſoluendum debita p
prædeceſſorem contracta ratione ſuæ
perſonę.¶ De ſpo. cle. §. 10. n. 6.

Fidẽ profiteri recuſans non eſt putan
dus hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus,
neque p cõſequens eſt priuãdus benefi
cio.¶ Conſ. 5. de verborũ ſignific. lib. 3.

Artem medicam exercere nõ poteſt.
B Conc. Trident. Seſſ. 22. ca. 1. Nullam ta-
men exercendo incurrit excommunic.
iure cõmuni. Niſi alicubi exprimatur c.
is qui, de ſent excommunic. libr. 6. Poſ-
ſet tamen licite curare cauſa pietatis in
firmos, & cauſa cognationis, & inſtan-
tis neceſſitatis, & propter inopiam ęgro
ti. argum. cap. 1. de poſtulat. Sed ad exer
cẽdam artem generaliter indiget Pa-
pę diſpẽſatione.¶ Cõc. 3. Ne cle. per tot.

Beneficiarius ſi debet aliqua, quæ a-
liunde ſoluere nequit, poteſt de fructi-
bus ſui beneficij capere tantum ſibi tan
quam pauperi ad ea ſoluendum quan-
tum eſt neceſſe, etiam ſi debita illa
pro malis, vel vanis fuiſſent contracta,
iuxta verum intellectum cap. peruenit.
C de fideiuſ.¶ Com. de eleemoſ. nu. 69.

Non tenetur ſuperflua elargiri ſolis
pauperibus loci, vbi reſidet, vt efficaci-
ter probatur in de redit. eccl. q. 3. Mon.
26. nu. 2.¶ Ibid. num. 73.

Ideo ſatisfacit ſi dat alijs licet me-
lius faciat dando illis.¶ Ibi. nu. 54. & Ma
nual. cap. 16. nu. 24.

Beneficiarius qui abiurauit de hęreſi,
verſ. Abiurare. num. 4.

## *Bigamia.*

BIgamia eſt ſtatus coniugati cũ dua-
bus coniugibus, ſiue ante, ſiue poſt

Bapti-

Baptiſmum ductis, capit. acutius. diſt. 26. & c. vna. ea. diſt.

Eſt autē triplex, iuxta glo. recept. ca. 2. de Bigamis, quam ſequuntur ibi omnes: & antea tenuit Rota deciſ. 447. in nouis. quæ in nouis. rubr. eſt 1. eo. tit.

Prima eſt vera, eius videlicet, qui habuit, & cognouit duas vxores veras. ca. debitum, de bigam. quamuis vtramque vel alteram antea quam fuiſſet Chriſtianus habuiſſet, ut in c. denique. eo. tit.

Secūda eſt interpretatiua, quādo quis contrahit cum una ſola, ſed vidua, aut cum corrupta per alium c. maritum. 33. diſt. Secus ſi per ſe fuiſſet illa corrupta. glo. recept. cap. fina. Idem ſi cum virgine, quam deinde cognouit poſt commiſſum ab ea adulterium. cap. ſi cuius. 34. diſtinct. Neque excuſat ignorantia, vt ait gloſſ. ibidem. Idem ſi cōtrahit cum vna valide, cum altera vero inualide, vel cū duabus inualide.

Tertia dicitur ſimilitudinaria, quā incurrunt illi, qui aliquo ordine ſacro inſigniti ſunt, vel voto ſolemni fuerūt aſtricti, & cū aliqua etiam vnica cōtrahunt, & cōſumāt. c. quoquot. 27. q. 1. & c. ſi. de big. Anton. 3. p. tit. 21. etiā ſi eſſet virgo.

Quælibet bigamia iuris humani eſt, & propterea delebilis eſt à Papa Innocen. ca. 1. de Bigam. cap. ad audientiam. de homic. Thom. quol. 4. art. ſexto. Rota deciſio. 47. Et nullus alius ab eo, quo ad ordines poteſt in vera, vel interpretatiua diſpēſare. In ſimilitudinaria verò Epiſcopus ſi illa erat virgo poteſt id facere. cap. 1. cum glo. Qui cler. vel vou. Panor. Card. Præpoſit. & alij. ¶ Manual. ca. 127. nu. 195. Com. 2. de frigid. & malef. lib. quarto. Conſi. 1. de bigam. lib. 1. Conſi. 1. De his quæ ui. li. 1. nu. 15. Conſil. 6. de conuerſ. coniug. num. 3. lib. 3.

Bigamus abſque Papę deſpenſatione non poteſt ordinari. cap. acutius. & ca. denique. 26. diſt. & ca. 1. de bigam. Poſt illam autem habilitatem non obſtante, quod aliquis ſcandalizetur licite poteſt celebrare, quia eſt ſcandalum paſſiuum. ¶ Conſi. 6. de conuer. coniug.

A Bigamus quis non fit per fornicationem factam etiam cum multis ſecundū omnes. ¶ Conſi. 2. de frig. & malef. n. 5.

† Ex his omnes emergentes difficultates poſſunt diſſolui.

## *Blaſphemia.*

Blaſphemia ſecundum Ambroſiū libro de Paradiſo. Alexand. Ales. 1. 3. ſumm. quæſt. prima. memb. 48. Thom. 2. 2. queſt. 13. Eſt dicere tacite, vel expreſſe, verbo. vel ſcripto contra Deum, aut Sanctos aliquid contumelioſum. Quod quidem fit, vel tribuēdo ei, quod illi nō conueuit, vel auferēdo, quod conuenit, vel tribuēdo creaturæ, quod ſolius Dei eſt proprium. Quod ſi ſola mente dici-

B tur uocatur mentalis. Si etiam verbo vocalis appellatur. ¶ Man. c. 13. nu. 81.

Eſt. n. vitium contrarium fidei, & charitati, & derogat diuino honori, ideo eſt peccatum mort. Et ſi ſecundum ſe nulla ſit hæreſis nu. 82.

Qui blaſphemat nō debet abſolui abſque grauiſſima Seueri Confeſſoris pnīa Conc. Lareran. Seſſ. 9. §. ad abſoluendā.

Blaſphemum qui audit debet acriter reprehendere ſi ſperet emendam, & id ſine ſuo periculo facere poteſt. n. 83.

Blaſphemus iocando, vel turpiter nominādo Deum, vel Sanctos peccat mortaliter, nu. 85.

Blaſpemia, & non detractio eſt inhonorare Deū verbis infamatorijs, ſiue vt

C infamet, ſiue vt derideat, & ſubſannet. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 1. ¶ Com. c. inter verba. cōcl. 6. n. 424. Idem dicendū de Sanctis. iux. eundem. 2. 2. q. 76. art. 2. declarat Caiet. ibidem quæſt. 73. ¶ Ibidem nu. 426.

Blaſpemus contra Deum, eiuſque Matrem, ſi onus publicum ſuſtinet, perdat emolumentarium menſium pro prima & ſecunda vice. Si tertio, illo officio priuatus exiſtat. ¶ Ibi. nu. 613.

Blaſphemus clericus, & cōuictus pro prima vice priuetur fructibus vnius anni, pro ſecunda, priuetur beneficio: & ſi plura habuerit, cogatur ea dimittere. Si tertiò, deliquerit omnibus beneficijs, & digni-

dignitatibus priuatus exiſtat,& inhabilis reddat ad amplius retinēda. nu.614.

Blaſphemus laicus & nobilis pro prima pœna viginti, pro ſecunda quinquaginta ducator, mulctetur; pro tertia nobilitatem perdat; ſi non eſt nobilis detrudatur in carcerem,& ſi pluries deprehenſus fuerit ad perpetuos carceres, vel triremes damnetur.¶ Ib.nu.615.

## *Bonum.*

BOnū ſuo genere illud ē, cuius obiectum ex ſe ſimpliciter conſideratū conſentit rectę rationi. Tho.1.2.q.18.8. ca. venerabilibus.de ſent. excom.lib.6. cap.inter verba.2.queſt.3.prel.2.num.5.

Eſt autē duplex ſupernaturale,& naturale, & hoc illi debet ſemper eſſe ſubiectum.¶ Ib.Concl.4.n.8.

Naturale ſimiliter eſt duplex verum, ſcilicet atque apparēs & hoc eſt triplex. Honeſtū,delectabile, vtile. Ariſt.7.phyſicor. Thom. & alij 3.ſentē.diſtinct.38. Tho.1.2.q.2.ar.1.quæſt.13.ar.3.¶ Com. de finib. numer.3.tom.1.

Rurſum quoddā,& propter ſe amabile,quoddā ꝓpter aliud tantū, quoddam propter ſe,& propter aliud.¶ Ibid.nu.5.

Bonū ſummū, quod eſt intuitio Dei, nullus poteſt habere abſque ſumma delectatione iuxt. D.Thom. 1.2.queſt.4.ar.1.¶ Manual.prælud.4.num.1.

Primū eſt Deus ipſe vltimus noſter finis. Secundum bona honoraria, & pecuniaria. Tertium virtus ipſa. ¶ Ib.n.24.& Com.c.charitas.de pœnit.diſt 2.tom.1.

Bona omnia rurſus trium ſunt trium generum,videlicet,vitæ,famæ,& fortunæ. Et ſe habent in Excellētia ita, quod bona vitæ præcedunt,famæ ſubſequuntur,deinde illa fortunæ. Caiet.2.2.q.62. art.ſecundo.¶ Manual.c.17.nu.89.

Vitæ,& ſalutis bona pecunia extimari nō poſſunt. argu. l.in ſeruorum.§.fin. ff.de pœn. Quare nō eſt neceſſe illa reddere pro bonis ęſtimabilibus,licet ſit interdū vtile. iuxta Sotum.lib.5.de iuſt.& iur.q.1.ar.6.Ib.nu.87. Huius generis bonū ē libertas.l.libertas.ff.de reg.iu.¶ Ib.

A Bonū noſtrum, vt noſtrum,id eſt quatenus naturaliter acquiſitum, minus eſt bono uoſtro,vt diuinum, id eſt bono nobis ſupernaturaliter infuſo.¶ Com.ca. inter verba. Concl.4.n.8.to.1.

Bonum ſpeciem mali habens, aut omittendum eſt,aut excuſandum. ¶ Man. c.14.nume.44.

Conſtat ſemper ex integra cauſa ſecūdum Dion.4.ca.de diuin.nominibus.& Tho.1.2.q.2.ar.6.& Senten.diſt.40.q.1. 4.Maior.Ib.quæſt.7.Caiet.ſuper Mat.c.1. Quare in agendis bonis maxime cauendum eſt,ne ſint mala.¶ Prælu.7.

Bonum abſolute conſideratum obiectū eſt potentiæ concupiſcibilis,ſed cō
B ſideratum vt arduum,obiectum eſt potētiæ iraſcibilis.¶ Ibidem prælud.5.nu.4.

Bonum proprie licet cognoſcere eo modo,quo cognoſci poteſt,atque ſic cognitū approbare.2.2.q.131.2.Cor.12. Et ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, quia cum nequeat ſciri per naturā, illud nō eſt per illam quærendū.¶ Com. c.inter verba. Concl.5.n.49.

Bona omnium hominum,quęcunque ſint,dona Dei ſunt.1.Cor.4. Quid habes homo, quod non accepiſti?¶ Com. de orat.cap.19.nu.19.

Bona animæ, id eſt virtutes præſtātiora ſunt quā omnia alia,ſiue ſint corporalia,ſiue vtilia. ¶ Com.de veritate. Reſp. ſuper ca.humanę aures.22.q.5.num.30.
C probatur in ca.ex merito.6.q.1.¶ Com. cap.Noli metuere.de pœniten.diſtinct. 1.num.3.Nec poſſunt vi auferri.¶ Com. c.inter verba, concl.6.num.496.

Sed voluntate ſola perduntur, quoniam id fit propter peccatum, quod voluntate contrahitur ſecundum Auguſtinum lib.1.Retract.ca.15.nu.6.

Horū aliqua ſunt gratuita, q̄ nequeunt tolli ſine cōſenſu habētis, vt gratia, & ſola Dei miſericordia poſſunt recuperari. In his,qui nocet nō tenetur ad reſtitutionē, quia ſcienti,& cōſentiēti nō fit iniuria,ca.ſcienti,de regu.iur.& peccata cōtra charitatē, atque virtutes reſtitutionē nō inducunt. vel ſicul.reſtitutio.

Aliqua.

Aliqua vero ſunt naturalia, quæ tolli
poſſunt abſque conſenſu habentis ea,
& non recuperantur ſola voluntate per
dentis, vt iudicium, memoria, ars, ſcien-
tia, in quibus, qui læſit tenetur ad reſti-
tutione. Et in his procedit opinio Scot.
4.diſt.q.3. Adrian. 4. de reſt. q.31. ¶ Vbi
ſup.n.8.ca. Noli timere, de pęn.d.1.

Bona corporis in quibus eſt vita, & ſa
nitas excludunt alia extrema in quibus
eſt fama, cum diuitijs, l. in ſeruorum. §.
fin.ff. De Pęn. & 1.2.q.2.ar.5. ¶ Com.ca.
inter verba. concl. 6.nu.496.

Bona honoraria, quę ſunt laus, honor,
fama gloria, & reuerentia, de quibus vi-
de locis proprijs. Non ſunt virtutes, ne-
que morales, neque intellectuales, ne-
que Theologales, quia nõ ſunt habitus,
aut qualitates ornantes animam, cum il
lis poſſimus abuti, & ideo non ſunt pro-
pter ſe amanda. ¶ Com.cap. Inter verba.
Concl. quarta.nu.17. Sed amabilia ſunt
propter aliud tantum, quia vtilia: ſunt ta
men pretioſa & inæſtimabilia, & ſua na
tura omnia alia vtilia ſuperant. Prouer.
22. & extrauaga. Ad conditionem. de
verbor.ſignificatio.ca.deteriores.6.q.1.
Th.22.q.129. ¶ Ibid.num.18.

Omnia ſunt minora, quàm vita, com
moda valetudo, lumen oculorum. Sotus
de rat.tegend.ſecret. membr.1.quæſt.3.
Cum vita ſit baſis omnium, ac fundamẽ
tum, cuius ſolus Deus eſt Dominus, ho-
rum autem homo etiam, ¶ Ib.n.20.

Oia inſuper bona hæc, vt ait Dom.
Boet.lib. ſecundo. de conſol. ſunt exte-
riora, & in poteſtate aliorum ſita, extat
enim teſte D.Tho.1.2.q.2.ar.2. in volun
tate, & opinione aliorum volentium il-
la dare, vel tollere. ¶ Ib.num.27.

Q̃uo appeti poſſit. vide i ver. Appetit⁹

Non poſſunt habere pro fine princi-
pali bonum actum dicente Domino.
Matth.6. Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat
dextera tua, & ibi Auguſtinus, per ſini-
ſtram intelligit appetitum gloriæ. Adr.
quol.10.art.10. ¶ Ibi. Concl.5.nu.12.

Hæc licet permittere tanquam bonũ
ſacra ſuſcipienti, facienti, prædicanti,
A addiſcenti, pſallenti. ¶ Ib.num.17.

Similiter licet precari, petere, acqui-
rere, ſecũdaria tamen intentione, quod
apparet per multa exempla. ¶ nu.18.

Hęc licet appetere; primo ad Dei glo
riam. Secundo ad proximi vtilitatem. 2.
2.quęſt.132.ar.2. Tertio, ad noſtrum ſpi
rituale bonum, quo incitemur, & anime
mur ad perſeuerandum, & perficiendũ
in bonis operib⁹.2.2.q.91.ar.1. Quarto,
ob bonum aliquod temporarium, hone
ſtum, proprium, vel alienum. Quinto,
quãdo vt debitum expetitur. Caiet.2.2.
quæſt.131.art.1. & probat id per multas
rationes a ſimili acceptas. Sexto, cum ac
cipitur vnumquodque iſtorum, non tan
B quàm debitum, ſed tanquam donũ gra-
tis donatum cauſa humilitatis, & grati-
tudinis. ¶ Vbi ſupra n.45. & 46.

Bona iſtá animæ, quæ quis habet, vel
le cognoſcere quaten⁹, & eo modo quo
poſſunt cognoſci, peccatum non eſt, ne
que iam agnita approbare, vt ait D.Th.
2.2.q.132.ar.1. iuxta illud 1.Cor.2. vt ſcia
mus, quæ à Deo donata ſunt nobis.
¶ Vbi ſup. Noli timere, de pęn. d.1.n.49.

Bona cœtera, quæ non pertinent ad
animam vel ad corpus, appellãtur for-
tunæ, ſiue ſint pecuniæ, ſiue aliæ res mo
biles, ſiue immobiles propria, vel alie-
na. Eccleſiaſtica, vel ſæcularia; ſacra, vel
prophana, &c.

Bona aliena incerta, ſunt bona debita
C alicui homini, qui, vel quæ, quantitas
ignoratur, & poſt inquiſitionem debitã
iuxta communem opinionem in cap.cũ
ſit.de Iudæis. De quorum reſtitutione.
ver.reſtitutio. ¶ Manu.c.17.n.92.

Bona aliena, quę ſunt nullius, vt aues,
& feræ, lapides precioſi inuenientium,
& capientium ſunt. §. item lapilli. Inſt.
de rerum diuiſion. Et ea quæ fuerunt a-
liorum, ſed deſierunt eſſe per derelictio
nem, neq; ſunt effecta aliorum, vt theſau
ri. Et q̃ ſuis Dominis pro derelictis ha-
bẽtur. l.falſos.§.ſi factũ.ff.de fur.pro de-
relicta autẽ quis habere ſuã rem præſu-
mitur ex coniecturis. ¶ Man.c.17.n.170.

Hinc ſequitur, quod auis, & fera in la
queo

queo alieno inuenta accipientis eſt, iux
ta l. in laqueum.ff.de acq. rerum dom.§.
illud quantum. Inſt.de rer. diuiſ.Niſi cō
traria conſuetudo obſtet. Maior. 4. diſt.
15.q.10.¶ Ib.num.176.

Bona quæ nullius ſunt per diſpoſitio
nem humanam, à quibus vis poſſunt oc
cupari, vt aer, Sol, pluuia. ¶ De red.eccl.
Mon.15.num.12.

Bona verò alicuius illa dicuntur, quę
deducto ære alieno ſuperſunt.l. ſub ſi
gnatum.§.bona.ff.de verb. ſign. & l.co-
gi.ad Trebel.¶ Conſi.13.de temp.ord.&
conſil.14.de regul.lib.3.

Bonorum omniū etiam futurorū pro
miſſio alia cauſa, quàm pietatis, vel ſalu-
tis facta nno valet, & de illis ſic loqi.l.ſti
pulatio. ff.de ver.obl. Cō.1.de reg.n.27.

Bonorum omnium renuntiatio pro-
pter Deum nullum ſalutis ſpiritualis,
vel temporalis periculum minatur. cap.
exijt.de verb.ſign.lib.6.¶ Ibid.num.28.

Bonorum confiſcatio ſeu publicatio
ob crimen læſæ Maieſtat.ipſo iure fit.
¶ Com.cap.Quis. de pęnit.diſt.1.nu.3.

Bona temporalia, qua parte ſuſtentāt,
& per ea fit bene proximo tanquam in-
ſtrumenta virtutis proſunt ad fœlicita-
tem. At qua parte occupat mentem in
ſui cognitione, & amore nocent, quia
impediunt diuinam contemplationem.
¶ Ibidem.num.29.

Bona patrimonialia, vel quæſita ex pa
trimonialib.vel ex induſtria, vel per cō
tractus, etiam ſi ſit clericorum, non di-
cūtur ſpolia.¶ De ſpol. cler.§.1.n.2.to.1.

Talia, vel quaſi talia cenſentur bona
expenſionibus. ſuper beneficijs poſitis
quæſita, quare, & ab oneribus, quæ ha-
bent eccleſiaſtica bona ſunt libera, & ſi
militer ſtipēdia, quæ dantur Cardinali
bus. ¶ De red. eccl q.1.Mon.39.

Non gaudēt priuilegio bonorum ec-
cleſiæ, niſi id ſit iure expreſſum ſecun-
dum Panor.c.fin.de vita.& honeſt.c. in
digenti. de foro compe. Fely. c.eccleſia
S.Mariæ.de conſtit. Vel niſi ad ea ſit or-
dinatus.glo.c.epiſcopus, de præb.quam
citat Fel.vbi ſup. & Decius in d.ca.epi-

A ſcop⁹.cōfir.per Cōc.Trid.ſeſ.21.vbi phi
bet talia poſſe alienari ſine licentia epi-
ſcopi, ¶ Conſ.12.de cenſ.li.3.

Præter iſta poſſunt filij habere alia
bonorum genera, vt aduenitia, caſtren-
ſia, quaſi caſtrēſia. Vid. in ver.peculium.
Et de clericis.ver.clericus.

Bonis ſuis cedens vtroque iure libe-
ratur à carcere. l.1. & 4.ff. de ceſſ.bono.
& l.fi.ff. de his qui bona. Niſi ceſſio ipſa
facta ſit fraudulenter, ut probat.l.fin.§.ſi.
ff. q̄ in fraudē credit. & late tradit Iaſo.
§.itē ſi quis in fraudē.n. 92. Inſt de actio.
& in §. fin. eod.tit. ¶ Com.1.de reg. n.8.

Bona vt poſſit qs diſtribuere non eſt
neceſſe, vt ſi illorum Dominus, ſed ſatis
B eſt, vt ſit illi facultas hoc faciendi con-
ceſſa per eum, qui id poteſt. vt eſt tutori.
l.lex q̄ tutores. C.de admin.bon.¶ Com.
de red.eccl.q.1.Mon.34.

Bona ſua, qui amittit interdum pec-
cat. cap quid dicam. 4.q.4. Arch.c.ſicut
hi 47.diſ.in.¶ Man.c.14.n.46.

Bona rei criminis ab vxore occulta
fiſco debentur, & occultatio non habet
vim cōferendi Dominum, ſicut habuiſ-
ſet vera donatio. ¶ Conſi.1. de don.int.
vir.& vxo.n.5.li.4.

Bona certa ceteris paribus ſint incer-
tis meliora.capit.ſi quis autem. de pęn.
diſti.7. Et præſentia futuris, iuxta illud
Claudianum citatum à glo.l. cum hi. ff.
de tranſact. omne futurum deſpicitur
C ſuadentque præſentia fructum.¶ Conſi.
10.de ſponſ.nu.20.lib.4.

Bona hæreticorum niſi prius decla-
rentur apprehendi nequeunt. cap. cum
ſecundum, de hæret.lib.ſexto. Si autem
ſunt notorij id ſeruandum eſt, quia cita
tio, & ſententia, in Notorijs requirūtur.
Cedunt autem fiſco eccleſię ſi ſūt in cu
ria eius, ſin aūt fiſco temporali. c. vrgen
tis.eo.ti.& d.c.cū ſecundum.gl.clem.2.
eodem ti. Panorm.cum com.in d.ca.vr-
gentis.¶ Conſi.13.eo.tit.li.5.

Bona in fraudem donata ante reuoca
toriam apprehendi nequeunt.l.poſt cō-
trarium.ff.de donat.conſi.1.de dona. in-
ter virum & vxo..

Bona

Bena conſtante marito quæſita ſunt mariti niſi aliud conſuetudine, vel ſtatuto caueatur. ¶ Conſil. 2. de donat. inter vir. & vxor. nu. 3. li. 4.

Bona ſua iactare velle nemo præſumitur l. cum debito. ff. de probat. conſil. j. de conceſſ. præbend. numer. 3. Quæ homo non debet relinquere ob ſcandalum phariſæorum Thom. 2. 2. q. 43. ar. penul. Et hoc modo debet intelligi. cap. 2. de nou. ope. conſil. 5. de his quæ vi. num. 12. Sed bene ob ſcandalum puſillorum.

Bona vinculata tranſeunt ad propinquiorem vinculantis, & non ad propinquiorem vltimi poſſidentis, ſi ita teſtator determinat. ¶ Conſi. 6. de teſta. li. 3.

Bona data Deo, id eſt eccleſiæ donata Dei ſunt, non ſolum poſitiua, ita vt ſit verus Dominus illorum, ſicut & alia cumulatiue, ſed etiam priuatiue: & qui contrarium dicitur, tenet contra Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform. vbi hoc videtur determinare, ¶ De redi. eccleſ. q. 3. Mon. 23.

Et talia appellantur bona eccleſiaſtica, & ſacra. In quem finem illa bona data fuerint grandi teſtimonio docet Achilles Statius. Quorum mala impenſio facit, vt ei minus detur, & rapina ſacrilega nuncupatur ſuntque reſtituenda. ¶ Ibidem Man. per totum.

Bona hæc ſacra quædam ſunt applicata ſpecialiter eccleſiæ miniſtris, & min' principaliter pauperib. quædam contra pauperib. operibuſq; pijs principaliter deinde miniſtris, vt bona Hoſpitalium, de quib. cle. quia contingit. §. vt autem de reli. dom. Innouata per Conc. Trid. Seſ. 7. c. 16. & Seſ. 25. c. 8. ¶ Ibi. q. j. Ma. 18.

Sunt hæc Dei quo ad dominium. Beneficiarij quo ad gubernationem, pauperum quo ad ſuſtentationem. Quare prælatus non poteſt illa alienare, vt dominus, ſed vt adminiſtrator, & ſi male conſueuit eſt maledictus, & ſi dicat ſuos ex illis facit contra Conc. Trident. Seſſ. 25. c. 1. ¶ Ibi. Mon. 21. & q. 3. Mon. 23.

Non ſunt data eccleſiæ a pijs fidelib. ad ſuperbiendum, aut crapuloſe comedendum, ſed vt eccleſia miniſtri primi deinde pauperes alantur. ¶ Ibidem. Mon. 22

A

Quæ conceduntur nunc, & conceſſa fuerunt antiquitus beneficijs ſunt eiuſdem naturæ, id patrimonium Chriſti. capitu. cum ſecundum. de præbend. capit. cum ex eo. de elect. li. 6.

Et omnia eiſdem gaudet priuilegijs. c. quanquam. de cenſib. libr. 6. & conſequenter iuſtum eſt, vt omnia illis conſequantur onera. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. clement. 1. de cenſib. ¶ Ibidem Mon. 23. & 61.

Bona eccleſiaſtica, vt aliqua ſint non ſufficit, quod dentur perſonis eccleſiaſticis de bonis eccleſiaſticis, ſed requirit, vt ſint relicta eccleſiæ. ¶ Mon. 39.

B

Quomodo ſint ſubſtãtia oneri expreſſo, vel tacito cum miniſtris ſuſtẽtatis ſuperfuerint, vt dentur pauperibus, & operibus pijs inſumantur multipilciter probat Auctor. & multis in locis, ſed præcipue de redi. eccle. q. j. Mon. 42. cap. res eccleſ. 12. q. j. cap. epiſcopus. ead. cap. & q. cap. præcipimus. cap. quod autem. 23. q. 7. cap. reuertimini. 16. quæſtio. 1. adducit author. SS. & Theolog.

Iuſta de cauſa, & cum ſolemnitate debita poſſunt alienari. c. ſiue exceptione. 12. q. 7. Mon. 57. Et tunc deſinunt eſſe ſacra ſi alienentur in perſonas prophanas ad hoc, vt eis pro libito ac patrimonialibus vtantur. cap. nulli, de reb. eccle. alienan. & patet decimis laicis cõceſſis. ver. decimæ. Poſſunt tamen per Sedem Apoſtolicam concedi perſonis laicis tit. feudi, emphyteuſis præcarij. &c. capit. j. de præcario. ¶ Ib. Mon. 55. nu. 3.

C

De his qui confitetur, quod ſunt iure diuino, & naturali in opera pia dicata, debet fateri, quod conſuetudo impendendi ea aliter eſt inualida. cap. quæ contra. & c. mala. diſtinct. 7. & quod ſint immutabilia deputata pijs operibus. nõ ex intentione ſolum, ſed ex pręcepto etiam ab Apoſtolis permanato. ¶ Mon. 58.

Si ſunt fabricæ, & pauperibus deputata non ſunt alijs liberiora, quia non poſ-

ſunt

ſint impendi in quibuslibet alijs vſibus,& maxime in prophanis ¶Mon.51.

Perſonis laicis tanquā dominis ſubmitti non debent.ca.1.de reb. eccl.non alien li.6. ¶Conſ.5.de depoſ.li.5.

Deſtituta à Catholicis miniſtratorib. ſpectāt ad Sedem Apoſtolicam. extrau. Paul.3.cō.de ſpol.cler.§.10.n.5,Prophanari poſſunt per Papam,id eſt dari in vſum perſonis ſæcularibus , ita tamen vt retineant priuilegia bonorum eccleſiaſticorū, quod minime repugnat, neque etiam in tertis Papæ non ſubiectis: q̄a qui poteſt tollere totū,in fortiori poteſt tollere partem tm̄ eius rei,quæ diuiſibilis eſt,arg.l.quę de tota.ff.de rei vend.c. paſtoralis.§.item ſi totum.de of.de leg. ¶De ſpo.cle.§.18.nu.6.

Bona omnia eccleſiaſtica ſacra ſunt, non ſolum quia Th.id affirmat.2.2.q.87 ar.10.Sed etiam c.nulli,& cap.prædicta 12.q.2.c.ſacrilegium.c.quiſquis.17.q.4. ¶Ibi.ſup. nu.7.

Horum dominiū abſolutū nemo habet niſi Dn̄s Ieſus Chriſtus, non ſolum ratione generali, quia Pſal.21. Domini eſt terra,& plenitudo eius,& c.quæ iure.d.8.Sed etiam ex ſpeciali diſpoſitione.¶Ib.§.2.nu.2.& Com.de red.eccleſ. Mon.40.

Horum adminiſtrationem nemo habet,niſi eam immediate, vel mediate receperit à Papa , vel eccleſia vniuerſali. ¶De ſpol.cle.§.9.nu.4.

Horum naturā habent bona immobilia ex redditibus eccleſiæ cōparata a beneficiario nomine proprio,quare poteſt de illis diſponere, ac potuiſſet. ¶ De re redditibus.per extrau. Iulij 3.¶§. 6. nu. 1.¶De red.eccl.q.1.Mon. 47.

Computat enim illa Pontif.inter ſpolia,inter quæ non computaſſet bona eccleſiæ incorporata.concordat in hoc cū Bulla Paul.4.& Pij 4.¶Ibid.

Similiter eandem naturam retinent bona clericorum per negotiationem illicitam acquiſita, ideo ad Sedem Apoſtolicam pertinēt,ſi tempore mortis maneant inconſumpta, & videtur hoc ius

A nouum Pij,4.¶§.7.numer.4.

Horū diuiſio inter prælatos,& beneficiarios nō aufert poteſtatē diuidentium mutando naturā redituum eccleſiaſticorū , ita vt poſſint aliter illa impendere, q̄ in vſus pauperum, quę ſuperfuerint: quod apparet per multas coniecturas adductas.de red.eccle.q.1.Mon 50.

Neque ſimiliter talis diuiſio ſi fiat inter prelatū,& cōuētū facit aliquē illorū dn̄m ſuæ partis, ſed facit ſolū ne pro libito, aut ratione vltra illam ipſi ſoli impendere poſſint.¶Com.2.de reg.nu.17.

Horum vinculatio,vt maneant coniūcta, & perueniant ad nominandum per deputationem,& nominatos per nominatum ab eo poſt vnam,vel plures vitas,

B & poſtea cedāt alicui pio operi ni ſe eſt iuſta,& ſancta,etiā ſine auctoritate epiſcopi. Non autem ſine tali auctoritate ipſa ſunt beneficium eccleſiaſticū, ſed temporale quoddam bonum. ¶Conſil. 43.de ſim.nu.4.& 6.lib.5.

Bona eccleſiaſtica, quæ ſunt regularium omnia ſunt illis communia, nō vt ſingulis,ſed vt vniuerſis de quali cōmunitate agit.§.qui manumitutur. 12.q. 2. ¶Com.2.de reg.nu.8.

Quarū ſi fiat diuiſio inter prælatum , & conuentum non eſt id prohibitum p̄ Concil.Trid.licet multa videantur hoc p̄bare,quia multę ſequerentur confuſiones diſcordię,ſcandala plurimarū eccle

C ſiarū in quibus talis diuiſio eſt conſueta,& preſcripta per cōſuetudinē immemorabilem. Secundò,quia hoc eſſet malum commune, & conſequenter nō intentum à lege. Tertiò,quia nō præſumitur Papā, vel Cōcilium,velle vnico verbo delere tot diſpoſitiones viſas adeo iuſtas,vtiles,& viſitatas,ſed tm̄ reuocare ad tria ſubſtantialia vota,& ad cōmunitatem,quo ad dominium.¶Ibi. n.24.& Cō.de red.eccl.q.1.Mon.50.& Mon.52.

Bona autē illorum, qui extra clauſtra viuunt ad cameram ſpectant per extrau. Greg.13.q̄ incipit officij. Intellige ſi illi ſunt Apoſtatæ. Si aūt non ſint tale, intellige de illis,quæ numero ſpoliorū haben-

betur. ¶ Concil. 15. de regul. nu. 3. & 14. A
Bonorum omnium monaſterij adminiſtratio ſi ad ſolum prælatum ſit cōmiſſa multa mala parit: quod diffuſe cōprobat. ¶ Com. 2. de regul. nu. 9.

Bonorum etiam ſtabilium adminiſtratio concedi poteſt, & hoſtie iuſta de cauſa cōceditur regulari beneficiario. ¶ Ib. numer. 8.

Bona profitentis fiunt monaſterij etiā quo ad poſſeſſionē. Innoc. quem ſequūtur Panorm. & Comm. in ca. in præſentia. de proba. poſt glo. cap. ſi qua. 19. q. ultima. Cuius rationem reddit Decius. ¶ Ibid. in auth. ingreſſ. C. de ſacroſ. eccl. ¶ Ib. num. 46.

Bona Nouicij inteſtati non deferuntur monaſterio. Panorm. in d. ca. in præſentia. niſi ante, vel poſt ingreſſam donaſſet monaſterio, quoniam ante profeſſionem nō erat uere Religioſus. Contrarium tenet Cynus, & aliqui alij in auth. ſi qua mulier. C. de epiſcop. & cler. quos ſequitur Dec. d. c. in præſentia. ¶ Ib. n. 49.

Bona iuſte donata tam clericis, quàm laicis minoribus de obſeruantia quærūtur ſedi Apoſtolicę. ¶ Conſi. 74. de regularibus. lib. 3.

Bona clericorum ſæcularium comparata ex redditibus beneficij quædā ſunt eccleſię, vt quæ illius nomine comparantur. l. fi. C. de ſacroſ. eccl. Quædam vero nō, ſicut illa, quæ clericus emit ad ſuum vſum, vel alia pia opera in quæ iuſte poteſt ipſe illa impendere, ita quod eadem omnino & tanta facultas ſit illi in illis rebus ex redditibus emptis, quæ & quanta eſt in ipſis redditibus, quare poteſt de illis diſponere, atque de ipſis † Vide longam de his diſputationem. de red. eccl. quæſt. 1. Mon. 47.

Bona acquiſita ab ingreſſo, & profeſſo dolo prælati cuius ſint, verſ. Monaſterium & verſ. Dolus.

Bona cum directo, & vtili dominio plus valent, quā cum vtili tantum ſeparato à directo, quia duo vincula fortiorā ſunt vno c. 1. de tregua & pace. ¶ Com. De reb. eccl. non alien. n. 22.

Bona, que plurimum valent ſi vendātur cum pleno dominio directo, & vtili tantum concedi paruo pretio, vel certe minori, quam valent, & vendi poſſent, ſi quo ad vtrunque dominiū venderentur, vt colligit, ex l. 1. c. de iur. emphyt. & ex notatis in cap. potuit. de locat. ¶ Ibi.

## *Breuiarium.*

Breuiarium eſſe officium, ſeu librum materiale continens formam recitādi horas canonicas ab eccleſia præſcriptam, ſeu ab aliquo particulari ex eccleſiæ, ſiue Summi Pontif. indulto præſupponit Auct.

B Breuiarium antiquum habēs ante ducētos annos ſcriptum illo nouo Pij 5. vt poteſt ſine licentia epiſcopi, ſi illud erat priuatum, cum illa autem ſi erat publicum, quia oportet, vt recipiatur ab epiſcopo. & cap. eccleſiæ ſuæ. ¶ Conſil. 2. de celeb. miſſ. par. 2. in addit. l. 3.

An qui non tenētur vti Breuiario Romano poſſint vti illo extra chorum? Vtraque pars videtur probabilis, q a bulla nō verat vſum eius, ſed tantum permittit vt vsū antiquum: ſed quia non videtur Pontificē velle diuerſitatē ponere inter clericos vnius & eiuſdem eccleſiæ, & confuſionem in dicendo horas, quę cōfuſio ſequeretur ſi aliam formam tenerent clerici in recitando in choro, & aliam extra chorum, ideo negatiua pars eſt potius C cōcludenda. ¶ Conſi. 11. de cele. miſſ. li. 3.

Breuiarij ſanctæ Crucis forma orandi non eſt Canonica, & per ſed. Apoſtolic. approbata, niſi illis, qui ad id diſpenſati ſunt, ideo qui ſine diſpenſatione recitāt, ſecundum illam nō ſatiſfaciunt. ¶ Com. de orat. c 19. nu. 15. to. 2.

Inuentio huius facta fuit ab Illuſtriſſimo Cardinali ſanctæ Crucis, & multū diſplicuit, quia induxit nouitatē contra. cap. ex parte. cum glo. De conſuet. & ca. quis neſciant. diſt. ſecunda. & cap. quia multa magni momenti abſtulit inducendo breuitatem. Et cap. quia contra ius. cap. cōſilium. de celebrat. miſſa. addidit omnib. ferijs, excepto Aduētu, & Qua-

drag.

drag. Te Deum laud. At bona probabiliter apparet, quia legit totam ſcripturã, abſtulit multas leues hiſtorias, & confuſionem naſcentem in recitatione de ſanctis anticipatis, & poſtpoſitis, & occaſionem animum alienandi, quia leuamen eſt, & auxilium ſtudioſorum ob breuitatem. Probabilior eſſet ſi illi prouideretur quo ad Te Deum. ſicut prouiſum illi eſt, quo ad Antiphonas. ¶ De orat. c. 19. nu. 24.

Nemo ſine cauſa facultatem impetrare debet recitandi per illam formã ad onus ſuum ſatisfaciendum Ib.

Hoc tamen Breuiarium, aut eſſet tollendum, aut reformandum, aut ſaltem in choris iuxta eius formam nullatenus recitandum, aut canendum. Quod & Sotus li. 10. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. artic. 5. Sed ſine vllo colore affirmat. ¶ De oratione. cap. 21. num. 24.

An liceat recitare ſecundum formã Breuiarij, an verò, neceſſe ſit vti eo, quo vtitur eccleſia cathedralis.

Partem affirmatiuam tenent Anto. 3. part. titu. 13. cap. 4. S. S. Maior. 4. diſtinct. 12. quæſt. 6. Silueſt. verb. Hora. quæſtio. 12. Immo Caietanus in ſumma verb. Horarum, & §. 1. tenet, quod qui mutat officium pro ſuo libito etiã quotidie dicto de ſancto, quando deberet dicere de feria, non peccat mortal. etiam ſi id agat ad euitandum prolixiorem officiũ, & quod D. Antonin. de dicto peccato intelligit. Tabiena quæſt. 16. & 17. non ſe ſatis declarat. Fundamentum Maioris eſt, quod indecens videtur, vt vir doctus modum recitandi ab indocto ediſcat. Et quòd cum Roma ſit patria communis, omnis ob id ad minus ex Romano quilibet poteſt dicere.

Cui reſponſum eſt hoc non excuſare, quia qui neſcit aliquid tenetur à quocunque diſcere. Et licet Roma ſit

A patria communis, non tamen eximit à legibus Epiſcoporum. Et Papa non inſtituit officium Romanum omnibus, & vbique recitandum. Alij pro fundamento allegant dictum Cardinal. Florentin. qui ait, quòd & ſi præceptum ſit recitare, modus tamen non eſt in præcepto Cardinal. Florent. in clem. 1. quæſt. 7. de celebr. miſſ. Qui tamen in clemen. 2. not. ſexto. declarans ſe ait. hoc pro tanto dici, pro quanto iure diuino, vel naturali tenentur clerici recitare. Modus autem tali iure nobis nõ præcipitur. Imò & ordinati ad titulũ patrimonij non poſſunt recitare pro

B beneplacito, vt nonnulli contra male ſentiũt, ſed ſubditi ſunt epiſcopo ſuo, & ſeruare tenentur leges ſinodales, & conſequenter recitare, vt cathedralis. Sententiam igitur negatiuam tenent plurimi alij diuerſis in locis. Ioan. de Sign. in reper. clem. 1. de celeb. miſſ. quem ſequitur Card. Flor. Io. Imo. Boniſac. nu. 59. & 73. Ibi. dicentes id tenuiſſe Arch. & Dominicum cum vtroque Card. in c. de his diſt. 12. Imo. & Thom. quol. 1. art. 13. quem ſequitur etiam per cap. pernicioſus. de cele. miſ. & Zenzelinus in pragmatica titulo. Qualiter horæ &c. dicit parum referre

C quo ad Deum dicere: Dixit Dominus, &c. dummodo ſeruemus ſtatuta ſuperiorum.

† Multas Auctor adduxit Auctoritates ad hanc ſententiam confirmandam. nu. 215. & 216.

Reſolutio eius eſt. Primò, quòd iuſta de cauſa quæ videatur viro docto, & pio æqua, mutare officium quandoque, vt predicandi, legendi &c. non eſt peccatum mortal. aut veniale. Immo obliuio, & inaduertentia inculpabilis poteſt excuſare. Secundo, vbi nõ adeſt Breuiarium epiſcopale, poteſt quilibet vti Romano antiquo c. cõuenit. diſt. 5.

E Ter-

Tertiò, cum diſpenſatione Papæ, aut ſui epiſcopi modo illa detur ex cauſa iuſta. Quartò, contrafacere ſponte, ſine cauſa peccatum eſt, ſed non mortale, modo non adſit contemptus, & id fiat raro, adeo vt viro, docto, & prudenti, non videatur audacia, quia non videtur hæc mutatio contrauenire menti inſtitutoris Breuiarij, vt ad culpã mor. perueniat. Quinto, qui ſine cauſa, & diſpenſatione ſufficienti ſæpe mutat, ſiue ſit beneficiarius, ſiue non, peccat mor. Angel. verb. hora. §. 16. ſiue ſit ſecularis, ſiue Religioſus. ¶ De orat. nu. 19. à nu. 211. vſque ad fin.

B Breuiarium Pij V. multis, quæ optabantur ſatisfacit, quo ad terras illas, in quibus Conc. Triden. receptum eſt, & etiam quo ad omnes, quia ſummi Pontifices nulli penitus faciunt facultatẽ recitandi Breuiarium. S. Crucis. ¶ Vbi ſup. nu. 210.

Breuiariũ pro libito nemo iuſte mutat Sotus. libr. 10. de iuſt. & iure. q. 5. art. 4. de orat. c. 21. nu. 23. Quod ſatis eſt determinatum. c. 19. nu. 211.

Breuiarij defectus excuſat ab horis quando adhibita debita cura non poteſt habere illud ſaltẽ pro illa die, qua non recitat. & per hoc poteſt defendi. Palud. quem carpit Sot. ¶ vbi ſup. ar. 3. c. 21. nu. 13.

## Bulla.

BVlla Pij V. de Cambijs. Man. c. 17. nu. 300. Et quæ per illam nõ ſint licita. nu. 231. uer. cambium.

De confidentia cum 12. annotationib. cap. 23. num. 110. in Manual. verb. Confidentia.

Pro mendicantib. c. 27. nu. vlt.

Affrãcationis. de ſpolijs cler. §. 13. nu. 1. tom. 1. Et ſeptem difficultates cõtra eam inſurgentes.

Renocatoria facultatum ad diſponẽ

A dum illegitimos factarũ. vbi ſup. §. 19.

In fautores Hæreticorum, an extendatur ad adiuuantes. ¶ Conſi. 7. de Hæretic. lib. 5.

Beneficiorum ob hæreſim vacantiũ reſignationes annullans. ¶ Conſil. ſexto. de hære.

De publicæ honeſtatis impedimento. ¶ Conſi. 33. de ſponſ. li. 4.

De cenſib. ¶ Conſi. 1. de emptione. libro 3.

De geſtantibus habitum religionũ, vt intelligenda. ¶ Conſi. ſexto. de regular. libr. 3.

De ſpolijs, quod non tollit vſus beneficiarijs donandi ad pia dum viuunt etiam ad cultum diuinum deſtinata. ¶ Conſi. 4. de dona. lib. 3.

De cenſib. ad arcendas vſuras palliatas. ¶ Conſi. 5. de cenſib. lib. 3.

Bullarum falſarij, & omnium ſcripturarum peccant mor. & qui illas cõficiunt. Illis, qui vtuntur, aut rogant confici toto titul. ff. & C. ad leg. Corn. De falſ. cum obligatione reſtituẽdi. Et ſi Bullæ ſint Papæ excommunicantur, cap. ad falſariorum. de conſalſ. fallit ſi literæ iam non valent, aut euanuerunt.

Bullæ cœnæ diſpoſitio pœnalis nõ eſt extendenda. ¶ Conſ. 54. de ſenten. C excomm. nu. 1. lib. 5.

Fertur in laicos ratione peccati cuius cenſura ad Papam pertinet. ¶ Cõſ. 25. eodem tit.

Omnia contenta in ea ſunt ſpiritualia. Ibidem num. nono.

† Quæ illa ſit, & quæ iterata non multiplicet cenſuras. vide in Manual. c. 27. nu. 52.

Bullæ Romæ publicatæ eos ligant, qui ſciunt eas publicatas fuiſſe. ¶ Cõſi. 1. de conſt. nu. 33. lib. 1.

Qui eas ſupprimunt, & prohibent publicari excommunicantur, niſi prætendunt priuilegium, quod tamen deci ſionem

ſionem papalem requirit. ¶ Ibi.nu.55. A

Bulla Gregor. 13. contra bannitos non videtur includere clericos, quia de illis nullam ſpecialem mentionem facit. Tamen quia verba eius ſunt generalia, videtur generaliter de omnibus intelligenda. ¶ Conſi. 4. ne cle. vel mon.lib.3.

Reductionis litterarum Pij V. pro mendicantibus. ¶ Manu.c.27. nu. vlt.

Bulla prima de reb. eccl. non alien. quos excommunicat, & beneficijs priuat. ¶ Conſi.3.eo.tit.

Bulla contra ſtilum curiæ expedita ad Cancellariam remittenda. ¶ Conſil.1.de homic.nu.5.lib.5.

Bulla quæ primo vſu expirat. ¶ Manual.cap.26.nu.31.

Bullarum plumbatores conuerſi Ciſtercienſes dicti, an ſint verè Regulares. ¶ Conſi.2.de reg.nu.1.& 5.

Vt Religioſi moleſtari nequeunt, & poſſunt ea omnia, quæ clericis, & laicis licet, niſi, &c. ¶ Ibi.

Bullam Cruciatæ habentes lacticinia, vel piſces interpellatis dieb. edere poſſunt. ¶ Conſi. quinto. de obſeruation.ieiun.nu.1.lib.3.

Bullæ indulgentiarum per incuriã quibuſdam in morte non proſunt. ¶ Man.cap.26.nu. 29.

Bullam indulgentiæ accepturum raro pœnitet, & rariſſimi etiam peregrini, prout deberit. ¶ De iubil. Notabil. 19.num. 14.

Bullis in multis ſine vllo fructu, quis decedit 16. quidã vero magno 18.

In malo ſtatu bulla accepta valet quo ad omnes alias facultates potiùs, quàm indulgentiæ acquiſitionem, quæ homini peccato mortali infecto concedi ſolent, vel etiam ad cenſurarum abſolutionem. Proſunt etiam quo ad quãdam indulgentiam in bono ſtatu eam quærunt. nu.19.& 20.

## De Litera C.

### *Cadauer.*

Cadauer transferri ab vno loco ad aliud, quomodo liceat conſulendus eſt Summ.Pontif. vt deroget ſtatuto. ¶ Conſi.7.de regul.

Cadauera damnatorum ad mortem non ſunt neceſſario ad ſepeliendum cõcedenda, quo moueant terrorem in aliquibus locis publicis ſuſpenſa. ¶ Cõſ. 16.de pœn.& remiſ.nu.5.

Ea exempterantes, vel inhumaniter tractantes excommunicantur, non tamen B conſentientes, niſi cooperando, & auctorizando. extrau. benef. de ſepul. ¶ Conſi.54.de ſent.excom.nu.3.

Ea licet à ſepultura, non tamen eccleſiaſtica deportare ad ſcindendum, ſuſpendendum, comburendum iudice id mandante. ¶ Ibi.nu.7.

Ea qui bona fide extrahunt, neque peccant, neque pœnam incurrunt.

### *Cambium.*

Cambium propriè eſt commutatio minoris rei pro alia, & diuiditur in cambium pecuniæ numeratæ, & cambium aliarum rerum, quia mul- C tis de cauſis vna pecunia plus valet vni, quàm alteri, & contra. Atque vt à vulgo vſurpatur cambium eſt omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus, ſiue ſit permutatio, ſiue emptio, ſiue depoſitio, vel quiuis aliorũ.

Cambiorum aliud eſt reale, aliud ſiccum, ſiue fictum, & non verum, & ſic accipitur in extrauag. Pij V. ſed Laurentius dicit illud eſſe, quo campſor prius dat, quàm accipiat, quod & affirmat Silueſt. verb. vſur. quarta.

Reale vero contra eſt, quo campſor prius accipit, quàm det pecuniam. Fiũt aliæ diuiſ. a Caiet. & Soto, ſed ille non

 viden-

videntur vtiles: poſſuntque eſſe ſeptē genera cambiorum. Primum ratione officij mutuandi. Secundum per minutum, quo præſens pecunia pro præſenti commutatur. Tertium, per literas. Quartum per translationem. Quintū ob intereſſe. Sextum pro cuſtodia. Septimum per commutationem pecuniæ præſenti pro præſenti. ¶ Manu. c. 17. nu. 286. Et com. De Cambijs, num. 9.

Cambium pecuniæ pro pecunia vtriuſq; valorem æqualem requirit nu. 281. primum licet, ſed non eſt in vſu. nu. 288. ſecundum licet priuatis, modo fiat pro officio à Rep. in hoc cū moderato lucro inſtituto, & priuatis ratione Cambij vt intereſſe laboris, tedij, impedimenti. Quod etiam Sotus affirmat. Ibid. Tertium eſt iuſtum, & Reip. neceſſarium, quia per illum virtualiter transfertur pecuniæ de vno loco in alium virtute literarum. Poteſt etiam fieri per Nuncium, vel per ipsū Campſorem modo primo ſeruetur æqualitas valoris inter pecuniam datā, & accipiendam. Secundo, quod campſor non accipiat plus iuſta mercede, quæ nec creſcat, neque decreſcat ratione dilationis, vel anticipationis, quia eſſet vſura. Tertiò, quod campſor ſciat, vel iuſte credat, quod perſona cui dat literas habeat pecuniam, vel fidem, & voluntatem ſatisfaciendi literis. Quarto, quod loci inter ſe longe diſtēt alioquin eſſet cambium de tempore ad tēpus, quod non licet, & non de loco ad locum, quod licet. nu. 289. Eſt etiam licitum de ciuitate vnius Regia, ad aliā alterius Regni, attēto iure naturali, & communi, licet hoc prohibeatur per leges humanas quorundam locorum ad tollendas vſuras palliatas, quod ceſſante fraude non ligaret in foro conſcientiæ. c. tua. de ſponſ. ¶ Num. 290.

Quartum cambium per realem tranſlationem licitum eſt per quemcūque contractum etiam innominatum, quærendo pecuniam valentem minoris in aliqua prouincia, quā in alia, eo quod ibi non recipitur, vel eius materia non tanti valet quacunq; etiam cauſa; quia pecunia emi, & vendi poteſt, quicquid dicat Sot. ¶ Nu. 291.

Quintum cambium licitum eſt propter damnum emergens, vel lucrū ceſſans, quod incurrit campſor ceſſando ob id ab alio iuſto cambio. 1. polit. 5. Attamen per vnam extrauagant. ſtatuentem à principio certum intereſſe præfigi poſſit, in cambijs caute procedendum eſt. ¶ Ibi. nu. 292.

Sextum cambium licitum eſt. Et eſt Banchariorū à Rep. cōſtitutorum ob cuſtodiam pecuniæ apud eos depoſitatas, parati ad reddendum quotieſcunque depoſitores illam repetierint. Ideo per hoc debent habere iuſtā mercedē.

Quod etiam auctoritate priuata fieri poteſt, & eſt in effectu contractus locationis ex parte campſoris. Depoſitio autem pecuniæ poteſt fieri, & enumeratione, & traditione chirographorum, acceptatorum ab eis pro pecunia numerata. Ita & redditio fit: nullaque certa merces iure communi ipſis campſoribus videtur conſtituta, ideo ceſſante conuentione, boni viri arbitrio penſatis penſandis cenſenda eſt. Vbi ſi adeſt cōuentio, quicquid accipitur vſura eſt, quia depoſitata pecunia videtur mutuata. ¶ 293.

Septimum cambium fit per quemcunque contractum nominatum, ſiue innominatum licitum eſt, quia vt eſt apud S. Thom. pecunia etiam quatenus pecunia commutari poteſt, & ex eius commutatione negotiando lucrū quæri, quia vna moneta poteſt multis de cauſis pluris valere, vel minoris, q̄ alia. Qđ vide ver. pecunia. Ibi. nu. 294.

Cam-

Cambia vſitata pecuniæ minoris ꝓ A maiori ſi reducantur ad genus tertiũ, & ſi licita ſint duobus concurrentib. primum vt accipiam maius auctariũ, eo quod plus temporis interiacet inter dationem, & ſolutionem, niſi ratione veri intereſſe. Deinde, quod pecunia, quæ datur alibi ſoluenda ſit deſtinata mercaturæ, vel rebus frugiferis emendis ita, vt ratio principalis, quare ceſſatur ab illis ſit illius datio ad cambiũ, attamen debent in illa ſeruari, quæ ſupra in illis diximus eſſe ſeruanda.

Similiter ſi cambia vſitata reducantur ad ſeptimum genus licita poſſunt eſſe ſeruatis in illo ſeruandis, & præter illa etiam videndum eſt an pecunia B eadem in eodem loco diſtanti valeat pluris, quàm in præſenti, & collato illi pluri cum minori reducatur ad æqualitatem.

Aduertendum etiam, ꝙ ad iuſtificationem huiuſmodi cambij oportet, ꝙ accipiens pecuniam præſentem, & vẽdens, vel commutans per illam abſentẽ habeat illam in loco ſolutionis ſaltem virtualiter, & ſub credito, ita vt ſciat, vel certe probabiliter credat, ꝙ tradet eam is ad quem deſtinantur literæ. Requiritur etiam, vt vere velit abſentem emere, vel cũ illa commutare alioquin C eſſet ficta emptio. Et ſi notabiliter emit minoris, quàm communi æſtimatione propter illam abſentiam etiam detracto, quo minoris valeat propter abſentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem nu. 297.

† Ex his ibi dictis ſoluit Auctor omnes ſibi propoſitas difficultates, & in conſ. 1. de vſu. lib. 3. tractat, ꝙ cambiũ de vno ad eundem locum cũ auctario eſt illicitum. nu. 1. quod factum per literas quatuor concurrentibus valet. nu. 6. ꝙ cambium fictum, vel vltra primas nundinas, vel via depoſiti Bulla Pij V. damnatur. nu. 8. Quod campſores poſſunt creditores, & debitores fieri diuerſo reſpectu. nu. 10. Quod cambium per minutum ciuiliter eſt licitũ. conſ. 8. de emp. & vendit. lib. 3. num. 1. Quod campſores, & alij mercatorum famuli ſi non obſint, eorũ pecunijs vti poſſunt. nu. 4. Qui cambiorum materiam diffuſe deſiderat, videat prædictum. Com. de camb. tom. 4. opuſ.

## Canon.

† PRæſupponit Auctor, ꝙ hoc verbum canon græcum eſt idem ſignificans, quod regula vnde canonicus. i. regularis. de quo infra ſuis locis.

Canon Miſſæ incipit poſt Sanctus, à te igitur clementis. Fel. c. à vobis. de except. & magna pars illius dicitur antequàm perueniatur ad verba conſecratoria. Qui vbi eſt inceptus etiam ex ingreſſu excommunicati eſt finiẽdus. Conc. Vien. clemen. grauis. de ſen. excomm. & gloſ. ibi. Sed intellige vbi eſt iam peruentum ad conſecrationem, qđ etiam Arch. & vterque Card. in c. ſicut Apoſtoli. 2. q. 3. aſſerunt. Et confirmatur ex eo, quod Innoc. in c. nuper. de ſen. excom. ex quo deſumpta fuit hæc limitatio, non loquitur de illo, qui canonem incepit, ſed qui communionem inchoauit. ¶ De orat. c. 16. nu. 60. to. 2.

Canones de iuriſdictione ordinaria diſponentes omnem ordinariam includunt quocunque iure iuſto quæſitam, quia illa eſt propriè ordinaria. Ver. iuriſdictio. ¶ Conſ. 2. de foro competen. num. 1. lib. 2.

Canones noui recepti, & non abrogati neceſſario obſeruandi ſunt. ¶ Cõſ. 1. de conſt. nu. 42. lib. 1.

Canon generaliter conceptus, generaliter eſt intelligendus. c. ſi Romanæ. d. 19. & l. de precio. ff. de pub. in rem actio. Etiam ſi maior ratio ſuadeat, vt

includat magis vnam ſpeciem, quàm aliam, l. 1. §. quod vnum. ff. de aleę luſu, & aleat. ¶ Com. c. in loco benedictionis 5. quæſt. 4. de ſilen. in diu. off. num. 3. tom. 1. A

Canon qui non eſt odioſus ob ſimilitudinem rationis de vno caſu ad aliú extenditur. l. non poſſunt. ff. de leg. & ca. dudum. de elect. Ibid.

Canon etiam correctorius, & exorbitans à iure regulari extenditur ad alium caſum, ad quem ratio in ea expreſſa extenditur. l. 2. ſoli. & ibi Bal. C. de reuoc. don. ſaltem quando illa continet cauſam finalem. ¶ Ibi. nu. 4.

Canones pœnitentiales eſſe multos omnes præſupponunt, qui taxant pœnitentias imponendas, quibuſdam criminibus. At. Hoſt. in ſumm. ti. de pęn. & remiſ. §. quę pœna eos colligit vt ſint. 47. ¶ Com. c. quem pœnitet. de pœn. d. 5. num. 3. B

Neceſſario diſcendi ſunt à confeſſoribus cap. quę ipſis. diſtinct. 38. ¶ Cap. falſa. de pœnit. diſt. 5. nu. 3.

Non quod oporteat ſecundum illos imponere pœnitentias in foro conſciétiæ, ſed quia illis doceri poſſunt, quæ pœnitentiæ qualitas cui peccato magis conueniat. nu. 18.

Poteſt enim confeſſarius pœnam in illis taxatas diminuere cum pœnitentiæ maioris fori ſint arbitrariæ. c. menſuram. diſt. 1. eo. tit. ¶ Com. d. c. quem pœnitet. nu. 7. C

Inter canones non abrogatos nulla eſt contrarietas, iuxta procemium Gregorian. non ſunt tamen accipiendi, vt ſacra ſcriptura quicquid legatur in capit. in canonicis. diſtinct. 19. quoniam fragmentum illud deſumpſit Gratianus apud Auguſtinum de Doctr. Chriſtiana. lib. 1. cap. 8. ¶ Releċt. c. nouit. de iud. not. 3. nu. 44. to. 3.

Canones, & Doctorum ſententias appellare errores Canoniſtarum temerarium eſt, & Lutheri doctrina. ¶ Cô de plural. benef. nu. 8.

Canones, & leges non deberent cótinere ſuperflua, §. Quibus. l. 1. C. de nouo Cod. faciem. ¶ Com. cap. Periculoſe de pœnit. diſt. 1. nu. 3.

## Canonicus.

Canonicorum genus duplex eſt, alterum quidem ſęcularium, qui ſimul viuunt ex eccleſiæ patrimonio, & habét, ſeu poſſunt habere patrimonialia bona ſeparata. De quib. c. quidam. de vit. & hone. cler.

Alterum regularium, qui ſeparata patrimonia habere non poſſunt. Primi appellantur ſimpliciter canonici, quaſi vno modo. Secundò regulares, quaſi duplici modo, & obligatione vitæ canonicali aſtricti. ¶ Com. 1. de regul. num. 4.

Canonicus ſimplex per ſimoniam prouiſus ignorante ſe, & denuo creatus debet vltimum locum obtinere, quia canonicatus vere vacabat. ¶ Côſ. 61. de ſim. nu. 4. Suum beneficium eſt ſimplex, ideo non eſt in dignitate côſtitutus. c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. ¶ Ibi. nu. 6. & côſ. 45. de præben. lib. 3.

Abſens ob neceſſitatem eccleſiæ céſetur reſidere, valetque conſuetudo, ꝙ habeat diſtributiones quotidianas. c. cum non deceat. de elect. lib. 6. Arch. côiter recep. in c. 1. de cle. non reſid. lib. 6. Inſeruiendo ſuo prælato fructus ſui canonicatus, non aút diſtributiones percipere poteſt. c. ad audientiam. de cle. non reſi. Panor. c. de cætero. eo. tit. neque illi conſuetudo poteſt prodeſſe. cap. 1. de cle. non reſid. lib. 6. Neque remiſſio collegatum ſaltem præcedens amiſſionem ſufficit. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.

Extra chorum horas recitantes nó ſa-

ſatisfaciunt. c. Ioannes. de teſtam. l. ſi A
quis ad declinãdum. C. de epiſ. & cle. gl. celebr. ca. ſi pater. de teſta. li. 6. Tenentur omnes in choro pſallere, & recitare collegialiter. c. 1. de celeb. miſſ. Concil. Colon. titu. de Metrop. eccl. c. 1. Conc. Trid. ubi ſupra. ¶ Conſi. 14. de celeb. miſſ. lib. 3.

Canonicorum de ſuperfluo maior pars in neceſſitate eccleſiæ debent cẽſurari. Innoc. cap. fi. de his quæ fiunt à maior. par. cap. ¶ De redi. eccl. Mon. 50. num. 8. & Mon. 61. num. 1.

Canonicus neſciens cantum, etiam diebus deputatis, cappam ſumere non debet. ¶ De orat. c. 18. nu. 90. B

Canonici regulares non ſibi ſumpſerũt hoc nomẽ, ſed œcumena Cõc. & Pont. Max. ſic eos appellarunt cap. mãdamus. 19. quæſt. 3. & in Rubr. de ſtatu monachor. & multis locis ſacrorum canonum, id eſt, manifeſtũ. Quare nullum eſt vitium battalogiæ ſiue ſuperfluę repetitionis in nomine, neque vlla arrogantia in profeſſione, neque vlla ignorantia græci ſermonis, vt Ludouic. Viues ſuper cap. 15. lib. 3. de ciuita. Dei eos videtur annotare. Quod in cauſa fuiſſe obiecta monſtrat Couaruu. in clem. 1. de homi. 1. part. & poſt illum Ioann. de Nigraualłæ. C
Auguſt. Ticin. Ioan. Trul. lib. 1. c. 7. de or. can. Reg. ¶ Com. 1. de reg. 1. 2. 3. 4.

Ordo illorum multum differt ab ordine monachorum, & quia laxior, & quia celſior eſt c. quod Dei timorẽ. de ſtatu monach. c. mãdamus. 19. q. 3. ¶ Com. 4. de reg. nu. 1. Quare canonici regulares præcedunt monachos benedictinos, quãdo conuentualiter, & capitulariter concurrunt cum illis, capitulariter, & collegialiter concurrentes ex Bulla Pii 4. relata d. com. 4. de reg. num. 1. ¶ Conſil. 1. de maio. & obed. num. 13.

Illis etiam ineſt per ſe clericatus, monachis autem per accidens cap. clericatus, 16. q. 1. Thom. 2. 2. q. 89. Quare neque veniunt appellatione Monachorum. dicti ¶ Com. 4. de Regular.

Non poſſunt tranſire ad ordinem Monachorum. c. mandamus. 19. q. 3. quia illorũ ſtatus eſt altior, licet iſtorum ſit ſtrictior. quia ſimiliter eorum finis miniſtratio eſt contemplatio publica. Tho. vbi ſup. qui finis prius, & magis conſideratur, quàm arctitudo. ¶ Ibi. nu. 3. & 4.

Poſſunt hodie tranſire ad Monachos, qui eadem miniſteria tractant, quæ ipſi canonici tractant. Thom. & Card. Turrecrema. id aſſerentib. ¶ Ibidem nu. 2.

Illorũ regula videtur laxiſſima omnium. iux. c. quod Dei timorẽ. De ſtatu monac. Com. 3. de reg. nu. 22. Quatenus tales ipſi ſunt clerici, monachi vero non, & ideo eorum reg. eſt reg. clericorum, vt videre eſt apud Auguſtinum relatum à Gratiano. capit. quãdo. diſt. 86. & ita definiuit Pius 4. in Bulla, ſuper præcedentia eorum. ¶ Cõ. 3. nu. Illis non vetatur vſus carnium, qui Monachis prohibetur.

Canonicus regularis beneficiũ ſæculare habere non poteſt de iure cõi abſque ſedis Apoſt. diſpenſatione. c. vt poſſeſſiones. de reb. eccl. nõ alienã. c. cũ de beneficio. de præb. li. 6. Conc. Trid. c. 10. de refor. ſeſ. 14. Cald. & Panor. communiter recepti in c. quod Dei. de ſtatu monac. ¶ Conſi. 9. de prę ben. nu. 1. & 5. li. 3.

Nequit eſſet patrinus, quia idẽ de illis eſt dicẽdum, ac de monachis. iux. ca. non liceat. diſ. 4. c. 2. de poſtul. & per ibi notata à Panorm. communiter recepto. ¶ Conſi. 6. de ſtatu monach. libr. 3.

Canonici regulares poſſunt habere

priuatas domos, ſeu domunculas ext. claustra in quib. accedant cognati, & alij ad uiſendum.¶ Vide de his Com. 3.de reg.nu.35.

Non incurrunt excommunicationem.clem. ne in agro.§. quia vero. de ſtatu mon.habétes arma iter clauſtra. gl.3.recepta.¶ Ibi.Manu.c.77.n.139.

Non poſſunt cogi tranſire de vno monaſterio ad aliud euiſdē Prouinciȩ ſecundum ordinem Conc. Trid. cap. 8.de regul. ſeſſ.25.iuxta formā Conc. generalis. c.1.de ſtatu monac.c.in ſingulis. quia diſpoſitio eiuſdem cap.nō ſe extēdit ad hoc. ¶ Com.4.num.22.

Idq; intelligitur de illis, qui non faciunt vnum corpus, neque habent vnū generalē, qui ſit caput illius. Sed ſingula eorum monaſteria ſubsūt epiſcopis,vel ēt Papæ immediatè. Secus autem ſi ſunt vnum corpus. prioris generis ſunt omnes regulares Caſtellæ Nauarræ,Arragonæ, Poſterioris regulares Italiȩ,& bona pars luſitaniȩ.Ib.

Horum officiū prȩſtat officio curatorum, quia pertinet ad uitā contēplatiuā.¶ Conſi.5.de cle.nō reſi.n.5.li.3.

## *Cantare.*

CAntare debēt primiores in choro, quia prȩſtantia dignitatis non excuſat à cātu,immo magis obligat.Conc. Baſi.ſeſ.21. & nobilitas parū hēt momēti ab excuſādo quempiā ab his exercitijs ſpiritualib. & multa iura id inſinuant.c.nos qui.d.40.& c. vtiliſſimus.1.q.1.¶de orat. c.2.n.41.

Cantare alternatim in choro inſtituit Damaſus Summ. Pontifex.Verb. Damaſ.

Cantando non canunt,neq; recitāt coram Deo,immo peccant,qui in principio habentes propoſitū occupādi ſe in horis:poſtea illū mutant.Palu.4.d. 15.q.5. Adria. quol. 8. Caiet. Verb. Hora.§.3.Maior.4. diſ. 12.¶De orat. c.14.nu.10.

Cantando, qui cerimonias nephàrias faciunt, ita vt aliorum mentes diſtrahāt peccant. Cap.16.nu.25.

Cantantes ita male, vt riſum moueant notabiliter,perturbationem, & faſtidiū alijs ingerētes peccāt, nu.30.

Quare tenentur diſcere cantum, prout expedit ſuo officio, neque illos excuſat iuuenilis, uel ſenilis ætas, quia nulla ætas ſera eſt ad diſcendum. l.apud Iulianum.ff.de fideicō.¶ Ibid.

Cantantes contrapunctum, & neſcientes vt vocis ſuauitatē oſtentent. puocantes riſum, &c.peccant.¶ Ibi. nu.31.Debent.n.eſſe modeſti,deuoti, bene cōpoſiti,nu.41.Debēt ſemper attendere ad illud Apoſt.Hebr.2.relatū in c.cātantes.d.92. Cantantes,& pſallentes in cordibus ueſtris Domino. ¶ Ca.18.nume.3.

Cantare prophana, & benediceres commatis diuinis malū eſt.Conc. Baſil.ſeſs.21. neque excuſat intentio pia celebrandi feſti, licet id peccatum extenuet. Cai.2.2.q.91.ar.1.¶ De orat. c.16.nu.42.

Cantantes multa peccata committūt ob multos defectus, quos habent intentionis,modi,geſtus,nu.36.

## *Cantus.*

CAntus, vt ſit licitus in diuinis officijs duo ſunt neceſſaria,alterum ne fiat ob delectationem aliorum uel ſui.Alterū, vt adſit opinio, ꝙ magis officium ſic Deo placeat. vt recte probauit Caieta.2.2.q.91.ar.1.poteſt tamē ſequi delectatio ſecūdario.¶ De orat.cap. 16.nume.34. & cap.īter verba num.280.

Si fiat cum contrapuncto non eſt illicitus,nec prohibitus, vt dicitur in extrauag. 1. Io. 22. Si fiat ſicuti fit in ea-

capella Papæ. Et hoc magis licet, quã graue, nume. 45. Permiſſus, & inſtitutus fuit ad augendam, & excitandam deuotionem propriam, vel alienam, vt patet in d. extraua. de uit. & honeſt. Thom. 2.2.q.91.ar.2. Et quia cantus organicus cum generaliter impediat ne verba audiantur, & conſequenter deuotioné tollit, ideo abuſus illorum tollendus eſt, l. legitima inutiliter. ff. de adimen. capitul. ad noſtram. de appellatio. ¶ Ibid. num. 32. Ideo talis cãtus organicus fuit vetitus p lo. 22.

Non debet quidem præferri cantus concioni. nu. 39. male tamé ab hæreticis noſtri temporis fuit ſublatus ob defectus eorũ, qui in illo peccant, quia multi ſunt, qui legitime eo vtũtur, & deuotioné prouocant. ¶ Ibi. nu. 40.

Cantus eſt prouocatio ad magis, & melius orationi attendẽdum, vt patet Matr. 16. & ĩ dicta extrauag. Auguſt. lib. 9. confeſſ. Thom. vbi ſupra. Vuald. libr. de ſacramen. ca. 17. quia vt ait Auguſtinus affectus noſtri magis mouentur varietate uocum, & cantuum, quàm veriformitate. ¶ De orat. cap. 17. num. 30.

Cantuum diuerſitas laudabilis eſt, quia fouet, & renouat attentionem, ſicut cibaria diuerſa, eccitant appetitum. Quare vt officium dicatur diuerſiua voce ordinarunt Ambr. & Greg. Rational. li. 5. Io. Caſſ. lib. 3. de inſt. cœnob. c. 1. Ibi. nu. 43.

## Capellania.

CApellania collatiua obligat ad recitandum, quia eſt beneficiũ eccleſiaſticum. Eſt autem talis illa, q̃ auctoritate Apoſtolica, aut ordinarij inſtituta eſt, vt ſit ius ſpirituale, conſequenter eſt perpetua in ſe ſaltẽ ad habentem, nec refert, an dari debeat per meram collationem, electionem, con-

A firmationem, præſentationem, an inſtitutionem iux. Cald. cap. fin. de iur. patr. Tales autem non ſunt inſtitutæ à ſolis teſtatoribus citra auctoritatem Papalem, aut Epiſcopalem. Et ideo nõ obligant ad horas ſuos poſſeſſores. ¶ De orat. c. 20. num. 17. conſ. 5. de pb. nu. 1. præſertim ſi eius Capellanus eſt ad nutum amouibilis.

Capellaniæ, ſeu altaria duo ſub vno tecto non ſunt beneficia incompatibilia, quia vnum non ſufficit ad ſuſtentationem capellani, & quia ſũt difformia, licet ſimili nomine appellentur. ¶ Conſ. 35. de præb.

B Capellaniam beneficio curato vnire poteſt epiſcopus. c. ſicut vnire. de cõceſ. præbend. Conc. Tri. c. 8. de reform. Seſſ. 21. ¶ Conſ. 37. eo. titu.

Capellania perpetua poteſt reddi ab epiſcopo temporalis de conſenſu patroni. ¶ Conſi. 6. de offi. iud. ord.

## Capellanus.

CApellanus putans ſe teneri obligatum ad quotidie celebrandũ non propterea tenetur id facere, quia ad id non cogit teſtator, & licet ille diſponeret non teneretur. c. ſignificatum. de præb. ¶ Conſ. 7. de præb. nu. 3.

C Capellanus tritemium ſi aliàs exẽptus non eſt viſitari poteſt ab epiſcopo, qui poteſt de illo cognoſcere, ac de alijs curatoribus ſeruando vnicuique ſua priuilegia. ¶ Conſ. 1. de offic. vic. & c. fin. de foro compet. c. 1. de priuil.

Capellanus in eccleſia Conquilini cenſi nemo poteſt eſſe, & Theſſauriarius, aut ſuccenſor ſimul. ¶ De orat. cap. 18. nu. 95.

## Capitulum.

CApitulum aliud eſt ab his, qui de Capitulo ſunt. c. eam te. de reſcript. vbi id late Fel. exornat. ¶ Cõſil.

ſit.49. de præbend. conſil. 7. de offic. ind.ord.

Non mutatur propter mutationem ſingulorum de illo. ¶ Conſil. 1. de Deci.lib.5.

Sede vacante de Vicariatu paciſcẽs ſimoniam committit, licet non incurrat excommunicat. quia Vicariatus non eſt beneficium, neque ordo. Eſt tamen res ſpiritualis.cap.1.& 2. Ne prę lati vices ſuas,&c.¶Conſi.2.eod titu.

Capitulum ſede vacante, an inſtituere poſſit præbendam pœnitentialem eſt multum dubium, & pro diuerſitate reſpondentium augetur difficultas. ¶ Conſi.70.de præb.

Conferre poteſt tantum beneficia ad ſui,& epiſcopi collationem ſpectãtia.¶Ibidem.

Succedit epiſcopo in his, quę ſunt iuriſdictionis voluntariæ ſecundum Panor.cap.cum olim.de maio. cui accedit Franc.Paui.in tract.de off. c.ſede vacan.c.7.1.par.& melius c.1.7.p. Feder.Senenſ.conſ.40.Exceptuari debent caſus expreſſi, vt reſolutio Paui. in dict. tractat.cap.2.conſi.31.de tẽp. ordin.num.2.

Olim abſolute dimiſſorias dabat. cap.cum nullus,§.epiſcopi.lib.6. Nũc obſtat Concilium Tridentinum ſeſ. 7.c.10.de refor.Ibi.nu.1.

Capitulum in quod conueniũt omnes fructus canonicatus conſiſtentes in diſtributionibus,& groſſa, tenetur ſoluere penſionem alicui ſuper eiſdẽ renouatam, iuxta ſententiam quorundam grauiſſimorum doctorum. Sed forte contrarium eſt verius ob quaſdam rationes.¶ Conſ.68.de præb.

Non quærit diſtributiones intereſſentium, ſed ſinguli de capitulo pro numero eorum de cler.non reſid. li.6.

Nec tenetur ſoluere penſionem conſtitutam alicui ſuper fructibus, & diA ſtributionibus alicuius Canonici ſi ille poſſidet illos,& non inſeruit, neq; illo mortuo, vel non poſſidenti. argument.à ſimili, vel eadem ratione.cap. dudum.el ſecundo.de electio.

Vocem communicare non poteſt illam non habentibus aliquo diſcrepãte.gl.communiter recep. c. quia propter.de ele.¶ Conſ.1.de conſuetud.

Cum illegitimis diſpenſare poteſt ſede vacante, quia hoc iuriſdictionis eſt ordinariæ. ¶ Conſ.19.de præb.

Capitulum Cathedralis eccleſiæ, vt tale Abbatem vnius Monaſterij p̃cedit. ¶ Conſi.4.de Maior.nu.4 li.1.

B Et ſi literas dimiſſorias ſede vacante ex Conc.Trid.dare non poſſit, attamen ſi teſtimonium idoneitatis dat, non ſuſpenditur.¶ Conſil.19. de tẽp. or.lib.1.

Capitulum collegiatæ eccleſię primus prælatus dicitur,& iuriſdictionẽ habet Panor. in c. cum ab eccleſiarũ. de of.ord.facit c.ſtatutum. de elec. li. 6.¶Conſ.4.de maior.& obe. nu.3.

Capitulum, & ſinguli de illo fiunt ciues ciuitatis, ubi eſt eccleſia.Bar.cõiter recep.l.1.ad municip.¶Conſ.1. de conſecr.eccle.nu.3. lib.3.

C

## Cappa.

Cappam non ſumat canonicus ignorans cantum etiam diebus ſibi deputatis. ¶ De orat.c.18.nu.90.

Cappam non ſumunt dignitatem habentes præterquam in Miſſis, qui dieb.Iouis in honores S. Mariæ celebrantur.Ibi. nu.91. loquitur de Can. Conimbricenſis eccleſiæ.

## Carcer.

Carcere detentus etiam iuſte poteſt fugere, licet inde aliquod damnum per accidens cuſtodibus euẽturum ſit, modo eis non inferatur uis,

etiam

etiam rumpendo vincula limando, & c.Caietan. 2.2.q.69. art.4. ad 1.2. 3.& 4.

Fallit quando reus ad carcerem eſt iuſte damnatus, quare ſi aufugit tenetur redire, quod D.Thom. & cõis affirmat. Secundò fallit in religioſo à ſuo prælato in carcerem ſui monaſterij coniecto, quia non poteſt iure fugere etiam ante condemnationem ex eo, quia non poteſt exire à monaſterio ſine iuſta licentia, & tenetur manere in ea parte in qua prælatus iuſte præciperet eum manere, arg. c.quorũdam,& c.ſi religioſus.de elect.lib.6.Secus eſt, quãdo iniuſte eſt damnatus quilibet, vel iuſte quidem, ſed iniuſte tractatur,dum cuſtos ſubtrahit illi,quæ neceſſaria ſunt. ¶Com.4.de reg. nu.64.

Carceri non facile emãcipandi sũt omnes, & præſertim honorati, & de fuga non ſuſpecti,donec iuſtam informationem iudices de homine habeãt. ¶Com.in Rub.de iudic.num.83.to.3.

Carcere detento debentur diſtributiones quotidianæ, quia caret culpa de non intereſſendo diuinis,cum ſit factus impotens, & nemo obligatur ad impoſſibile.Regul.nemo. de reg.iu.li. 6. Et eſt conſtitutus in neceſſitate corporali, vt à diuinis abſit, Et vis illata excuſat, quem à faciendo illud, quod alioquin facere teneretur.c.quoniam. 28.diſt.conſi. 9.de cler. non reſid.nu. 3.Caſus eſt de illo, qui erat ſuſpectus de crimine,ſed ſe purgauit,& fuit abſolutus † maior difficultas eſt de illo, qui iuſte in carcerem coniectus eſt,atque damnatus, de quo nihil Author meminit.

## Cardinalis.

CArdinalis legatus. Verb. Legatus. Cardinalis non eſt inhabilis ad beneficia ſaltem ſimplicia. Pa- A norm.ca.eccleſia noſtra.nu.2.de elec. conſil.3.de conceſſ. præben.

Non ligantur aliqua pœna vniuerſaliter omnibus impoſita, niſi expreſſe includantur. Ioan. Monach. in gl.extrau.Bonifac.8.quem Ioan.And, & Fran.ſequuntur. ¶Com.de datis & promiſ.

Non ligantur per Regul. Cancell, odioſam. Ancha.conſi. 296.quem ſequuntur Felin.cap. in eis. de hæret.& Gomeſ. qui alios citat in Regul. de idiomate.q.3.& in procem.q.4.¶Ibid.

Ligantur per prohibitionem eorũ, quæ naturaliter mala ſunt, quia hæc B etiam Papam ligant. cap. ſunt quidã. 25.q.1. omnia enim ſubijciuntur legi naturæ.Thom.2.2.q.92.ar.fin.¶Ibid.

Cardinales ligantur per illos canones generales. c. In nomine Domini. 23.diſ.c.ſi quis pecunia.79.d.c.ſi quis ſuadente. 17. q. 4.c. omnis vtriuſque. de pœ. & remiſ. in quibus tamen non exprimuntur ipſi.¶Ibi.

Comprehenduntur ſub lege generali Papæ fauorabili, & pœnali prohibente illa, quæ de ſe ſunt mala,qualia ſunt,quæ continentur canon.ſupradictis, licet ſub regul.odioſis, Cancell. diſponentib. de his, quæ per ſe nõ sũt C mala minime comprehẽdantur ex ſtylo, & conſuetudine Curiæ potiùs, q̃ iure. Gomeſ.in procem.Reg.q.4.Et ſecundum Panorm. in ca. eccleſia. el 2. de elect.comprehenduntur ſub illa generali lege cap. de multa. de præben. Et ratio eſt, quia extraua.execrabilis. eod.ti.eos eximit, per quod ſignificatur alias comprehenſum iri.

Ad cognoſcendum igitur quando includantur,aut non in aliqua lege pœnali, attendenda eſt doctrina ipſius legis, & præcipue an,quæ prohibentur ſint ex ſe prohibita, an vero non; an eximantur,vel non eximantur.† Vide

Com.

Com. ſuper Bulla Greg. 13. de datis & promiſ. nu. 10. per tot. to. 3.

Cardinales ſunt clerici, & ita ſimpliciter appellãtur. ca. Conſtantinus. diſt. 96. Ibid. Et præcipue, quia Cardinalatus eſt beneficium eccleſiaſticũ. deffinitio enim beneficij illi cõuenit, quod & apparet per cap. 2. de cle. non reſid. & gl. ¶ Ibid. & clarius exprimit Panorm. c. bona el 2. de poſtul. præl. & in c. eccleſia veſtra. de elect. Et expreſſe determinant Modern. in tract. de benef. p. 1. q. 2. ¶ Tract. de red. eccl. q. 1. No. 39.

Sunt patricij ſcripti in diademate principis, & pars corporis eius. ¶ Cõ. de dat. & promiſ. nu. 10. to. 3.

Illis creditur, quo ad ſibi commiſſa per Papam. cap. Nobiliſſimus. diſt. 97. Bal. l. iuſiurando. C. de teſtib. relatus à Fel. c. ſicut. de ſent. excomm. ¶ Conſi. 11. de teſtam. lib. 3.

Etiam in præiudicium tertij tribus concurrentibus, quòd teſtetur de cõmiſſis à Papa, quòd ſint ſolita concedi, quòd non vergat directe in præiudicium aliorum, ſed tantum mediate, & conſequenter. ¶ Ibi.

## *Caro.*

Carnis vitio diu, qui dediti ſunt, difficile reſurgunt, non tamen id impoſſibile eſt, vt illorum quidam opinantur. ¶ Com. de Iubil. Not. 17. num. 13.

Carnibus humanis, vel oſſibus in extrema neceſſitate veſci, vel an illis Medici vti poſſint in medicaminibus maximã eſt difficultas, cum certum ſit nunquam licere occidere ad comedendum etiam data extrema neceſſitate. Quare id Pontificis ſummi declaratione, ac diſpenſatione indiget. ¶ Conſil. 2. de ſortileg. per totũ. lib. 5.

Carnium vſus, nullo caſu permittitur apud Carthuſianos. ¶ Conſi. 10. de Regular. num. 2.

A

## *Carthuſianus.*

Carthuſiam ingredi, & profiteri omnibus regularibus licet extrauagan. viam. de regul. Quod Carthuſianus poſſit tranſire ad alios, non eſt tex. qui id ꝓbet licet Silueſt. verb. Religio. 4. q. 6. affirmet fuiſſe determinatum Pariſijs poſſe illos tranſire ad prædicatores ſeruantes ad vnguem regulam ſuam. ¶ Conſi. 68. de Regul. nu. 2. libro 3.

B

Carthuſiana Religio ſtrictior eſt omnibus alijs, quia nullo caſu permittitur vſus carnium, maximum onus eſt eius ſilentium. Et ferè intolerabile, quare Baptiſta Mantuanus æterna illa ſilentia appellat, & cum homo animal ſit natura ſociabile, illi contra naturam fiunt inſociabiles. Eorumque clauſura eſt carcer perpetuus. ¶ Conſi. 10. de Regul. num. 2.

Carthuſiani debent ſuperflua communitati reſtituere. ¶ Conſi. 71. eodẽ tit. num. 6. Remiſſione prælati à reuelandis appropriatis non excuſantur, quia ad id ſtatutum eos ligat. Ibid. num. 32.

C

Abſoluti per Bullam cruciatæ remanent obligati ad reuelandum Priori, quia abſolutio non tollit illam obligationem, num. 35. Intra clauſtra degentes relinquata diſpẽſare nequeũt, niſi de licentia prælati, num. 47. Vicario Prioris denuntiata amplius denũciare non tenentur. c. relatio. 21. q. 1. ¶ Num. 63.

Carthuſiani Priores non excommunicant, ſed denuntiant proprietarios. vbi ſupra, num. 22.

Carthuſiani Priores perpetui ſunt ea lege, vt nihil ſine conſenſu capituli, vel conuentus, aut alicuius ex conſiliarijs,

ſiliarijs, ſeu ſociorum, aut definitorũ in id à conuentu electorum impendãt vltra duos, aut quinque aureos menſtruos, iuxta Monaſt. opulentiam, vel indigentiam in eleemoſinam. ¶ Com. 3. de Regul. num. 4.

De eorum ſtatuto. ver. Statutum.

† De his omnibus vide Com. 4. de regul. num. 31.

## *Caſtitas.*

CAſtitas eſt baltheus Sacerdotũ, ſine qua neque Sanctus eſſe poteſt, cum debeat, neque vllus præterea Deum videre. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. B Hanc enim intellexit Apoſtolus. Heb. 2. per ſanctimoniam ſecundũ S. Tho. Ibidem, & D. Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. relatus in ca. hęc ſolum. 35. q. 5. & Authen. Quomodo oporteat Epiſcopos. §. Nihil. col. 3. Nihil ſic in ſacris ordinibus, quam cum caſtitate viuentes, c. nuptiæ. 32. q. 1. Nuptiæ terram replent, virginitas Paradiſum. Et Authen. de lenonibus. §. ſancimus. Caſtitas ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſentare, idque ita eſt intelligendum, quòd caſtitas legitime ob Deum ſeruata eſt tantæ potentiæ, quòd nulli, vel rari ſunt, vel erunt, quibus eam habentibus nõ inſint aliæ virtutes ad ſaluté neceſſariæ. C

Eſt multum difficilis ad ſeruandũ cõiugatis maxime abſentibus ab vxoribus, quia concupiſcentiam libidinis plurimum auget experientia, & frequentia. Ioã. Caſſian. lib. 10. de Inſtit. monach. Thom. 2. 2. q. 35. art. 4. Eſt tamen neceſſaria, & cœlitibus, & coniugatis adeo, vt ob illius incuriam, atque carentiam totus mundus periclitatur. ¶ Com. c. qui ſanctus. de pœ. d. 1. per totum. to. 1.

Caſtitas virginalis ſeruari melius A poteſt, quàm vidualis, & hæc magis, quàm cõiugalis abſente diu coniuge. ¶ Manual. c. 23. num. 113. tom. 2.

Caſtitatem parit abſtinentia, & ſobrietas, cap. fi. de iniur. & facultas relinquendi ſibi de inſumendis. ¶ Conſ. 3. de regular. num. 30. ¶ Et Manual. c. 17. num. 195.

Caſtitatem tenetur ſeruare ille, qui dicit: Seruiam tibi Domine intelligendo de continentia. ¶ Conſil. 8. de voto, num. 2.

Caſtitatem ſeruare non cogitur, qui illam non nouit. ¶ Conſi. 64. de Regular. num. 6.

Qui illam habet multas Deo gratias reddere debet, & rogare pro perſeuerantia. ¶ De orat. c. 19. nu. 6. to. 2.

## *Caſus.*

CAſus nocet ſi culpa in eum directa præcedit, aliàs non. Pet. Ancha. in gl. pe. c. fi. de hom. facit c. 1. de commod. & c. fi. de depoſ. ¶ De hom. caſual. num. 17.

Caſus exceptus à regula rationem particularem habere debet. gloſſ. recept. cap. ſicut vrgeri. 1. q. 1. & l. filium. C. fam. erciſ. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. num. 658.

Caſus omnes inquiſitionis reducũtur ad vnum fere, videlicet directe, vel indirecte, ad delicti notorietatem. ¶ Ibid. nu. 664.

Caſus omnes, in quibus proceditur ſine accuſatore rediguntur quaſi ad vnum, nimirum quando punitio ordinatur ad impedienda mala ventura. ¶ 829.

Caſus propriè videtur deſcendere à cado, & ſignificare ruinam, iux. illud Curtij: caſu Rhedæ inopinato oppreſſus. Per trãſlationem autem ſignificat, primo miſeriam per quã quis cadit à ſtatu fęliciori Virg. Aeneid. 1.

Sed

ſed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Secundo euentum per quem quis cadit à regula prudentiæ. Tertiò, peccatum per quod quis cadit à rectitudine virtutis. ¶ Man.c.27.num.4.

Quoad ſignificationem ſecũdam. Caſus fortuitus dicitur, & eſt inopinatæ rei euentus, qui præuideri non poteſt facta etiam omni diligentia. Caſu autem tali fieri dicitur, quod ſine vllo dolo, & culpa eius, de quo agitur cõtingit. l. qui fortuitus. C. de pig. act.

Aliquis autem euentus poteſt dici caſus fortuitus reſpectu vnius, & non reſpectu alterius, vt incẽdium domus reſpectu agentis, non autem reſpectu patientis. ¶ Man.c.17.num.178.

Caſus fortuitus non eſt puniendus ſpiritualiter, neque corporaliter ſine culpa, neque in futuris, & fama ſine cauſa. ¶ Com.cap. Aut facta. de pœnit. diſt.1.num.1 r.

De caſu fortuito nemo tenetur, niſi in tribus caſibus. Primo, quando culpa præcedit, vt qui Bononiam accepit equum commodatum, & iuit Mediolanum, & poſt Bononiæ tranſitum incidit in latrones. Secundo, quãdo pręcedit mora, & res fit deterior. Tertiò, cum fit pactum, quòd quamuis caſu fortuito amitteretur ei qui recepit pereat. c. 1. de commod. l. in reb. ff. eo. lib. 1. C. eo. ¶ Man. lib. nu. 179.

Quo vero ad tertiam ſignificationem dicẽdum, quòd caſus eſt duplex, alter quidem reſeruatus, cuius abſolutio adimitur alicui inferiori. Et ſi eſt Papalis adimitur Epiſcopis, & parochis. Si Epiſcopalis, adimitur Parochis tantum. Alter non reſeruatus, ſed omnibus licentiam audiendi confeſſiones habentibus conceſſus. Et dicitur ille reſeruatus, cum tollitur facultas abſoluendi ab eo, qui illam habebat. ¶ Manual. cap. 27. num. 25.

A Caſus nullus eſt Papæ reſeruatus ſine cenſura, qua ſublata ceſſat & reſeruatio, ſicut in Epiſcopali, quare omnis parochus tũc poteſt ab illo abſoluere. Caiet. in Sum. verbo caſus.

Caſus communiter Epiſcopo reſeruati, qui ſint magna eſt inter Doct. cõtrouerſia, quam vt tollamus dicendũ, quòd ſunt hi. Primus peccatum clerici, quod irregularitatem annexum habet. Secundus incendium voluntariũ. 23. q. 8. cap. peſſimam ante denuntiationẽ, quia poſt eſt Papæ. Tertius peccatum, ob quod pœnitentia ſolemnis eſt imponenda ob. ſ. Notorium pecca-

B tum, & ſcandaloſum. c. ſi. cum gloſ. 26. q. 6. quod tamen non eſt in vſu. Quartus blaſphemia publica, & notoria. c. ſtatuimus. de maled. Sed non probat, quia loquitur de foro contentioſo, & ideo apparet cõtrariam per ius nouũ §. ad abolendam. Seſſ. 7. Conc. Lateranen. ſub Leo. Decimo. vbi decernitur ne confeſſarij blaſphematores abſoluant, niſi grauiſſima pœnitentia impoſita. Quintus, diſpenſatio votorum, & iuramentorum, ſed hic non debet numerari inter caſus, cum non ſit peccatum. Sextus, Abſolutio excommunicationis maioris. gloſſ. c. 1. de pœnit. &

C remiſſ. lib. 6. Neque hoc eſt peccatum. Sed pręter hos ſunt quidam Epiſcoporum caſus de conſuetudine generali. Primus homicidium voluntariũ, aut realis mutilatio membri. Secũdus, falſarij. Tertius, violatores Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis. Quartus retentores incertarum rerum. ¶ Man. cap. 22. num. 262.

## Cathecumenus.

Cathecumenus etiam ante baptiſmum ſubeſt, quo ad aliqua Papę c. ante baptiſmum. & c. ante viginti. de conſec. d. 4. Vnde & eccleſia præ-

ſcribit

ſcribit eis leges ſeruandas certis diebus, quod ad longum probat Auth. Contra Auguſt. de Anchon. in tract. de poteſtate eccleſ. q.32. tenentem cõtrarium: quẽ & ſecutus fuit. Archiep. Flor. 3. p. tit. 22. c. 5. §. 6. ¶ Vide Com. de Iub. Not. 31 nu. 48. & Not. 32. n. 9.

A

Catechumenus etiam ſi habeat gratiam per contritionem acquiſitam, & baptiſmus flaminis. c. non dubito. de conſecr. diſt. 4. & c. debitum. de baptiſmo; nullam tamen poteſt indulgentiam quærere. ¶ Ibi.

Quantumuis bonus ille ſit, nondũ baptizatus non eſt capax ſacramenti pœnitentiæ, neque alterius. c. veniens. de presbytero non baptizato, quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. ¶ Ibi.

B

Cathecumeni Romę ex publico ſubſtentari poſſunt, ſed non vbi redditus ad id non ſunt deputati. ¶ Conſi. 4. de baptiſmo. nu. 6. par. 1. lib. 3.

Cathecumenus nulla lege tenetur ad ſuſcipiendum Baptiſma, & dum catechizatur à parocho nulla ratione tenetur illum parochus alere. Et cum ſatis eſt inſtructus, tunc catechizationi finis eſt imponendus. ¶ Conſil. 4. de baptiſmo. nu. 3.

## *Catholicus.*

CAtholicus, vbi vigent hæreſes inuitatus ad ſepeliendum hæreticum, ſi ſepultura eſt prophana non peccat, ſecus autem ſi eſt ſacra, nõ quidem, quia communicet excommunicato, ſed quia communicat peccato illorum, qui cum non debeant ſepeliãtur in loco ſacro. c. eccleſia. de cõſecr. d. 1. ¶ Conſi. 15. de hære. num. 8. Immo ẽt ſe deducit ad ſepulturam prophanam animo fauendi hæreticis; quatenus ſunt tales contra canones excommunicantes eorum fautores. c. excommunicamus. de hær. ¶ Ib.

Superiori infideli indifferentia iubenti iuſtè poteſt parere, etiam ſi ille ſit hæreticus, quia id ſemper etiam fecerunt Sancti ad euitanda multa ſcandala. Secus autem ſi imperaret mala, aut ſi id faciat, vt illi faueret. ¶ Ibid. num. 12.

Catholico nunquàm licet negare ſe eſſe catholicum, immo neceſſe illi eſt aliquando confiteri ſe talem eſſe, puta quãdo interrogaretur, an ſit catholicus, vel lutheranus, vel Caluiſta. Aut quãdo eius confeſſio eſt neceſſaria ad confirmandos alios. Et ſi habet animum id faciendum poteſt inter hæreticos commorari: putà ſi ibi iam actualiter computatur, nec tenetur exire inde aliàs ſic. ¶ Conſ. 15. de hæret. n. 6.

## *Cauſa.*

CAuſa quid ſit non definit Auct. Sed dic, quod eſt illa à qua effectus pendet, ſecundum omnes.

Cauſa in omni re poteſt eſſe quadruplex ſecundum Philoſoph. 2. Phyſic. Efficiens, formalis, materialis, & finalis, quã diuiſionem recipiunt. Bal. l 2. §. fin. ff. de dona. & Calder. & Panorm. & omnes in Procemio Gregor.

C

Duæ autem harum ſunt intrinſecæ vt formalis, & materialis. Duæ aliæ extrinſecæ, vt efficiens, & finis. Hæ dicuntur cauſæ rei fiendi, aliæ vero etiã eſſendi. ¶ Com. ca. Ita quorundam. de Iud. Not. 2. in gl. 2. nu. 5. & 6. & Man. c. 27. num. 219.

† Additio, Nota quòd vnumquodque genus cauſæ poteſt habere plures gradus. Ita vt quædam ſit Naturalis, quædam accidentalis. Quædam principalis, quædam ſecundaria. Quædam remota, quædam propinqua. Quædã immediata, quædam mediata. Quædã directa, quędam impulſiua. De quibus omni-

omnibus hinc inde Auctor. Secundũ quòd res requirit mentionem facit.

Cauſarum principalium alicuius effectus vna ceſſante, non ceſſat alia. §. affinitas. Inſtit. de nupt. cap. ex tuarũ. de auth. & vſu pallij. ¶ Com. c. ſi quãdo. de reſcrip. excep. 2. nu. 10. tom. 3.

Cauſa autem principalis, quæ ſit, tradit Bar. in l. 2. §. ſi. ff. de don. dicens eſſe illam, qua ceſſante ceſſat effectus. Sed iſta non eſt bona definitio, quia multis cauſis principalibus, ſine quibus actus non fieret, conuenit, quare ſequeretur, quòd omnis cauſa, quæ dicitur ſine qua non, eſſet principalis. ¶ Conſil. 9. de ſimon. nu. 3. & latius in Com. cap. cum miniſter. nu. 27. & 39. Sed hunc Com. non habemus.

Cauſa naturalis præfertur accidentali, quando ambæ concurrunt ad aliquem effectum. l. 3. ff. de tutoribus. ¶ Conſi. 3. de fil. presby. nu. 8. par. li. 1. Et iſta præcipuè, non autem accidentalis eſt conſideranda, l. qui habet. ff. de tutelis. ¶ Cõ. c. ſi quãdo. excep. 20.

Cauſa immediata, non mediata, & ſecundaria, ſeu per occaſionem inducta in omnibus hominum actionibus attenditur ſecundum Compoſtel. in c. cum in cunctis. de elect. colum. 4. Fely. in c. ſolitæ. de maio. & obe. gl. celebr. in c. de cætero. de homic. ¶ Com. c. ſi quando. de reſcr. excep. 20.

Cauſa propinqua alicuius effectus eſt dictum, vel factum ſufficienter directum ad illum finem intentione dicentis, uel facientis, uel ſuapte natura ſaltem. ¶ Manũ. cap. 27. num. 210. & 219. Et conſ. 13. de hom. & conſil. 35. num. 9. lib. 5.

Hæc non requiritur ad hoc, ut quis teneatur ad reſtitutionem ſecundum notata in cap. congreſſus. & cap. final. de iniur. ¶ Manual. cap. 16. nu. 49.

Cauſa remota homicidij non facit, A quem irregularem. Sed propinqua tãtũm. iuxta glo. ſingular. communiter recep. c. de cætero. de hom. ¶ Conſil. 13. eod. tit. Et hinc ſequitur, quòd nõ omnis cauſa ſufficit ad hoc, ꝙ alicui imputetur delictum, niſi ſit proxima. cap. de occidendis. 23. q. 5. ¶ Conſil. 29. de hom.

Cauſa impulſiua poteſt eſſe illa ſine qua non fieret actus, modo ille nõ fiat principalius ob aliam. ut determinat Maior. 4. d. 25. queſt. 1. & D. Tho. quol. 8. ar. 2. ¶ Conſi. 25. de ſimon. Et hac ceſſante non ceſſat diſpoſitio. ¶ Com. de Iubil. Not. 32. 134.

B Huius cauſæ taciturnitas, quæ expreſſa neque principem retraxiſſet, neque difficiliorem notabiliter reddidiſſet, non officit gratię, & eſt ſententia communis. cum Innocen. in ca. in noſtra, ſub fine. de reſcr. ſicuti neque expreſſio id facit. ¶ Com. cap. ſi quãdo. de reſcr. excep. 3. nu. 3.

Cauſa finalis iuxta Decij opin. ca. poſtulaſti. de reſcr. Eſt illa qua mouetur Papa ad cõcedendũ id, quod aliàs non conceſſiſſet. ¶ Vbi ſupra.

Hanc operum præmia docent. l. final. ff. de reced. inſtit. cap. quia ꝓpter. de ele. ¶ In Auctario illius prælectionis. nu. 12. Hac tota ceſſante, ceſſat effectus cap. cum ceſſante. de appel. Cũ C ibi not. à gloſſ. & alij. ¶ Com. de dat. & promiſſis. Not. 3. nu. 7. & Com. de Iubil. Not. 25. num. 3. Talis appellatur cauſa diſpoſitionis. l. ſi. ff. de hær. inſt. ¶ Conſ. 25. de temp. ord. nu. 3.

Cauſa iuſta ad diſpẽſandum. Verb. diſpenſatio.

Manendi extra monaſterium, eſt eius utilitas. c. non dicatis. 12. quæſt. 1. c. monachi. el 1. 16. q. 1. ¶ Conſ. 64. de reg. nu. 1. Com. 2. de reg. num. 40.

Ob iuſtam cauſam, qui retrocedit à bene cępto ad maius obſequiũ Deo præ-

præſtandum, non dicitur retrocedere, facit cap. dixit Dominus. 23. q. 7. cap. magnum. de voto. ¶ Conſil. 1. de his quæ ui. nu. 10. lib. 1.

A

Cauſa iuſta ſuper uoto continétiæ diſpenſandi adeſt, ubi quis metu eſt ad ordines ſacros promotus Ibi. nu. 3.

Cauſam unam iuſtam diſpenſandi plures inſimul concurrentes efficiūt. ¶ Ibidem.

Cauſa iuſta non reſidendi arbitrio Iudicis definienda eſt. arg. l. 1. ff. de iu. deli. c. de libe. c. de cauſis. de offic. deleg. ¶ Conſi. 1. de conſt. num. 44. lib. 1.

Idem dicendum de manendo extra monaſterium. ¶ Conſ. 54. nu. 3. lib. 3.

B

Cauſa, quæ probabiliter iuſta reputatur non faciendi aliquid puta ieiunandi excuſat ab illo, etiam ſi non ſit iuſta. Caiet. 2. 2. q. 142. art. 3. ¶ Com. Rub. de Iudic. nu. 74.

Cauſæ iuſtæ exeundi Monaſteriū ſancti monialium ſunt tres, iux. extra uag. Pij V. uidelicet Incendium, Infirmitas lepræ, Et infirmitas Epidimiæ, quæ duæ extremæ uidentur contineri ſub illa una poſita à cap. periculoſo. de ſtatu regu. num. 6. ¶ Com. de regular. num. 48.

Cauſa limitata limitatum producit effectum. l. Non omnis. ff. de reb. credit. ¶ Manual. cap. 17. nume. 62.

C

At ſi eſt potentior maiorem producit effectum. l. cum multa. C. de bon. quę liber. i. penul. de dona. ¶ Conſ. 1. de pręſcriptio. nu 2. Com. 3. de regu. nume. 24.

Et licet ſit eadem diuerſo reſpectu poteſt operari diuerſa, & contraria. ¶ Conſi. 16. de uoto. nu. 6.

Cauſæ maiores ad Papam ſunt referendæ. capitul. maiores. de baptiſmo, ut cauſa dandi coadiutorem epiſcopis ægrotantibus non valentibus eccleſiam regere. ¶ Conſil. primo de foro compet. nume. 4. libro 2.

Cauſa turpis non poteſt immediate honeſtum effectum producere, quia arbor mala non poteſt fructus bonos facere. Matth. 12. facit c. 1. de ſciſma. lib. 6. & in cauſato, vt ait Bar. non poteſt eſſe plus virtutis, quàm procedat ab influentia, & potentia cauſæ. l. 1. ff. de Senat. ¶ Com. in cap. 2. de pœn. diſtinct. 5. nu. 2.

Cauſa rationabilis ſemper excuſat à tranſgrediendo legem humanam ſaltem à peccato mortal. iuxta mentem D. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. Dicitur autem rationabilis cauſa ob quam legiſlator ſi adeſſet eum pro excuſato haberet. argum. glo. ſingul. & communiter receptum in l. tale pactum. §. qui vocauit. ff. de pactis. ¶ Manual. præludi. nono. num. 16.

Cauſæ multæ poſitæ in aliquo priuilegio ad operandum aliquem effectū, ſi vna ſufficiat, illa verificata priuilegium valet. Felin. in cap. 2. de reſcrip. ¶ Conſ. 20. de regul. nu. 1.

## Cenſura.

Cenſura nomen primo ſignificat dignitatem cenſoris. Secundo, correctionem alicuius, in qua poſteriore ſignificatione ſumitur à Canoniſtis, & non pro qualibet correctione, ſed pro eccleſiaſtica, quæ eſt ſentētia lata à capace ordinis mediante iuriſdictione fori exterioris, qua quis priuatur communione ſacramentorū, vel hominum, vel executione diuinorum ſpiritualium, vel prohibētur officia diuina, ſacramenta, vel ſepultura.

Eſt autem cenſura triplex ſcilicet excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum, de quibus ſuis locis. ¶ Manu. cap. 27. num. 1.

Cenſuræ conueniunt, & differunt inter ſe, in multis. iux. Cald. in tract.

de eccl. ĩterd. † vide Man.c.27.n.164. A

Cenſuræ occultæ in præterito tempore, & etiam aliæ in præſenti, niſi fuerint publice denuntiatæ, non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur. cap. ad probandum.de re iud.facit l.Barbarius.ff. de offi.præt. ¶ Man.c.9.num.9.

Cenſuræ non incurruntur per ſolũ conſenſum in peccatum.ca.cum quis. de ſent.excom.lib.6.c.fœlicis.§.illud. de pœni.lib.6.¶ Man.c.2.nu.15.

Sed requirunt factum ſecundum Card. in cap. præterea de Appellat. ¶ Com.cap.ſi quis nõ dicam. De pęn. diſt.1.nu.14.

## Cenſus.

Cenſus eſt ius quoddam percipiẽdi aliquam penſionem pecunię, aut alterius rei vtilis in annum, menſem,aut aliud tempus.arg.c. peruenit. de cenſib.& c.præſertim. de iur. patr. Eſt cenſus res vendibilis, ideo iuſto pretio emi poteſt. inſtitu. de empt. in princ.Inn.c.in ciuitate.de vſu.& omnes.Eſt ſimilior vſuræ,quam emptioni alicuius prædij.¶Com.de vſu. lib. 1.num.69.

Quod verificatur etiam de cenſu noue conſtituto, quia nondum nata poſſunt vendi.l.nec emptio. ff.de contrah.emp. Et quia in dubio nemo præſumitur fingere,& peccare cap. 2. de reg.iur.Si conſtitutio fiat per donationem nulla poteſt interuenire vſuræ ſuſpicio,vt ſi fiat per pecuniam,magis talis cenſus emptio ſimilis eſt vſurę, quàm emptio cenſus antiqui. ¶ Ibid. num.70.

Emi etiam poteſt ſi fiat in vitam emptoris venditoris, vel vtriuſq; cũ pacto,vt ſua morte finiatur cum obligatione reſtituendi precium in quo conſiſtit.Inn.& communis, vbi ſup. & Panor.ibi.diſpu.5.¶ Ibi.nume. 71.

Emi etiam poteſt cenſus perpetu' redimibilis, ut patet per extrauag. Martini,& Calixti. Debet tamen habere quaſdam conditiones, de quibus in illis.

† Quas & inuenies in Summ. Concil.an uerò illæ omnes probandę ſint, ſintque neceſſariæ,uide longam diſputationem inter Authorem,& D.Sotũ lib.6.de iuſt.& iure. q.5. art. 1. ¶ Vbi ſup.nu.73.& 74.

Eſt autem duplex cenſus alter perſonalis, qui conſtituitur ſuper perſona, quod licitum eſſe dixit Sotus libr. B ſexto.de iuſtit.& iure.queſt.5.artic.1. Et Couar.lib.3.c.7. uariarum reſolut. Et Conrad.de contract.q.74.Sed falſum eſt, & cõtra multos doctores grauiſſim.Innoc.Hoſtienſ. Ioann. Andr. Anch.Panorm. ſuper capitul. in ciuitate.de uſur.et Angel. Verbo vſura.§. 78. Anton. 2. part. titul. 2.capitul. 8.Inuentio inſuper eſt noua, quam Reſpub.præcipue Romana,præſertim ex quo Chriſtiana facta eſt.nunquàm paſſa eſt, multaſque rationes validiſſimas adducit Auctor.nume.81.

Cenſus alter eſt realis, qui in bonis,ſeu ſuper bona alicuius conſtituitur. C Qui bona debent eſſe certa, & deſignata.Et ſola obligata manere debent, nõ autẽ perſona ad ſoluendum penſionem conſtitutam. quia id eſſet cenſus perſonalis, aut conſtitutio pignoris,& obligatio ſecuritatis pretij accepti,et ſolutionis cenſus, quod vſura eſſet.¶ Ibid.num.76.

† Eſt cẽſus res vendibilis. vbi ſup.

Cenſus ad hoc, vt iuſtus ſit octo conditiones requirit,de quibus Martianus, & Caliſtus in ſuis extrauag.

Prima eſt,vt res ſupra quam conſtituitur ſit deſignata, vt dictum eſt.

Secundò,quod res illa ſola, & non per-

perſonæ obligetur. ¶ Nu. 7. & 77. A

Tertiò, quod precium ſit iuſtum requiritur ad hoc, vt emptio illius iuſta ſit alioquin obligationem reſtituendi induceret, licet quo ad conſtitutionem cenſus poſſet eſſe verus in foro conſcientiæ.

Quartò, quod precium totum ſoluatur ſtatim, & id neceſſarium, eſt in vtroq. foro, quia emptor non debet credere venditorem ſponte dare dilationem ad ſoluendum, & videtur minus iuſto precio dare, qui ſtatim non ſoluit ei, qui in neceſſitatem ductus cenſũ vẽdit. arg. ca. 1. de plus pretio. §. plus autem. Inſt. de actionib. ¶ Ibi. B num. 78.

Quintò, quod cenſus in totũ, vel in partem redimi poſſit, hoc autem neceſſario requiritur ad hoc ne emptio ſit iniuſta, aut vſuraria, quia minus iuſto precio datur. Ibi.

Sextò, quòd vendens non teneatur redimere, quod apud omnes certum eſt eſſe neceſſarium. ¶ Ibid.

Septimum, quòd cenſus, vel adæquet, vel ſuperet precium prædij.

Octauò, quod perempta repereat cenſus, quod ex ſecunda conditione ſequitur. ¶ Ibi.

Sed præter ſupradictas cõditiones C edidit Pius V. ſuã de cenſib. conſtitu. in qua nedum illam approbauit, ſed etiam alias addidit, & ſunt hæc.

Primò, quod non conſtituatur cenſus ſuper perſonam, ſed neque ſuper rem aliquam corporalem, vel ſpiritualem, niſi illa ſit immobilis, aut pro tali habita frugifera, & ſuis certis finibus deſignata. ¶ Ibi. nu. 85.

Ex qua ſequitur, quod pereunte illa perit cenſus. 86. quod poſſit poni ſuper annuo redditu, quia habetur pro re immobili. cle. exiui. de verb. ſign. 87.

Secundo, quod precium conſtituatur in pecunia enumerata coram Notario, & teſtibus cauſaliter, & integraliter ſine pacto vllo illud, aut partem illius iterum reſtituendi, quia tunc annullatur iuſtitia in vtroque foro, neque valeret ſi emptor eſſe creditor, & vellet de precio ſibi retinere, ſiue interueniat pactum, ſiue non, quia hoc modo non præcluderetur via fraudibus. 89.

Tertiò, ne derogetur vlli exceptioni caſus fortuiti, niſi ei, qui naturæ contractus conueniat, ideo renuntiatio caſuum fortuitorum non valet cõtra Reg. legis, ſed & ſi §. quæſitum. ff. ſi quis cau. ¶ Nu. 90.

Quartò, quod cenſum conſtituens non ſe obliget ad alienandum rem cenſui ſubiectam.

Quintò, quod in emptione prædij cenſualis præferatur Dominus cẽſus, ita ut ante menſem teneatur illi denuntiare, & præſumere conditiones, quo poſſit illum ſi velit emere.

Sextò, quod non conſtituatur pro cenſibus iam decurſis, vel decurrendis. ob qđ neque augeri poteſt antiquus, neque nouus imponi ſuper eadẽ re, nec ſuper alia poteſt ſuum augeri ob pecuniam noue dandam, male inferunt nonnulli 94.

Septimò quod conſtituens non ſe obliget ad ſubeũdum alia onera, quæ alias iure ſubire non debet, præterquam ad ſoluendum cenſum. ¶ Ibid.

Cenſus conſtitutio ob pecuniam antea à venditore debitã ualet, immo eſt iuſtior, quia venditor maiore tẽpore fruit̃ pretio. ¶ Cõſi. 1. de emp. n. 4.

Cenſus conſtitutus cnm pacto, ut ſit liber ab omni onere, etiam quo ad gabellas, & impoſitiones non ualet, quia eſt contra formam Bullæ Pij V. Si autem intelligatur de oneribus ad

quæ tenetur venditor propter preciũ ſuper quo vendebat illum, valet, quia non obligatur niſi ad quod iure tenetur. In dubio autem præſumendum eſt intelligere illos hoc ſecundo modo.¶ Conſi.24.de cenſib.li.3.

Cenſus non poteſt conſtitui hodie ſup vna re deſignata, & generaliter ſuper omnibus bonis alijs non deſignatis, quia id eſſet quoquo modo conſtituere illum ſuper perſonam. ¶ Tract.de vſu.nu.129.

Conſtitutus in alia re, quàm innumerata pecunia poteſt reduci à Principe non recognoſcente ſuperiorem, quia in illo magis eſt habendus reſpectus ad precium rei, quàm ad rem ipſam. Sed antequã fiat ipſa reductio ſoluendus eſſet cenſus in re, in qua conſtituta eſt ſiue precium eius ſit auctum, ſiue diminutum.¶ Trac.de vſu. num.120.

Conſtitui non poteſt ſuper re aliena, & ſi conſtituatur non debetur, neque exigi poteſt, quia doloſa ſimulatio non debet ꝓdeſſe. argumẽ. à contrario caſu vnico cum glo. 27.q.2. In foro autem exteriori niſi ꝓbetur obtineret vim, quia de non exiſtentibus ac apparentib. idem probatur. l. duo ſunt.ff.de reſt. & gloſſ.c. ſacerdos.de offic.ord.¶ Ibi.num.119.

Conſtitui poteſt ſuper pluribus rebus Ibi. num. 113. Etiam ſuper alio cenſu, quia annuus redditus pro re immobili habetur clem. exiui.de verbo. ſign.Ibi.

Cõſtitutus alia forma, quàm ſupra præſcripta, videtur eſſe fœneratitius. ca. prudentiam. de offic.deleg. Etiam ſi eſſet irredimibilis, quia extrau. cũ ſit generalis ad illum etiam extenditur, & cenſus irredimibilis poteſt conſtitui etiam fraude. Sed non valet de illis, qui ante erant conſtituti: etiam ſi erant redimibiles. 98.

A

Cenſus conſtitui contra formam pręſcriptam, non poteſt per ſententiã ſuper rebus conſiſtentib. in numero, pondere, & menſura, quia pœna pecuniaria cenſetur impoſita contra debitorem rerum mutuabilium in fraudẽ vſurarum. Super alijs aũt poteſt, quia illa ratio in his non cenſetur, valere, niſi imponatur ab eo, qui conſuetus eſt fœnerari. gl. l. pœnam. ff. de vſu. ¶ Ibi.num.100.

Cenſus non poteſt vendi maioris, vel minoris precij, quàm ſit conſtitutus. Fallit cum quis eget, & non inuenit, qui emat, quia ĩ tali caſu minoris ualet, & ſi rogatur & multi ſint, qui emere velint maioris valet, modo nulla adſit fraus, & iuſtum precium cenſus non videtur conſiſtere in indiuiſibili. Et id maxime valet in foro conſcientiæ.¶ Ibidem nume. 112. & in Manual.ca.23.num.78.& 79.

B

Cenſuum venditor tenetur regalia iura ſoluere, quæ ratione prædij cenſuarij Fiſco debentur 132. Neque poteſt obligari ad pœnam dupli 136.& nũc ſe cõſtituit poſſeſſorem præcarij nomine 137. & quod renuntiet foro ſuo eſt iuri nouo, & antiquo contrarium.138.

C

Cenſus iuſta venditio non poteſt dari cum pacto exigendi precium à venditore aliquo caſu, niſi cum iure communi precium exigi poteſt, vt cum fuit ignoranter emptus ſuper re non libera.¶ Nu.122.

Cenſus venditori licet precium redemptionis, ſiue ceſſationis ſoluere in alijs rebus, quàm pecunia numerata.123.

Non tamen licet accipere aliquid vltra id, quod datum fuit, ſi ſolutio fuit in pluribus terminis, puta intra ſpatium triũ, vel quatuor dierũ.124.

Cen-

Cenſus, qui vẽdit obligatur quidẽ ſoluere illum cenſuario tempore ad id ſtatuto, ſed non debet ei precium eius, niſi redemerit.¶ Num.125.

A

Cenſus creati, & creandi poſt extrauagan.Pij V.poſſunt redimi in totum,& pro parte, & uolens redimere illum debet renuntiare ante duos menſes, & elapſis illis põt cogi intra annum ad redimẽdum. Et niſi cogatur non poteſt ultra cogi, nec repelli à redemptione.¶95.

Cenſus redimendi facultas, quandocunque uolet facta denunciatione, nõ poteſt tolli ullo pacto, aut præſcriptione etiã immemorabili.¶ *96*.

B

Cenſus redimi poteſt per compenſationẽ debitus liquidi, quia omnis actio iure tollitur per talem compenſationẽ.l.fi na.C.de cõpenſ.¶ nu.124.

Pro redemptione denuntiatio põt fieri quocunque tempore, & parte anni, quia extrauag. nullum tempus præfigit. Et ſi redemptio fiat in fine anni, quando debet ſolui cenſus, ſoluendus eſt cenſus pro rata temporis, alioquin non poſſet quocunque redimere cum incæpto anno non poſſet id facere ſine damno.¶ Num. 126.

Cenſus ſimulac redimitur deſinit cẽſuarius eſſe talis, quare & cum illi non detur ius prælationis,niſi pro tẽpore quo eſt cenſuarius ſuę prælationi fieri poteſt pręiudicium ab eo, qui dẽt cenſũ,redimendoꝫpri⁹ illũ, & poſtea vẽdẽdo alteri cui placuerit. 127.

C

Propter moram ſoluendi cenſum, non incurritur vlla pœna amiſſionis rei cenſuariæ,vel partis,etiam ſi conuentio de illa incurrenda præcederet: neque obligatio ad intereſſe lucri ceſſantis, aut ſoluendi certas impenſas iuram.partis liquidandas.nu.*93*.

Incurritur tamen pœna obligationis de damno emergente, quia qui cauſam damni dat,&c.94.

Cenſus debitor ſatisfacit credẽdo, quod debet illum ex contractu cenſitico, quare in foro conſcientiæ non perdit prædium ob non ſolutum cenſũ poſt duos menſes ſi debet eccleſiæ. capitul. potuit. de locatio. vel intra tres ſi debet laico. leg. 2. C. de iure emphyteut. Quod ualet etiam in foro exteriori,cum non agatur de interpretanda lege fundata in præſumptione. iuxta notata in capitul. tua. de ſponſal.¶ Nume.109.

Cenſus ob non ſolutionem ſi quis pœnam exigat, tenetur eã reſtituere in foro conſcientiæ, ſi fuit cenſus conſtitutus poſt extrauag. Pij V. Non autem ſi ante,et pœna fuit moderata. Secus autẽ ſi immoderata.¶ nu. 111.

Cenſus centum pro mille ducatis ad vitam licitus eſt, quia licita eſt donatio ſub modo licito facta, & quia ſubeſt periculũ perdẽdi omnia mille, uel magnam partem, & iſta contractus eſt vera donatio non mutatio. ¶ Manual.capit.27.nume.222.

Neque extrauagans obſtat, quia illa loquitur de cenſu conſtituto per uiam venditionis.num.228.

## *Certum.*

Certum, & incertum generalia nomina ſunt,uarijſque de reb⁹ dicuntur tam bonis, quam malis ideo in cap.ſi quis autem.de pœn. diſtin.7. ubi dicitur tene certum,& dimittitur in certum,intelligitur in bonis, & accipitur pro eo,quod ſcitur, uel creditur probabiliter. Dicitur enim certũ à cerno quid eſt uideo. Ex quo colligitur quod certa bona,clara, & indubitata,pręferenda ſunt incertis,& nõ deſerenda pro dubijs, & obſcuris. & procedit etiam in bonis fortunæ. ¶ Com.eiuſdem cap.à nu.22.

Certum dimittendum eſt pro incerto quando incerti magnitudo certum ſuperat, & bono alterius uitę. ut prudentia eſt uendere menſe Octob. frumentum, quod in menſe Maio ſeruaturus eras, pretio illius temporis in certo.¶ Ibi. nu. 27.

Certa bona temporalia pro incertis eligere conſilium eſt regulariter, niſi, qui id faceret probabili periculo mortis ſe, aut ſuos obijceret. ¶ Ibid. num. 31.

Certiora ſunt bona Religionis, & Caſtitatis, quam bona uitæ ſæcularis, & Matrimonij Clem. exiui. De uerb. ſignif. & cap. Nuptię. 32. q. 1. Tho. 2. 2. q. 184.

## Ceſſatio.

CEſſatio à diuinis eſt quædam deſiſtētia à diuinis officijs, & administratione ſacramentorum. iuxta mentem Inn. & omnium. c. dilectus. de app.

Duplex eſt, generalis quæ fit in loco vniuerſali, ut ciuitate, oppido. Et particularis, vt in loco particulari, puta eccleſia hac, & illa.

Differt ab interdicto, quia hæc nō eſt cenſura, illud autem ſic, ideo qui illud tranſgreditur fit irregularis, nō autem qui hāc. Et in hoc errauit Auctor Compendij priuilegiorū Ver. interdictū. §. 17. ¶ Man. cap. 27. nu. 183.

## Ceſſio.

CEſſio bonorum eſt illa, qua debitor ea relinquit creditoribus. ff. eod. tit. & C. de his qui bonis cedunt, & hęc excuſat à reſtitutione in foro exteriori, quæ adeſt ex contractib. orta, quatenus lex ciuilis ſtatuit, vt debitor cedens ad plus teneatur, quā n ſoluere cōmode poſſit, de his, quę poſtea quæſiuerit.

A Idem de debitis, quæ ex delictis oriuntur quo ad intereſſe priuatum partis, non autem quo ad publicum, quia quo ad illud, qui non habet in ære luit in corpore. l. 1. §. ſi generaliter. ff. de poen. & gl. c. non ſatis. 87. d. & c. ſi Rex. 14. q. 6. Quo ad forum verò conſcientiæ non excuſat, niſi quatenus coniuncta eſt cum neceſſitate, quę excuſaret. ¶ Man. c. 17. nu. 86.

Cedere bonis cogitur, qui cedendi licētiam petijt, neque obtinuit. c. qui dam. de renunc. hoc autem non eſt intelligendum de ceſſione per denegationem reſtitutionis ſed alio modo. B ¶ Tract. oppoſ. ſolut. opuſ. 1. num. 5. tom. 3.

## Character.

CHaracter ordinis nō impeditur, niſi ob defectum ſexus, atq; baptiſmi. Thom. communiter recep. 4. d. 25. q. 2. ar. 6. ¶ Cōſ. 7. de temp. or. li. 1.

Characte rem uocat ſignum. Augu. relatus in c. quod quidam. 1. q. 1. §. ſed forte. Et imprimitur in anima. Thom. 3. p. q. 63. art. 1. Et eſt poteſtas ſpiritualis paſſiua, neceſſaria ad recipiendum cultum diuinum non naturalis, & indelebilis. c. licite. 23. q. 7. p C quem Chriſtiani dicuntur genus electum, gens ſancta, &c. ſine quo nemo eſt habilis ad ſuſcipienda alia ſacramenta, & loquitur præcipue de charactere baptiſmi. ¶ Relect. cap. nouit. de iud. Not. 6. nu. 8. to. 3.

Character Epiſcopi, vel pſalmiſtę, non imprimitur licet fiat benedictio, & deputatio conſecratiua, quæ non poteſt repeti, nec tolli, niſi modis iure expreſſis. ¶ Conſil. 30. de tēp. or. lib. 1.

## Charitas.

CHaritas maxima, eſt omniū virtutum non ſolum moraliū, ſed

& Theol.

& Theol. 1. Cor. 13. cap. charitas. d. 2. A de pœnit. Thom. 2. 2. q. 24. ¶ Com. c. non poteſt. de pœn. diſt. 1.

Forma, & perfectio omnium virtutum, ſicut anima corporis: ordinat enim actus illarum ad vltimum finẽ. ¶ Com. d. c. charitas. de pœn. diſt. 2.

Radix omnium bonorum, ſed hoc verbum diſtribuitur pro generib. ſingulorum, non pro ſingulis generum, & verbum bonorum ſumitur pro donis ſoli Deo gratis, & placitis. ¶ Com. c. quia radix. de pœn. d. 2.

Charitas eſt donum ſupernaturaliter infuſum a Deo rationali creaturæ, quo homo diligit Deum ſuper omnia, B & proximum ſicut ſeipſum.

† Quæ quidem diffinitio ad lõgum probatur ab Authore, qui oſtendit illam eſſe optimam. Eſtque accidens, & qualitas inhærens animæ. 2. 2. q. 23. ar. 2. habitus, & virtus ſpiritualis, vt ibi demonſtrat. ar. 3. ¶ Com. c. charitas. diſt. 2.

Eſt donum, ſe non de numero illorum ſeptem, de quibus Eſa. c. 2. Tho. 1. 2. q. 68. art. 1. defenſus à Caie. ibi cõtra Scotum in 3. d. 34.

Eſt habitus non virtute naturali quæſitus, ſed ſupernaturaliter infuſus à Deo, eſtque Dei amicitia, omni in- C quinamento extranea, quia in nullũ peccatum, quãtumlibet leue inclinat. cap. cum renunciatur. 31. q. 1. & 2. 2. q. 24. ar. fi. licet ſecum compatiatur venialia. ¶ Ibid. nu. 2. d. c. charitas.

Charitatis tanta eſt neceſſitas, vt ſine illa impoſſibilis ſit hominum ſalꝰ, quare niſi illam habitualiter habeãt, neque infantes per baptiſmum ſaluantur, neque ſine illius infuſione remittuntur peccata. ¶ Com. c. vlt. de pœn. diſtinct. 7.

In illa conſiſtit tota Chriſtiana perfectio, vt probat d. c. charitas. & vterque Tho. 2. 2. q. 184. ar. 1. & opuſc. 18. quia cõiũgit vltimo fini. ſcilicet Deo. ¶ Com. 1. de reg. nu. 9.

Charitas quædam eſt patriæ, quædam uiæ. Et hęc eſt triplex. Incipientium, proficientium, perfectorum. Colligitur iſta diuiſio ex dictis hinc inde. Secunda eſt d. Tho. 2. 2. q. 24. Et ratio eſt, quia ſtudium habentis charitatẽ eſt primo à peccato recedere, deinde in bono proficere, & tertio Deo inhęrere. ¶ Com. c. hęc quis. ead.

Charitas patriæ maxima eſt, nõ eſt aut ſeraphica ſimpliciter loquendo, quia charitas animæ Chriſti longiſſime ſeraphicã pręcedit, & excedit. Immo, & charitas B. Virgin. cum ſit illa propinquiſſima Chriſto, qui eſt principium gratiæ, & charitatis. eſt ſupra omnem charitatem angelicam conſtituta. ¶ Com. c. quia radix. diſt. 2. Sola perfecta quo ad obiectum, quod eſt ipſe Deus infinite diligibilis, & à ſe ſolo. Quo ad diligentem, qui totum ſeipſum in Deum fert. ¶ Com. c. charitas el 5. d. 2.

Charitas viæ, vel eſt gratia, vel eſt ab ea omnino inſeparabilis, vt tradũt communiter D. Th. 2. 2. q. 110. ar. 3. Sco. 2. d. 26.

Non eſt pœnæ, vt male vocatur à gloſſ. c. non poteſt. de pœn. d. 1. Sed eſt maxima gratia. Eſt. n. venia, vel ſaltem, qua venia fit, & cauſa ſaltem formalis remiſſionis culpæ, & à Deo ſupernaturaliter, & immediate datur peccatori merenti eam ſaltem de congruo. 1. 2. q. 114. ar. 5. ¶ Com. eiuſdẽ ca. non poteſt.

Et cum ſit donum creatum non eſt ipſemet Spirituſſanctus, vt aſſeruit Magiſt. Senten. d. 27. Immo hoc dicere eſt hæreticum per Conc. Trid. Seſſ. 6. can. 2. licet tpe Magiſt. non eſſet contra fidem. ¶ Cõ. c. vnctio. d. 2.

Charitas ſemper, aut deficit, aut proficit quare falſum eſt dictum. glo. 2. c. ſicut ſeta. de pœn. d. 2. quæ ait illam poſſe decreſcere. ¶ Com. illius c.

Diminui enim non poteſt, ut probat D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 10. quare appellatur lampas ignis Cant. 8. qui uel creſcit, uel extinguitur, ſic charitas licet in totum poſſit tolli, & corrumpi, diminutionem tamen non patitur, & propterea dicitur à Proſp. li. 3. de uita contempl. capit. 13. Corruptionis neſcia. Et nullo uitio mutabilitatis obnoxia. Quod pro tanto etiã ualet, quia cum ſit accidens de ſubiecto in ſubiectum tranſmigrare nõ poteſt, ut & Philoſophus, & D. Tho. 3. p. q. 62. ar. 3. ad 2. affirmat. ¶ Com. cap. charitas. diſt. 2.

Charitas ſemel acquiſita amitti poteſt, quia ſumus uiatores. Et qui contrarium fatetur hæreticus eſt, ꝑ Cõc. Trid. ſeſſ. 6. c. 13. & cano. 22. & 23. de iuſtificatione. Cur autem amitti poſſit explicat D. Thom. 2. 2. q. 24. art. 2. ſcilicet quòd hoc fieri non põt ex parte Spiritusſancti mouentis, neque ex parte eiuſdem Charitatis inclinantis naturaliter ad bonum, ſed ex parte ipſius animæ ſuſcipientis, quæ dum eſt ĩ uia eſt vertibilis per liberũ arbitriũ. ¶ Com. in princ. gloſ. de pœn. diſt. 2. uerbo Amor.

Augumentum tamen recipere poteſt ſecundum omnes in 1. ſent. d. 17. Tho. 2. 2. q. 24. ar. 4. & Conc. Trid. uocauit hæreticum, dicentem contrariũ ſeſſ. 6. can. 24.

Non augetur per omnem actum, ut credit Thom. Ricard. & multi alij dicta diſtin. Sed contra, ut ſentit Maior. in q. 14. Augetur uerò per additionẽ gradus ad gradum, ut ſentit Maior. q. 18. & non ut credunt Thomiſtæ. 1. 2. q. 52. art. 2. Sed alio modo ſecundum

A Pariſienſes. dicta diſtin. quæſt. 18. per maiorem radicationem in ſubiectum, ſicut & alij habitus. Conueniunt autem omnes ſimul, ꝙ poteſt augeri in infinitũ Phil. 3. Sequor autem ſi quomodo comprehendam brauium ſuper næ uocationis. &c. cle. ad noſtram. de hær. dum iudicat hæreticos illos, qui dicunt poſſe quem in uita præſenti tãtum, ac talem perfectionis gradum acquirere, ꝙ reddatur impeccabilis, & amplius in gratia proficere non ualeat. ¶ Com. dicti cap. charitas.

B Charitas ipſa perfecta eſſe poteſt, primo actualiter, quando homo ſtudium ſuum declinat ad uacandũ Deo, & rebus diuinis prætermiſſis alijs, niſi quantum neceſſitas patitur & hæc non eſt omnibus. Secundo habitualiter quando. ſ. homo nihil cupit, quod diuinæ dilectioni ſit contrarium. Et hæc eſt communis. ¶ Com. cap. charitas. el 5. d. 2.

Charitatis perfectionem ad acquirendam primum fundamentum eſt voluntaria paupertas iux. Illud Matt. 19. ſi vis perfectus eſſe. ¶ Com. 1. de Regul. num. 24.

C Charitatis actus præcipuus eſt dilectio, quia iux. d. Thom. 2. 2. q. 23. ar. propter dilectionẽ quam producit, eſt quædam amicitia hominis cum Deo. Quare magis facit amare, quàm amari. Ibi. q. 27. facit diligere Deum propter ſe tantũ, & iuuat ad reſiſtendum peccato. ¶ Com. c. charitas el 1. ead. d.

Cuiꝰ ordo magis eſt diligere Deũ, q̃ ſe, & ſe plus, quàm proximũ, & proximum quoad ſalutem animæ magis, quã corporis, quia eſt capax beatitudinis per redũdãtiã anima aũt per ſe. plus meliores, quã cõiunctiores ſimpliciter, licet contra aliquo reſpectu, vt puta ad prouidẽdũ illis de neceſſarijs. 2. 2. q. 25. art. 8. plus patrem, quã filium

filium ſecundum Ambr.c.1. diſ.30. A
quo ad effectú honorandi. côtra verò quo ad effectum prouiſionis, præterquã ĩ articulo neceſsitatis. Tho. Ibi. ar.9. plus patrẽ. quam matrẽ. Ibi.ar. 10. plus parentes quam uxorẽ, quo ad obiectum, non quo ad intentionem. Qui ordo duraturus eſt in uita beata, vbi Deus ſuper omnia diligetur. vbi ſup.§.diligere.

Charitatem ueram, qui non habet nihil illi ad uitam æternam prodeſſe poteſt. ca.nihil.de côſec.diſ.5.¶ Rub. de iud.nu.63.to.3.

Charitatis legem qui uiolat peccat.¶ Manual.c.24.num.20. B

Charitatis lex de amando Deo, & proximo, multis modis determinatur, & declaratur legib. humanis, & diuinis poſitiuis, quia propter illam vnam præcepta decalogi data ſunt. Th. 2.2. q.44.ar.1. ad 3.& q. 26.pro 13.art.¶ De red.ecc.q.2.Mon.27.n.3.

Charitatis legi, qui ad aliquid obligatus eſt, poteſt ad id compelli, quoties æquitas id ſuadet.¶ Ibi.q. 2. Mon.6.nu.1.ver.æquitas.

Charitas magis nobilis eſt quàm ſcientia 1.Cor.13.cap.Charitas, el 2. de pœn.diſt.2.Bernard.cap.2. de Domo interiori.¶ Com.cap.Inter verba. C Concl.1.nu.13.

Charitas nemini cômunicat quid Deus, honor, & fama proximi requirunt eſſe intrinſecum, atque ſecretum. ¶ Cô.cap.Inter verba.côcl.6.nu.414.

## *Chriſma.*

Chriſma idem quod vnctio ſignat, deducitur enim à verbo χρίω, quod eſt vngo, ſicut & vnctio.

De illius eſſentia non eſt balſamũ, quamuis cum oleo, & balſamo confici debeat, ſed oleo tantum.¶ Conſi.1. de ſac.vnc.

## *Chriſtianus.*

Chriſtianus membrum eſt vnius corporis Chriſti (à quo nomen deriuatur) Eph.1.& 4.¶ De ora.c.19. num.95.

Quatenus talis pertinet ad forum eccleſiæ, etiam quo ad actiones mere ciuiles, & cauſas in quibus non diſputatur de peccato, vt affirmat Dur. de poteſt.eccle.& Turrecre.c.cum aduentu.d.96. quia omnis eſt charactere baptiſmali, qui eſt res ſpiritualis, inſignitus. ¶ Relect.capitul.Nouit.de Iudic.Notabil. 6.num. 6.

Si conſideratur attamen, quatenus homo ſubiectus eſt poteſtati etiam ſæculari. Quare vtrique poteſtati, ſed diuerſa ratione ſubijcitur.¶ Ib.num.13.

Hinc ſequitur, quòd quando côuertitur, vt Chriſtianus, ideſt ſuperinductis, aut reuelatis ſupernaturaliter per Deum, aut eius eccleſiam, quatenus talia ſunt, vel ſuper cônexis eorum, quæ ſecundum legem ſupernaturalem iudicanda ſunt, vel ex ea eruuntur, debet conueniri coram eccleſiaſtico iudice, & non quacunque de cauſa, vt crediderunt Durand. & Turrecrem. Et hic eſt verus intellectus. c.quæcunque.2. q.1.¶ Vbi ſupra num.36.& 38.

Chriſtianus omnis regulariter aptus eſt ad Religionem approbatam, niſi obſit illi aliquod impedimentum canonicum. ¶ Conſi.5.de Regul.nu.4.

Iure communi non prohibetur illi locare Iudæis redditus, & gabellas, immo permittitur in ca.ex ſpeciali.de Iud. modo Rex deputet aliquem fidelem Chriſtianum pro officio exigendi, vt ibi exprimit Panor.¶ Conſ.1.de conſt.num.57.

Neque cum illis prohibetur exercere commercia.Panor.in c.poſt miſerabilem, eod.ti. Secus cum hæreticis, & ſciſma-

ſciſmaticis denuntiatis. c.cum excom municato,& alijs malis.2.q.3.adiuncta extrau.ad euitanda. Vetatur tamen nimia familiaritas cum infidelibus.capitul.Nullus,& cap.omnes.78. quæſt. 1.cap.final.de Iudæis. leg.nemo. & l. fi.C.eo.ti.¶Vbi ſup.nu.58.

Chriſtianus Saracenos iuuans plus peccat,quàm ipſi,qui Chriſtianos impugnāt ob qualitatem chriſtianiſmi, quæ peccatum plurimum aggrauat, efficit enim, vt dicatur pugnare contra ſuū caput, quæ eſt Chriſtus. Epheſ.1. Vnde excommunicationem incurrit, quam non incurrit Saracenus.¶Com. cap.ita quorundam. de Iudæis.Not.9.

Regulariter debet ſepeliri in loco ſacro, ſi fieri poteſt. iuxta tex.& gloſ. cap.ex parte.el ſecondo. De ſepul.niſi in caſibus expreſſis.¶Conſi.6.de teſtament.num.2.lib.6.

Chriſtianorum genera duo ſunt,vt aſſerit D. Hierony. alterum cui nulla eſſe debet cura temporalium;quod corona ea,capitibus impoſita ſignāt, At clerici.Alterum cui eſt cura temporalium, vt laici. hanc ſententiam tenet Gratianus, cap. præcipimus. §. ergo. 12.q.1.¶ Com.1.de Regul.num.6.

## *Chriſtus.*

CHriſtus verus eſt Dominus omnium,nō ſolum quatenus Deus. Pſal.21.Domini eſt terra, ſed etiā quatenus perfectus homo. Pſal. 2. Dabo tibi poſſeſſionem omnes terminos terræ.Ioan.20.Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo,& in terra. D.Thom.De Regim.Principū lib.3.cap.12. Hoſti. in cap.ſuper his.de vot.Anton.3.part. tit. 3.cap.2.Almain.de poteſta. Papę. cap. 8. Dedit illum caput ſuper omnē eccleſiam.Ephe.1. quare caput eſt nedū hominū, ſed & angelorū. Colo.2. ¶Rele.c. de Iud. Not.3.à num.8.Hinc A ſequitur, quòd eſt dominus omnium bonorum eccleſiaſticorum, quorum Summ. Pont.eſt ſummus adminiſtrator.conſi.66.de præb.nu 3.

Non fuit igitur vlli ſubiectus, & multo minus Pilato, vt male videtur ſenſiſſe Ant.à Roſellis.lib.de poteſtā. Imper. & Papæ. col.73. quia inferior nullam ſuper ſuperiorem poteſtatem habere poteſt.capitul. inferior.21.diſtinct.& ca.cum inferior.de maiorita. erat autem illi Chriſtus ſuperior etiā quatenus homo. Immo D.Thom.lib. illo de Regim.Principum.lib.3.cap.8. tenet Octauianum Auguſtum Chriſti B vices geſſiſſe in temporalibus,licet ipſe id non intelligeret.¶Relect.cap.nouit.de Iudic.nota.3.num.72.

Hoc ſuum dominium communicauit Chriſtus diſcernens inter ſæcularis, & eccleſiaſticæ poteſtatis officia, vt ait Grego. Nazianzenus relatus in cap. ſuſcipitis.10. diſt.Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus,ſic vtriuſque poteſtatis officia diſcreuit, vt Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporali vſu tantummodo curſu Imperatorū legib.vterentur.¶Ibi.nu.23.

Ita tamē fuit ſemper Dominus om- C nium Regnorum, vt nulli auferret, quod ante ſuum fuiſſet. Non enim eripit mortalia, qui Regnum dat cæleſtia.¶Ibidem num.63.

Monarchiam igitur optimam inſtituit,quo ad ſpiritualia, quæ ſe ad temporalia quoque extenderet.Cuius ſuū Vicarium Petrum inſtituit,cui tamen non dedit totam ſuam poteſtatem temporalem; quia non laicam inſpicientem naturalia directe,neque ſpiritualem, vt excellentiæ faciendi miracula inſtituendi ſacramenta, &c. ¶Ibi.nu. 130. Neque voluit, vt ſuus Vicarius omnium Regnorum ordinariam poteſtatem

ſtatem haberet, quo ad tēporalia. nu. 135. Incepit autem eius Monarchia ab incarnatione ſua, vt ait Almainus vbi ſupra. Incarnationem intelligens pro Natiuitate pro quo facit. leg. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum.

Chriſtus impeccabilis fuit, peccatum tamen dicitur. Primò, quia pœnā dedit pro peccato. Secundò, quia hoſtia factus eſt reconciliando nos Deo. Tertiò, quia pro tali habitus eſt à malignis. ¶ Com. c. ſi enim. de pœn. diſt. 7.

Eius anima lege priuata, ſine vllo eius actu, & merito præcedenti in primo ſuæ Conceptionis inſtanti, non ſolum fuit iuſtificata, ſed etiam beatificata. D. Thom. 3. p. quæſt. 19. art. 3. diſt. 38. ar. 2. opuſc. 3. c. 138. ¶ Manual. præl. 1. num. 9.

Chriſtus non pertulit omnes iniurias, quia illas, quæ redundabant in Dei, & ſuam diuinitatem ſufferre, nūquàm voluit Diuus Thomas quolib. 5. art. 26. ¶ Com. capitul. inter verba. conclu. 2. num. 17.

Vt homo orat ſeipſum vt Deum. Luc. 6. Diuus Tho. 3. par. q. 21. artic. 1. ¶ Vbi ſupra conclu. 4. num. 9.

Diſcipulorum pedes ſemel lauit, non tamen erat ſolitus in inferioribus miniſtrare, ſed potius talia ſuis diſcipulis delegaſſe, & ab eiſdem legitur ea ſibi impenſa fuiſſe. Matth. 26. Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? ¶ Com. 4. de Regul. num. 67.

Chriſti ſanguinis vna gutta ſufficit toti mundo redimendo, & hoc eſt fundamētum Calderi. generaliter recep. in Reperto. cap. noſtro. colum. 5. de pœnitent. & remiſſ. & Thom. 3. p. q. 46. art. 5. ad 3. qui ait, quod minima paſſionum, quaſi ille ſuſtulit ſuffeciſſet, quo ad ſufficientiam, licet quo ad redundantiam omne genus earum noluerit ſuſtinere. ¶ de Iubil. No. 12. nu. 2. Et ratio valoris, fuit vnio diuinitatis cum humanitate propter eius infirmitatem, qua & valor, & meritum infinitum fuit ratione perſonæ merentis, quia Deus & acceptantis, quia idē Deus, qui pro infinitis ēt acceptauit.

Fuit etiam meritum infinite intenſum ſecundum Ioan. Maior. 3. diſtin.

Quare, & paſſio Chriſti talis fuit ſecundum omnes, ſed præcipue Palud. 4. diſt. 20. q. 4. Anton. 1. par. tit. 10. c. 3. ¶ De iub. Not. 32. num. 8. & Notab. 22. num. 8.

Crucifixus fuit hora tertia crucifixione verbali, vt ait Auguſtinus, & vos ò Iudæi crucifixiſtis lingua quādo clamaſtis, &c. Et hora ſexta crucifixione reali. ¶ Com. cap. Periculoſe. de pœnitent. diſt. 1.

In cruce autem factum fuit, tanquā alabaſtrum, ex quo exiuit vnguentum odoriſicum eius famæ prædicatæ, & miraculorum. ¶ Com. capit. quantuſlibet. eadem diſtinct.

Suo deſcenſu ad inferos, omnes animas Purgatorij liberauit, vt omnes in carcere coniecti nouo Aduentu Principis ſolent liberari. eſt opinio Ricardi 3. diſtinct. 27. ¶ De Iubil. Notab. 22. num. 48.

Gloriam ſui corporis, non autē animi ſibi meruit, quam ta men infinitis alijs meruit, quo ad ſufficientiam, neque ob id iniuriam patitur. Not. 13. num. 10.

Chriſtus non eſt minus liberalis, nunc quando eſt ditiſſimus, quam eſſet tunc, quando factus fuerat pauperrimus. ¶ De redi. eccleſ. q. 1. Mon. 42. num. 5.

## *Chorus.*

CHorus non tolerat laicos ne ex confabulatione deuotionem impediant. Non tamen illos excomm.

¶ Com.

¶Com.de ora.cap.18.numero 73.

Chori errata, qui non emendant, & corrigant quæ fiunt ſcandalizando, ridendo, conſentiendo, peccant, quia alienant ſeipſos,& alios ab atté-tione.¶Ibidem cap.10.nu.15.

Choro maxime prodeſt vir magnæ auctoritatis, atque præſtantiæ, iuxta Gerſonem. Ibidem cap. 17.num.26.

Chorum nemo poſt primum pſalmũ ingredi debet, ita vt ſit particeps diſtributionum † intellige, iuxta multorum locorum conſtitutiónes.¶Ibid. cap.10.num.44.

Choro,qui præeſt, debet corrigere errantes.c.16.nu.80.

## *Circunſtantia.*

CIrcunſtantias humanorum actuũ accidẽtia eſſe colligitur,q̃ conſiderãdæ ſunt à iudicibus ad hoc, vt iuſte crimina punire poſſunt, facit c.ſicut dignum.de hom.c.nemo Chriſtianus 40.d.l.Reſpiciendum.ff.de pœnis.¶Com.cap.Aut facta de pœniten. diſtinct.1.num.4.

Hinc ſequitur, quod circunſtantia pecc ati accidens, eſt illius, inquantũ peccatum eſt,quædam actio, & quodd am ens naturale ſimpliciter conſideratum,licet qua parte actio illa peccatum eſt, frequenter contingat eſſe de illius peccati eſſentia, id eſt, quòd actio illa non eſſet peccatum, niſi adeſſet illa circunſtantia, vt eleemoſina ob vanitatem peccatum eſt ratione finis, vt ait Alexand.de Ales. 4.part.q. 77.art.2.Anton.3.par.titu.17.cap.18. §.4.Tho. 1.2.q.8. & in 4.d.16.Et alij ibi Canon. in d. cap. conſideret. & in cap. ſicut dignum. de hom. ¶Manual. c.6.num.1. ¶Com.cap. conſideret. de pœniten.diſt.5.num.3.

Sunt autem ſeptem iſtæ circunſtãtiæ: Quis, quid, vbi per quos, cur, quo A modo, quando. Thom.vbi ſup.q.7.art. 7.Palud.4.d.16.q.4.artic.1.qui addit. Quoties, ſed hoc non eſt circunſtantia, ſed potius peccati multiplicatio. ¶ Vbi ſupra num.1.

Harum multa ſunt genera.Nã quædam neque peccatum aggrauat,neque leuat; qualis eſt furari dextra,vel ſiniſtra manu. Quædam leuat,vt finis bonus,vel ignorantia.cap.ſicut dignum. de hom.

Quædam aggrauat culpam, ſed nõ mutat in aliam ſpeciem, qualis eſt magnitudo rei furto ſublatæ. c.ſi.14.q.6. q̃dã mutat ſpeciẽ, ſed non in infinitũ, B qualis eſt feſtinatio addita eſui nõ opportuno,quæ alia Gulæ ſpecies eſt.ca. quinque. de conſecr.diſt.5. Quædam mutant in infinitum, qualis eſt anticipatio notabilis horæ in die Ieiunij addita eſui præpòpero ſecundum Palud. 4.diſt.16.q.3. communiter receptum. ¶Com.d.c.num. 5.

Circunſtantia leuans, ſiue extenuans. Non eſt neceſſario confitenda, neque malum eſt illam etiam indicare, quia quocunque modo illam pœnitens exprimat ſufficienter ſe accuſat, non excuſat dum imputat ſibi culpã. Et ſi ita extenuaret, vt efficeret de pec C cato non peccatum,aut de mor.veniale teneretur illam exprimere ſecundũ D.Bonau.4. d.16 vt circunſtantia grauis morbi, quæ nullum peccatum efficit eſum carnium in Quadrageſima, aut cum de illa à confeſſore interrogatur. ¶Man.c.6.num.5. vbi corrigit, quæ dixerat in Com. d. cap. conſideret.num.5.

† Secutus comm. op.quæ tenet malum eſſe illam exprimere, inquantum peccatum excuſat, cum teneatur peccator ſe accuſare.

Circunſtantia adaugens culpã non mutando in aliam ſpeciem, & ſi multi

ti tenuerint inter quos fuit Maior. 4. d. 17. quæſt. 3. eam eſſe neceſſario confitendam.

( Quod verum eſt ſolum cum hac limitatione, videlicet, quando clare, vel manifeſte peccatum auget notabiliter, vt ſi quis cum matre coierit non ſufficit dicere ſe coiſſe cum affine, ſed debet explicare lineam, immo & gradum. Secundum Marſi. 4. d. 16. q. 12. & Sotum. ) Tamen contraria ſententia, quæ eſt communis D. Thom. 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 5. & diſt. 32. ar. 5. q. 2. & diſt. 41. Palud. 4. d. 16. q. 4. ar. 3. Gabri. ibi. q. 1. Anton. 3. p. tit. 17. cap. 17. Adrian. 4. de confeſſ. q. 3. Caiet. tom. 1. opuſ. tra. 5. Silueſt. Roſa. Anton. caſu 63. & multorum tenenda eſt. Opinio enim altera eſt nimis moleſta, & multorum ſcrupulorum cauſa, confeſſionemque reddit odioſam, damnoſam, atque moleſtam. ¶ Manual. cap. 6. num. 6. & Com. d. c. conſideret à nu. 6. & deinceps.

Circunſtantia adaugens, nonnunquam eſt modus peccandi, facit c. origo. 32. q. 4. Et quia raro mutat ſpeciē, ideo raro eſt confitenda, immo in venereis conſultius eſt prætermittenda. Anton. 3. par. titu. 17. cap. 7. §. 3. Angelus verbo Interrogatio. q. 7. Quia venerea quo magis particulariter conſiderantur, eo magis mouent. Ariſtot. Zachar. & Thomas 4. diſt. 16. quęſt. 5. ¶ Com. d. cap. num. 82.

Circunſtantia, quæ mutat ſpeciem peccati non in infinitum, vt vnam actionem in aliam venialem, non eſt neceſſario confitenda, quia ſola mortalia tenemur confiteri. cap. omnis, de pœn. & remiſſ. ¶ Vbi ſupra num. 14.

Circunſtantia, quæ mutat de vna in aliam ſpeciem mortalem eſt neceſſario confitenda, vt furtum factum in loco ſacro: alioquin non confiteretur

A ſacrilegium peccator. Ratio autem, ꝙ teneamur eſt, non, quia Metaphiſica ratione in genere morum, iſte alius ſit actus: ſed quia noua malitia inuenitur cum qua præcedēs coniuncta multum, & inſigniter eſt maior. ¶ Vbi ſupra num. 13. Et Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 456. Ideo D. Thom. 4. d. 16. q. 3. decernens, quæ ſit talis circunſtantia ait: Talem eſſe illam, quæ vltra principalem malitiam actus, ſpecialē cum ratione repugnantiam habet.

Alij autem cum Soto, dicunt eſſe illam, quę ſpeciali prohibitione vetatur; vt Exod. 20. Occiſio hominis prohibetur, c. ſi non licet. 23. q. 5. At ſpe- B cialiter mandatur, ne in eccleſia fiat. c. eccleſijs. De conſecr. diſt. 1. Et etiam ſi illa actio non eſſet mala cum ratione prohibitionis mala euadit, talem circunſtantiam inducit, vt noue determinant Pariſienſes. 4. d. 17. ¶ Ibidem num. 14. & 15.

Circunſtantia hæc reticenda eſt quando ſine reuelatione perſonæ, non poteſt exprimi, quæ eſt opin. Innoc. in c. omnis. de pœn. & remiſſ. & Hoſtiē. Ibidem. Et ratio eſt, quia contrariatur legi de nō infamando, quæ cum ſit naturalis, & diuina præponderat, & magis obligat, quam lex de integritate C confeſſionis, quæ eſt diuina, ſed poſitiua. Et præcipue quando pœnitens nō habet confeſſorem, qui magis prodeſſe poſſit, quàm obeſſe, vel non poteſt confiteri transformatus. Vel tertio nō poteſt obtinere licentiam alteri confitendi, cui talis perſona ſit ignota. D. Tho. 4. diſt. 16. contrarium tenet, cum quo Palud. diſt. 27. q. 3. Gabr. q. 2. Maior. quæſt. 3. qui hanc opinionem aſſerit eſſe communem. Idem Silueſt. verbo confeſſio. 1. q. 24. At prima opinio magis eſt tenenda, quam Auctor fulcit multis fundamentis, vbi ſupra à num.

num.95.vſque ad num.104.& in Manual,c.7. num. 3.

Circunſtantia finis prohibita per aliam legem ſpecialem diuerſam ab illa, qua principalis actus prohibetur, eſt confitenda, vt qui furatur ad fornicandum, occidendum, &c. ¶ De ora. cap.7.num.4.

Circunſtantia virginitatis ſimiliter, non ſolum cum peruenit ad actũ, ſed etiam ſi non pertenit contra Sotum 4,d.18.q. 2. ar. 4. quia peccatum mentis non differt à peccato operis, niſi inquantum eſt minus perfectum. ¶ Manual.c.6.num.8.

Circunſtantia diei feſti non eſt neceſſario confitenda, quia non facit eſſe mortale, quod ſine illa non eſſet tale, niſi eſſet opus ſeruile in feſtis prohibitum, quale non eſt peccatum D. Thom.3. diſtinct.17.artic.5.quæſt.2. & eſt op.Caie.1.2.q.7. & 2.2.q.122. art. 4. quol. 10. q. 10. Silueſt. verb. circũſtãtia.q.3.& ver. die Dominica. q.fin. Aurea Roſ. caſ. 63.¶ Vbi ſup. num.17.

Circunſtantia diei ieiuniorũ non eſt neceſſaaia, niſi peccatum fiat cum propoſito uiolandi illud.¶ Ib.nu.32.

Circunſtanria conſcientiæ contra quam quis facit, quoties id ſibi faciẽdum eſſe putat, neceſſaria eſt. Adrian. 4. de confeſſ. q. 4. quia quicquid fit contra conſcientiam ædificat ad gehennam, glo.Roma.14. & ca.final.de præſcr.D.Thom. 1.2. quæſt. 19.ar.5. Gerſon de natura, & qualitate conſcientiæ in ſecunda par.ſuorum operum.¶ Ibid.nume.52.

Circunſtantia dubietatis animi neceſſaria eſt. Adrian.vbi ſupra, quia ſpecialem repugnantiam cum ratione habet. Eccleſ.3. Qui amat periculum peribit in illo, quare, qui facit aliquid, quod iudicat mortal. mortaliter

A peccat. D.Thom.quol.8.art.13.Vera autem eſt iſta opin. quando id ob nullam aliam legem erat peccatum, niſi quia contra conſcientiam erroneam factum eſt.¶ Ibid.num.66.

Nota, quod ſupradicta circunſtantia ſciæ, vel dubietatis, nunquam mutat ſpeciem, ſed frequenter peccatum inducit, tunc.ſ. quando eſt erronea, & ideo non eſt neceſſario exprimenda; & ſi eſſet exprimenda ſatis implicite exprimitur cum explicatur peccatũ, niſi addatur ignoranter, & ſine dubio eſſe id factum.¶ Ib.nu.79.

B Circunſtantia ſcandali, eſt confitẽda duobus caſibus. Primò, quãdo qui publice peccat ca mente id facit, vt alterum ad mortale inducat. Secũdò, quando quis opere, quod ſuo genere bonum eſt, aut indifferens, ſpetiem tamen mali habente ruinæ occaſionẽ præſtat. additur Tertius caſus, ſed dubius, quando quis publice peccat, ſine mente tamen, vt alijs delinquendi anſã præſtet. In quo tenent partem affirmatiuã Adrian.4.de confeſſ.q.4. Maior. 4. diſt. 38. quæſt. 3. Silueſt. verb. Scandalum. quæſt. 2. Palud.4. diſt.38.quæſt.6. Anton. 2.par.titu.7. cap.4. Quia paria ſunt facere aliquid,

C vt alium ad mortale ducas, & facere aliquid ſuapte natura ad id inductiuum, & quia ſcandalum per accidens, cũ inde ſequitur ruina alterius, ad ſcandali ſpecies reducitur. Contrarium tenent Thom. 2.2. q.34.art. 1.Caiet. Ibi. & in Summ.ver. Scandalum. Pro concordia dic: veram eſſe ſententiam aliorum, quãdo qualitas illorum, coram quib. actio mala fit, veriſimilem facit uiro prudenti occaſionem cadendi.¶ Com. dicti capitul. conſideret.de pœniten.diſtinct. quinta. §. Animaduertere à nume. 5. & deinceps.

Cita-

## *Citatio.*

CItatio, eſt fundamentum totius iudicij. §. final. Inſt. de pœna temere litigāt. cap. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. ita ut requiratur iure naturę, ideo neque à Principe tolli poteſt. clement. paſtoralis. §. cęteram. de re iudicat. Quod omnium præſtantisſime probat Ioann. Monac. i extrauag. rem non nouam, de dolo, & contum. ¶ Com. cap. cum contingat. 8. cauſ. nullitat. num. 3. tom. 3.

Citatio, & ſi iure naturæ requiratur, ex cauſa tamen omitti poteſt. gl. l. ante. ff. ex quibus cauſ. maior. & c. Caſus eſt in c. cum olim. cum ibi annot. de re Iud. Fel. in c. eccleſiarum. de conſt. nu. 66.

¶ Com. de ſpol. cle. §. 18. nu. 5. & Com. 4. de Regul. nu. 18. tom. 1.

Item omitti poteſt, quoties conſtat non eſſe abſenti defenſionem. Iſte eſt caſus d. cap. olim, vt ſentit Panorm. Fel. & citati ab eis. Item Dec. & ab eo citati in cap. cauſa. de reſcript. ¶ Conſil. 25. de ſentent. excommun. num. 6.

Citatio requiritur ét in notorijs gloſ. ca. ad viam. el 3. De Iureiurand. quæ ad id allegat cap. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1. Quia citatio ad defenſionem pertinet, quę debetur iure naturæ. ¶ Conſil. 12. de Hæret. nume. 3.

Citatio legitime intimanda eſt parti, ante declarationem. ¶ Conſil. 25. de ſenten. excommun.

Per ſolam citationem nemo grauatur, immo citatus, licet habeat exceptiones fori declinatorias poteſt allegare per ſe, vel per procuratorem. l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. & l. 2. ff. ſi quis in ius uoca. nō ierit: niſi notoriū ſit citatū ſubeſſe citanti, vel alias citationem eſſe nullam iux. gloſſ. recep.

A ca. ſi epiſcopus. 3. q. 2. ¶ Com. c. cum contingat. 6. cauſ. nullit. nu. 6. to. 3.

Citatio generalis cum ſcitur, vel ſciri poteſt non valet. c. ſi. de elect. li. 6. ¶ Cap. inter verba. concluſ. 6. num. 814.

## *Ciuitas.*

CIuitatis appellatiōne non includūtur ea, quæ ſunt extra murū ſita, niſi quādo alioqui diſpoſitio redderetur eluſoria, iuxta c. Rodulphus. de reſcr. & c. ſi ciuitas. de ſent. excom munic. lib. 6. ¶ Com. de iubil. Noto 35. num. 4.

B In ciuitate libera maioris pars videtur poſſe eligere ſibi Regem, qui omnib. etiam minori parti inuitæ imperet, quia omnes uiri ſæculari poteſtati ſubiacent, ideo nolente minori parte, modo legitime fuerit vocata poteſt maior pars ſtatuere, quicquid poſſet tota. In diu rſis autem ciuitatibus non eſt ſic, quia diuerſa habent poteſtates diſparatas, ideo nulla tenetur ſtare electioni alterius, neque minor electioni factæ à maiori parte. l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. ¶ Relect. c. nouit. de iud. Notab. 3. nu. 165.

C Ciuitatis vnius facit, quos ciues, origo. l. ciues quidem. C. de incolis. & l. 10. & l. Aſſūptio. ff. ad Municip.

Ciuitatis ciues ſunt ſinguli de capitulo in qua eſt eccleſia. ut tradit Bart. recep. d. l. ad Municipal. quod & affirmat dicendum de Abbate, Prælato, & Rector. Eccleſiæ. ¶ Conſi. 1. de conſecr. eccl. nu. 3.

Ciuile eſt quandoque inciuilem eſſe renuendo tempus contercre in vrbanitatib. & honeſta conuerſatione, vt Deo ſeruiamus. ¶ Conſi. de ora. c. 12. nu. 6. to. 2.

Cla-

## Clauis.

CLauis eſt ſpiritualis poteſtas ligandi, atque ſoluendi, quâ iudex eccleſiaſticus dignos ſuſcipere, & indignos excludere debet à regno Dei. Ioan. 22. in extraua. Quia quorũdam. de uerbo. ſignific. refert Mag. in 4 diſt. 18. ¶ Com. cap. uoluiſſent. de pœn. diſt. 1. nu. 2.

Et licet vna tãtum ſit realiter duæ tamen dicuntur ratione duplicis effectus; Nam ſacerdos, quia prius debet diſcernere peccatum, ideo dicitur habere clauem ſcientiæ ad diſcernendum. Deinde debet abſoluere vel ligare, ideo dicitur habere clauem poteſtatis. ¶ Ibid. num. 6.

Claues iſtæ, ſeu iſta poteſtas duplex appellantur duæ claues metaphorice, ut declarat glo. ſingul. in dicta extrauag. denotatur enim poteſtas ſpiritualis auferendi impedimenta regni cœleſtis, id eſt peccatum. ¶ Ibidẽ num. 3.

Claues iſtę, quo ad auctoritatem ſunt in ipſa ſanctiſſima Trinitate, in Chriſto autem per excellentiam merito ſuæ paſſionis. In Sacerdotibus per miniſterium, ꝙ dedit illis Chriſtus. ¶ Ibid. num. 7.

Claues igitur has dicendum eſt eſſe in eccleſia, quod tradit Gratian. d. ca. uoluiſſent. De quibus implicite mentionem facit Ambroſ. c. verbum. ead. diſt. 1. & ca. quodcunque. 24. quęſt. 1. & expreſſius tradit Gratian. c. 1. diſt. 20. Cõc. Trident. ſeſſ. 14. c. 8. Fundamentum autem illarum ſunt illa Chriſti uerba. Ioann. 20. Matth. 18. Paſce oues meas. Accipite ſpiritũ ſanctum. Ibi. nu. 1.

Claues has non habuerunt ſacerdotes veteris legis, niſi in figura. ¶ Ibi. num. 8.

A Clauium harum poteſtas ordinatur ad remiſſionem culpæ aliquo modo, non ſicut cauſans, ſed ſicut diſponens ad eam. Vnde ſi quis non fuiſſet perfecte diſpoſitus ad gratiam ſuſcipiendam ante abſolutionem. In ipſa confeſſione, & abſolutione ſacramentali gratiam conſequeretur, ſi obicem non poneret. ¶ Ibi. nu. 9.

Clauium harum poteſtas non eſt habitus, aut actꝰ infuſus, ſed ipſemet character Sacerdotalis per quem datur principaliter poteſtas ſuper corpus uerum, deinde ſuper myſticum. ¶ Ibi. num. 5.

B Claues iſtas, qui negant hæretici ſunt, & Lutherani. Vvitcleff, &c. contra quos Ioan. Vualdenſ. de ſacrament. primi. c. 244. ¶ Ibidẽ nume. 4.

## Clauſula.

CLauſula poſita in aliqua diſpoſitione ſiue in principio ſiue in fine regulariter ad omnia ſe extendit. c. ſecundo requiris. de appellat. cum concordantijs citatis ibi à gl. & l. talis eſt ſcriptura §. ſi. ff. de leg. Sed fallit, quando non eſt eadem ratio vt referatur ad remota, quę ad proxima ſecundum Panorm. in d. c. recep. ab om-
C nibus & præſertim à Decio, qui reſolutiuis alijs loquitur. Et antea dixerat Bald. in l. in actionibus. ff. de his qui not. infam. Fallit etiam quando clauſula inſeritur proximiori acceſſoriè, cauſa demonſtrationis, vel à ſimili, vt Panorm. ibi. ait. ¶ Com. de ſpol. cler. §. 10. num. 2. Et conſil. 1. de maio. & obed. nu. 2. Vbi dicitur, quòd fallit ſimiliter quando non ponitur per ſe, ſed acceſſorie ad aliquod capitulum, quia tunc ad illud ſolum refertur, vt poſt Panorm. & alios tradit Dec. vbi ſupra. num. 2.

Clauſula generalis de non contrai-

ſe lege non excuſat Notarium à peccato ponendo clauſulas contrarias legi, niſi adſit iuſta ignorantia facti, vel iuris. ¶ Conſ. 39. de vſur. nu. 2. lib. 5.

Clauſula vni acceſſoria non refert ad aliam. ¶ Com. cap. ſi quando. de reſcript. except. 2. nu. 1. tom. 3.

Clauſula ſupplens defectus non extenditur ad naturales. Hoſtien. in c. 1. de tranſact. ¶ Ibi. excep. 10. nu. 4.

Clauſula generalis in Bulla poſita maiora expreſſis non includit. ¶ Conſil. 82. de regular. nu. 5.

Clauſula apponi ſolita pro appoſita habetur l. fin. C. fideiuſſ. c. cum M. de conſ. & c. 2. de reſcrip. ¶ Conſi. 1. de homic. nu. 4.

Clauſula habens rem pro infecta maioris eſt virtutis, quàm illa, quę ceſſat. ¶ Trac. oppo. ſol. opp. 8. nu. 42.

Clauſula (Dummodo non ſint plura) in illegitimorum diſpenſatione operatur, vt diſpenſatus vnum, vel alterum retinere poſſit beneficiũ. ¶ Cõſ. 23. de præb.

Clauſula (Te abſoluentes ad effectum) tollit tantum impedimenta ex cenſuris prouenientia, quod ſatis colligitur ex Rebuffo in Praxi Benef. 1. part. Rubr. de declar. Bullæ. nume. 15. Et probatur in cap. frugabiliter per illa verba (Ad effectum.) ¶ Conſi. 28. de ſent. excom. nu. 21. lib. 5.

Clauſula (Non obſtantibus) (Etiã ſi talis) Quorum tenores. Tollit neceſſitatem inſerendi tenorem contentorum. Etiamſi caueatur in illis contrarium. Etiam ſecundum contrariam opinionem, quando in lege ponitur, vel ſtylus variè id haberet. ¶ Com. c. ſi quando. de reſcr. excep. num. 1. & 2. tom. 3.

Clauſula. (Quouis alio modo vacante) omnem modum vacationis cõprehendit. iux. glo. memorab. in cap.

A ſuſceptum. de reſcript. lib. 6. modo vacatio ex perſona contigerit expreſſa, ſecundum Lupũ ibid. ¶ Com. c. ſi quãdo. excep. 2. nu. 2. To. 3.

Clauſula (Sicut aſſeritur, & ſicut aſſeris) differunt, quia per ſecundam ei onus illud probandi incumbit Rota deciſ. 74. ¶ Vbi ſup. excep. 3. num. 2.

Clauſula (inuocato ſi opus fuerit brachio ſæculari) tacitè ineſt in litteris Papæ: quia communis ſententia eſt: Delegatum à Papa id implorare poſſe. Innoc. c. ſignificaſti. de off. deleg. ¶ Ibi.

Clauſula (vitę ac morum honeſtas) B quæ eſt prooemialis in Bullis, quia inſtructionem continet, nullam dat formam procedendi executori, neque imponit neceſſitatem inquirendi, vel verificandi contenta in prooemio. per Doctor. Innoc. communiter recept. in c. ſi. de præſumpt. glo. magna. in clem. 1. de offic. deleg. Secus autem ſe habet per illam clauſul. de futuro (Si repereris idoneũ, aut dignum) quia iſta gratiam efficit conditionatam, quod palã docet Alber. in diction. vita. & Pan. in d. c. ſi. nu. 16. ¶ Relect. c. ſi quando. excep. 15. nu. 9. to. 3.

Clauſula (cæterum) Ad varia relata, C varie operatur. ¶ Com. cap. cum cõtingat. 2. cauſ. nullit. num. 7.

Etiam laicos aliquos facit ſubdelegatos. ¶ Ibid. nu. 2. tom. 3.

Clauſula (Vocatis vocandis) ſubintelligitur in omnibus commiſſionibus, quas cum cognitione cauſę oportet expedire. ¶ Ibi. nu. 14.

## *Clauſura.*

Clauſura religionum non quidẽ naturali, aut diuino, ſed humano tantum iure eſt indita ſicuti probatur ex multis. Nam primo ſi eſſet de iure naturali penderet ex aliquo

G præ-

præcepto noto, aut ex notis illato. Secundò, ſi eſſet de iure diuino continetur in ſacra ſcriptura c. humanum genus. d. 1. Tertiò, ſi ex vtroque nulla eſſet vnquàm facultas exeundi. c. ſunt quidam. 25. q. 1. Et licet religioſi tria ſubſtātialia vota emiſerint, & illa ſeruare ſit de iure diuino, non propterea tamen dicendum eſt illis vetaſſe clauſuram. Quod intelligitur tam de viris, quàm de muneribus. ¶ Conſil. 75. de Regularibus, ſed melius Com. 4. eo. tit. num. 29. & 30.

Clauſura videtur habuiſſe originē à Monachis, ante iſtitutores quatuor principalium Religionum. Roboratā fuit à Nicena Syn. de qua Rug. in cap. placuit. 16. q. 1. & à Calced. de qua Alex. 2. ih c. iuxta. ead. cauſ. & q. Et conſequenter robur, & firmitatem habet à lege humana, & continet ne vllus Regularis cuiuſcunque ordinis ſaltem ſimplex exeat monaſterium, vel ſepta, aut limites ad id deſignatos ſine ſuperioris licentia, neque cum illa niſi iuſta neceſſitate, aut vtilitate ſuadente, vt efficaciter probatur in d. ca. placuit. ¶ Ibi. nu. 30.

Acta deinde fuit à Carthuſianis, ita vt illorum clauſula videatur carcer perpetuus. ¶ Ibid. nu. 31.

Quo ad Moniales autem eam auxit Bonif. 8. c. 1. de ſtat. regul. lib. 6. Et ſtrictiorem fecit cuius conſtitutionem renouauit Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 5. De Reg. ſed mitiorem eam reddidit, quia permittit exitum, quacunque de cā ab epiſcopo approbata. Deinde Pius V. eas innouauit mitiorem iterum ipſam reddendo, & excipiendo cauſas incendij, lepræ, à epidimiæ, laxauit autem illam Concil. ne eſſet odioſa, præſertim ſexui ita fragili. Nam illa Bonif. non fuit recepta in Gallijs, vt dicit Io. Andr. in Nouel. & Venetijs nō

A ſeruatur. Pontif. verò Max. Pius V. & Gregor. XIII. perpendebant decorem Religionis, & augumentum per ſponſarum Christi munditiam, famam, & puritatem. ¶ Vbi ſupr. à nume. 39. & deinceps.

Clauſura impoſita fuit Monialib⁹ profeſſis, quia illæ per profeſſionem regularem renunciauerunt voluntati ſuæ. ca. Religioſis. de electiō. lib. ſexto. Et quia cum ſint ſponſæ Chriſti, magna ſuper illis debetur cuſtodia circa earum continentiam. Primam rationem reddit Ioan. Monach. defenditur à Decio in capitu. ad noſtrā.

B de appellation. ¶ Conſil. 81. de Regular. nume. ſexto. & dicto Com. 4. eod. titul. num. 40.

Clauſura includit omnes moniales tacite, vel expreſſe profeſſas, quorumcunq; ordinum etiam militarium, & etiam conuerſas modo ſint profeſſæ. Etiam in Monaſterijs, in quibus nunquàm fuit ſeruata, nec violata, quia nunquàm fuit cępta ſeruari. Etiam mulieres tertiarias cuiuſcunque ordinis in congregatione viuentes, ſi sūt ſolemniter profeſſæ. ¶ Vbi ſup. nu. 44.

Clauſuram Monialium Epiſcopi, & alij quibus præcipitur non publi-

C cantes peccant, quia tranſgrediuntur præceptum Papæ. de maio. ¶ Ibidem. nume. 46.

Clauſuræ violatio quod, & quale peccatum ſit. uide uerſ. Regularis.

## *Clericus.*

CLericus omnis eſt perſona cuius portio eſt Deus. ca. cleros. 21. diſ. quia nullus poteſt poſſidere aliud à Deo. Idem verificatur ſi dicatur clericus eſt qui habet pro ſua ſorte Deū, vt dicitur 21. d. c. ſequēti. ¶ Com. 1. de Regul. num. 6. Sed potiſſimum verificatur de Regularibus qui expreſſe, vel

tacite

tacitè renuntiarunt omnibus. Et de ſæcularibus voto paupertatis ſimplici aſtrictis, quia per ſolum clericatum, nec ordinem ſacrum, neque Epiſcopatum, neque Papatum perditur capacitas quærendi, & retinendi dominiũ, & poſſeſſionem temporalium. ¶ Ibid.

Clerici autem nomine venit, etiam is, qui prima tantum tonſura inſignitus eſt, dicto cap. cleros, & cap. perlectis. 25. diſt. Licet ſit coniugatus, modo cum vnica, & virgine, & geſtet habitum, atque tonſuram. cap. 1. de cler. coniugat. lib. ſexto. Etiam quacunque cenſura, & inhabilitate innodatus, preterquam degradatus realiter. iuxta Panormitan. in capitu. cum non ab homine de iud. ¶ Manual. cap. 27. nu. 78.

Clericus non tantum humano, ſed etiam diuino iure exemptus eſt à poteſtate laica, etiam quo ad ea, quæ illi ſunt communia cum eis, qui non ſunt Chriſtiani ideſt temporalia ob multas, & varias cauſas ob quas potuerũt eximi à Rom. Pont. perſuadente id cõueniri regimini, & ſaluti animarum. ¶ Relect. cap. Nouit. de iudic. Nota. 6. nume. 29.

Coram laico citatus comparere nõ debet, niſi ſit dubium, an ſit clericus. gloſſ. recept. in cap. conuenior. 23. q. 8. ¶ Conſi. 10. de Regul. nu. 2.

Non poteſt ab aliquo percuti ſub pœna excom. ver. Percuſſio.

Sunt multi caſus in quibus non incurritur talis excom. primo ſi percuſſio ſit iocoſa ſecundus ſi fiat ignorantia probabili clericatus cap. ſi vero el 2. de ſent. excom. ex parte vero clerici ſi imiſceat ſe ſæcularibus actis. Si habitum clericalem non deferens turpibus, & enormibus ſe immiſcet, ſi cum ſit coniugatus veſtem, & tonſurã non deferat. Si ſit depoſitus verbaliter. degradatus realiter. Si priuilegium cle-

A ricale quomodocunque amiſit. Si eſt circulator, ioculator, ſecura per annũ, vel ter admonitus non deſiſtit. Si per ſe tabernam, vel lumen, nam admonitus vt deſiſtat exercet. Tertio ex parte percutientis: ſi eſt Magiſter, Pater, aut Prælatus, qui principaliter percutiat ad puniendum mala principaliter, nõ adſit odium, vel malitia, aut ira, & percuſſio ſit moderata. Qui fecit ad defenſionem ſuam, vel ſuorum cum moderamine, ad recuperanda bona, quæ capta iniuſte clericus aſportat Magiſter Iuſtitiæ qui capit in frangenti crimine, vt præſentet ſuo prælato. Qui in-
B uenit inhoneſte cum matre, ſorore, vxore, filia legitima, vel naturali. Qui inuenit honeſte loquentem cum vxore poſt monitionem, & detinet ſpatio 20. horarum ad tradendum ſuo Iudici modo nihil aliud illi mali faciat. Quæ mulier percutit de ſtupro tentantem de facto. ¶ Manu. cap. 27. à nume. 80.

Si iuriſdictionem habet temporalem illam exercere poteſt i criminalibus per Vicarium, & licet ſequatur mors, nõ incurrit irregularit. c. epiſcopus. ne cle. vel mona. li. 6. ¶ Conſil. 1. de conſt. nu. 85.

Clericus collectas ſoluere non te-
C netur, & ſi ſponte ſoluat peccat, nullã tamen cenſuram incurrit, exigens autem ſic. ca. Non minus. de immun. eccleſ. ¶ Conſ. 1. de cenſibus. nu. 2.

Neque tenetur gabellas ſoluere ſi res ſuas in territorio vendit. clemen. vltima. de cenſib. Secus autem ſi illas negotiandi cauſa tranſmittit. ¶ Cõſil. 1. de immunitate eccleſ. nu. 2.

Eius iuramento ſtatur cum ignoratur, an de rebus eius negotietur. gloſſ. notab. d. clem. ¶ Conſi. eo. nu. 4.

Ius ciuile etiam ſine diſpenſatione legere poteſt; etiam ſi ſit beneficiarius, etiam in dignitate cõſtitutus, quia au-

ditio tantum, nõ autem prælectio pro hibetur.c.de multa.de præben. Quinimo, & materias criminales legere poteſt ſine incurſione irregular. quæ nõ contrahitur niſi ex homic.& mutilatione.¶ Conſi.1.ne cler.vel Mon. per tot.lib.3.

Patrocinari, & aduocare poteſt, modo non ſit in ſacris, vel beneficiarius, vt dictæ glo.in ſumma 15.q.2.& cap.1.de poſtulat. Et etiã quando eſt talis in quibuſdam caſibus permiſſis ſcilicet per defenſionem pupillorum, & miſerabilium perſonarum. In criminalibus autem idem dicendum eſt de clerico in minoribus, & non beneficiaribus quia eadem ratio idem ſuadet, nec tenetur abſtinere ob periculũ irreg. quam incurreret ſi ſequeretur mors, vel mutilatio, cum non teneatur ordinem ſacrum, uel beneficium ſuſcipere. ¶ Com.2.de Regul.num.66. Conſi.5.ne cle.& Mon.

Alere filios ſuos illegitimos etiam ſpurios poteſt, & debet contra Auct. ex complexu C.de inceſt.nupt. Ex iure autem contento in cap. cum haberet.de eo, qui duxit in matrim. eam quam poll. per adulter.& communi opin.in illo cap.poſt Panor.& Barto. in dicta Auth.& Dec.in cap. clerici. num.2.de Iud.Et Lupus in Reper. ca. per veſtras. de donat. inter viuos. §. 23.num.12.Poteſt etiam dotare filias etiam ſpurias quia dos ſuccedit loco alimentorum ſecundum communem. & Bar.in his terminis.l.vxorẽ.§. Pater naturalis.ff.de leg.3.Etiam de redditibus eccleſiaſticis.arg.tex.& glo.c. omnes.31.d. Sed hæc omnia intellige de filijs, qui aliunde non habent ne ſe alant.l.ſi quis à liberis.§.ſed ſi filius, & §.ſolent.ff.de libe.agnoſcen.¶ Cõ. de ſpol.cler.§.19.nu.10.tom.1.

Inſequi poteſt malefactores ſuos.c. A ſignificaſti.el 2.de hom.& poteſt procurare, vt capiantur, & indicare iudici eſſe ſibi paratas inſidias.c. de occidendis.23.q.5.Modo ne petat, vt puniantur criminaliter. ¶ Conſil.35. de hom.num.10.

Clerico illicitum eſt matrimoniũ contrahere, & contrafaciens peccata mortal. & ſit excommunicatus, ſi eſt ordine ſacro inſignitus.

Peccat, ſi cohabitat cuicunque mulieri credens, aut credere debens ſe voluntate, aut opere peccaturum. Eccl.3. Qui amat periculum.cap.ſi quis autẽ. de pœn.diſt.1.cap.1. de cohab. clericor.& mulierum. B Neque obſtat cap. interdixit.32. diſt. & capit. volumus. 81.diſtinct. quia intelliguntur, quo ad forum exterius, & quando mulieres non ſunt ſuſpectæ, aut habeant famulas ſuſpectas, iuxta Com.dicto c.1. de cohab.cleric.& mulier. ¶ Manual. cap.23.nu.109.

Si monaſteria Monialium, ſine cauſa frequentat poſt prohibitionem ſibi factam.cap.monaſteria.de vit.& honcle.¶Ibi.nu.110.

Si habitum non geſtat, & tonſuram nõ deferat, aut arma offenſiua portet, cap.ſi quis & cap.clerici, ideſt de vita & hone.Ibi.

C Si ingrediatur tabernas pręterquã in itinere.cap. Non liceat. 44.diſt.Si ſit Mimus, iocularis, hiſtrio ludens, mendicans, Tabernarius, Macellarius, &c.cap. cleri. 7. de uita & honeſt. & cle.1.eo.tit.

Omnia autem ſupradicta peccata non ſunt pluſquam venialia cũ tranſgreſſiones ſint legis humanæ, niſi adſit contemptus, uel notabile ſcandalũ. iuxta Caietanum, ſed Felinus tenet id verũ eſſe cũ lex non utitur uerbo præceptiuo.in ti.de tregua, & pace.¶ Vbi ſupr.nu.111.&.in Man.cap.2.

Pec-

Peccat ſimiliter clericus, qui cum ſit unius eccleſiæ admittit ad officia tempore interdicti clericos alterius eccleſiæ. argum. cap. Alma mater. de ſen.excomm. Et qui interdictum non ſeruat, aut ad ſepulturam admittit excommunicatum, aut manifeſtum vſurarium, & eſt excommunicatus. clem. 1. de ſepul. ¶ Ibi. num. 95.

Qui abſoluit illos, quos non poteſt præterquam in mortis articulo, ſi cõmutat vota, ſine auctoritate, aut etiã diſpenſat. ¶ Ibi. nu. 96.

Qui omittit, aut vult omittere horas canonicas, aut partem earum. Qui male eas recitat, non attendens ad eas. Ibid. à num. 99. vſque ad 103. Qui in peccato mort. miniſtrat.† Et longum eſſet omnia clericorum peccata adnotare. Quorum multa tamen impunita remittit eccleſia. Quod demonſtrat Auct. de red. eccl. q. 3. nu. 26.

Clericus tria bonorum genera poteſt habere. Primò, patrimonialia, ſeu ſęcularia. c. epiſcopus. 12. q. 2. c. cum dilectus. de iur. patron. Secundò, eccleſiaſtica. c. veſtra. & cap. Quoniam. Ne prelati vices. Tertiò, quaſi patrimonialia, quæ ſunt quæſita ratione clericalis ordinis, vel officij, ut puta miſſando prædicando, aut alios ſpirituales actus exercẽdo. Innoc. & Hoſtien. c. Quia nos, ut Panorm. in c. cum olim officijs. de teſtamen. De primis, atque ultimis poteſt diſponere uelut laicus. cap. epiſc. 12. q. 1. & c. Fixum. 12. q. 1. ¶ Com. de red. eccl. Mon. 19. Vide uer. Beneficiarius.

Si habet bona laicalia ab eccleſia ali non debet, ait Dec. in c. poſtulaſti. de reſcr. pro quo eſt tex. à c. clericos. 1. q. 2. Sed ita id intelligi debet, quòd clericus eo ſolo, quòd clericus eſt, non eſt dandũ quicquam de fructibus Eccleſiæ ſi habet aliunde, quo uiuat, quia A inquantum beneficiatus poteſt uiuere de fructibus beneficij, ut dictum eſt Verbo Beneficiarius. ¶ Conſi. 46. de preb. nu. 5. & 6. lib. 3.

Si habet bona eccleſiaſtica præter neceſſaria ſuæ perſonæ, ac ſtatui, cætera in vſus pauperum conferre debet. c. res eccleſiæ. 17. q. 1. c. fi. 16. q. 1. capit. Quod autem. 23. q. 7. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 42. Et tenentur ad hoc etiam extra caſum extremę neceſſitatis ex lege iuſtitiæ ſibi hoc imponente ſub reatu mor. cum obligatione reſtitutionis & non poſſunt illa ſeruare, ut mutent ſtatum. ¶ De eleem. nu. 51.

B Quę ille acquirit ex officio clericali, aut ex beneficio curato, uel non curato, cũ adminiſtratione, uel ſine, bona ſunt, quaſi caſtrenſia iure cõmuni. Auth. presbyteros. C. de epiſ. & cle. ſecundum Hoſtien. & Panorm. & cõmunem in c. quia nos. de teſtam. & c. reſtitutus. de reſt. in integr. In quibus nihil plus iuris habet pater, quàm in caſtrenſib. l. Non ſolum. C. de bo. quæ libe. ¶ Man. c. 17 nu. 142.

Clericatu indignus eſt ſi legere neſcit. ¶ Com. de ora. c. 2. nu. 24. Plurimum enim illi expedit latinam linguã intelligere, cuius in diuinis officijs eſt C uſus. Ibi. cap. 13. num. 9. Per ſe, & pro populos orationibus pugnatur. capit. 18. nume. 2.

Illius munus, eſt maxime proprius horas canonicas recitare. Ibidem. ca. 21. nu. 29. Iubetur enim illi horas dicere, & laicis eas audire. ¶ Ibid. capit. 21. num. 8.

Clerici ſæculares, & ſi non poſſint recipi ad præbendas Monaſterijs Regularium cap. ea quę, §. pręcipimus. De ſtat. Monac. poſſunt tamen habere alia beneficia in illis, ad coadiuuandum eos, modo non faciant unum corpus cum illis, neque habeant uocem

in cap. cum eis. Hoſtien. receptus à Io. And. in d. §. pręcipimus. ¶ Com. 4. de Regul. num. 67.

Si eſt tantum in minoribus, ad id iure non tenetur, niſi habeat eccleſiaſticum beneficium, licet gloſſ. quędam contrarium ſentiat, & nonnulli alij illi innitentes. Qui ſi tenent id de omnibus errant cùm nullo iure id appareat. Si autem illa glo. intelligat de ſacris ordinibus initiatis verũ dicit. Ib. c. 7. num. 12. Niſi adſit aliquo loco conſuetudo id faciendi ſiue aliquam aliam orationem recitandi, puta ſeptem Pſal. vt Gradual. Tenentur tamẽ ad mature gratias Deo agendi. ¶ Ibid. num. 13.

Clericos inſtituere, & decens, & neceſſarium fuit, qui inter Deum, & populum eſſent medij, quod munus cum omnium Reip. ſit maximũ, & ad alia omnia certos habet miniſtros deputatos, maiore profectò ratione ad hoc debuit aliquos deputare. ¶ Ibid. cap. 20.

Clericis omnis ornatus vltra neceſſitatem, & honeſtatem prohibetur. c. 1. 21. q. 4. Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. 1. de reform. ¶ Com. 4. de Reg. num. 27.

Clerici tam regulares, quàm ſæculares poſſunt damnari ad triremes per conſuetudinem, quæ iam inualuit. ¶ Com. 3. de Regular. nu. 52.

Clerici etiam minores ſuſcipientes ordinem in peccato mortali ſine præuia confeſſione mor. peccant ſi talia ſint ſacramenta. Secus ſi ſacramentalia. ¶ Com. de ora. cap. 7. num. 15. & in gl. ſuum. de poe. d. 5.

Clericus, qui contrahit cum corrupta non renunciat priuilegio clericali, quia non poteſt per c. ſi diligenti. de foro comp. Priuatur tamẽ illo per c. 1. de bigam. lib. 6. Et ſi diu ingeſſit ſe enormib. demiſſo habitu, & tonſura clericali perdit illud ſine alia monſtratione ſecundum Ioan. And. vel cùm illa ſecundum Panorm.

Qui contrahit, vel deliquit in territorio epiſcopi alieni eius iuriſdictioni ſubijcitur quo ad ea, ſed nõ per prorogationem expreſſam, quã nec facit, nec facere poteſt ſine conſenſu ſui Epiſcopi. cap. ſignificaſti. eo. tit. Neque à fortiori per tacitam, quam non intendit, neque facere poteſt. ¶ Tracta. opp. ſol. 8. opp. num. 5.

Clericum eſſe, quẽ nec dicto vnius, neque pilei geſtatione probare quis poteſt, quia dictum vnius qualiſcunque ille dignitatis exiſtat in præiudicium tertij nihil valet. cap. cum à nobis. de reſt.

Clericus, quæ ob tacitam fidem datam de reſtituendo incapaci damnatus fiſco eccleſiæ tenetur reſtituere. l. 3. ff. de iu. fiſ. & Bal. in d. l. ſi quis preſbyter. C. de epiſco. & cler. Quia fiſcus eſt factus dominus eorum. ¶ Conſi. 8. de reſt. num. 5.

Clericus ſimplex omnia, quæ laicus gerere poteſt. Panorm. capit. 1. de poſtul. Et ſi eſt in ſacris poteſt exercere exercitia aliàs honeſta ad ſe, ſuoſque ſuſtentandos. gloſſ. cap. Peruenit. 87. diſt. ¶ Conſ. 3. de ſucceſſ. ab inteſt.

De acquiſitis illicite teſtari non poteſt. Et per illicite acquiſita intelligũtur plurimum illa, quæ veniunt per negotiationem illicitam, ſed multi ſũt, qui de illis teſtantur. ¶ Conſ. 10. de teſtam. num. 5. & 10.

Neque de acquiſitis ante clericatũ in præiudicium Patris, cui ratione Patriæ poteſtatis vſusfructus quæſitus erat, & Auth. Presbyteros. De Epiſc. & cler. qua Panorm. vtitur, loquitur de bonis poſt clericatum quæſitis, vt probat Deci. Ibi. ¶ Com. 2. de Regul. num. 55.

Clericis licet bellare iure humano prohibeantur, non autem diuino. ¶Conſi. 1. de his quæ vi. num. 2. Poſſunt tamen hortari ad iuſtum bellum. ¶Ib. num. 16.

Et non agunt contra ius diuinum, neque ſententiam ſanguinis deferentes. Ib. num. 17. Sed cohortatio debet eſſe in generali, non autem in particulari ad hunc, vel illum occidendum. ¶Conſi. 37. de hom. nu. 2.

Arma portare illi interdicitur, & ſi illa noctu portet poteſt capi, quia arma portans velle delinquere præſumitur. ¶Conſi. 44. de ſent. excom.

Si inueniatur cũ vxore, matre, vel ſorore, & occidatur, non eſt qui occidit excommunicatus: ſecus ſi id cum maturo iudicio faciat. ¶ Conſil. 41. eod. titu.

Poteſt à laico retrahi ne futurum ſcandalum committat. ¶ Conſil. 38. eod. titu.

Si azima Hebræorum comedit pœna depoſitionis punitur. c. Nullus. 28. q. 1. ¶Conſi. 2. de Iudæ.

Clericus concubinarius. Verbo cõcubinarius.

Clericus Sacerdotalis ordinis, etiã poteſt denũciare præparatas inſidias, aliaque ſimilia delicta, ſine timore irregularitatis, modo proteſtetur ſe ea tantum de cauſa id agere, vt impediãtur mala imminentia. Caietan. 2. 2. q. 33. art. 7. per cap. Epiſcopi, & ca. cler. vel Monach. lib. 6. ¶Cap. inter verba, concluſ. 6. num. 620.

Clericis, & eccleſiaſticis perſonis quærunt aduentitia cum plena eorum adminiſtratione etiam quoad fructus. Auth. Presbyteros. C. de Epiſ. & cler. ita quòd ſiunt eis, quaſi Caſtrenſia. ¶Com. 2. de Regul. nu. 51.

Clericos plures, qui vnico, & eodẽ impetu percutit plures excommunicationes incurrit Ioan. And. in Mercur. cap. Dilectum de Reg. iur. lib. 6. ¶Manual. cap. 6. num. 18.

## *Coadiutor, & Coadiutoria.*

Coadiutor Archiepiſcopi cum futura ſucceſſione Palio vti nõ poteſt, dum eſt talis. arg. c. niſi, & cap. ex tuis, de auct. & vſu pal. Et ſi ſit epiſcopus eo abſente, vel cõnuente benedictionem dare poteſt. Beneficia tamen conferre, vel alia exercere non valet, quæ is, cuius eſt executor per ſe valet, & poteſt exercere. ¶ Conſi. 2. de cler. ægrot.

Ad onera ad quæ datur, & ad id, quo is cui datur, tenetur Innoc. c. niſi cum pridem. de renunc. nu. 4. Et probatur per c. de ſectorib. de cle. ægro. & debet ſuſtentari ex fructib. beneficij. cap. eo. lib. 6.

Et ſi eſt cum futura ſucceſſione, vt ſit perpetuus, & irreuocabilis, & ꝙ nihil poſſit petere, vel exigere de fructibus ob cuius regimen datur; datio talis eſt extraordinaria. Et ſi nihil percipit ex beneficio ei non tenetur ſeruire, quia nemo. iux. Apoſt. Gal. 5. tenetur ſuis ſtipendijs militare. ¶Conſil. 1. eod. titu.

Et ſi eſt datus cum facultate ſubeũdi onera de conſenſu, eo abſente, & contradicente poteſt ſubire. Ibid.

Tenetur recitare officium iux. obligationem quam habet ex titulo ſuæ coadiutoriæ puta ſemper, vel aliquando: non autem habet beneficium cum coadiutoria non ſit beneficium. ¶Cõ. de ora. c. 20. num. 18.

Coadiutoria, licet non ſit beneficium. Sufficit tamen ad ordinandum. ¶Com. de ora. c. 20. num. 18.

Non videtur tamen eſſe minor, quã titu-

titulus commendæ cum etiam virtute illius poſſeſſio capiatur. vt patet in c. poſsú commendæ. Conſ. 1. de cl. ęgr.

Si eſt quoad vnam cauſam non extenditur ad aliam, quæ non ſaperet alienationem ſecundum Old. in conſil. 44. tex. c. 1. de cle. ægro. lib. 6. vbi ponitur differentia inter coadiutorem dandum ob vnam cauſam, & aliam. ¶ Conſi. 2. de cle. ægro.

Coadiutoria cum futura ſucceſſione etiam de conſenſu principalis prę terquam in quoddam caſu ibi expreſſo nulli concedatur. Conc. Tridé. ſeſſ. 25. cap. 9. De Reform. ¶ Relect. cap. ſi quando de Reſcrip. prælud. 2.

## *Cæcus.*

CÆcus, qui nullo modo poteſt dicere horas nulla ad hoc indiget diſpenſatione. c. quando. de conſe. diſtinct. 1. ¶ Conſil. 15. de celeb. miſſ. & de ora. c. 2. num. 14. Si poteſt habere ſocium, qui ſibi auxilio ſit tenetur cũ ſocio, ſi cōmode illum habere poteſt, ſi ſecus non tenetur, & ita intelligendi ſunt. Silu. Ang. Caiet. & alij. ¶ Ibi. & c. 21. num. 14.

Si poteſt recitare maiorem partem officij conſultiùs aget, ſi recitet omnes partes, quas poteſt, dicetque totum alterius diei, ſi nouit memoriter dicere. ¶ Ca. 2. nu. 23.

Sæcus non ſurdus, non excuſatur à choro, & minus à capitulo, neque credendum eſt ſatisfacere audiendo penſum alterius, & ſui chori, niſi cantet penſum ſui, qua parte poteſt iuxta determinationem. Caie. lib. 16. Reſp. 8. ¶ Ibid. c. 19. num. 81.

Hinc ſequitur cęcitatem non eſſe infirmitatem ſufficientem ad lucrifaciendum diſtributiones non eundo ad chorum. Ib. num. 82.

Cæcitas mentis eſt filia luxuriæ, A iuxta Greg. lib. 31. moral. cap. 15. & Tho. 2. 2. q. 153. ar. 5. & per hanc peccat mor. qui non proponit explicite Deum pro vltimo fine. ¶ Manua. cap. 23. num. 114.

## Cocundi Potentia uer. Potentia.

## *Cogitatio.*

COgitatio eſt actus proprius potentiæ cognitiuæ, quæ de ſe, nec bona eſt neque mala, ſed indifferens.

Quando autem eſt actus malus eſt B potentiæ appetitiuæ, & in ſola mente conſiſtit non exeundo ad extra. Et tũc nō eſt punienda lege humana, ſed ſola lege diuina, quia ſoli Deo eſt cognita. Quod ſufficienter probāt cap. erubeſcant 32. diſtin. & gl. clem. 1. §. verum de Hæret. ¶ Com. cap. Cogitationis de pœn. diſt. 1. & com. cap. nunquid Cain. ea diſt. num. 51.

Cogitare de peccato, atque illud per cogitationem cognoſcere peccatum non eſt, quod paſſim fit in audiendo, vel in diſſerendo. ¶ Com. d. cap. cogitationis.

## *Cognatio.*

C COgnatio eſt eccleſiaſticum impedimentum matrimonij contractum dirimens, vel non dirimens.

Eſt autem triplex, ſcilicet ſpiritualis, carnalis, atque legalis. ¶ Man. c. 22.

Cognatio ſpiritualis eſt attinentia ex ſacramenti datione proueniens. gl. recep. cap. 1. de cogn. ſpirituali. lib. 6. ¶ Conſi. 2. eod. tit. num. 3. Vel eſt attinétia duarum perſonarum, quę ex ſtatuto eccleſiæ oritur per Baptiſmum, & cōfirmationis adminiſtrationem, & ſuſceptionem baptizati, vel confirmati, iuxta mentem omnium in Rub.

de

de cogna. ſpir. & Theol. 4. diſ. 40. quæ impedit, & dirimit matrimonium. ¶Manu. & conſi. 2. de cog. ſpir. nu. 5.

Hæc olim ſecundum iura antiqua erat triplex, ſcilicet paternitas, compaternitas, fraternitas. Duæ primæ, quo ad baptizantem, & ſuſcipientem, baptizatique patrem, & matrem durãt. Ceſſat autem nunc per Conc. Trid. c. 2. de reform. ſeſſ. 24. Fraternitas; & compaternitas, quo ad baptizantem, & Patrinos.

Tranſibat olim ex marito in vxorem, vel concubinam ante vel poſt cognitam, nunc autem non, ſed tantum remanet inter ipſos, qui baptizãt, vel ſuſcipiunt, & inter ſuſcipiẽtem, ac patrem, & matrem ſuſcepti. ¶Manua. c. 22. nu. 36. & 37.

Contrahitur per actum proprium, non autem per actum alterius, quia requirit leuationem, vel tactum. ca. vlt. 30. q. 4. Et quia canones antiqui habent, quod patrinus offerat, reſpondeat, geſtet, profiteatur. c. illud. & ſeq. de conſe. diſt. 4. quod tenet Archid. c. 1. de conſign. ſpir. lib. 6. ¶Conſi. 2. eodem tit. num. 3. & 7. Contraria conſuetudo poteſt induci. ¶De ſpol. cler. §. 14. num. 7. An autem conſuetudo id habeat dubitari poteſt, & Bal. inclinat ad affirmationem. l. 1. §. ne autem, de caduc. tollend. Sed credendũ contrarium † per multa fundamenta ibi adducta. nu. 8.

Contrahitur ab eo, qui puerum nõdum integre natum ad baptiſmum ſine ſolemnitate dãtum in caſu neceſſitatis tenet. ¶Conſi. 1. de bapt. num. 1.

Et ab illo, qui etiam nondum eſt cõfirmatus baptizãdo, vel tenendo. Silu. ver. matr. q. 7. quia habet vitam ſpiritualem. ¶Conſi. 3. de bapt.

Non contrahitur ex ſolẽnitate ſupplente baptiſmum, quia talis ſolemni-

A tas non eſt ſacramentum, ſed ſacramentale per quam non imprimitur character. ¶Man. c. 22. nu. 40.

Neque contrahitur ex baptiſmo ſolemniter dato ſub conditione, quando primus fuit verus, quia iſte non eſt ſacramẽtũ, licet vel interueniat cathach. & exorciſ. ¶Conſil. 1. de baptiſ. nu. 2.

Poteſt contrahi ſimiliter, & ſponte, & coacte, ſed quæ ſponte contrahitur maior eſt illa, quæ contrahitur coacte, puta propter neceſſitatem, errorẽ, vel ignorantiam facti. Ideo prima auſert coniugi ius petendi debitum. Secunda autem non, vt colligitur ex quo

B dam dicto Alex. c. ſi vir. de cogna. ſpi. ¶Manu. c. 16.

Quæ oritur ex catechiſmo, vel exorciſmo aliquod affert impedimentũ. c. per catechiſmum. de cogn. ſpir. li. 6. Impedit enim matrimon. contrahendum, ſed non dirimit contractum. ¶Man. cap. 22. num. 72.

† Addit. ſed hodie per declarationem Illuſtriſſ. DD. Card. Cõgreg. ſup. Cõc. Neque iſta cognatio impedit matrimonium contrahendum, quia ex ſacramentalibus nulla oritur.

Quæ ſuperuenit matrimonio non diſſoluit illud, ſed tantum exactio-

C nem debiti in coniugatis impedit. de cogna. ſpir. lib. 6. ¶Manu. c. 22. nu. 40.

Cognatio carnalis, quæ alio modo dicitur conſanguinitas eſt propinquitas duarum perſonarum, quarum vna ex altera, vel ambæ ex eadem deſcendunt gl. recep. in arb. conſan. l. 6. Affinitas vero, quæ eſt eius ſpecies, quid ſit vide ver. Affinitas. num. 1. Ex hac oritur impedimentum vſque ad 4. gradum. c. non debeat. de conſan. & affi. In copula autem illicita nõ procedit, niſi vſque ad ſecundum incluſiue per Cõc. Trid. ſeſſ. 24. c. 4. de refor. In alijs autem, nec dirimit, neque impedit, ut decla-

declarauit Pius V. cõſanguinei igitur, A & affines peccant contrahentes ſine diſpenſatione, & ſunt excommunicati per clem. 1. eod. titu. niſi excuſet ignorantia. ¶ Manu. num. 41.

Iſta cognatio ad aliquos effectus nocet in rerum Eccleſiaſticarum tractatu. iux. cap. huiuſmodi. §. Nam hoc vſu præſtatio. 10. q. 2. plurimum tamẽ prodeſt ad præſumendum, quòd ibi ſit maior affectus. ¶ Conſil. 1. de feud. num. 7. lib. 3.

Cognatio legalis eſt propinquitas ex adeptione proueniens ſecundum mentem omnium. glo. cap. 1. de cogn. leg. Eſt autem triplex. Prima, aſcendẽ B tium, aut deſcendentium, ſcilicet adoptantis, & adoptati, atque deſcendentes ex eo, quæ neque diſſolutione adoptionis, neque emãcipatione tollitur. c. ita diligere. 30. q. 3. Secunda, quaſi tranſuerſalis inter adoptatum, & filiũ naturalem in poteſtate patris, c. 1. eod. titu. & l. quæ per adoptionem. ff. de adopt. Tertia eſt, quædam legalis affinitas inter vxorem adoptantis, & adoptatum; & inter vxorem adoptati, atque adoptantem: quę durat perpetuo. l. adoptiuus. ff. de ritu nupt. Quælibet autem harum impedit, & dirimit matrimoniũ, iux. omnes in d. c. & Theol. C 4. diſt. 42. Et impedimenta extenduntur vſque ad quartum gradum. Differunt autem ſpiritualis, & carnalis à legali, quia in his nulla eſt annexa excommunicatio. gl. recep. cle. 1. de cog. ſpar. ¶ Man. c. 22. nu. 44. & 45.

## Cognitio.

Cognitio rerum modo debito facta, non eſt ſecundum ſe mala: modo autem indebito, ſic, puta habere illam à Dæmone, & cum obſeruationibus vanis. ¶ Conſil. 1. de ſacrileg. lib. 5. num. 7.

Cognitio futurorum, quæ non pendent à cauſa naturali, vel diuina, Deo eſt reſeruata. Iſa. 41. Dicite, quæ ventura ſunt, & dicemus, quia Dij eſtis vos. ¶ Ibid. num. 3.

Cognoſcere an hoc, vel illud iuſtũ ſit, vel iniuſtum pertinet ad naturalẽ rationem, & leges ſecundum eam factis. Cognoſcere verò an ſit peccatum mortale extinguens gratiam pertinet ad legem euangelicam, & alias leges, ſecundum illam factas. ¶ Relec. c. nequit. de iud. Not. 6. nu. 10. tom. 3.

Cognitio Dei fit per ſuam eſſentiã, Angeli autem & animæ cognitio fit per qualitates ſibi inhærentes. Sed animæ cognitio eſt cum diſcurſu componendo, & diuidendo ea, quæ actu ſimplici apprehendit, & ratiocinando, ſiue aliud, ex alio deducẽdo. Angeli uero cognitio eſt ſine diſcurſu, & ſimul ac quidditatem cognoſcit, omnia quæ illi conſequantur apprehendit. ¶ Manu. prælud. 3. nu. 15.

Cognitio debet præcedere Iuditiũ. l. de qua re. ff. de iud. ¶ Relect. cap. Nouit. de Iudit. Notab. 2. nu. 19.

## Collatio.

Collatio beneficij facta in fauorem ignorantis ſimoniã factã cum tertio valida eſt, & fructus dum ignorat facit ſuos, ſed dum reſcit tenetur beneficiũ ſtatim dimittere. ¶ Cõſi. 30. de ſim. nu. 3. li. 5. Eſt enim reprobãda. ¶ Conſ. 60. eod. titu. num. 3.

Valida eſt facta à Papa illi, qui primam tõſuram in excommunicatione accepit, quia nullo iure prohibetur cõtrariũ. ¶ Cõſi. 28. de ſen. excom. n. 18.

Item ſi facta eſt etiam ſine cauſa de beneficio ſimplici valet. ¶ Conſi. 55. de Regular. num. 4.

Item facta à capitulo ſuſpenſo, & non

non declarato, eſt ualida.¶ Conſi.23. A de ſenten.excomm.nu.1.

Item facta ab Epiſcopo valet, quia nullo iure id videtur prohibitum, & per cap. ad ſupplicationem contrariũ videtur probari, & communis opinio in ca.cum noſtris. de conceſſ.præb.& d.ca. Ad ſupplicationem habet poſſe conferri beneficium epiſcop. ex cauſa legitima, puta ob neceſſitatem.¶ Cõſ. 21. de præben. nu.3.& 4.

Item facta tonſurato à non ſuo eſt valida, quia talis non eſt ipſo iure ſuſpenſus, & per conſequẽs non eſt irregularis, neque excõmunicatus.¶ Cõſi. 24.de tẽp. ord.nu.4.conſ.25.nu.1.24. B

Item facta criminoſo, crimine non inducente irregularitatem, aut inhabilitatem valet nõ facta mentione de illo crimine. Licet expreſſio illicita difficiliorem reddidiſſet Principem ad conferendum, ut ſentit Innoc.in c. propoſuit.de conceſ. præben. & reſol uit Fel.poſt alios in c.2.nu.14.de reſc. ¶ Conſi.1.de conſt.nu.51.

Collatio beneficij facta cum pacto, vt dimidij fructus alij dentur ſimonia ca eſt, & conſequẽter inualida.¶ Cõſ. 20. de ſim. & hoc inductum eſt in odium ſimoniæ.¶ Conſi. 60. eod.tit.

Item facta indigno. ¶ Conſi. 15. C eodem ti.

Item facta irregulari, vel inhabili eſt ipſo iure nulla.¶ Conſi.35.eod.tit. Item facta excommunicato. ¶ Conſi. 3.de cleric. excommu. miniſtr.

Collatio beneficij literis non expeditis, non valet.¶ Conſi. 33. de temp. ord.num. 4.Item ſi taceatur beneficiũ fuiſſe iam collatum.glo. ſing.in c.eum qui. de præb. li. 6. ¶ Conſi. 1. de fil. presb.num.4.Item facta bigamo, quia ille eſt irregularis. Inno. communiter recep.capitul. cum noſtris.de conceſſ. præb. ¶ Conſi. 3. de bigam. Itẽ facta irregulari iniuſta eſt, cum ſit incapax beneficij. c. cũ de beneficio. de præb. li.6 ¶ Conſil.40.de præb. num.6.Itẽ facta illi, qui non habet ordinem, quẽ beneficium requirit cap. 1. de regul. iur.libr.6. ¶ Conſil.46.eo.titul.nu.3.

Item facta ab Epiſcopo virtute alternatiue, ſi alternatiua nondum eſt accepta.¶ Conſi.18.de pręb.nu.6.

Item facta ab Epiſcopo, & minore parte, quando ad illum, & capitulum ſpectat. ¶ Conſi. 1. de his quę fi. à maio.par.nu.3.

Collatio beneficij non cadit in laicum. c. 2. de inſt. c. ex literis de tranſa ¶ Conſi.9. de temp.ord. nu.6.

Non irritatur ab intentione reciproca ſine pacto, quia inordinata reciprocatio videtur ſolũ illicita.¶ Cõſi. 5.de renunciat.nume.2.

Collatio beneficij, quando eſt nulla, videtur tacite refecta ſi collatores uident, & tacent. vt ait Fel.poſt Panorm. in ca. cum ex officij.de præſcr. ¶ conſi. 9. de temp.or.nu.7.& Com. c.ſi.quando. de reſcr.exc.17.

Collatio Papæ cęteris parib.ordinariæ collationi præualet. ¶ Conſi. 18.de præb.

Collatio canonicæ pœnitentialis, ſi ad ſolum Epiſcopum ſpectat ad eũdem etiã prouiſio ſpectabit.¶ Conſi. 20.de pręb.nu.1.

Collatio Manualis fit à Papa perpetua per eius confirmationem.ca.ad audientiã.& ca.porrecta. de confirm. vtil.¶ Conſi.20.de regul.num.16.

Collatio beneficij poteſt fieri, & probari abſque ſcriptura, ſecundum omnes in c.2.de reſt.ſpol. ¶ Cõſi.41. de ſponſal. Videlicet literis Notarij ſigillo epiſcopi munitis, & etiã teſtibus.¶ Conſi.1.de probation.num.1.

Collatio beneficij non poteſt grauare collatarium, aliter eſſet id ſimonia.

nia, quia beneficia ſine determinatio-
ne sũt conferenda. ca. 1. vt eccl. benef.
Et epiſcopus nullum pactum poteſt
facere in collatione. argum. ca. quam
pio. 1. q. 2. & cap. fi. de pact. ¶ Conſi.
1. de conceſ. præb. nu. 1.

Collatio pura cõditione facta iure antiquo non poterat eſſe pendens, ſed ſtatim aut valebat, aut erat nulla. argum. cap. 2. de elect. & late Fely. in ca. conſtitutus. de reſcrip. At iure nouo per extrauagan. 2. de ſimon. & per ſtylum curiæ, per quod tollitur ius antiquum. c. 1. de conſt. lib. 6. Talis collatio poteſt eſſe pendens. Si enim adeſt pactum dandi centum in fine anni pẽdet. quia ſi non ſoluantur valet, ſi autẽ ſoluãtur, nõ valet. ¶ Manu. c. 23. nu. 104. Vide Com. in c. fi. de ſim. num. 30.

Collatio benef. facta excommunicatio nõ valet cap. Poſtulatis de cler. excom. minis. ¶ Manu. cap. 9. nu. 4.

## *Collegium.*

Collegium omne particulare illicitum eſt. Rub. l. 1. & 3. §. in ſumma. ff. de colleg. illicit. Bart. in l. hoc ius. ff. de iuſt. & iur. Fallit autem hoc in collegijs cã Religionis conſtitutis. iux. Mart. l. j. ff. eo. ti. Et tunc tale dicendum eſt, quando ſine ſuperioris auctoritate irritum eſt. Et ſi in eo maior pars laicorum eſt, vocatur laicum, & tunc in temporalib. epiſcopo, non eſt ſubiectum. ¶ Conſi. 5. de off. iud. or.

Si habet onus dandi, quid annuum promiſſis dicendis minorib. incapacibus ſatisfacit ſi mentem teſtatoris adimplebit faciendo celebrare Miſſas in locis ab ipſo teſtatore reiectis. ¶ Conſi. 19. de teſta. nu. 10.

Sine iuſta cauſa ab illius ſingulis

A obligari nequit. ¶ Conſi. 4. de teſtamentum. 5.

Poteſt agere actione inimicitiarũ etiam nolente canonico offenſo. Et ſi eſt Regulare, poteſt remittere iniuriam factam Monacho eo nolente. ¶ Com. cap. vulgaris. de pœ. d. 1.

## *Commenda.*

Commenda beneficiaria, eſt titulus canonicus, cuius contrarium præſupponit Medina. Qui tamen ſi per titulum intelligit ius ob quod beneficium ſit habentis excuſatur, quia commenda non eſt talis cũ

B non eſt perpetua. Quare obligat ad horas pro eo tempore, quo durat. ¶ Com. de ora. c. 20. nu. 16.

Eſt autem duplex, una perpetua, per quam ſedes Apoſtolica confert beneficium, quoad vitam commendatarij, de qua in cap. illud. & c. qui plures. & cap. relato. 21. qõ. 1. Panor. in cap. Quędam. de elect. Gomeſ. in Reg. de infirm. reſign. q. 13. Et Reg. de triem. poſſeſſ. q. 51. vbi reſoluit, quod huiuſmodi commendę habentur pro titulis legitimis.

Altera eſt temporalis, de qua diſponit c. Nemo deinceps. de elect. *lib. 6.*

C & etiam illa, pro qua beneficium litigioſum commẽdat ordinarius alicui, vt ſeruiat ei lite pendente, iuxta nota in c. 2. vt li. penden. lib. ſexto. Et etiam illa per quam hodie commendatur eccleſia Parochialis per viam vicarię, donec de Rectore prouideatur Conc. Triden. ſeſſ. 24. ca. 18. De reform. Et hæc non dat titulum in beneficium, neque commendatarius facit fructus ſuos, ſed eſt procurator. ¶ Conſi. 4. de fil. presb. per to.

Commenda etiam manualis deuoluitur, ſi infra ſex menſes non confeſratur. clemen. 1. de ſuppl. negl. præl.

iux.

iux.c.2.de conc. prǽb. ¶ Conſi.70.de A Regu.num.5.

Commenda ceſſante commendatũ beneficium ſic vacat, ac tempore commendationis vacabat, quod Gomeſ. aſſerit in reg. de infir. reſign. q.5. & reg. de veriſim. notitiæ, quæſt. 4. ¶ conſi.3.de reg.nu. 43.

Commendæ, & vniones ad vitam eodem indicio iudicãtur, quo pulchra beneficia in titulum data, ſentit Maior.4.diſt.q.23.¶Tract.de incompatibilitate Beneſ.nu.24.

## *Commendatarius.*

COmmendatarij Religionum gaudent omnibus priuilegijs Eccleſiaſticis, quare non iudicantur à laicis, & ſunt verè religioſi, atque eorum commendæ ſunt beneficia ſæcularia. ¶ Tract.de red.eccl. q. 3. Mon. 27. & q.1.Mon.55. B

Multa peccata poſſunt committere, & præſertim in expendendo ſuos prouentus in vſus profanos, ac ſi bona ſæcularia eſſent.¶Ibi.quæſt. 1. Mon.39. Mon. 55.

Quotannis ſe expoliant, id eſt tradunt magiſtro, ſeu alij prælato inuentarium bonorum, quæ tenent in ſignũ paupertatis voluntariæ. ¶ Ibid. Mon. C 55.num. 7.

Non poſſunt teſtari quoquomodo voluerint, ſicut quidam teſtantur, videlicet, relinquendo bona ſua diuitib. in vſus profanos, quia ſunt Religioſi. Et ideo oportet ſi voluerint teſtari, habere intuitum paupertatis. Et quia nihil habent proprium, quoniam quæcunque habent, ſunt bona ſuæ commendæ. Cum priuilegio autem teſtari poſſunt, modo relinquant pauperibus ſaltem non habentibus ſufficientia ad decenter viuendum. Immo & Pius V. edidit Bullam reuocationis quorundã priuilegiorum quo ad facultatem militibus teſtandi. ¶ Tract. de red. eccl. q.3.Mon.12.

Commendatarius & prælati in executione adminiſtrationis proprietatis æquantur. Panor. in c.quædam. de elec. quem ſequitur Domin.& citati à ſe in cap.te docendis ſub finem, de reſcript. ¶ Conſ.11.de Regular.nu.6.

Male æquiparantur clericis, quo ad bona temporalia, qui iſti omnino admittunt votum paupertatis, ſicut milites commendatarij. ¶ De red.eccl.q. 1.Mon.76.nu.1.

In Hiſpania habent eccleſias ſeparatas commendatas, quæ alijs non cõferuntur.¶Ibid.Mon.30.

Non ſunt bonorum capaces. cap.in præſentia.de probat.& c.2.de teſta.& ideo non poſſunt magiſtratus inſtituere.Ibidem.

Commendatarij Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia ſuperflua non debent reddere Magiſtro hoſpitalis, ſed de illis poſſunt diſponere ad libitum, quo ad pia.¶Conſi.70.de Regular.

Commendatarius Abbatiæ. Verb. Abbatiæ.

## *Commiſſio.*

COmmiſſio ad diſcernendum, niſi ea ſecuta non operatur, cum expiret per mortem committentis.c.Belatum, & c.Gratum.de off.deleg.¶cõſ. 39.de tempo.ord.

Ad diſpenſandum ad eccleſias, ita operatur, vt commiſſarius poſſit vnico actu ad omnes diſpenſare. ¶ conſi. 77.de Regular.nu.2.

Facta alteri expirat re integra per mortem committentis.l. mandatum. C.mand, Etiam ſit ſit iudicialis.capit. Relatum. de off. deleg. & ibi per omnes. Si verò gratiam contineat, non expirat, & hoc voluit intelligere Dec. in

in d.c.nu.5. Et eſt ſententia Panor. in c.ſi ſuper gratia.de off.dele.li.6. ¶ Mã. c. 27.nu.253.& 254.

Commiſſo vno cẽſentur commiſſa ea ſine quib.id expediri non poteſt.l. 2.ff. de iu. omn.iud.& c. præterea.de of.deleg. Immo & ea ſine quib.id expediri quidem poteſt, ſed non commode.l.pe. ff.de vſufru.l. quicunque.§.ſi ei qui ad uendendum.ff.de inſt.

Commiſſo arbitrio ſuper ſtatu pacifico Reip. non cenſetur data poteſtas cõpellendi ad concordiam ciues etiam particulares vt ait Are. c. de teſtib.& gl.ſing. in c.ſolet.de ſen.excom.li.6.Bart.in l.Ambitioſum.ff.de ſtat. & ord. faciend. ¶ Releċt.in cap. nouit.de indic.Notabil.3.numer.decimo octauo tom.3.

Commiſſi pœnam.ver.Pęna.

## *Commodare.*

COmmodans, qui commodatum ante tempus conſtitutũ à cõmodatario contra eius voluntatem, & cum eius damno notabili repetit, peccat, cum obligatione reſtituendi. l.in commodato.§.ſicut. ff. comm. & c.1.de commo.vbi tex.& lex indiſtincte loquitur, quare non videntur eſſe admittendæ conditiones poſitæ ab Ange. ver. Commodum.§.4.& Silu. neq; vlla ratio ĩ vno foro potius, quã in alio concludit Man. c.17. nu. 182.

Commodans ſua volũtate propriæ rei vſũ alteri concedit, & ſuam fidem ſeruare tenetur.l. 1. ff.de pac.& c.qualiter. eo.ti. Si facta eſt commodatio precarij.i.non ad certum tempus, & vſum, poteſt cum libuerit repetere, niſi id fiat abſque cauſa, & cum magno damno alterius. Silu. q. 1. ¶ Ibi.

Commodatarius, qui ad præfinitũ tempus non reddidit, aut deterius factum etiã ſua culpa leuisſima reddit,

A quo commodans non fuit contentus peccat.arg.c.1.de com. cum ei ad not. idem ſi in alium uſum ea re utitur, aut diutius, quam conueniſſent, tenetur ad reſtitutionem, & non excuſat caſus fortuitus, quia furtum committit. l. qui inuenta. ff. de fur. l. ſicut certo.ff. comm.ſecus accidit ſi probabiliter credit eum qui commodauit contentum fore. l. qui rem. ff. de fur. nec tenetur de damno, ſi nullam habet culpam.l.ſi commodatum.ff.com. ¶ Vbi ſup.nu.183.

Similiter peccat ſi cum notab.damno alterius rem commodat.l.qui uas.

B §. ſi ergo. ff. de fur. Et ſi ſui tantum gratia accepit, & ſua culpa perit, reſtituere tenetur, ſicut ſi ob cauſam, & vtilitatem commodãtis.l. contractus. de reg.iu.Sot.contra tenet. libr.5.De iuſt. & iu. q. 7. ar. 3. de culpa leui ſi illa ad peccatum mor.in foro conſcientiæ non peruenit. Sed tenenda eſt cõmunis op.Panor.in cap.1. de commo. ¶ Vbi ſup.nu.184.

Similiter peccat ſi mittit rem commodatam per nuntium, qui illam non reddit ſi non habebat illum per fideli. & amittitur dolo, & culpa, & tenetur ad reſt.ar.cap.ſignificante.de pign. &

C Bar. l.cum qui. ff. de commo. ſcias ſi habebat pro fideli.leg.qui argentum. ff. commo. ¶ Ibi.nu.185.

Similiter peccat ſi rem ſibi commẽdatam, non vult reſtituere, niſi ſolutis prius impenſis, quas ipſe iure facere tenebatur. l. in reb. §.poſſunt.ff.commod.& Bart.in l.diuortio.§. impedit. ff.ſol. matrim. pro compenſatione tamen debiti poteſt retinere. ¶ Ibidem nume.186.

## *Communicare.*

† PLacet primum annotare, quòd communicare (& ſi nullibi Au-

ctor

ctor id dicat expreſſe) ſignificat, primo ſacram Euchariſtiam præbere alicui. Deinde cum aliquo in aliqua re participare, idque colligitur ex Aucto. prout quo ad vtramque ſignificationẽ aliquæ expreſſe tradit, ſub verb. communicans, & communio. Communicari autem eandem eſt ſacratiſſimam Euchariſtiam accipere. & eandẽ etiam ſignificationem habet infinitã communicare, vt paſſim apud Auctorem legere eſt.

Communicare ſemel in vita iure diuino tenetur, humano verò ſemel in anno. ¶ Conſ. 16. de pœn. & remiſ. ſemel in menſe tenetur monachus Benedictinus. clemen. ne in agro. §. ſanè de ſtat. mon. & monialis cuiuſuis ordinis, Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap. 10. de. reg. ¶ Man. c. 21. nu. 59. quotidie procul dubio de ſe licitum eſt, & melius quam contrarium, quamuis aliqua circunſtantia fieri poſſit, vt hoc ſit melius in illo per accidens, iux. Auguſt. mentem in c. quotidie. de conſ. diſt. 2. Thom. 3. par. q. 50. art. 16. & in 4. diſt. 12. Quare vnuſquiſque feruorem proprium, atque guſtum ſpiritualem, quã do cum profectu ſequi debet. ¶ Ibidẽ. Hoc autem facere ſolebant omnes intereſſentes diuinis in primitiua eccleſia. c. peccata. de conſec. d. 5. Ad communicandum autem ſaltem ſingulis dominicis diebus, hortatur Auguſtinus. ¶ Ibid.

In Paſcha omnes tenentur ſub pœna peccati mort. c. omnis. de pœnit. & rem. vel ante, vel poſt octo dies. iuxt. conſt. Euge. 4. ignorata à Panormit. & alijs in d. c. citata autem à Maior. 4. d. 17. q. 2. Niſi de licentia confeſſoris in plures dies differenda ſit communio. d. c. omnis. Et niſi ſit aliqua cenſura innodatus, à qua nequeat peccator ob impotentiam abſolui. Si autem vigeat

A conſuetudo, vt quolibet die quadrageſimæ communicet, ſatisfacit. ¶ Vbi ſup. num. 45.

Quod ſi quis in Paſcha non communicauerit, communicet, quam citiꝰ poteſt, vt ſatisfaciat præcepto, & non peccet nouo peccato mort. quia non ceſſat obligatio de communicando intra annum, quæ præcipitur ab eccleſia determinante ius diuinum. Ideo contraria ſententia Anton. 2. p. tit. 9. c. 9. §. 3. Silu. ver. Euchariſtia. 3. q. 5. Medi. cap. de pœnitentia. tract. de conf. non eſt ſecura. ¶ Ibid.

Communicare abſque confeſſione B poteſt quis quando non habet copiã confeſſoris gl. fi. recep. c. de homine. de celeb. Miſſ. ¶ Manu. cap. 7. nume. 6. cap. 21. num. 49.

Communicare, qui deſiſtit, quando tenetur propter odium, vel voluntatẽ de non parendi, aut non faciendi, id quod tenetur, peccat, quia nemini malitia ſua debet patrocinari. c. 1. §. nos igitur. De poſtulat.

Et qui communicat contra prohibitionem eccleſiæ eo, quòd eſt aliqua cẽſura innodatus, niſi quando illa ex ſe nulla eſt, vel ſaltem iniuſta corã Deo, & ille ſecreto communicat, aut in ter-C ris, vbi id ignoratur Felin. & alij in c. fi. de teſtib.

Et ille, qui in mortali communicat etiam ſi id facit ignorantia affectata; ſeu procurata, aut craſſa. Idem ſi credit, aut credere debet ſe in peccato eſſe mor. ¶ Manu. nu. 46. 47. & 48. c. 21.

Qui communionem accipit à non proprio Parocho abſque licentia ſaltem tacita etiam extra Quadrag. & Paſcha etiam in articulo mortis, iux. Card. in clem. 1. de priuil. q. 11. niſi ignorantia excuſet. Et niſi accipiat à Religioſis priuilegiatis a Leon X. præter diem Paſchatis. ¶ Ibi. nu. 52.

Qui communicat ex propoſito poſt cibi, aut potus ſumptionem eodẽ die poſt mediam noctem, præter caſum im portunitatis.c.liquido.& c.ſacramenta.de conſe.d.2.¶ Ibi.nu.53.

Qui communicat pluries eodẽ die cap.ſufficit.de conſ.d.1.c. conſuluiſti de celeb.Miſſ. ¶ Ibi.nu.54.

Qui communicat ſub vtraque ſpecie,etiam ſi ſit Sacerdos,ſed non celebrat.gl.2.c.comperimus. de conſ. d.2. Conc.Trid.ſeſſ.21.¶Ibi.nu.58.

Non peccat autem, qui intra vnum diem naturalem poſt habitam copulã carnalem,aut pollutionem etiam illicitam contritus vere, & confeſſus cõ- B municat,quia nullus eſt tex.aut ratio, quæ contrariũ probet. modo adſit humilitas, & nullus contemptus ſecundum Palu.4.d.9.Silue.Euchariſtia.3. q. 3. & præſertim ſi id agat ex officio neceſſitate ductus, & magna deuotione,iux.Tho.& communem 4. d. 9. 3. p.q.80.art. 7. Neque etiam coniugati debitum reddendo niſi venialiter.Albe arg. cap. vir cum propria 33. q. 8. ¶ Ibid.num.51.

Neque peccat communicando infirmus, qui in ſequenti die commode expectare non poteſt.¶Ibid.nu.53.

Neque Sacerdos,qui ob infirmitatẽ C ſine ſtola, & ſuperpelliceo communicat,quia c.eccleſia.23.d. ſolum loquitur de illo, qui celebrando communicat,vt ſentit Silueſt.verb.Sacerdos.q. 4. loquitur enim de ſumente corpus, & ſanguinem, quòd non contingit de infirmo communicante.¶ Ibi.nu.54.

Communicare cum excommunicato denuntiato in his, quæ ad ſalutem pertinent excommunicationem non inducit.¶ Conſil.13. de ſent. excom. num.3. Neque etiam peccatum eſt in alijs communicare cum eo, qui non eſt denuntiatus per extrau. Ad abolẽ- A dam.de hære. ¶Conſi.61.eod.ti. Siue ille viuus ſit,ſiue mortuus. ¶ Cõſ.24. eod.tit.olim autem ſecus erat,quando ſcienter quis cum excommunicatis cõ municabat.¶Conſi.57.eod. tit. Si autem iſta communicatio fiat in diuinis peccatum eſt mor.alias veniale.¶Con ſil.15.de hære.nu.9.Man.c.27. nu.28. Neque etiam qui communicat cum ſuſpenſo ab oratione aliquam excommunicationem incurrit, quia id nullo iure cauetur.¶Conſi.4.de poe.& rem.

## Communio.

Communio duplex eſt, quædam temporalis,quædam verò ſpiritualis.Prima rerum communio diſcordiam parere ſolet.l.cum pater. §.dulciſſimis. ff. de lega. Et per alia citata ibi.à glo.& Doctor. & per illud Gen. 13.Facta eſt autem rixa inter paſtores Abraham,& Loth.¶ Tract.de red.eccl.q.1.Mon.50.nu.3.

Facta à Catholicis cum Hæreticis in Germania,& Gallia licita eſt, quia non poſſunt non habere cum illis con ſortium propter contractus.¶ Conſil. 16.de hære.nu.2.Manu. c. 27. nu.35. & in Miſcell.47.de oratione.

Cõmunio verò ſpiritualis duplex eſt. Prima interior charitatis ſcilicet & gratiæ,qua efficimur membra Chriſti,quam tollit peccatum mortale.Secunda exterior ſcilicet ſacramentorũ, quæ coniungitur cum interiori, quatenus inducit communionem ſuffragiorum generalium ab eccleſia factorum,vel præceptorum.D.Thom.in expoſ.ſimb.

Communionem ſubdito peccatori occulto publice,vel ſecrete petenti tẽpore quo iure communicare tenetur, qui denegat peccat, eo quod illud noverit in confeſſione cum id ſit detractio, vel peccati reuelatio. ¶ Manual. cap.

cap.21.nu.55.& Com.cap.Sacerdos. de pœn.d.6.nu.84.

Secus ſi peccatum eſt notoriũ, quia debet denegari communio, vſque quo de pœnitentia, & emendatione cõſtet publice. iuxta Bonauent. & Palud. 4. diſt.9.q.4. ¶ Ibidem & vbi ſupra. nu. 103.& nu.101.

Si autem extra confeſſionem audiuit, & publice petat, non poteſt denegari. Secus ſi ſecrete petat etiam debito tempore. In alio autem tempore ſẽper poteſt, & debet cum tunc non teneatur ad præſtandum, neque ille ad petendum. ¶ Ibi.nu.56.

Quinimmo poſſit, vel non poſſit negari, vel concedi damnatis ad mortẽ. Verbo damnatus. nu.1.

Communio, & ſepultura impœnitenti negatur etiamſi contritionis aliqua ſigna oſtendat; modo per alia verba, & ſigna eum non omnino amore Dei pœnitere appareat. ¶ Com. cap. Idcirco. De pœn.diſt.7.nu.1.

## Commutatio.

Commutatio contractus eſt prior emptione, quo homines vtebantur ante inuentam pecuniam. Inuenta deinde pecunia ſecuta eſt commutatio pecuniæ pro pecunia quæ eſt ars cambiandi. De qua in ver. Cambiũ. ¶ Man. cap.17.num.287.

Commutatio omnis æqualem valorem cõmutatorum requirit, ita quòd tanti valeat acceptum, quanti datum, ſecundum omnes præſertim Sco. 4. d. 15.q.2.ar.2. ¶ Ibi. quòd Res, quæ accipitur pro commutatione debeat eſſe in rerum natura quòd in dominio eiꝰ cum quo fit commutatio exiſtat, non eſt neceſſe, ut ſibi perſuaſit Sotus, atque Silue. quia id nullo iure cauetur. Immo contrarium oſtenditur, quia id quod non dum eſt commutari poteſt

A pro eo quod eſt. ¶ Ibi. Commutatio voti. ver. votum.

Commutatio beneficiorũ auctore epiſcopo fieri poteſt. c. quæſitum. de rer.permu.& c.1.eo.tit.li.6. Immo & commutatio poſſeſſionis vnius eccleſiæ, cum alia alterius. c. ad quæſtionẽ. eod. titul. ¶ Conſil.2.de reb. eccle.non alien.num.21.

Commutatio benef.& vẽditio fructuum alterius, ſimul fieri nequeunt ſine licentia Papæ, quia id eſſet ſimonia, ſed ſi fiat diuerſo tẽpore, ita quòd alterum ſit permutatio de licentia, & alterum venditio fructuum auth. pro-
B pria valet, niſi adſit antea promiſſio, quia eſſet ſimonia. ¶ Conſil. 41. de ſim.num.2.

Commutatio plurium benef. pro vno ſi nihil aliud obſtet, licita eſt, vt late reſoluit Fed. Sen. q. 12. de perm. benef. facta autem vt ſuum benef. detur tertio per ordinarium, non eſt licita ſecundum Io. And. communiter recep. in c.1.de rer.perm.li.6. & Feder. q.40. ¶ Cõſi.22.de ſim.nu.3. p.2.li.5.

## Compenſatio.

Compenſatio, quæ fit pecunia ꝓ vita, & fama, non fit ideo, quia
C fama ſit ſua natura æſtimabilis, ſed quia alio modo fieri nequit. Et quia pro vita, & ſalute idem fieri iubetur. l. 1. §.1. & l. final. ff.de his qui deie. vel effud. & leg. ex hac. ff. ſi quadru. paup. Et quia id datur pro compenſatione damni. ¶ Man.c.17.num.90.

## Compoſitio.

Compoſitio facta cũ camera Apoſtolica ſuper incertis iuſta eſt, & valet, modo illa ſint vere incerta; quæ autem talia ſint, vide ſupra ver. Bonum.

Primò, quod compoſitio non ſit in-

diſcreta,vt dixit Caie.2.2.quæſt. 100. ar.1.ad 7. quia Papa adminiſtrationē habet omnium generaliter. Et ita iuſta de cauſa poteſt illa applicare ad pia,& condonare.ver.Papa.¶ Manua.c.27.num.93.

Compoſitio pro gratia reformatiua,in vtroque foro licita eſt. Secus in foro conſcientiæ tantum, quia pœnitentiarius maior tenetur expedire gratis, quod non fit ſi petitur compenſatio.¶ Conſ.50.de ſpon.

Qui compoſuit ſe inualide ob fructus male perceptos,tacito nomine debet in prætorio pœnitentiariæ petere, vt ſua Beatit. approbet talem compoſitionem,atteſtando, quòd fuit petita per procuratorem credentem ſufficere expreſſionem valoris iuxta taxam Cācellariæ.¶ Conſ.73.de ſim.nu. 3.

## *Conatus.*

Conatus, iuxta verbi ſignificationem,& ſecundum iura, quę de conatu diſponunt importat voluntatē delinquendi per aliquos exteriores actus factos ad delinquendum,& non meram volūtatem. Quare regulariter pœnam meretur, etiam non ſecuto delicto. Primo in quibus caſibus lex id exprimit. Secundo etiam in caſu dubio, quando punit aliquid nulla facta mentione de conatu. ¶ Com.c.ſi quis non dicam.de pœn.d.1.nu.5.

Regula iſta fallit octo caſibus ſecūdum Fel.in tract.quando conatus,&c. Laudatus ab omnibus & præſertim ab Hippo.in l. qui falſam ad leg. Cor. de falſ.Primò,quando qui habet affectum delinquendi, addit ei conatum, ſed ductus pœnitentia, aut quia non potuit, illum non perfecit. Sed dic ꝙ hoc verificetur, quo ad pœnam legis ordinariam; debet tamen pœna extra ordinaria puniri iudicis arbitrio ſecū-

A dum quantitatem præparamentorum, & æqualitatem ipſius conatus. ¶ Ibidem num. 6.

Secundo fallit, quando conatus tendit in delictum, quod factum memini nocet.l.Damus.iuncta gloſ. C. ad leg. Corn.ſed limita vt prius.¶ Ibid.nu.7.

Tertiò fallit, quando conatus non habuit actum exteriorem: ſed ſtatim in ſola voluntate etiam conſentiente ratione.l.cogitationis.ff.de poe. Quod verum eſt in ſe, ſed ineptum, quia exceptio apta debet eſſe de contentis in Regula,vt ait Dyn.de reg.iur. Et ſatis probat.l.nam quod liquidum. ff.de pe

B nu.leg. Et quia nemo ob ſolam mentē dicitur conari,vt faciat illud.¶ Ib.n.8.

Quartò fallit, quo ad incurrendam pœnam ipſo iure, quia ad eam incurrendam non ſufficit conatus.cap. cum in cunctis. §.pen. De elect. Quod verum eſt,ſed debet puniri pœna extraordinaria.¶ Ibi.nu.2.

Quinto fallit, in delictis atrocibus iux.Bal.l.ſi quis non dicam.C.de epiſ. & cler.Dic vt prius. ¶ Ibi. nu.2.

Sextò fallit,regula in cenſuris,quia in cenſuris incurrendis non ſufficit conatus ſed requiritur factum, ſecundum Cardi.cap.præterea,de app.¶ Ibi

C dem num.15.

Septimò fallit in ciuilibus in quibus conatus non punitur per glo. in l. conſtiterit.C.fin.regun.Sed gl. & lex non eſt ad propoſitum quia loquitur de ſua voluntate interiori.Ideo limita vt prius de pœna ordinaria. Ibidem num. 100.

Octauò fallit in ſtatutis punientibus delicta, quia ſemper intelligantur de delictis conſumatis.iux.Bald. leg. 1. ff. ad leg.Cor. de ſicar.& Imo. cap.1.de præſcription. Sed limita vt prius. Ex quibus omnibus conclude quòd conatus ad delinquendum, non

ſecuto

ſecuto effectu debet puniri pœna ordinaria legis humanæ, ſi hoc exprimatur in illa. Sin autem pœna extraordinaria, quatenus eſt per ſe actus malus. ¶ Ibid. & Com. de datis, & promiſſis. Not. 8. nu. 14. & 15. Conſi. 16. de tépo. ord. nu. 2. Conſil. 37. de ſen. excomm.

Conatus facere pœnam contra facientem poſitam non incurrit, vt qui tentauit percutere clericum, & non percutit, non excommunicatus eſt. gl. Panorm. & alij cap. 1. de ſent. excom. ¶ Conſi. 12. de ſim. nu. 1.

## Concedere.

CONceſſum in materia permiſſiua cenſetur, quod non eſt prohibitum. c. conſuluiſti. 2. q. 3. reſoluit gl. c. 2. de tranſl. prælat. ¶ Conſi. 51. de ſponſal. num. 2.

Conceſſo vno, & id conceditur, ſine quo id fieri etiam commode nequit. l. 2. ff. de iuriſd. om. iu. & c. præterea. de off. deleg. l. penul. ff. de vſufruct. l. quicunque. §. ſi ei quem ad vendendum. ff. de inſtit. act. ¶ Conſi. 12. de elect. nu. 3. conſi. 4. de offic. iud. ord. num. 4.

Conceſſum vniuerſitati non intelligitur conceſſum ſingulis de illa. cap. Qui manumittitur. 12. q. 2. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 12.

## Concilium.

COncilium œcumenicum, ſeu vniuerſale, non poteſt cõgregari ab Imperatore neque in caſu neceſſitatis ob temporalia, quia in tali caſu poteſtas Eccleſiaſt. extenditur ad illa, quod exprimit cap. mandaſti. 2. q. 5. & ca. ſi imperator. 96. d. Et multa adducit Aluar. lib. 1. de planctu eccle. ar. 22. ¶ Relect. c. nouit. de iud. No. 3. nu. 79. to. 3.

Eſt ſuperius ſingulis de Concilio. ¶ Conſi. 7. de off. iud. ord. nu. 3. Et concedere poteſt indulgentiam plenam.

A Panorm. in ſerm. ſuper Concil. Baſil. quem ſequitur Feli. ſer. de indul. ¶ De Iub. No. 31. num. 2.

Nihil tamen poteſt ſtatuere Papa refragante, quia ille omnibus præeſt. arg. c. ſignificaſti. de elect. & Anton. à Roſel. de concil. quęſt. 7. multa congerit ad hoc propoſitum. ¶ Conſil. 1. de his, quæ fiunt à maior. par. nu. 1. Quare niſi Papa illius conſtitutiones confirmet, illæ non ligant, quod ſatis probatur in vltimo decreto Cõcil. Trid. & confirm. à Pio IIII. & ex ſtylo omnium conciliorum abſente Papa, & præſentibus eius legatis. ¶ Conſil. 1.

B de conſt. num. 4.

Concilium non derogatur, niſi expreſſe. Archid. c. 1. de conſtit. lib. 6. Et late Fel. in c. nonnulli de reſcrip. ¶ Manual. c. 22. num. 265.

Neque contra illum epiſcopus diſpenſare poteſt. glo. memorab. & ſing. cap. cum dilectus. de elect. Immo neq; legatus ſecundum gl. ſingul. cap. dilectus. de præbend. facit gl. cap. penu. de filijs presbyter. ¶ Relect. c. ſi quando. De reſcrip. excep. 16. nu. 9. to. 3.

Concilium Tridentinum. ca. 4. ſeſſ. 24. qualitates in beneficiario potentia tantum, & non actu requirit. ¶ Conſi.

C 66. de tempo. ord. num. 2. Illius decreta, vbi recepta non ſunt, non ligant. ¶ Conſi. 1. de conſt. num. 32. Ius præſemandi vicarias vnitorum non tollit. ¶ Conſi. 5. de præb. nu. 7.

Concilium Prouinciale congregatur de iure ab Archiepiſcopo, in quo ille habet primam ſedem, non eſt tamen maior eo congregato. ¶ Conſil. 7. de offic. iud. ordinar. num. 4. Quare ab Archiepiſcopo ad ipſum concilium datur prouocatio, vt ait Paulus de Eleazar. recep. à Card. & alijs clem. 1. §. quod alia non interdictis. de ſent. excommunic. ¶ Ibid.

H 2 Sed

Sed poteſt etiam congregari à Papa, a Patriarcha Card.d.clem.1.& eſt tex.Iſid.in can.Reg.§.porro.d.3.¶Cõſil.4.de verb.ſignifi.nu.2.

Eſt autem conuentus Epiſcoporum coactus ab habente poteſtatem congregand. vocatis vocandis. argu.cap. quoniam quidem,& c.placuit.18.diſ. etiam ad aliquas particulares cauſas in congregatione ipſius expreſſa, ſecũdum Innocen. in cap.graue.num.7. de præbend.¶Ibidem.

Poterat olim de cauſis Epiſcoporũ criminalib. cognoſcere.c. quamuis.3. q.6.cui concordat.cap. multum,& aliquot alia capitula eiuſdem cauſę,& q. & glo.cap. biduum.2.q.6.Hodie verò non per Conc.Trid. de reform.ſeſſio. 24.¶Conſi.1.de foro comp.nu.1.& 5. & Com.c.verecunde,de pœn.diſt.1.

Iure tamen poteſt contra epiſcopum procedere, niſi ſit depoſitione dignus.Ibid.

Non tenetur illum, qui non eſt de concilio admittere.¶Conſi.3.de offic. deleg.num.1.

## Concordia.

Concordia vt ſeruetur multũ conuenit,vt vnus dominetur,ſed debet ille ab alijs adiuuari. ¶ Com.3.de regul.num.10.

In beneficialibus debet eſſe honeſta ſaluo beneplacito Papæ probata,& confirmata veritate neceſſaria.¶Conſil.58.de præb.

Concordia vt vnus iuri ſuo renunciet, & alter pecunias det iure fori ſimoniaca iudicabitur,quia ex ea naſcitur obligatio ad tradendum ſpirituale pro temporali. Secus in foro conſcientiæ,quando verè coram Deo non aderat,niſi voluntas recipiendi imperiſas,& beneficium vere non erat ſuum. ¶Conſi.69.de ſimonia.

A Concordiam honeſtam in lite veteri, & intricata,licite poteſt quærere iudex Fel.& citati ab eo in Rub.de treg. & pace.¶De orat.c.19.nu.93.

Concordiam in iuribus quærenda eſt limitando legem priorem per poſteriorem, magis quàm contra, licet nonnunquam contrarium fiat, iuxt.l. ſed & poſteriores. ff. de leg. ¶Relect. capitu.ſi quando. de reſcript.in Auct. num.7.tom.3.

## Concubinarius.

Concubinarius clericus, aut fornicarius notorius ſi ante pœnitentiam celebrat cum ſit ſuſpenſus ipſo
B iure.c. præter.diſt.31. donec pœnitentiam agat.cap.ſi.quæ ſunt.71.diſt. Irregularis efficitur.¶Manual.cap.25. num.76.

Poſt actam verò pœnitentiam ſi ſine diſpenſatione celebrat peccat mor. cap.ſi. de temp.ord.non autem nouam irregularitatem incurrit. ¶Ibi.nu.77.

Hunc inducere ad celebrandum ſine iuſta cauſa mortale peccatum eſt illius autem miſſam audire conſcius legem id prohibentem, aut illam ſcire debens, peccatum eſt mort. c. præter, & c.nullus.diſt.32.Thom. quol.2.art.
C 8.Turrecrem.d. cap. Panor. & omnes in cap.veſtra.de cohab. cler. & mulie. Theol.omnes.4. diſt. 9. Quicquid dicant Maior. Gabr. & Adrian. Quia Cõc.Trid.ſeſſ.25.c.14.renouauit prędictas pœnas, & grauiores addidit. ¶Manual. cap.25.num.80. & nu.109. Conſi.6.de ver.ſig.

Concubinarius verus, aut pro tali habitus, non debet abſolui antequam à concubina ſeparetur, cum propoſito nunquam ad eam amplius redeundi, quia illius non eſſet vera pœnitentia propter peccandi occaſionem.¶Manu. cap.16.num.20.

Con-

Concubinarij, non ſolum peccant, ſed communiter excōmunicantur per conſtitutiones ſynodales. Immo vbique prius monendi ſunt, deinde excōmunicandi, & concubinæ in exilium mittendæ. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. ¶ Ibid. num. 22.

Concubina, & ſi gaudere poſſit de filio habito per fornicationem; non tamen de ipſa fornicatione, neque de conuictu etiam caſto cum fornicario. Idem dic de concubinario, ſeu fornicario. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 2. num. 14. tom. 1.

## *Concupiſcentiæ.*

Concupiſcentia ſi eſt inordinata, & rei notabilis mortalis eſt. Eſt autem inordinata cum eſt contra iuſtitiam. Si autem eſt ſolum contra liberalitatem, & parum contra iuſtitiam, nō eſt niſi venialis. glo. notab. in c. quando. de conſ. d. 1. Thom. 2. 2. q. 59. ar. 4. ¶ Manu. c. 20. num. 1.

Non omnis eſt prohibita in nono præcepto Decalogi, ſed ſolum voluntaria. Quare illud verbum (concupiſces) intelligendum eſt cum hoc aduerbio (male) Mala igitur concupiſcētia, ibi prohibetur, qualis non eſt primus motus. ¶ Com. cap. ſuper tribus. de pœn. diſt. 1. num. 8. & conſil. 7. de conſt. num. 10.

Concupiſcentia, ſeu fomes peccati in baptizatis remanet, & non eſt peccatum, ſed ex illo oritur, & ad illud inclinat. cap. omnis ætas. 12. q. 1. Conc. Triden. ſeſſ. 5. ¶ Com. cap. cogitationis. de pœn. d. 1.

## *Condemnatio.*

Condemnatio ſine accuſatione, vel alia uia æquipollente facta eſt nulla. ca. ſuper his. & c. qualiter, & quando. de accuſa. Et quidem putant hoc eſſe de iure naturæ. ¶ Conſi. 1. de ſent. & re iud.

A

Similiter lata ſine monitione. glo. ſolemn. & ab aliquibus putata ſing. ca. ex parte el primo. de verbo. ſignific. & l. de pupillo. §. meminiſſet. ff. de nou. oper. Et conſequenter ex commiſſione neceſſaria eius, ſecundum Innoc. & alios ibi cit. ¶ Conſi. 4. de ſenten. excomm.

Condemnare qui poteſt in vita, ab ſoluere, etiam poteſt, & contra. l. qui condemnare. ff. de regu. iur. Non potens autem condemnare, neque ualet abſoluere, vt ibi tradit gl. ¶ Com. c. verbum. de pœn. d. 1.

B

Condemnatus de crimine inhabilitante ad honores, non debet promoueri ad illos pendente appellatione. l. reus. ff. de muner. & honor. quia infamia forte impedit ab exequendo. iuxt. l. 2. C. de dignitat. cap. infamias. de reg. iur. lib. 6. ¶ Conſi. 3. de accuſat. num. 2.

Ad condemnationem iudicialem definitiuam, & interlocutoriam requiritur plena probatio iudicialis. ¶ Com. Rubric. de Iudic. num. 52.

## *Conditio.*

C

Conditio quatenus eſt impedimentū matrimonij, eſt ſuſpenſio alicuius diſpoſitionis, quouſque aliquid futurū fiat. glo. in Rubr. ff. de cond. & demon. ¶ Manu. ca. 22. nu. 61.

Eſt autem triplex. Altera turpis, & contra ſubſtantiam matrimonij; aut contra bonum quodcunque illius, & hæc annullat. cap. aliquando. & cap. ſolet. 32. quæſt. 2. Altera turpis, aut in facto impoſſibilis, ſed non contra ſubſtantiam, id eſt ſi ſaturatus fuerit, ſi occiderit, &c. hæc non annullat, ſed habetur pro non appoſita, in fauorem matrimo. Tertia eſt honeſta, ſi pater

ſ menus voluerit, &c. Quæ ſi eſt vera A ſuſpendit, vſque quo impleatur. cap. de illis. cap. ſuper eo cap. per tuas. de cond. appoſ. modo ponatur à principio, & ſuſpenſiue, ſecus ſi reſolutiue, uel poſt contractum ſuſpenſiue. cap. 1. eod. titu. modo omnes partes cõſentiãt, uel expreſſe, uel tacite. ¶ Adrian. 4. de matrim. quæſt. 4.

Conditio vera illa eſt, quæ non eſt de præterito, vel de præſenti, & non ſuſpẽdit, ſed ualet matrim. l. illa inſtituto. ff. de inſtit. condit. Si autem eſt falſa, matrim. eſt nullum, quia cauſa, modus, & demonſtratio nunquam ſuſpendunt, annullant tamen quando B ſunt contra ſubſtantiam, aut bonum malum. ¶ Ibi. nu. 63.

Conditio de præterito, vel de præſenti, ſi adhibeatur, facit ceſſare actũ. l. cum ad præſens. ff. de reb. cred. cũ gl. & citatis in ca. ¶ Manu. cap. 27. nume. 246.

Conditio impoſſibilis modo non ſit contra eſſentiam matrim. uitiatur, & non vitiat. ca. fin. de cond. appoſ. ¶ Conſi. 2. de eo qui duxit in matri.

Conditio neceſſario euentura, vt ſi Sol cras orietur, facit matrim. purum non conditionale apud Eccleſiam. Thom. & Bonauent. 4. d. 24. q. 3. Hoſt. C Panorm. in cap. per tuas, de condi. appoſ. In foro autẽ conſcientiæ, aliter eſt, ſi vere erat animus ſuſpendendi actum, vſque ad ſolis ortum. ¶ Manu. cap. 22. num. 66.

Conditionis implementum in his, quæ ex uoluntate ſolius diſponentis pendent, nõ retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis. iux. gl. recep. c. ſi pro ſe, de reſcr.

Conditionis impletæ temporis capacitas ſufficit ad hoc, ut ei debeatur, quicquid ſub cõditione promittitur. l. cum qui. ff. de condit. & demonſtra. ¶ Com. de Iubil. notab. 32. num. 35.

Conditionis impedimentum eſt de illis quæ impediunt, ſed non dimittunt. Tunc autem dirimit, ſi uergat in errorem perſonæ, de quo agit. eo. cap. nu. 33. præcipua autem conditio perſonæ eſt ſeruitus. d qua Verbo Error.

## Condonatio.

Condonatio ex vna cauſa, non extenditur ad alias. argum. ca. ex parte. de offi. ord. & ca. cum pro cauſa. de ſen. excom. & vtrobique gl. ¶ Conſi. 67. de præb. num. 1.

Condonatio fructuum ad cauſam expreſſam videtur reſtricta. ¶ Conſi. eodem. nume. 3.

## Conductor.

Conductor regulariter. niſi de culpa lata, & leui non tenetur. ¶ Conſi. 33. de vſur. num. 2.

Conducere iuriſdictionem ſpiritualem, ſimonia eſt, quia talis iuriſdictio annexa eſt rebus ſpiritualibus. ¶ Conſi. 68. de ſimonia. num. 1.

Conductor iuriſdictionis ſpiritualis priuatur officio clericali, quę priuatio debet fieri per ſententiam, iux. gloſſ. recep. ca. in pœnis, de regul. iur. l b. 6.

Et ipſa iuriſdictio, & officium conductum perditur ipſo iure cum talis conductio ſimoniaca ſit facit, cap. quã pio, 1. quæſt. 2. & cap. fin. de pactis. ¶ Conſi. 68. de ſimonia. num. 2. Et cum non teneat iuſto titulo tenetur officium dimittere Panor. ca. de iure. de iure patro. quare non eſt abſoluendus, niſi dimittat, vel efficaciter proponat dimittere. argumen. cap. ſi res aliena. 16. q. 3. Non incurrit tamen excommunication. ipſo iure cum non ſit ſimonia in ordine, & beneficio. ¶ Ibid. num. 3.

## Confeſſio.

ANtea, quàm Auctoris ſummã, de confeſſione colligam noto prius quod confeſſio delicti, de qua intendimus omiſſa confeſſione laudis eſt duplex.: Altera iudicialis, de qua prius agemus. Altera ſacramentalis, de qua poſterius.

Confeſſio iudicialis, inducit notorium iuris.ca. final. de tempor.ordin. ca. veſtra. de cohab. clericorum, & mul. etiam ſi fiat coram paucis, id eſt Notario, & iudice. ¶ Com. in Rubr. de iudic. nume. 83. Quod verum eſt etiam de illa, quę fit extra iudicialiter coram multis ſecundum Sotum, de Ration.deteg.ſecr.mem.2.quæſt.6.ita vt ſufficiat ad inquirendum. Sed limita id eſſe verum, quando ob hoc inſurrexit fama populi viciniç, vel collegij & tunc inquiretur, non ex confeſſio, ſed ex infamia.¶ Ibid.num. 86.Com. cap.inter verba.cum celeb.num. 671.

Facta timore tormentorum, non inducit tale notorium ſecundum Bar. l.pe.ff. de quęſt. & clarius Imol.l.qui in aliena.§.Celſus.ff.de acqui. rerum dom.modo reus illam reuocet tanquã timore factam iux. Ancharan. conſil. 24.Niſi viſa inquiſitione.¶ Vbi ſup.

Facta ſine tormentis præcedente iuſta captura inducit illud. Idem de facta incidenter. l. ſecunda.§.ſi publico ff.de adulter.¶ Ibidem.

Confeſſio iudicialis facta per tormenta probatio eſt minus legitima. ¶ Conſi. 1.de foro comp.

Et eſt potior, quàm ſine tormentis. l. recepti. & l.nimis.ff. de quæſt. l.fi. C.de teſtib. ¶ Cõſ. 1.de confeſ.nu.3.

Facta ſine tormentis, etiam ſi ſit extraiudicialis præferenda eſt illa, quæ fit per tormenta, & etiam iudicia li iurata. Bart. l. eos. ff. ad leg. Corn.

A de falſis.quem ſequuntur plurimi, & in his Panor. in conſi. 52. ¶ Ibidem. Fallit tamen hoc cum ſecunda eſt per tormenta extorta, vel iurata iuramento, quod eſt quædam tortura. Et ſecundo cum prima eſt facta metu ſaltem reuerentiali, & in loco non libero, ſecunda verò ſine ullo metu, & in loco libero.¶ Ibid.nume.6.

Facta præcedente proceſſu non cenſetur omnino ſpontanea, quare vt ait Panor. iſte habendus eſt pro conuincto. Neque habetur pro confeſſo, qui confitetur crimen, ſed negat qualitatem: vt ſi fur dicat ſe accepiſſe alienũ,

B ſed ut amicus, & non doloſe, ſine quo non ſit furtum.¶ Com. capitul. Facilius.de pœnit.diſtinct.1.

Cõfeſſio criminis tollit, vel minuit pœnam.cap.ſerpens.de pœniten.diſt. 1.cap.presbiterum.50.diſt.cap.ſi quis presbyter.15.q.8.

Fallit quando non eſt omnino ſpontanea ſed timore probationis facta ca. fin.15.q.8. & reſoluit gl.communiter recep.in dict.c.presbyter. 50.d.

Et etiam iſta debet aliqua ex parte minuere, vt ſentit Panor.c. At ſi clerici.de adult. quia eſt ſemiſpontanea, & ideo ſi tota ſpontanea leuat ſemiſpon-

C tanea debet imminuere. ¶Com.ca.facilius.de pœniten.diſt.1.

Confeſſionem delicti nõ tenetur facere ille, qui illud negauit, & nihilominus damnatus ad ſupplicium ducitur, niſi magnum inde, aut notabile damnum ſequatur, qui illi ſufficit confeſſio Sacramenti, & quòd iudicialis ſit, tunc neceſſaria nullo iure probatur. ¶Manual.cap.25. nu.38.

Confeſſio mulieris in his, quæ pertinent ad matrimo. ſpirituale, vel carnale debet fieri in loco libero, & plene libertatis.cap. cum locum.¶ Conſi. 1.de confeſſ. num.5.

Confiteri crimẽ ſuum occultum poteſt ille, qui ſcit ſe denuo tormẽtis tendum quouſque exhalet animam, Sotus de rat.teg. ſecr.in tertia quæſtione fina.quia id eſt euitare multas mortes pro vna. ¶ Capitul.inter verba.concluſione ſexta.num. 558.

Confiteri tenetur delictum ſuum ille, cui oſtenditur eſſe iam diffamatus, de eo, quod eſt ſemiplene probatum. Et eſt opinio communis Tho.ſecunda ſecundæ q.69.Panormi. cap.2.de confeſſ.nu. 744.

Non autem tenetur, ſi iſtud eſt occultum, niſi adſit alia iuſta cauſa, quæ videtur talis, cum videt, quod ei probabitur delictum, & non confitendo plus æris inſumet, & plus patietur in carcere. ¶ Nume.753.

Et ſi teneatur, & non confiteatur illud, non poteſt ab confeſſore abſolui, quia ſecundum Sotum. de Ratione tegendi Sur.mem.2. q.7.in 2.q.7.eſt im pœnitens. ¶ Num.728.

Confeſſio extraiudicialis, ideſt facta ante multos, non ſufficit ad inquirendum, & de hac intelligenda eſt limitatio Soti, vbi ſupra q.6.Bene tamẽ ſufficit infamia inde orta. ¶ Nu.672.

Confeſſio iudicialis ob timorem tormentorum, ſi eſt reuocata non ſufficit ad inquirendum, vt colligitur ex Bart. l.penult.ff.de quæſt.Imol.in addit.ad Bart. l. qui aliena.§.Celſus. de acqui.hæred.Pet.de Anchar.conſ.24. idem de facta ſine tormentis, quando tamen carcer fuit iniurioſus. ¶ Ib. nu. 673. Confeſſionem proprij delicti tenetur quis facere in multis caſibus primo in foro pœnitentiali ſemel in vita Ioan. 20. & ſemel in anno, de iure eccleſiaſtico, cap. omnis vtriuſque de pœniten. & remiſ. Secũdò in iudicio quaſi pœnitentiali, qui ordinatur ſi delictũ impedit executionem ordinis etiam

A per acta pœnitentia.cap.fi.& cap.quando 24.diſt.& pro mouendus ad beneficium ſi delictum impedit conſecutionem, & interrogatur, an commiſerit illud Innoc.3. cap.Innotuit, de elect.ſimiliter ordinandus, & promouendus ad beneficium ſi commiſit delictũ graue notorium, & famoſum.cap.ex pœnitentibus 50.diſt. 30. in iudicio exteriori cum ſubditus à ſuo iudice iuridice interrogatur, vt dicitur ver. Reus. ¶ Ibid.723.

Confeſſio proprij delicti poteſt vitari tribus modis ſine mendatio. Primo negando contentum in accuſatio-
B ne, ſeu inquiſitione, vt in ea continetur intelligendo, quòd in ea continetur delictũ, vt quid publicum, & probabile, cum tamen ſic ſecretum, vt docuit Scot. 4.diſt. 4. Secundò negando accuſationẽ, ſeu inquiſitionem eo modo, quo proponitẽ: intelligendo, quòd proponitur ei, vt res, quam tenetur cõfiteri, & non eſt ita. Tertiò negando ſimpliciter ſubintelligendo in mente ſe non feciſſe, videlicet, vt poſſit dicere, & vt ipſe teneatur. ¶ Ibi.num.766.

## *Confeſſ. Sacram.*

C Confeſſio Sacrament. quæ etiam auricularis dicitur eo, quod voce, & in aure ſecrete fiat. Eſt peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur. ¶ Manual. cap.2.num.1.

Non fuit inducta iure Naturæ, neque in Paradiſo terreſtri inſtituta. Neque à Ioſue. Neque à D.Iacobo. Neque à conſuetudine, vt videtur innuere gl. in ſuum.de pœniten. diſt. 5. Sed poſt D. N. aduentum incepit immediate à Chriſto inſtituta. Thom. in 4. diſtin. 16. Et præcipue poſt reſurrectionem. Ioan.20. Accipite Spiritum ſanctum,

vt decernit.Concil.Triden. ſeſſ.14.c. 1.¶Com.cap. Lachrimæ.de pœn.diſt. 5.& Com.in principiũ.de pęn.diſt.5.

Eſt pars Sacramenti pęnitentiæ, vt concludit D.Tho.3. par.q.61.artic.2. Et com.opi. in 4.diſt.17.Conc.Trid. ſeſſ.14.c.5. ¶Manual. cap.2.& in ſumma de pœnit.diſt.5.num.14.

Confeſſio Sacramentalis inſtituta fuit poſt Chriſti reſurrectionẽ Io. 20. Accipite Spiritumſanctum Conc. Triden.ſeſſ.14.cap.1.& 5. ¶Com.cap. Petrus.de pœn. diſt.1. num.2.eius obligationem non tollit ſola contritio,aut ſatisfactio,quia contritio non eſſet legitima.¶Ibid.

Confeſſio nulla eſt facta excommunicato ſuſpenſo,vel interdicto,publico denuntiato, & declarato, & debet iterari,quia ille non habet poteſtatem ad ſententiam validam proferendam. cap.ad probandum. de re iud.

Idem de manifeſto clerici percuſſore,etiam non denuntiato per extrauagant. Martini V. Ad euitanda. Et etiã facta illi, qui eſt notorie talis licet nõ denuntiato.¶Manua. cap.9.num.8.Et cap.1.de pœni.diſt.6. §.laboret num. 14.Secus ſi erat talis per ſententiam à iure vel ab homine latam,& pœnitẽs id ignorabat quia non erat is publice denuntiatus, quia cenſuræ occultæ nõ ligant,verſi.Cenſi.¶Ibi.nu.9. Et etiã ſi id ſciebat modo illum pœnitens nõ inducat ad confitendum, & taceat illud peccatum, quia ratione publici. Off.quem ſacerdos habet poſt dictam extrauag. poteſt illi pœnitens confiteri legitime: non autem ante poterat, & in hoc ſenſu tenenda eſt Sen. Calder.d.cap.Ad probandum. ¶Ibid.

Item facta Parocho,qui nullum tit. bonum nec malum habebat à ſuperiore.Panor.in cap. Nihil de delicto.cap. Dudum el ſecondo,eod.tit.Roſel.Sila. A Caiet.in ſum.verſic. Abſol.ſecus ſi habet titulum ſaltem coloratum.¶Vbi ſupra num.11.Com.cap.Placuit de pœniten.d.6.num.177.

Item facta ſacerdoti, qui neſciuit, aut vti noluit forma ſubſtantiali ad id neceſſ. Arg.in c.de homine. de celebr. miſſ.quod apparet,vel quia pœnitens id nouit, vel ex diſcurſo confeſſionis id colligit.¶Ibid.num. 12.

Item quæ fit ſine propoſito in futurum vitandi peccata quia non confitẽdo tale propoſitum eſt mutila, ac ſi illud confitetur incapax eſt abſol. Arg. cap.peccati venia de reg. iur. lib. 6.licet quidam voluit, quod iſte ſatisfaciat præcepto eccleſiæ de confitendo, B at contrarium eſt vero ſimilius. Secundum Adrian.4.de confeſſ. dub.4.part. q.5.quia præceptum de confeſſ. ſemel in anno ad abſolutionem ſuſcipiendã cogit, vt colligitur ex mente, cap.omnis vtriuſque de pœnit. & remiſſ.Cõ. cap.placuit de pęn.d.6.nu. 183.Com. cap. fratres. de pœn.d.5.nu. 33.

Item quando non eſt integra, quia pœnitẽs quacunque de cauſa retinuit aliquod peccatum mor. vel de quo dubitabat eſſe tale,vel aliquam circunſtãtiam neceſſ. confitendam, vel qui ſtudioſe cõfeſſus eſt ſacerdoti à quo nõ C bene intelligebatur, aut qui dormiebat.¶Manu. cap.9.num. 14. Si autem iuſta de cauſa id fecit vel ex ignorantia probabili non tenetur iterare iuxta Gerſonem & Adrian.¶Ibi.nu. 15. & Com.c.Fratres.de pœn. d.5.nu.36.

Item ſi in illa non fuit adhibita debita deligentia pro reuocandis ad memoriam peccatis iuxta humanam prudentiam, & æſtimationem neceſſariã. ¶Ibidem num.16.

In omnibus igitur iſtis caſibus eſt iteranda confeſſio, qui omnes reducũtur ad tres videlicet. Ad defectum cõ-

feſſarij, confeſſionis, & Pœnitentis. De quibus vide Com. cap. Fratres de Pœni. diſt. 5. à num. 31.

Sunt qui addũt illam eſſe talem ob pœnitentiam non peractam videlicet Silueſt. & Angel. decepti ab Anton. qui iuxta mẽtem Thomæ id tenet. At contrarium verum eſt vt patet per eũdem Thom. quol. 1. artic. 12. Caiet. In ſumma verſi. Confeſſ. iteratio. Maior. 4. d. 17. q. 6. Palud. q. 5. ¶ Com. c. qualitas de pœn. d. 5. num. 19. Eſſet vera opinio Anton. ſi pœnitens contemneret pœnitentiam iniunctam ante abſol. & non confiteretur illum contemptum, quia confeſſio eſſet mutila.

Similiter non eſt inualida confeſſio eius qui non credit ſe habere tantam virtutem, vt de cætero abſtineat à peccato mor. Immo etiam ſi credat ſe ante mortem peccaturum, quia nullũ habet defectum eſſentialem, neque accidentalem. ¶ Manu. cap. 9. num. 18.

Confeſſio non eſt ualida ex defectu pœnitentis, ſiue ex inhabilitate eiuſdem ad ſuſcipiendum ſacramentũ ob Cenſuras Eccl. quia non eſt capax abſolutionis excommunicatur verſ. Abſol. ¶ Com. cap. Fratres. de pę. diſt. 5. num. 37.

Confeſſio, vt ſit valida multas requirit conditiões, quatum quædam eam reſpicit, prout eſt virtutis opus: quædam prout eſt actus pœnitentiæ. Quædam prout eſt confeſſio, quædam vt eſt pars Sacramenti. Thom. 4. diſt. 17. q. 3. ar. 3. q. 4. Anton. 3. p. tit. 14. c. 1. vnde ver. Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis, atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda, fortis, & accuſans, & ſit parere parata. ¶ Có. c. fratres de pœn. d. 51. tom. 1.

Simplex, id eſt taliter facta, quod clare (quatenus materia patitur) à confeſſario intelligantur peccata. Sine pli- A cis generalitatis, aut diſiunctionis verborum, ita vt ſcire poſſit, an ſit veniale, vel mortale. Nam peccati confeſſio alternatiua, vel generica, quæ de veniali æque, ac de mortali poteſt intelligi, non eſt ſatis ſimplex, quo fit vt à confeſſario ſit interrogandus pœnitens ſpecifice. ¶ Ibidem num. 9. & 10. Manu. cap. 2. num. 6.

Humilis, ideſt cum ſignis exteriori bus, ita manifeſtis, vt appareat animus ſubmiſſus, atque modeſtus: alioquin non abeſſet peccatum, ſaltem veniale. Sed ſi cætera adſint neceſſaria uera erit confeſſio. ¶ Ib. num. 11.

B Pura, ideſt ſine admixtione rerũ impertinentium, & præſertim peccatorũ alienorum, quia ſi id aduerteret pœnitens, & de hoc peccato non confiteretur confeſſio eſſet mutila. nu. 12.

Fidelis, id eſt ſine mendatio, quod in cõfeſſione grauisſimum eſt propter irreuerentiam Sacramenti ſecundum Palud. 4. diſt. 21. q. 2. ar. 1. ¶ Nu. 13.

Et ſi eſt de mortali. mortal. peccatum eſt. nu. 15. Idem de veniali, quòd pœnitens confiteri propoſuit, quia per tale propoſitum factum eſt ſecundum Caie. iuſta confesſionis materia, niſi confitendo propoſitũ mutet. 18.

C vide verſ. mendatium nu. 4.

Et ex hoc infertur, quòd qui confitetur, quæ non peccauit, aut de quibus dubitat, an peccauerit noue, atque capitaliter peccat, niſi ſimplicitas, & bona fides illum excuſet, vt quando non erat animus Sacerdotem decipere, licet enim tũc falſum dicat, nõ tamẽ mentitur pernicioſe. arg. c. aſadnertẽdũ. 22. q. 3. ¶ Nũ. 26. & 27.

Frequens primo ab illo, qui ſæpe cadit, & eſt de conſilio, et conditio de bene eſſe, ſecundum Tho. vbi ſupra, prout confesſio eſt medicamentum Dei timorem conſeruans. Secundò,

quo ad eadem peccata ut pœna ex verecundia minuatur. Caie. 2. tom. q. 4. de confeſſ. ¶ Ibi. nu. 28. & 29.

Quod quidem laudabile eſt, & utile quando quis ex deuotione cum quieta conſcientia, ſine ſcrupuloſa inquietudine id facit. ¶ Numer. 30.

Confeſſio eiuſdem peccati pluribus ſacerdotibus facta, plus prodeſt propter afflictionem animi, & laborem pluribus confitendi multiplicatum, qui meritum auget. ¶ Com. cap. Quē pœnitet. de Pœnit. diſt. 1. nu. 8.

Nuda, id eſt ita aperta, vt peccati grauitas non occultetur, quare qui circunſtantijs, ambagibus, & verborum obſcuritate peccatum ita tegit, vt confeſſ. non ſatis intelligat, non ſatisfacit. ¶ Nu. 52.

Diſcreta verbis honeſtis, & debite circunſtantiatis: præſertim, quo ad venerea modum ſeruans narrandi conuenientem, non inutilum, neque ſuperfluum, & confeſſorem eligens idoneum. ¶ Nu. 53.

Libens, id eſt uoluntarie facta propter Deum principaliter, non ex verecundia, aut. quauis alia humana cauſa. Si tamen hæc adſit ad mouendum tamen principaliter illa fit ob veniam peccatorum a Deo impetrandam valet, quia ſecundum idquod principaliter proponitur res eſt iudicanda. iux. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petat. & capit. Nondum. de ſenten. excom. ¶ à nu. 54. 55. & 56.

Verecunda, id eſt non ita, vt narret hiſtoriam, aut cum iactantia, alioquin non ſatisfaceret pœnitens, quo ad ſe c. quē pœnitet. de pę. d. 1. ¶ Ib. nu. 57.

Integra, ita vt nullum crimen mortale, cuius adhibita diligentia recordatur, aut circunſtantiam aggrauantem. taceat. ¶ Manual. cap. 2. nu. 7.

Quæ integritas illi debetur de lege A diuina poſitiua Chriſti. ¶ Manu. c. 7. num. 1. & de Pœnit. diſtin. 5. in gloſſ. ſummæ.

Confitenda enim ſunt peccata omnia etiam interiora cordis. Con. Flor. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 5. mortalia. ſ. & alias non confeſſa uel confeſſa, ſed nō legitime. Integritatis autem iſtius ratio legitima, nulla reddi poteſt, ſed lege id iuſta, eſt cautum à Chriſto mandata. ¶ Com. cap. conſideret. de pœn. diſt. 5. §. cautus. & Com. cap. fratres. eadem diſt. nu. 62. Modo de illis memoriam habeat. vt habetur in Conc. Flor. & de quibus aduertit eſſe talia, B alias ſecus, ſecundum Gerſon. 2. p. ¶ Ibid. num. 64.

Si tamen debitam adhibuit diligentiam, & ignorantia nō fuit craſſa, iux. determinationem Ricard. 4. d. 17. ar. 2. q. 6. & Con. Trid. ¶ Ibi. nu. 65.

Quo igitur integra ſit confeſsio eam debet peccator ſufficientem adhibere diligentiam, vt ſibi peccata in memoriam redeant: qualē in re ardua pœnitens adhiberet. iux. Sco. 4. diſt. 17. q. 1. Palud. quęſt. 1. ar. 1. Grabriel. quæſt. 1. Maior. q. 3. ¶ Nu. 66.

Quod & ſi nullo iure id caueatur, expreſſe ante Conc. Trulen. ratio tamen C naturalis id admonet, quia, ſecundum Cice. lib. primo. offic. iuſta cura, & neque maior, neque minor, unicuique negocio adhibenda eſt. Ratio autem iſta pro lege habetur. c. conſuetudo. diſt. 1. l. cum ratio. ff. de bon. damna. ¶ num. 69.

Ad hanc autem adiuuatur pœnitens confeſſarij interrogationibus, vt confeſsio integra fit. ¶ num. 76.

Quare ſi eſſet inſufficiens diligentia pœnitentis ſi propoſuit obedire confeſſario interroganti fiet ſufficiens. ¶ Nu. 80.

Ad integritatem confeſsionis pertinet,

tinet, quod illa non diuidatur, ita ut quędam manifeſtentur huic,quædam illi confeſſario, & hoc determinat.§. cautus. ca. conſideret. de pœn.diſt.5. Sed omnia debet manifeſtare vni etiã reſeruata, à quibus non poteſt abſoluere confeſſarius. ¶ Com.d.§.cautus. num.9. & com. c. fratres. eadem diſt. nu.61.de confeſſ.reſeruatorum † vide Auth. in illo §. cautus ad longum.

Secreta primo, quod nemo tenetur ad confitendum ſua peccata palam alio audiente tex.in cap. quis aliquando,de pęn.diſt. 1.Facit cap. lachrimę. iuncta gloſ. eadem diſt. c. omnis. de pœn. & remiſſ. Quare nemo tenetur per interpretem,licet posſit ſecũdum Scot.4.q.17. quæſt.1. Caie. conſentit Thom.& Maior.ubi ſupra.¶ Com.d. ca.fratres.num.86.Neque ad ſcribenda ſua peccata, vt ſuæ memoriæ ſuccurrat, licet tamen id fieri cautisſime tamen, quod videtur intelligere. cap. qualis. 30.quæſt. 5.licet aptius intelligatur hoc capit. de pœnitentia fori exterioris, ſi tamen veriſimile ille eſſet ſe illa poſtea non recordaturum, & iuſta quadrageſima videtur teneri, vt ſentit Caietanus. ¶ Ibid.nu.88.

Secundò,quod non poteſt quis licite publice confiteri etiam ſi velit facit, cap. quis aliquando.de pœn. d.1. quia peccatum eſt infamare ſeipſum. Dicendum tamen hoc non licere,non quod Chriſtus id prohibuerit ſpeciatim, ſed quia regulariter non licet publicare propria peccata,niſi aliquo bono fine.Ideo cũ magna humilitate obſcelerum deteſtationem licebit, ut declarat Conc. Triden. ſeſſ. 14.c. 5., ¶ Manual.cap.2 num.8.Et hoc intellige de occultis, quia de publicis licet, ſecundum Ioan. Andr.in cap. omnis. de pœn.& remiſſ. ¶ Dict.cap.fratres., num.91.

A Tertio intelligitur, quòd debet fieri ab eodem pęnitente, non autem per alium, caſus eſt in ca. quem pœnitet.de pœn.d.1. quod patet ex forma abſolutionis,qua dicitur, Abſoluo te. Eſt ideo actus perſonalis,qui non poteſt fieri per procuratorem,nuntium, vel alium negotiorum geſtorem, neque per epiſtolam quando verbo fieri poteſt,ſi tamen fieret valeret, & ſimiliter abſolutio quæ mitteretur. Secundum Palud.4.d.17.q.1. caſu quo verbo fieri non poſſit:quia non eſt de ratione confeſſionis,vt ſit ſecreta, alioquin ſi quis ſtudioſe peccata alterius, B dum confitetur audiret confeſſio nulla eſſet.¶ Com.cap.quem pœnitet. de pœn.diſt.1.nu.4.Com.ca. Fratres de pœn.diſt.5.nu.94.Man. ca.21.nu.36.

Lacrimabilis,id eſt,quæ ſecum geſtat contritionem,vel ſaltem attritionem debitam. verſ.Lachrimæ,¶Man. c. 2. nu. 8. diſplicentiam peccatorum præteritorum cum propoſito uitandi, quia Deum à ſe repulit, ut ultimum finem, quo ad factum, licet non quo ad effectum. ¶ Com.cap. fratres. de pœn.diſtin.5.nume.97.

Accelerata,& eſt conditio de bene eſſe ſecundum Thom. 4. diſt. 17.q.3. C art.3.quæſtion.4.Et conſilij,vt.ſ.poſt peccatum commiſſum ſubito fiat.

Pro quo ſciendum,quòd iure diuino nullum eſt definitum tempus confesſionis eſt autem definito iure humano ſemel in anno. cap. omnis. de pœnit. & remiſſ. quare peccato commiſſo, non tenetur peccator ſtatim cõfiteri,licet fuerit Sacerdos, aut Monachus,aut peccatum ſit notorium ſecũdum Panorm.in dicto capit.omnis & Thom.4.diſtinct.7. quęſt. 3. articulo primo.Quicquid dicat Inno. in dicto cap.omnis.& gloſſ.in ſumm. De pœnit.diſt.5.

Tene-

Tenetur autem cum vult ſacrã cõmunionem accipere. glo. ſing. cap. de homine. de celeb. miſſ. Conc. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. contra nouam opinionẽ Caiet. 3. par. q. 80. art. 4. Idem quando quis accedit ad aliquem ordinem ſacrum. Thom. quot. 1.

Item quando inſtat veriſimilis mortis articulus. De quo ſupra.

Item quando quis probabiliter credit ſe per totum annum, non habiturum opportunitatem confitendi, vel quando conſcientia dictat. argu. cap. fina. de præſcrip. Quidam addunt, quã do ſtatim poſt confeſſ. vel communionẽ Paſchatis recordatur ſe de aliquo mortali in confeſſione oblitum: ſed nullus eſt tex. qui hoc contineat, neq; vlla ratio. ideo non eſt aſſerendum. argum. c. legatur. 32. quæſt. 2. ¶ Manual. c. 2. nu. 10. & com. cap. fratres. de pœ. diſt. 5. nu. 98. 99. & 100.

Fortis, vt præ timore, pudore, aut verecundia, vel neceſſario dicendis omittatur ¶ Manual. vbi ſupra & dicto cap. fratres. nume. 101. Ideo qui de talibus propoſuerit abſtinere à dicendo tali peccato, ſi deinde interrogationibus confeſſionarij pulſus peccatum detexerit, debet etiã tale propoſitum, quod erat peccatum mor. propalare ſi id aduertit, ad quod admonere eum debet confe. eſt enim ſacrilegium capitale dimidiatam velle facere confeſſionem. c. ſunt plures. de pœn. ¶ Vbi ſupr. nu. 102.

Accuſans. ſ. ſeipſum non diabolum mundum, ac carnem, vel ſaltem æque principaliter, ac ſeipſum. ca. nõ eſt. 15. q. 1. Si quis tñ diabolũ, aut ſenſualitatẽ accuſat, qui ſaltẽ bonam dederunt peccandi occaſionem ſufficienter ſe accuſat. ¶ Com. dict. c. fratres. nu. 104. & 105. & Manual. dicto c. 2. num. 8.

Parere parata, id eſt vt habeant animum (A) ſatisfaciendi Deo pro ſuis peccatis per pœnitentiam, vel à Sacerdote impoſitam, vel à ſe aſſumptam, vel in purgatorio. ¶ Man. & c. fratres, locis.

An vero teneatur acceptare ipſam pœnitentiam ſibi à confeſſario impoſitam dicetur. verb. Pœnitens.

Confeſſionis miniſter, quatenus eſt ſacramentum, laicus eſſe non poteſt. Et licet tex. c. 1. de pœn. li. 6. dicat propter carẽtiã ſacerdotis in caſu neceſſitatis cõfitendum eſſe proximo. ſ. laico ꝑ quo facit, ꝙ laicus in neceſſitate poteſt baptizare etiam mulier, & infidelis. Et id tenet etiam Hoſt. ti. de poe. & (B) remiſ. §. cui confitẽdum, & addit etiã mulieri fieri poſſe ſi viri nõ adeſſent. Tamen dicendum eſt, ꝙ illa confeſſio non eſt ſacramentalis, ideo ille laicus abſoluere non poteſt, quod tenet glo. memorab. in c. paſtoralis. §. præterea. de off. ord. Ideo talis confeſſio non eſt de neceſſitate, ſed tantum de conſilio, iuxta Scotum 4. di. 17. q. 1. & Card. in ca. quem pœnitet. de pęni. diſt. 1. & eſt communis opinio. Et nullus eſt tex. aut ratio qui hanc neceſſitatem confitendi conuincat licet adductus tex. poteſtatem tantum id faciendi ſuadeat. Et de congruitate eſt intelligendus (C) ſecundum Ricar. 4. d. 17. ar. 2. q. 1. Cui Scotus, Palud. & Gabriel. conſentiunt. licet Thom. ad 17. q. 3. ar. 3. q. 2. contra ſentire videatur, & contrarium teneat Dominicus, & Cardinal. Alex. in §. criminis. 25, diſtinct. Sed verior eſt prima ſententia.

Laicus autem cui de conſilio in mortis articulo, quis confitetur, debet eſſe perſona prudens, & taciturna, alioquin, qui ipſi confiteretur detraheret ſibi ipſi. Quare ſecundum Scotum melius faceret, qui in tali caſu Deo ſolo confiteretur potius, quàm viro non prudenti, & graui.

Qui tamen ex ignorantia iuris diuini quidem, ſed poſitiui, & obſcuri putaret ſibi neceſſario laico eſſe confitendum, & beneficium abſolutionis accipiendum, idq. acciperet, non peccaret ſaltem morta. Quod ſenſit Sco. & Gabriel. locis citatis. ¶ Com. c. 1. de pœn. d. 6. à nu. 72.

Confesſionem, qui fecit laico in caſu necesſitatis, ſi poſtea ſuperuiuit, tenetur iterum confiteri presbytero. glò. ca. paſtoralis. §. præterea. de offi. ord. & glo. vlt. in c. 2. de pœnit. & remiſſ. lib. 6. ¶ Ibid. num. 83. Manu. ca. 2. num. 4.

Confesſionis igitur miniſter erit ſacerdos. In mortis articulo quilibet quia quilibet poteſt abſoluere, & ab omnib. Verb. Abſolu. præter verò mortis articulum eſt proprius parochus, olim in primitiua eccleſia confiteri licebat cuicunque quod omnes affirmant. idq. iure diuino. & licet ante Vrban. 2. decreta fuiſſent Calixti, & Dion. de diuiſione Parochiarũ, non tamen illa fuerunt vſu recepta: a ſtatuto igitur Vrbani hoc amplius omnis hoc licuit. ca. placuit. de pœn. diſt. 6. pro quo facit capit. de pœn. & remiſs. quod ſcilicet non licet confiteri alieno Parocho. Et ca. quod aũt. eo. ti. & tota q. 2. Cauſæ 9. Et præſertim cap. 1. Et ratio eſt, quia alienus non habet actualem iuriſdictionem ſuper meum Parochianum. ca. Adijcimus. §. Ecce. 13. q. 1. Conc. Flor. ſub Eugen. 4. Conc. Trident. ſeſſ. 14. ca. 6. Ideo concludit Adrian. 4. dub. 8. De confeſſ. quòd in nulla parte anni alij, quàm proprio Sacerdoti confiteri licet. Idque & Panor. in cap. omnis, de pœnit. & rem. adnotauit. Not. 7. ¶ Cõ. cap. placuit. de pœn. d. 6. à num. 1. vſq; ad 8. Neque tenetur quis confiteri proprio Parocho prius, vt alieno deinde

A confiteri poſſit, vt ſentit gl. 1. d. c. quia nullo id iure cauetur, & conſuetudo eccleſiæ huic eſt contraria. ¶ Ibid. nu. centeſimo ſexto.

Alieno tamen licet de licentia proprij, vel ſuperioris iuſta de cauſa habita quando ſcilicet proprius eſt inhabilis, vel ob ignorantiam, vel excommunicationem aut ob aliam cauſam. Quod ſi talem licentiam, quis non poteſt habere, põt ſine periculo ab alieno audiri, de mente Hoſtienſ. in cap. omnis. de pœ. & rem. ¶ Ibi. à nu. 141. Et etiam id ſentit Panor. d. c. omnis, quem ſequitur Adrian. 4. de confeſſ. B q. 5. ¶ Ibid. num. 143.

Sine autem iuſta cauſa, qui vult alieno confiteri debet petere, & obtinere. num. 149. Fratribus tamen mendicantibus & alijs habentibus priuilegia licet. nu. 184.

Confeſſio peccati mortalis, neceſſaria eſt, vel habitualis ſi non adeſt copia confeſſoris, vel actualis, quando adeſt. Primò ſemel in anno. c. omnis. de pœnit. & remiſſ. Secundò, quando quis vult ſacram communionem accipere. gl. ſing. c. de homine. de celebr. Miſſ. Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. ¶ Cõ. cap. fratres. de pœn. diſtin. 5. Tertiò, C quando quis vult indulgen. plen. accipere, quæ datur pœnitentibus, & confeſſis. glo. 4. extrauag. vnigenitus. De pœn. & remiſ. ¶ Com. de Iubil. Not. 18. nu. 1. vbi contrariam ſententiam multis argumentis improbat. Quartò, in articulo mortis ſi adeſt peccatum mort. nondum confeſſum. ¶ Conſi. 16. de pœn.

Confeſſio præſidium eſt ſingulare conſeruandi, præmuniendi, & recuperandi gregis. ¶ Com. capit. placuit de pœn. diſt. 1. nu. 155. Quare illam debemus facere ante quadrageſimam. Ibidem 159.

Con-

Confeſſionis ſigillum, &c.

Confeſſio ſacram.debet fieri perſonaliter,& non per procuratorem, aut nuntium, nec per epiſtolam. ¶ Com. cap.qui pœnitet.de pœn.diſt.1.nu.4.

Confiteri peccatum exterius ſine interiori ſufficit,quia interius implicite continetur in exteriori. l. Labeo. §. Tubero.ff.de ſupplend.leg. non autem contra. ¶ Man.prelud.7. num.20.

Confeſſio non obligat ad ſigillum ſi non eſt vera etiam ſi fiat cum ſigno crucis, & confeſſione generali præmiſſa.verſ.ſigillum.

## Confeſſor.

CONfeſſor,quis poſſit eſſet,& debeat iam diximus præcedenti tract.de confeſſ.nu.34.

Nunc de illius qualitatibus eſt agẽdum. Nam vt officium ſuum recte exercere poſſit, debet habere quinque conditiones. Quarum prima eſt poteſtas. Secunda ſcientia. Tertia prudentia. Quarta bonitas.Quinta ſigillum.Sed de hoc ſuo loco. De quibus Auctor. Com.cap.1.de pœnit.diſt.6. tom.1.& Man.c.4.nu.1.

Confeſſoris legitimi,prima conditio eſt poteſtas iuriſdictionis, non ſolum habitualis, quam recipiunt omnes ſacerdotes in ſua ordinatione. Ver.Iuriſdictio.

Sed etiam actualis, ſine qua nulla eſſet abſolutio.Caie. 1. tom. Tract. 7. q.vnica.Conc.Tri.ſeſſ.14.clem. 1. de offi.de leg.etiã extra Quadrag. Adria. 4.de confeſ.dub.8. Neque ſufficit accipere illam à confitente. ¶ Com.c.placuit.de pœnit.diſt.6.Debet enim eſſe confeſſario ſubiectus ille, qui ab illo vult abſolui auctoritate ordinaria,vel delegata.cap.Adijcimus.§.ecce 16. q. 1.& cap. generaliter.eadem cau. & q.

A ¶ Com.cap.1.eadem diſt. nu. 6. Man. cap.4.num.2.

Hanc iuriſdict. habet quilibet Sacerdos etiam Religioſus in articulo mortis à Papa ſibi conceſſam expreſſe,vel tacite ſaltem. ¶ Manual. cap.4. nu.3.Quo ad venialia, vide Verbo Iuriſdictio.nu.6. Verbo Religioſus.

Confeſſor veram habet iuriſdictionem ſuper pœnitentes ſibi confeſſos, & qui contrarium tenet,declare damnatur per Conc.Trid.ſeſſ.14.c.1. ¶ Cõ. c.porro.de pœn.diſt.1.Poteſtate autẽ à Deo ſibi collata abſoluit.c.1.Quem pœnitet.de pœn. d.1. ¶ Com. de lege
B pœnali.nu.22.3.p.Conc.

Hanc iuriſdictionem habere non poteſt ille, qui eſt ab eccleſiæ vnitate diuiſus,quare confeſſor eſſe non poterit,primo Hæreticus, neque in extrema neceſſitate.c.præter.diſt.32. iũcta glo.ſuper ver.Manus. Cuius intellectum ſequuntur Panorm. & præpoſit. in c.Non eſt ſub finem,de ſponſal. Idẽ de ſchiſmatico,qui putat eccleſiã alibi eſſe,vel eſſe poſſe, quàm penes Petri ſucceſſorem.

Secundò Sacerdos, qui non ſeruat Canones.gl.cap.Sacerdotes.2.q.7. Si id facit ex contemptu credens Pontif.
C non habere poteſtatem eos condendi. Panor.in c.ego N.de iureiur. Fel.in c. 1.de conſt.

Tertiò, Notorius fornicarius.cap. præter.32. diſt. cap. veſtra. de cohab. cler.& mulier. Intellige hodie ſi eſt eius ſuſpenſio publicata. Anton. 2. par.titul.9.cap.10.Maior. 4.diſtin.9. Silu.verb.Miſſa. 1.q.3.per extrauag. Mart.V.ad euitanda.¶ Com.cap.1.de pœn. d. 6.§.Laboret à nu.1.vſque ad 10.† De Notorio nõ denũtiato diſputat pro vtraq; parte. Ibid.num.12.Et tandem concludit, quod ſic num.23. quia ratio,quæ militat in denuntiato,

idem

idem concludit de illo, qui ita notorie eſt talis, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Idem in Manu. capit. 9. nume. 8.

Cenſuratus verò non denuntiatus, & ſi peccet valet abſolutio, peccat tamen, qui ſcit eum eſſe talem, & ad audiendum trahit, & ille audiens peccat. ¶ Ibi. nu. 25. eo modo quo exponitur ver. Sacerdo. nu. 9.

Confeſſarij ſecunda conditio eſt ſcientia, pro quo ſciēdum, quòd vt ſit perfectus, & ſolus poſſit de omnibus diſcernere, debet callere omnem moralem, & ſacramentalem Theologiam, & vtriuſque iuris peritiam, & conſtitutiones Synodales. ¶ Com. ca. 1. de pęn. d. 6. §. caueat. num. 9. Manu. cap. 4. num. 8.

Vt autem ſit ſufficiens, neceſſarium eſt vt libros latinos, græcos, vel vulgares relegens intelligat, cognoſcatque, quæ peccata mortalia, vel venialia ſint regulariter, quæ reſeruata, quæ non, quę circunſtantiæ ſint neceſſario confitēdæ, quibus criminibus annexa ſit excommunicatio, quæ reſtitutionem expoſtulent, vel ſaltem ſciat peritiores conſulere. ¶ Man. ibi. & d. §. caueat. nu. 21. & 22.

Sed quinque ſcire debet confeſſ. ſecundum Caietan. Primo, an peccator ſit excommunicatus. Secundò, an teneatur ad reſtitutionem. Tertiò, an ſit in damnationis ſtatu. ſ. cum voluntate perſeuerandi in peccato. Quartò, an peccatū habeat reſeruatum. Quintò, an ſit, quo ad hoc illi ſubditus. Adde quod ſi audiat clericos, debet cognoſcere. Sextò, illos caſus quibus inducitur irregularitas, quia & ſi peccatum ſine irregularitate tollatur, tamen tenetur confeſſor monere, & ille à celebrando abſtineat, beneficium relinquat, &c. quod facere non

A poſſet, niſi id ſciret. ¶ D. §. caueat. nu. 27. contra Caie.

Confeſſarius audiens ex præcepto minori ſcientia indiget, quàm audiēs ſponte, non autem tantam, quantam putat Dur. 4. diſt. 17. recept. à D. Anton. 3. p. ti. 17. c. 16. Debet attamen, & ille habere ſufficientem, quia obedientia non liberat à peccato confeſſarium, qui intelligens ſe non cognoſcere, quod opus eſt ad audiendū confeſſ. eas audit. Sed ſolum excuſat illum, qui dubitat. argum. cap. quid culpatur. 23. q. 1. ¶ Man. c. 4. num. 9.

Confeſſ. unius loci maiori, vel minori indiget ſcientia, quàm alterius
B loci, iuxta conditiones, forum, qualitates perſonarum, vel contractuum, facit c. oportet. 8. q. 1. ¶ D. §. caueat. nu. 17. Man. nu. 12.

Confeſſarius inſufficiens peccat, audiens confeſſ. licet polleat vitæ, atque conſcientiæ puritate, ſubtilitate, & naturæ ingenio vigeat ad alia munera obeunda. argum. c. non eſt putanda. 1. quæſt. 1. & qui illum exponit, aut tolerat, multo grauius affirmant Alber. Thom. Bonauent. & alij. 4. diſt. 17. & diſtinctius D. Anton. 3. par. ti. 17. c. 16. ¶ Man. nu. 12.

C Confeſſarius huiuſmodi imperitus audiendo excuſatur tribus caſibus. Primò, quando ille qui confitetur ſibi ſufficiens eſt. Secundò, quando eſt perſona ſpiritualis, & ſolita ſæpe confiteri. Tertiò in articulo mortis, vel quando ſunt in terris infidelium, vbi nō adeſt peritior confeſſor. ¶ Ibid. nume. 13. ex Anton. 3. p. tit. 17. cap. 6. ¶ 1.

Ad ſcientiam confeſſ. pertinet non iudicare mortale, quod eſt controuerſum, & ideo abſolutionem non deneget pœnitenti, tenenti alteram partem. Et ſi tamen ipſe forti ratione, &

cui-

euidenti tex. Credit contra pœnitentem, aut dubius eſt, non abſoluat. Si ambo dubitant, vel iiſdem rationibus mouentur, poteſt abſoluere. Adrian. 4. de confeſſ. dub. 7. quæſt. 5. ¶ Com. cap. ſi quis autem. de pœ. d. 7. nu. 66. conſi. 1. de conſt. q. 12. nu. 37. li. 1.

Sciat non eſſe abſoluendum illum, qui actualiter non reſtituit ſi poteſt, quando ab alio confeſſ. Iuſſus eſt reſtituere Caiet. Verb. Reſtitutio. cap. 6. Anton. 2. par. ar. 2. cap. octauo. niſi adſit aliqua circunſtantia. quæ ſolum propoſitũ reſtituẽdi requirit. ¶ Man. c. 17. nu. 59. ca. 26. num. 5.

Neque dilationem dare poteſt ſi ſciret illum poſſe reſtituere, niſi adſit cã à reſtitutione excuſans. ¶ Ibid. nu. 65.

Quod ſi abſoluat quando non debet, aut reſtitutionem omittat imponere iam parato, tenetur ille ad reſtitutionem, quia cauſam damni dedit, neque illum ignorantia excuſabit, quando videt, aut credit, quod niſi præciperet non reſtitueret. ¶ Ibi. nu. 22.

Sciat inſtruere pœnitentem de pœnitẽtia à ſacris canonibus pro ſuis delictis impoſita, quia quæ vera ſit ſolus Deus nouit ad hoc, vt ſi velit eam pro ſe adimpleat, & imponere illam, quę ſibi iuſta videbitur habitu ad illam reſpectu. ¶ Man. cap. 26. nu. 19. & Com. de Iub. no. 32. nu. 24.

Sciat ſe poſſe diſpenſare circa canones pœnitentiales diminuendo pęnam ſibi confeſſo. Panor. in c. ſi clerici. §. de adulteris. nu. 5. de iud. ꝙ probat Fel. in c. ſi dignũ de homic. ¶ Cõ. c. quem pœnitet. de pœn. diſt. 1. nu. 6.

Sciat, quod virtute Iubilæi ab omnibus reſeruatis, & cenſuris abſoluere poteſt. ¶ Conſi. 12. de pœn. nu. 7. Sed non extra confeſſionem. conſ. 8. de ſẽ. excomm. nu. 19.

Quod nõ debet facile denegare abſolutionem iniuriam paſſis ob hoc. A ¶ Ibi. conſi. 5. nu. 4.

Quod electus per Bullam cruciatæ poteſt ex cauſa pœnitentiam à primo confeſſario impoſitam mutare non auditis peccatis pro quib⁹ impoſita fuit. ¶ Ibid. conſil. 21. nu. 1.

Quod ſi pro occulto crimine pœnitentiam publicam imponit, eſt deponendus per c. ſacerdos. de pœ. d. 6. & c. ois. de pę. & re. ¶ Ibi. conſi. 13. nu. 3.

Et ſimiliter ſi inceſtum committit cum filia ſpirituali per cap. ſi ſacerdos. 30. q. 1. ¶ conſi. 1. de hære. nu. 6.

Quod non poteſt iuſte abſoluere in B dicentem bellum iniuſtum defectu auctoritatis, aut iuſtæ cauſę, nec bellantem in eo, niſi deſtiterit, & damna reſtitueri, niſi excuſet ignorantiã. ¶ Rubrica de Iudic. nu. 104.

Confeſſoris tertia conditio eſt prudentia, quæ apparere debet primo in pœnitentem ſuſcipiendo. Secundò, interrogando. Tertiò in attendendo. Quartò in admonendo. Quo ad ſuſceptionem pœnitentis, ita ſe debet exhibere confeſſor, qualem illum requirit D. Tho. 4. d. 17. in expoſitione literæ. in fine. vt omni dulcedine, affabilitate, ſuauitate, animet peccatorẽ ad ſua C vulnera detegenda, & ſpem de ſanitate concipiendam. Septimò, inducat illum ad faciendum actus exteriores cõfeſſioni conuenientes ſignando ſe, genuflectendo, &c. Quæ non ſunt neceſſaria in pœnitente cognito. ¶ Man. cap. 10. nu. 1.

Quo ad interrogationes: ſciendum neceſſe eſſe confeſſarium debere pœnitentem interrogare tum in principio, tum in proceſſu confeſſionis: in principio quidem, vt ſciat an illi ſubditus ſit, an valeat ipſum audire, atq; abſoluere de concubina, vſuris, odio, &c. ¶ Ibi. nu. 2.

In proceſſu vero cum contingit pę
n tentem, vel ex obliuione, vel ex verę
cundia omittere aliquod peccatū, aut
quando ſua conſcientia illi dictat eū
eſſe interrogandum. ¶ Com. c. 1. de pę.
d. 6. §. Diligens num. 1. Man. c. 5. nu. 2.

Interrogationes autem, ſunt facien
dæ de peccatis, non autem de fabulis,
vel alijs mundanis facit c. de teſtib. de
teſtim. gl. l. ſi quis. §. fi. ff. de pet. hær.
¶ Ibid. nu. 2. De peccatis conſuetis, &
cōiter notis, de alijs vero à lōge l. nu. 3.
Non deſcendendo nimis ad particula-
ria, præſertim de carnalibus, quia id il
li noceret, & ſufficit habere vltimam
ſpeciem. nu. 4.

Interrogare dēt clericos de plurali
tate beneficiorū an habeāt iuſta de cā;
& licite illa retinere ſecundum Caie.
verbo Interrogatio. arg. c. nihil. de prę
ſcr. ¶ Conſi. 15. de præb. † Sed hāc opi-
nionem dereliquit in Man. c. 10. nu. 2.
quia id eſt pertrahere pœnitentem ad
ſuos defectus manifeſtādos. Illos qui
putant ſe iuſte retinere, nō tenetur in-
terrogare. ¶ Conſi. 1. de conſt. nu. 54.

Interrogare etiam debet, an debitā
diligentiam fecerit in reuocando ad
memoriam peccata. Quod ſi peccator
dicat ſe non adhibuiſſe debitam, & id
credit confeſſarius eum dicere ex hu-
militate, quia vt bonus timet, & quia
non omnia etiā venialia vere recolit
audiat, & abſoluat. Si autem cōiectat
eum vere eam non adhibuiſſe, quę nec
eſt, & tempus inſtat cōicandi, vel con
fitendi, ac morb. periculo ſuis, naufra-
giū, bellū, &c. audiat, & abſoluat. Si ve
rò nullam adhibuit, ſperat tū confeſſ.
ſuis interrogationibus ſupplere, qd
deſit ex neceſſitate, audiat ſimiliter, &
abſoluat. Si tandem id non ſperat, ſed
videt omnino eum imparatū acceſſiſſe
ita vt cum interrogationibus ēt, & re
ſponſionibus confeſſio nō ſit integra,
A non audiat, neq; abſoluat, ſed blande
perſuaſum dimittat, ¶ Cō. in c. fratres,
de pœ. d. 5. nu. 83. † Cancellarium, &
Adr. ex parte ſecutus.

Quoad attentionem primo à prin-
cipio vſq; ad finem, confeſſarius atten
dat, an propter aliquā cauſam teneaſ
pœnitens reiterare confeſſionem, de
quib. dictū eſt. verbo Cōfeſſio. nu. 18.
non tamen cogat ruſticū confeſſiones
præteritas reiterare, cum dicit ſe nun-
quam fuiſſe interrogatum ab alijs de
numero peccatorum, ſed obliget tantū
ad dicendum veriſimilem numerū pec
catorum mortalium à ſe non confeſſo-
B rum. ¶ Conſi. 3. de pœn. & rem.

Interrogare etiam debet confitentē
paſſiones animi, & non declarantem
bene eas an ordinatas, inordinataſve
fuerint, ita vt peccauerit ne mortali-
ter, an tacitæ fuerint, vt mouiſſent eū
ad legis tranſgreſſionem mortalē, niſi
ex qualitate perſonæ, vel modo confi-
tendi coniiciat magnitudinem mali-
tiæ, vel vanitatis earum. ¶ Manu. præ-
lud. 5. nu. 2.

Debet attendere an pœnitens de-
bitam contritionem gerat, dummodo
illum in tentationibus non coniiciat:
& ſi eſt contritus ad maiorē inducat.
C Si non conetur ad veram contritionē
inducere Dei amorem peccati deteſta-
tionem, vel ſaltem ad concipiendum
dolorem de eo, quod non perfecte do-
leat. ¶ Man. c. 10. nu. 4.

Debet prudenter attendere. Ne au-
diendo peccata quantumcunque gra-
uia oſtendat pauorem, aut ſtuporem,
aut admirationē in turpibus, ſiue abo-
minationem per aliquod ſignum ſpuē
do, aut faciem coarctādo, &c. diſſimu
lando vſq; ad finem. Et tunc ſolū gra-
uitatē delicti exponat, neq; ſine noīe
cōplices. Et excuſantes ſeſe, & volētes
publicare benigne rephēdat. ¶ Ib. n. 6.

Quo

Quo ad Monitionem. Tenetur admonere pęnitentē, qui votum violauit non liberari ab obligatione, poſtea ad implendi illud propter pœnitentiam iniunctam ob violationem, niſi ille factus ſit impotens ad ſatisfaciendū voto. ¶ Man.c.12.nu.3.

Et generaliter omni pœnitenti tenetur admonere ea, q̃ noueſit expedire, iuxta illius conditionē. ¶ Cap.26.nu.5.

Illum qui non vult acceptare tantā pœnitentiam quantam illi offert, minuēdo illam, tenetur admonere, quod illi neceſſe ſit totam pœnam in purgatorio perpeti, & quanta ſit declarare. Maior.4.d.20.q.2. admoneat vt fugiat peccandi occaſiones, & quod pluries in anno cōfiteatur, audiat conciones, &c. ¶ Ibi.nu.2.

Confeſſoris quarta conditio eſt bonitas, ita vt ſit ſine crimine, quod docetur in §. Sacerdos.c.1.de pę.d.6. qui enim aliorū crimina iudicaturus eſt, immunis debet eſſe ab omni crimine, quia turpe eſt Doctori cū culpa redarguit ipſum: ad quod alludit l.2.§. Seruius.ff.de orig.iur. Luc.6. Quid vides feſtucā, &c.c. Qui ſine peccato.3.q.7. ¶ Cōm.d.1.nu.1. Hoc aūt requiritur, ne confeſſor ipſe audiendo peccet, ſed cōfeſſio tū ſecuta tenet, & neq; peccat, qui illi confitetur. Tho.3.p.q.64.ar.6. ad 2. dum tamen illum non inducat, quando ille non tenetur, cum non ſubeſt articulus neceſſitatis, vt alibi dicetur. Ibi.nu.6.ver. Sacerdos.

Confeſſoris quinta conditio eſt Sigillum, ita vt non reuelet, quæ in confeſſione audiuit. ver. Sigillum p quo ſciēdum eſt, quod Confeſſor raro ſine peccato de his, quæ per ſolam confeſſionem nouit loquitur, & nouiſſime, ſi leuis eſt opinionis. ¶ Com.c. penul. de pœn.diſt.6.nu.81.

Sine tamē periculo reuelationis dicere pōt hęredib. teſtatoris id mandātis, quod reſtituant id, ad quod obligatus monebat contrarium tenet Maior.4.d.21.q.3. Quia ſequitur Scot. tenentem confeſſorem, neq; de licentia pęnitentis poſſe reuelare confeſſionē. ¶ Man.c.17.nu.23.

Qui tū non poteſt confiteri ſuū peccatū niſi confeſſionem reuelet tenetur tacere, ſecundum oēs. ¶ Man.c.8.nu.6.

Confeſſarius audiens multos pueros, ſimul iam rationis vſum habentes peccat, quia ſine vlla neceſſitate pœnitentiæ ſacramento abutitur iniuriam illi faciens. ¶ Ibid.nu.13.

Audiens Regēs, & Principes, ſi nō obliget illos reſtituere, quicquid per ſimoniā acceperunt peccata. ¶ conſ.21 de ſimonia.num.1. & 4.

Audiens periclitantes in naui, niſi integre confiteantur, non debet abſoluere, & ſi abſoluit peccat. ¶ conſi.1.de pœn. & rem.nu.2.

Confeſſarius reum, & Iudicum debet eſſe admodum doctus, & prudens, vt ſciat quando poſſint, vel non poſſint reuelare ſe, & ſocios. Interrogare, vel non interrogare reos de delictis, ac de complicibus. ¶ Com. cap. Inter verba.concl.6.nu.589. Vide locis proprijs Iudex. Reus. Reuelatio. Murmuratio, &c.

Abſoluere non debet Reum non cōfitentem Iudici ſuum delictum cum ſemiplene probatio eſt, vel de quo fama eſt verificata quia talis eſt in peccato. ¶ Ibi.num.728.

Neque ſi non reuelat complices in caſibus, quibus debet, ut dicitur verſ. Reus. Quare debet eos admonere, vt reuelet ſicut dicit Sot.de Rat. teg. Sect.m.2.q.6. quod niſi faceret peccant tam non monendo, quām abſoluendo ſi reus non reuelat: quia non eſt emendatus, contra ius diuinum, & humanū

cap.de pœn.De pœn.diſt.3.& cap.venia de reg.iur.lib.6.¶ Ibi.nu.831.

Si videt pœnitentem velle nominare perſona cum qua peccauit, niſi occurreret peccaret peccato infamiæ. Bonau.4.d.21.ar.1.q.3. pro quo facit ca. Notum 2.q.1. & cap. 1. de off. deleg. ¶Man.cap.7.nu.2.

## *Confidentia.*

CONfidentia in genere eſt certa ſpes de re aliqua, quod ita fuit, eſt, vel erit, & interdum ſonat in bonam partem, interdum in malam quare datur quædam licita, quædam illicita, illa eum quis ordinate, hæc autē cum quis inordinate ſperat.¶ Manual. cap.23.nu.109.

Confidentia beneficialis licita eſt cum ordinate ſpero, quod collator cōferat fratri meo digno beneficium, & illa nō eſt prohibita per extrauag. Pij V. de confidentia.¶ Ibid.

Et cum quis impetrat beneficium alicui ſperans, quod ille ſit renuntiatu rus in ſuū fauorem, qñ nullum peccatū interuenit.¶Conſ.33. de ſimonia.

Et quæ in reſignationibus quæ ſiūt per permutationes iuridicas interuenit.¶Conſi.26.nu.100.

Confidentia beneficialis licita itē eſt illa, qua quis confidit, quòd collator conferet beneficium renunciatum illi cui renuntians volet poſt renuntiationem libere, & ſine vllo pacto, ac modo, aut quòd patronus præſentabit ad illud ita renunciatum. Neque ſimiliter conferre beneficium, neq; procurare, vt conferatur alicui ea intētione, quòd ille aliquando cedet in fauorem alterius à ſe nominandi, vel ſuperioris conferentis, aut nominantis ſine vllo pacto, modo, aut conditione expreſſa. ¶Man.c.23.nu.109.

Confidentia illicita duplex eſt, altera non ſimoniaca cū ſpero, ꝙ collator conferet beneficiū indigno ob cognationem, vel amicitiam ſine tamen pacto. Altera ſimoniaca qñ ſiue ille dignus, ſiue indignus ſit confido de collatione interueniente pacto expreſſo, vel tacito. Et contra vtramque diſponūt extrauag. editæ à Pio 4. & 5. renouantes antiquas omnes de cōfidentia. Quare quæ nūc eſt illicita erat & tūc, & contra licita tunc & nunc licita, & non prohibita cenſetur.¶ Vbi ſup.

Illicita præſumitur, ſi quis renunciās poſt collationem ex beneficio aliquid pcipit, & hoc in foro exteriori ꝑ extrau. Pij V.¶conſ.1.de renūc. nu.1.

Illicita cenſetur per retroceſſionem beneficij intra breue tp̄s ſecuta, & nō alias. Et ex premiſſione reſignandi beneficij.¶Conſi.66.de ſimo.nu.6. Item qñ reſignans à reſignatario penſionē, vel fructus cupit.¶conſi.29. eod.ti.

Committitur in beneficiorum ſimplicibus reſignationibus.¶ conſi. 27. eod.tit. dicto tamen vnius non probatur.c.à nobis.de teſtibus. ¶ conſ. 66. eod. Et ſine pacto expreſſo, aut tacito conſiſtere non poteſt.¶ Ibid.

Et ꝑ verba gn̄alia iactatoria nō inducitur, quia talia nō obligāt.¶cōſ.29

Confidentia ſuper beneficijs reſignatis, ſi eſt illicita, omnia inde ſecuta annullat, per extrau. Pij V. ¶ conſi. 16. De ſimonia.nu.3.

Plus noces ſimoniaca, quàm ſimonia etiam realis, quia ſimul ac quis accipit beneficium in confidentia prędicta antequàm adimpleat, quod promiſit, ipſo iure excommunicatus eſt, & collatio eſt nulla, & tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum.¶ Manual. cap.23.num.109.

Inducit nouam reſeruationem omnium beneficiorum ſic collatorum, & acceptorum, & excommunicat ipſo facto

ĉo omnes mediatores cum ſit ſimo- A nia beneficialis, de qua extrauag. c. de ſimo.¶ Ibi.

## *Confirmatio.*

C Onfirmatio ſacramentum, vocatur manus impoſitio. c. 1.§. per frontis de Sacram. Vnĉt. Et ex mẽte oĩum in 4.d.7.Thom. 3.p.q.72. Canon. in Rubr. de Sacram.non iter. Et eſt Sacramentũ Vnĉtionis,chriſma tis cõſecrati, quo epiſcopus frontem baptizati inungit ſub certa verborum forma.¶ Man.c.22.nu.8.

Eius miniſter ordinarius epiſcopus eſt.ca.quanto.de conſecrat.Ex diſpen B ſatione autem Apoſtolica poteſt eſſe presbyter.c. peruenit.95. diſt.¶ Ibid.

Si autem ille inungeret oleo non conſecrato, aut ſine balſamo, aut non ſeruato forma grauiter peccaret. Quare male miniſtrata,& ſi teneat, ſupplẽdũ tamẽ eſt,quicquid illi defuit. ¶ Ib.

Materia eius eſt chriſma ex oleo,& balſamo ab epiſcopo benediĉtum. ¶ Conſ.1.de ſacra vnĉt.num.3.

Si omittatur ex contemptu cum poteſt quis ſumere, vel dare, & omittit peccatum inducit mort.iux. Palud.4. d.7.ꝙ verũ eſt, quoad præſumptionẽ fori exterioris, vere autem ille con- C temnit, qui ideo omittit, quia parui facit.D.Th.2.2.q.186.ar.9.Ex negligẽtia autem eſt veniale peccatũ. Sco. 4.d.7. vbi ſup. Vide ver.contemptus.

Confirmatio Papę ſubſequẽs facit aĉtũ valere, aç ſi in principio fuiſſet ab eo faĉtus, per ea quæ citat Dec. in Rub.de cõfir. vtil.¶ Cõ.3.de reg.n.9.

## *Confratria.*

C Onfratria à verbo fratria deducitur,quod conuenticulum,vel pagum eorum, qui uno publico communi vtuntur ſignificat. Et rectius, quàm à uoce frater, à quo fraternitas nominatur ſecũdũ Budæum l. 1. ff. de offi.q.¶ Com.de Iub. Notabil.28.nu. 5.Miſcell.nu.24.De orat.nu.17.et 18.

Alio nomine dicitur congregatio. Et proprie debet dici corpus magis, quàm collegiũ, quod efficitur, ab his, qui ſimul habitant. Hoc autẽ etiam à ſeparatim cõmorãtibus.Bart. in Rub. ff.de colleg.illic. Sed contra nominat gl. ibi. in verb. collegium, vbi dicit, quod corpus eſt genus ad collegiũ qđ ait eſſe ſimul habitantiũ:& ſocietatẽ, quam,ait,eſſe illorum tãtum, qui ſeorſum habitant, ſed omnis congregatio proprie ſocietas,collegium, & corpus vocari poteſt,dum illi ad aliquẽ finem uniũtur.¶ Cõſ.5.de offi.iud.ord.nu.1.

Confratria poteſt facere ſibi ſtatuta abſque ſuperioris auĉtoritate, modo illa legi non ſint contraria, quod expreſſit Cauiſ. l. ſi. ff. de colla. illic. ¶ diĉto Miſcell. 24. de oratio. nu 20.

Confratria Roſarij, & ſi pia ſit, quærit tamen cõfirmationem ſuorum ſtatutorum ad maiorem auĉtoritatem. ¶ Ibi. Fuit inſtituta à quodam Prouinciali Domin. vocato Iaco. Spẽger. in vrbe Coloniæ Agrippinæ,confirmata ab Alex. Legato. 1476.

Hanc qui ingreditur nihil dare tenetur,neque qui accipiunt poſſunt petere,ſiue exigere,gratis tamẽ datum poſſũt accipere,quia aliud eſt gratis dare, & gratis datũ accipere, aliud exigere, ut annotauit gl. notabil. capit. exigit. De cenſib.lib.ſexto. ¶ Ibi. num.22.

Tenetur dicere vnũ pſalterium integrum ſingula hebdomada, id eſt 150. Aue Mar. & 15.Pater. qui tamẽ morbo laborãt,excuſãtur, nec tenẽtur ſupplere alios cum minor ſit hęc obligatio,quàm illa, quam habent clerici ad dicendum horas, qui tamen illo caſu non tenẽtur, & hoc ad effeĉtum fruen

di communicatione bonorũ ſpiritualium totius cõfratrię. ¶ Ibi. nume. 24.

Quo autem ad effectum fruędi indulgẽtijs cõceſſis diceti, cõtrarium eſt dicẽdum: non enim conſequitur ſi per ſe non dicit, quia indulgẽtia conceſſa, facieti aliquid. nõ conſequitur ab eo, qui id non facit, etiam ſi à faciendo iuſto impedimẽto arceatur. Verb. Indulgẽtia Miſc. 37. de ora. nu. 24. Qui omittit dicere quacunque de cã, non peccat, ſed perdit fructus. ¶ Miſce. 25. nu. 24. Et qui recitat per aliũ tantum lucratur, quantum ſi recitaret per ſe, & hoc quo ad quærendam Indul. 40. dierum à Legato illo conceſſa, non autem generaliter, quia id non potuiſſet ille concedere, quia & ſi potuiſſet imponere modum rei ſuæ à iure non improbatum, non autem ſi à iure improbet. l. à traditionib. ff. de pact. & cavetum. cum gloſſ. de condict. appoſit. à contrario ſenſu.

Contrarium autem eſt dicere, quòd bona, vel mala per alios facta cæteris paribus tantum generaliter proſint, vel noceant quãtũ facta propria. licet quo ad aliquos effectus id faciãt. ¶ Ib.

Confratria Roſarij liberata peccatores, qui non adimplent ea, quæ illa pręcipit. qui tamen etiam non adimplendo fruũtur gratijs omnibus confratrib. communicatis. ¶ Miſc. 37. nu. 60. Gaudent igitur confratres communicatione omnium bonorum Confraternitatis exceptis his, quæ fratrũ in illis actib. quibus debent intereſſe ſine iuſta cauſa, quis nõ intereſt. ¶ Ib.

## *Congregatio.*

Congregatio ad aliquem finem unita, & corpus, & collegium dici poteſt, vt ſupra patuit. Si aũt tales confraternitates quacunque ſub quacũque inuocatione, quæ & ſi abſque A auctoritate ſuperioris ſint coactæ, legitimæ ſunt cum adſit cauſa religionis, tali enim de cauſa erigi poſſunt ſine auctoritate. l. 1. ff. de colleg. illic. ¶ Ibidem.

Quæ congregationes, & confraternitates, licet ſint piæ, ſunt tamen collegia laica, & voluntaria, non Eccleſiaſtica, quia maior pars congregatorum eſt laica. argum. l. quod maior pars. ff. ad municip. & cap. cum omnes. de conſtitut. Ideo ſubijciuntur Iudici laico, & coram eo conueniri debent, quo ad temporalia. Epiſcopo autem, quo ad actus Eccleſiaſticos, & ſpirituales, videlicet, quo ad confeſſ. B communionem, ordinem incedendi in proceſſionib. quo ad habitum, vt illi etiam conuenit eas viſitare, quo ad hæc, non autem quo ad alia. ¶ Conſi. 5. de off. iud. ord. per to.

Congregatio clericorum Regularium Romæ inſtituta à Clem. 7. confirmata, ibi cępit habitare. Cuius priuilegia maxima ſunt. ¶ Conſi. primo. de conſecrat. eccleſ. num. 104.

Congregatio Lateranenſ. de hæreſi cognoſcere non poteſt de iure, quo ad ſuos canonicos abſque cõſenſu ſedis Apoſtolicæ, ¶ Conſi. 10. de hęred. C num. 5.

Congregatio Concilij, non habet facultatem concedendi Regularibus, vt maneant extra clauſtra ſine habitu de iure. ¶ Conſil. 54. de Regul.

## *Coniectura.*

Coniecturę in claris non eſt locus. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. ob. ¶ Com. de ora. Miſce. 60. num. 132.

Coniectura datur quædam quę ſufficit ad certo eredendum aliquem ſaluare, & aliqua ad habendam opinionem incredulitatem vt quis poſſit ſepeliri

peliri in loco ſacro. ¶ Com. cap. ſi qui s de pœn. d. 7. nu. 11.

## Coniugium.

Coniugio regulariter inept⁹ eſt, qui debitum redere nequit, c. quod ſedem. de fri. & mal. ¶ Conſ. 39. de ſpon. nu. 1.

Similiter inepti ſũt mulier ante annos duodecim, maſculus ante 14. completos. leg. 4. ff. de ritu nupt. l. ſancimus. C. de nupt. cap. Puberes. & ca. de illius. & cap. final. De ſponſal. impuber. Leges tamen iſtæ non ſunt naturales, ſed de iure gentium. ¶ Conſi. 39. de ſponſ. nu. 2.

Coniugium, & religio Papæ diſpẽſatione compatibilia ſunt, iux. communem ſententiam Inno. & aliorum c. cum ad monaſterium. de ſta. monach. ¶ Conſi. 13. de Regul. nu. 2. Manu. c. 12. nu. 7. Com. 2. de Regul. num. 17.

## Coniux.

Coniux tam pro marito, qui & coniugatus dicitur, quàm pro uxore, quæ coniugata appellatur, accipit: ideo ex ſententia coniijciendum eſt, de quo intelligantur verba, an ſcilicet de vno, de altero, vel de vtroque verificentur.

Coniux infidelis ad hoc, quod conuerſus cum alia cõtrahat, debet prius moneri, vel eius obſtinatio alias probari debet. ¶ Conſi. ſecundo. de conuerſ. infidel. num. quinto. Neque poteſt aliam ducere vnde conuerſa, aliũ ducat, & cõtra, quia nondum eſt ſolutum prius matrimonium. gloſſ. cap. gaudemus. de diuort. Tho. 4. diſtinct. 39. quæſt. 1. ar. 5. ad 3. ¶ Conſi. 1. vbi ſupra. num. 5.

Coniux conuerſa, ſi vir non vult ſe conuertere, vel ſine creatoris contumelia illi conuiuere, alij nubere poteſt. cap. ſi fidelis. 28. quæſt. 2. & cap. gaudemus. de diuor. ¶ Dicto conſi. 1.

A Similiter ille, qui eſt conuerſus, neque continentiam vouere, neque alia irrequiſità vxore ducere poteſt. ¶ Ibi. nu. 4. conſ. 2.

Coniux catholicus poteſt ſe ſeparare à cohabitatione cõiugis Lutheranæ, ſi illa eum in ſuam hæreſim inducere conetur. c. 2. de diuor. Non tamen noue contrahere. Idẽ de illo, aut illa, quę inducit ad aliud, mortale dũ non poteſt ab eo inducendo retrahi. Palud. 4. diſt. 59. quæſt. 1. Neque tenetur ei cõuiuere cum periculo vitę cor

B poralis. c. litteras, ſub fin. de reſtitut. ſpol. ad quod reducendum eſt. c. 2. de diuort. Non autem propter morbum gallicum. argum. cap. ſi uxorem. 32. q. 5. & Alexán. in l. cum dotem, ſi maritus. ff. ſolut. matrimo. Neque ob lepram. capit. 1. de coniug. leproſ. Neque ob amentiam, niſi adſit probabile mortis periculum. ¶ Manual. capit. 22. nu. 22. & c. diuortium de pœ. d. 1.

Coniux ob fornicationem alterius per ſolam Euangelij auctoritatem abſque alia iudicis ſententia, quo ad thorum tantum poteſt ab altero ſeparari, & eſt communis ſententia. gloſſ. cap.

C noſſe. 32. quæſt. 2. ¶ Ibidem.

Coniux poteſt religionem ingredi primo antequam conſumet matrim. per copulam carnalem. ca. ex publico. de cõuerſ. coniugat. & tunc liberũ eſt alteri cõtrahere cum alio, qđ eſſe de fide declarauit Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 6. ¶ Man. Ibid.

Secundò, poſt conſumationem ſi ſua quoque coniux ingrediatur. cap. cum ſic. & cap. vxoratus. de conuerſ. cõiug. ¶ Conſ. 5. eo. tit. Tertiò, quãdo alter coniux adulteratur etiam ſine eius cõſenſu. c. Agathoſa. 27. q. 2. quia. per illius adulterium ab omni ſeruitute

tute liberatur, quam illi debet ratione coniugij. ¶ Conſi. eo. nu. 4. Etiam in foro exteriori, ſi adulteriũ eſt manifeſtum. c. ſignificaſti de diuor. ¶ Manu. cap. 22. num. 21.

Coniux religionem profitens ſine conſenſu alterius, niſi repetatur, debet in ea permanere. ¶ Conſi. tertio. de conuerſ. coniug. num. ſecundo. Si autem reuocetur ea mortua peccat aliam ducendo, ſed valet matrimoniũ. c. ex parte. de côuer. côiug. ¶ côſi. 4. eodem titul. Eius enim profeſſio de ſolo côiugis côſenſu valet. ¶ Côſ. 5. eod. ti.

Coniux debitum negando ſine cauſa legitima loco, & tempore idoneis petitum, peccat, ſecundum omnes in 4. d. 32. ¶ Man. c. 16. nu. 24.

Coniux negare pôt debitum legitime illi, qui adulterauit ſine aliqua Iudicis ſententia, iuxta illud frangenti fidem, fides frangatur eidem. leg. cũ proponas. C. de pactis & c. Peruenit. de iure iur. Sed ſi poſtea, & illa adulteretẽ, non poteſt negare, quia per compenſationem tollitur, quo ad potentiam negandi. ca. intelleximus. De adulterijs. ¶ Man. c. 22. nu. 10. Com. in c. diuortium. de pœ. d. 1. nu. 10.

Coniux poſt votũ continentiæ miſſum, petere debitum non poteſt. Neq; ſimiliter reddere, ſi alter de ſuo continentiã vouit, & ſi contrafaciat peccat. Th. 4. d. 38. & c. 1. de offic. delegat. nô tamen ſi petit. iuxta Innocen. recept. à Pano. & alijs c. 1. de conuerſ. côiug. & Sil. verb. votũ 5. q. 2. ¶ Man. c. 12. n. 59.

Neque petere illum poteſt coniux adulterans ab vxore innocente, tãquã ſibi debitum iure, ſed ſolũ tanquam licitum, ſiue occultum, ſiue publicum ſit adulterium, & ſiue innocens ſciat id, ſiue neſciat, quia per id non perdit ius rogandi, quod perdurat non obſtante coniugum adulterio, vt tanquam de fide. Conc. Tri. determinat. ¶ Com. in c. diuortium. de pœn. d. 1. nu. 9. Man. cap. 22. nu. 23.

A

Neque petere illum poteſt ille, qui ſuæ vxoris cognouit conſangnineam, niſi ex diſpenſatione, ideo peccat. cap. qui dormiuerit. 27. q. 2. ¶ Man. cap. 16. num. 35. conſi. 44. De ſponſal. num. 3. conſi. 45. nu. 1.

Petere illum mutuo non poſſunt cõiuges, quando ob impedimentum perpetuum ſunt ſeparati, quia vt frater, & ſoror viuere debent ſi volunt, non autem vt coniuges. ¶ Conſi. 5. de frig. & Mal. nu. 5. & 10.

B

Neque quędam habẽt iuſtam fidẽ, ſeu credulitatẽ de impedim. Matrim. licet non habeant ſcientiam c. Inquiſitioni. de ſent. excom. ¶ Com. c. ſi quis autem de pœn. d. 7. nu. 87. ſi autẽ certo ſciant impedimentum ſubeſſe, nec petere debitum, nec reddere poſſunt per dictum cap. Inquiſitioni. ¶ Ibi. nu. 89. & num. 121.

Coniux non tenetur credere coniugi cum iuramento affirmanti ſe nô cõſenſiſſe. arg. c. per tuas. de proba. quia præſumere poteſt tunc mentiri: ſi leuiter credit, nô debet petere, nec reddere debitum durante illa credulitate, quã deponere poteſt reuocante coniuge ſuum dictum. Ricard. 4. d. 27. ar. 1. q. 4. Ang. matr. 2. §. 14. Silu. matri. 4. q. 2. Neque tenetur credere ſubeſſe impedimentum eo, quòd vnus teſtis fide dignus iurat, aut eius proprius Paroch⁹ id ei aſſereret. ¶ Man. c. 22. nu. 82.

C

Coniux niſi certo ſciat coniugem mortuum, alij nubere non poteſt. c. in præſentia. de ſponſ. Et ſi nupſit donec ſciat eum viuere, non ſeparetur. arg. c. fin. de ſecund. nupt. & c. inquiſitionẽ. de ſent. excom. ¶ Conſil. 15. de ſponſ.

Et donec dubitat debitum non petat. ¶ Com. cap. ſi quis autem de pœn. diſt.

diſt.7.nu.87.per cap. Dominus de ſe- A cũnd nupt.Reddat tamen credendo eũ quem habet eſſe ſuum maritum, quia id credere poteſt ad effectum reddendi,dubitando tamen ad effectum exigendi.¶Ibi.nu.107.

Si autem nupſit alij bona fide, credens ſuum coniugem eſſe mortuũ, & adhuc id credit, non eſt monenda. ¶Conſi.19.eod.tit.

Coniuges,peccata multa committere poſſunt pertinentia ad coniugium, quoad actum, quando ſe impudicis tactibus polluunt,quia ſecundum Caie. ver. Matrimonialis vſus, impudici actus per matrimonium liciti non euadunt.Inſuper ſi alia via, quàm ordinaria,& naturali extra vas,vel in vaſe, ita vt conceptio impediatur, copulam habent.¶Man.c.16.nu.42. B

Si in cognoſcendo ſe carnaliter ad alium animum habent,ita vt ſuũ, vel ſuam,vt non ſuum, vel non ſuã cognoſcant,vel cognoſcere velle proponãt. c.origo.32.q.Pal.4.d.32.q. 7. Anton. 3.p.tit.1.c.20.¶Man.c.16. nu.23.

Quo vero ad alios actus peccat coniux vetando coniugi miſſam,vel ieiunium de præcepto, & peccatum eſt mor.Anto.2.p.tit.6.ca.10. † Intellige ſine iuſta cauſa.Percutiendo immoderate,quia neque ſeruum ita cædere debet.l.1.ff.de his. Prouocando ad magnam iram, vel ad blaſphemandum, vel notabiliter coniugem contemnẽdo.¶Man.c.14.nu.19. C

Non diſcedendo à coniuge adulterante,quando adulterium eſt manifeſtum.c.1.& c.ſi quis.32.q. 1. niſi ſpes ſubeat emendationis, aut id faciat ad euitandum adulterium cũ alia.¶ Man. c.16.nu.28.

Coniugum alter ſi accuſet alterius Matrimonium: non debet accuſatus priuari iure,quod habet in accuſante, ante probatam accuſationem.cap.Laudabili vt lit.pend.¶ Com. cap. ſi quis autem de pœn.diſt.7.nu.121.

Coniux iuſtam cauſam habet diſcedendi ab altero, quando ille machinatur in mortem eius cap.litteras,§.fin. de Reſt.ſpol.¶Com.cap.ſi forte de pœ. diſt.1.nu.4.

Coniux abſens ſicut poteſt velle habere copulam carnalem cum coniuge abſente quando fuerit præſens, & delectare ſe cum illam habuerit: non tamen poteſt habere delectationem moroſam in abſentia, neque polluere ſe ex cogitatione copule, quam habuit, vel ſperat habere.¶ Com. ca. ſi cui de pœn.d.1.nu.4.

Coniux ſi reddat debitum coniugi, etiam in adulterio perſeueranti licet ſit publicum modo adulterium ei nõ placeat non peccat, & maxime ſi vir vxorem non poteſt eijcere ſine magno ſcandalo,& damno publico,aut priuato & hoc modo limitanda eſt ſent. D. Io. Chryſoſt. ho. 26. ſuper Matt. qui dicit:Patronum turpitudinis eſſe,qui crimen cælat uxores.¶Cõ.cap. Diuortium.de pœ. d.1.nu. 8.

## Conſcientia.

Conſcientia,prout definit D.Th. 1.p.q.79.ar.13.non eſt potẽtia, neq; proprie habitus animæ,ſed actus eius iudicatiuus, interdum teſtificãs, quod fecimus,vel non fecimus, interdum accuſans, vel excuſans declarando aliquid bene,vel male factum, & interdum dirigens dictando aliquid faciendum,vel non faciendum, ca.per tuas, 2. de ſimonia. ¶ Conſ.5. de emptione.nu.3.Man.c.27.nu.280.

Eſt duplex vera, quæ iudicat vere aliquid eſſe faciendum,vel non faciendum.Certa quæ pro certo iudicat. Dubia quæ nullatenus iudicat.Scrupuloſa,

ſa, quæ contra id, quod iudicat habet argumenta. Altera eſt erronea, quę falſe iudicat. c. Inquiſitioni. de ſent. exc. Et quælibet certa lege ligat habentē. ¶ Man. c. 27. nu. 280.

Conſcientia ſcrupuloſa oritur ex vitio naturali, vel acquiſito, & gignit multa mala, videlicet inconſtantiam, augumentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis. Illius cauſæ ſunt ſecũdum Archiep. 1. p. titul. 3. capitul. 10. Complexio timida, melancolica, mania, dæmon, vigiliæ, ieiunia immodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis. ¶ Manual. c. 27. nu. 282.

Conſcientiæ ſcrupuloſæ medicinæ sũt decem primo Deus ſecundo pharmaca contra melancoliã, & maniam. Tertiò, auerſatio cogitationis à re ſcrupuloſa. Quartò, ſubmittere ſe aliorum iudicio. Quintò, contrauentio ſcrupulorum. Sextò, vſus æquitatis. Septimò, rectus intellectus illius Regulæ tutior pars eſt eligenda i dubio. cap. ad audientiam. de homic. in eo quod eſt propriè dubio, id eſt ſine ratione ſufficienti, aut auctoritate. Octauò, rectus intellectus illius ca. ad eius. diſt. 1. Bonarum mentium eſt ibi culpas agnoſcere, vbi non eſt, id eſt in generali, non autem in ſpeciali. Nono, electio bona ex varijs opinionibus, & quieſcere in ea. Ver. Electio. Decimò, conſiderare, quod nemo ex ſolo libero arbitrio, ſine Dei auxilio ſpeciatim poteſt bene agere. ¶ Ibid.

Conſcientia erronea ſemper ligat, vel ad ſui depoſitionem, vel ad ſui executionem. ¶ Com. cap. ſi quis autem. de pœn. diſt. 7. nume. 120. Ideo deponenda eſt, deponitur autem primo per aduentum iudicij contrarij. Secundò, per ſolam illius iudicij depoſitionem contrario iudicio non concepto. ¶ Ibi. num. 115. Si autem deponatur memini vnquam contra illam agere licet vel lo caſu etiam prælato præcipiente. ¶ Ibi. nu. 85. & 95.

Qui contra ſuam conſcientiam, vel animi dubietatem agit, legem transgreditur naturalem, quia qui ob amorem alicuius, etiam ſuperioris præcipientis facit aliquid quod dubitat eſſe mortale, plus illum diligit, quàm Deum. ¶ Ibi. nu. 85.

Contra ſuam conſcientiam iudex nunquàm iudicat, licet receptius videatur iudicem aliquando iudicare ſecundum ſcientiam publicam, quàm iudicare ſecundum ſcientiam priuatam. ¶ Ibid. nu. 128. & 129.

Contra illam non facit, quando eſt generalis, qui bona fide contra illam operatur in ſpecie. ¶ Com. c. 1. de pœn. diſt. 5. §. tanto. nu. 22.

Conſcientiæ offenſæ, vel dubietatis ante executæ, circunſtantia eſt confitenda ſecundum Adrian. 4. de confeſ. q. 4. vide ſupra ver. Circunſtantia.

Conſcientiæ noſtræ teſtimonium, & ſi non ad omnia ſufficit, vt ad ſciendum nos habere gratiam, liberos eſſe à peccato &c. ſufficit tamen quo ad aliqua vt ad ſciendum nos admiſiſſe, vel non admiſiſſe hęc, vel illa peccata, ad credendum probabiliter opera noſtra eſſe Deo grata ad conſolandum in tribulationibus de quo Apoſtolus. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium cõſcientiæ noſtræ. ¶ Com. cap. Inter verba. concl. 3. nu. 4.

Conſcientiæ vacillatio in applicatione conſiſtit. Ideo deformem reddit actionem, quoniam fit applicatio modo, quo non debet. ¶ Com. c. ſi quis autem. De pœn. d. 7. nu. 61.

Conſcientia erronea, quæ dictat aliquid mali faciendum non excuſat à peccato, ſi ſecundum illam operetur 2.

2. q.

2.q.19. ar. 6. Et tamen ſi contra illam quid fiat, peccatur. ibi. art. 5. ¶ Com. eiuſd.cap.nu.99.

## Conſenſus.

Conſenſus tripliciter præſtatur, glo.c.notum.2.q.1.Primò, coo peran lo.cap.ſi quis Epiſcopus. 2.q.1. Secundò, non corrigendo cum quis ex officio tenetur, & poteſt.ca. error. 83. diſt.Tertiò,cum ſit illius auctoritate. cap.quid aliorum.24.q.3. non tamen pœna incurritur quotieſcunque conſentitur in malum, licet adſit peccatũ mor.capit.cum quis.de ſent.excomm. lib.6.¶ Conſi.54.de ſentent.excomm. num.5.& 7.

† Hinc colligitur, quòd conſenſus poteſt eſſe duplex, alter tacitus, alter expreſſus, & vterque poteſt eſſe vel verus,uel fictus.Si eſt uerus operatur, ſi uero fictus non operatur in foro cõſcientię,licet in foro fori pręſumatur, ut colligitur ex multis locis Auctoris.

Conſenſus ad aliquem actũ requiſitus poteſt poſt illum interuenire ca. cura.de iure patro.& Panor. ibidem. ¶ Conſi.2 eo.tit.nu.10.

Conſenſus alicuius, ad aliquem actum interueniſſe per immemorialem præſumitur. ¶ Conſi.1.de ſimo.

Cõſenſus tacitus appellatur ab aliquibus Interpretatiuus, ab alijs delectatio moroſa.Caiet. negatiuam delectationem, non poſitiuam appellat. Quomodo vero ſit peccatum, uide uerſ.Delectatio.

Conſenſus tacitus potius fictus, q̃ uerus cenſendus eſt.Dec. l. cum quid. ff.ſi certum pet.poſt alios. ¶ Conſi.5. de Regul.nu.14.

Conſenſus tacitus Prælati colligit. ex communi uſu ab eo ſcito,& nõ con tradicto.Card. in ca.non dicatis. 12. q.1.¶Conſ.25.de reg.nu.64.

A Conſenſus tacitus difficilius colligitur,quàm expreſſus,quare & actum non ualere ex defectu illius, quia quic quid habet propoſitum in propoſito, habet ſimiliter oppoſitum in oppoſito cap.ſciendum.8.q.1.¶ Cõſi.5.de Reg. num.14.

Conſenſus ad Religionem in habitus ſuſceptione requiritur, in profeſſione autem non niſi poſt annum nouiciatus completũ per Conc.Trident. c.15.de Regu.ſeſſ.25.¶ Ibidem nume. 17. Nec ſufficit qualis qualis, ſed requiritur, vt ſit liber à metu.c.primo. De his qui ui.etiam rcdeuerentiali. cap. præſens.20. q.3. & ibi gl.¶ Ibi.

B Ad matrimonium requiritur verus.conſi.3.de ſponſ.num.3.liber, & ſpontaneus.¶conſi.1.de cond.app.cõſi.36.de ſponſ.ver.matrim.

Conſenſus in malum, vt præſumatur quatuor faciunt. Primò,poteſtas impediendi. Secundò, obligatio id faciendi. Tertiò,commoditas eiuſdem. Quartò,delicti notorietas. c. quanta de ſent.excom.¶Man.c.24.n.19. Et ſi illud malum peccatum mort.eſt, & cõſenſus pariter eſt mortale.Conc. Agath.c.presbyter.34.diſt.c. oportet el 2. de conſec.diſt.5.¶ Com.cap. inter ver

C ba.conclu.2.num.6.

Conſenſus defectus annullat tacitã profeſſionem magis quàm expreſſam arg.l.1.§.fin.iuncta l.Labeo.ff.de pac. ¶Conſi.5.de reg. nu. 14. Et iſte defectus colligitur ex proteſtatione. ¶cõſ. 16.de ſponſ.nu.2. Errans tamen atque deceptus conſentire non videntur. l.ſi per errorem.ff.de iuriſ.om.iud. ¶ cõſ. 24.de Regul.

Conſenſus omnis in peccatum alterius peccatum eſt,& tale, quale eſt illud,quo conſentitur Rom.& cap.1. de off.deleg.Cõc.Agath.c. presbyter 34. d.& Conc.Laodic.c.Non oportet d.2.

de

de conſ.d.5.Tom.2.2.q.167.art. 2. ad 2.¶ De prox.defenſ.nu. 9. Et Com.ca. Inter verba concl.2.nu.6.

Cōſentire quis iuſte poteſt, vt ali⁹ capiat aut retineat decem aureos ſuos. l. inter omnes. §. recte. ff. De Furtis: Non tamen vt contineat totidem inuicto alio eorū Domino, ſimiliter poteſt conſentire ne ſibi fama reſtituatur, non tamen quòd proximo iuſte petenti non reſtituatur. ¶ Com.cap.inter verba concl.2.nu.9.

## Conſilium.

CONſilia Chriſti ſub peccato ad ſui obſeruationem non ligant. §.fi.4.diſt.c.quod præcipitur. 14.q.1. ¶ conſi.4.de emp.& uend.num.9. Quare qui illa non implet ex contemptu peccat mortaliter, talis autem ille eſt, qui ea parui facit. ¶ Manu.c.20.num. 21. Requirunt autem, vt ſeruentur quātum ad animi præparationem, vt dicit Auguſt.relatus in cap.paratus.23. q.1.Thom.2.2.q.124.ar.3. ad 1. cum propoſito actuali, uel uirtuali ſeruandi illa. ¶ Ibidem. Seruari enim illa ſic, non eſt aliud, quàm eſſe paratum ad ſeruandum quoties caſus occurrerit neceſſarius ad ſalutem. Seruare autem illa mentaliter eſt uelle id, quod ea cōſulunt. ¶ De red.eccl.q.1. Mon.5.nu.4

Conſilium niſi ſit fraudulenter datum, non obligat ad reſarciendum damnum ex eo proueniens. l.conſilium ff.de reg.iur. c. Nullus ex conſilio.eo. tit.lib.6. ¶ conſi.2.de pact.num.7.conſil.1.de fideiuſſor. nu.4. Si autem tale eſt ex culpa lata, mortale eſt. ¶ Man. c. 24.nu.2.Com.de dat.& promiſ.n.12.

Conſilium male dans ſcienter, & doloſe peccat, immo etiam ſi bona fide non adhibitis ſtudio, & diligentia, debitis ad veritatem aſſequendam. Quare caueant, qui conſulunt, ne ni-

A mis ſua ſcientia, & prudentia fidant. ¶ Man.cap.17.nu.132. Qui autem dat bona fide, non tenetur conſulenti, quādo ſua non intereſt.l.2.§.final. ff.mandat.& capit. nullus ex conſilio de reg. iur.lib.ſexto. tenetur attamen tertio, cui ex tali conſilio damnum peruenit, quando fuit cauſa, ſine qua non. argu. cap.fina.de iniur.leg.qui occidit.ff.ad leg. Aquilia. Si culpa eſt grauis, & nō leuis. conſi. ſecundo de pact. ſcilicet. Tale conſilium licet in contractibus non noceat, nocet tamen in delictis ſecundum omnes.d.c.nullus, & præſertim Dec.in leg.conſilij, ff. de reg. iur.

B ¶ Ibidem.

Conſilium datum principaliter punitur non ſecuto effectu, ſecús autem ſi acceſſorie. ¶ com. de datis, & promiſſis.nu.43. Et etiam punitur, quando ſpecialiter prohibetur conſilium dare. ¶ Ibi.nu.15.

Si effectus ſequatur acceſſorie, videtur excommunicari. ¶ conſ. 5. de ſent. excommun.num.2. Et ſi dat conſilium, quod ſit appellandum ad futurum concilium etiam ſi non ſequatur appellatio excommunicatur. ¶ Ibidem num.3.

Conſilium, qui dat ſecundum Deū

C illum conſulere ſemper deberemus. ¶ Com.capitul.inter verba prælud.3. num.1.

Conſiliū dare dicitur, qui monet, perſuadet, aut precatur, vt illud, quis faciat ſecundum Bar.l.non ſolum.§. ſi mandatū.ff. de iniur. Item qui inſtruit, & qui proponit utilitatem inde ſecuturam. Inno. rece.ca. ad audientiam.de homic. ¶ Manual. cap. 27.num.52.

Conſilium non eſt opus ſeruile, ideo etiam diebus feſtis dari poteſt ob lucrum. ¶ Man. cap. 13.nu.12.

Conſilia, quæ pro tempore ad ſuī obſeruationem ligant præcepta fiunt.

De red.eccle. quæſt.1.Mon. 5.num.4.

Conſiliorum omiſſio.ver.Omiſſio.

Conſilium petens ab eo, qui communiter reputatur bonus, ſatisfacit. ¶Ib.n.4. Et ſi ille eſt ſufficiẽter perit⁹ excuſatur ſi facit id q̃d etiam lege humana eſt illicitũ tex.cum gl.2.et doct. Panor. in c. capellanus. de fer. tradit Anto.1.p.Tit.3.¶Cõſ.10.& conſ.16. de ſimo.& Man. c.23.nu. 284. Inn.c. per tuas. el 2.de ſim. & confirmatur per multa congeſta à Fel.c. 1.de re iu. ¶ Conſ.8.de pœn.nu.3.

Conſilium petens à diuerſis doctoribus vel ab vno, vbi ſunt diuerſæ opiniones cogitur ſequi illã, quã doctor definit.¶ De red.eccle. quæſt.1. Mon. 5.nu.6. Et ſimiliter qui cõſiliũ requirit ab aliquo, vt collega cogitur illud ſequi. ¶ Conſ. 1.ut lite pend. nu. 13.

## *Conſtitutio.*

Conſtitutio Papæ poſterior, licet deroget priori eidem contrariæ, non tamen derogat conſuetudinib. contrarijs, ſi rationabiles ſunt. c.1. de conſt. li.6. ¶ Com. de ſpo. cle. §.24.num.7.

Pij Quinti de confidentia ad inducendos modos confidentiæ probandæ tendit.¶ Conſi.36. de ſimo.nu.3.

Concilij generalis ante Papæ confirmationem non ligat. ¶ Conſ. 1. de conſt.nu.5.

Eccleſiæ militantis ligat crimen omnino occultum, quo ad pœnas ſuſpenſ. & excommunicationis. gloſſ. ſing. & celeb. cle. 1.§. reus. de hęret. ¶ Com.in Rub. de iud.nu.65.

Epiſcopi regulares exemptos non includit.c.2.de conſt.li.6. & l.fi.ff.de iur.om. iu. ¶ Conſ.2. de ſepult.nu.2.

Loci prouinciæ, vel diœceſis ſeruãda eſt.arg. c.fi. de conſuet.l.2. C.quæ ſit long.conſuet. & notatur in c. cum omnes.de cõſtit. & l.omnes populi.ff. de iuſt. & iure. & l.de quibus. ff. de legib. ¶ Conſi. 61.de præbend. nu.4.

A Conſtitutio noua non extendit ad pręterita, niſi cum agitur de effectu futuro, qui poteſt ſtare ſine effectu pręterito. glo. ſolemn. purata ſing. clem. Vt hi qui. de ætat. & qualit. & etiam cle. 2. de vita, & honeſta. cler. ¶ Conſi.2.de conſtit.nu.1.et Relec.c. ſi quãdo.de reſcript. excep.21.nu.40.

Pœnalis non extenditur. l. interpretationis.ff.de pœn. & cap. pœna. de pœn.d.1.¶ Cõſi.1. de Bigam.cõſi. 42.de temp.or. nu.3. Et ſemper benignius interpretanda eſt. c. in pœ. de reg.iur.lib.6. cum ei concordantibus. ¶ Conſi.1.de cler. non reſid.nu.2. B

Canonica noua, & exorbitans de regularib. diſponens, non extenditur ad improprie regulares. cap. indemnitatibus. de electio. ¶ Conſ. 82. de regul.nu.6. Et nulla aptatur illis, quibus verba ipſa non aptantur, dicto ca. indemnitatibus. & l.quarta.§.toties. ff. de demonſtr. & ibi Bartol.Felin.c. Nonnulli.de Reſcript. ¶ Ibid.

Quæ interpretatur, aut roborat aliam conſtitutionem verbis illius includitur.authent. conſtitutio, quæ innouat.§.Vnde,& gloſſ.in clem.ſtatutum. de electio. quam Cardinal. reputat ſingul addens, quod interpretationes, & limitationes quas recipit interpretanda, recipit etiam conſtitutio interpretans eum ſequitur Feli. c. 1.de iureiurand.n.5.¶ Com.de datis, & promiſſis.num.7. C

Conſtitutio, ne ignorantia hæreſis excuſet iuri cõtraria eſt, quia ius probabiliter ignorantẽ excuſat.c. Apoſtolicæ, de cle.excommu. ¶ Conſi. 10. de hære.num.7.

Conſtitutio in dubio continet præceptum niſi aliud ſonent eius verba ſecun-

Standum Archid. §. hic etſi diſtin. 40 ¶ Com. De Iubil. Not. 32. nu. 51.

# Conſuetudo.

ANtequam digeram, quæ Auct. de conſuetudine varie refert placet annotare primum, quod conſuetudo ius quoddam eſt moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur cum deficit lex. c. Conſuetudo. Diſt. 1.

Conſuetudo eſt altera natura. l. leg. Qui poſthumus adiucta. l. 1. ff. de leg. & poſth. ¶ Com. c. qui ſanctus, de pœn. diſt. 1. nu. 5.

Eſt autem duplex quædam generalis, quæ vniuerſaliter conſenſu omnium approbata eſt, & omnes aſtringit; & hæc tanquam canon, aut lex ſeruanda eſt. c. quis neſciat. diſtin. 11. Altera eſt ſpecialis, quæ homines alicuius loci aſtringit; & in eodem loco vigorem legis habet. c. catholica. eadẽ diſt. Niſi ſit oneroſa. c. omnia. diſtin. 12. gloſſ. cap. 1. diſt. 11.

Generalis ab omnibus eſt ſeruanda. ca. contra morem. diſt. 100. ¶ Conſi. 4. de offi. iud. ord. num. 3. Eſt enim lex quędam c. conſuetudo. diſt. 1. Non naturalis, neque diuina, ergo dicenda eſt humana. argum. à ſufficienti partium enumeratione. ¶ Com. in cã. fraternitatis. 12. q. 2. De lege pęnali. nu. 6. Eſt etiã optima legum interpres. ¶ Cõſi. 1. de maior. & obed. nu. 3. ¶ Conſi. 3. de cler. non reſident. numer. 5. Manu. c. 25. nu. 68.

Immemorialis ſine cauſa mutari non debet, cum cauſa autem ſic, quod videtur factum, à cap. non debet. de conſangu. Cum mutauerit cõſuetudinem de non contrahendo matrim. uſque ad ſeptimum gradum, & à Conc. Tridẽ. ſeſſ. 24 c. 1. de valore. matrim. clandeſt. ¶ Cõſi. 1. de reſti. ſpol. nu. 8.

Hac conſuetudine lex humana tol-A li poteſt, c. ſuper quibuſdam. de uerbo. ſignifi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æſtiu. ¶ Com. 4. de regu. num. 42.

Hæc ſimiliter conſuetudo habet vim ſtatuti; & per illam probatur priuilegium, d. l. hoc iure, & §. & d. c. ſuper quibuſdam. ¶ Com. de vſur. nu. 34. conſi. 45. de ſimo. 3.

Hoc etiam id poteſt fieri, quod poteſt fieri per priuilegium arg. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & cap. ſuper quibuſdam. De verb. ſignif. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 44.

Legem diuinam, vel naturalem, aut B quę ex illis conſequuntur non tollit; quod ſi contra illam eſſet corruptela dicenda eſſet cap. Mala. 12. c. fruſtra d. 8. c. fin. de conſue. ¶ Com. c. non dico de pœn. diſ. 1. Com. 5. de Regul. n. 35. Minuit tamen, auget, uel diſtinguit Innoc. cap. fin. de conſue. receptus à Panorm. & alijs. ¶ Conſi. 20. de uſur. nu. 286. de ſpol. cler. §. 14. nu. 1. Cõſi. 1. de iur. patron. nu. 2. conſ. 4. de offi. iud. ord. Quando igitur conſuetudo eſt contra legem naturalem, aut diuinam irrationabilis. dicitur, & corruptela. ¶ Conſi. 13. de vſur. nu. 9. conſi. 42. de ſent. excomm. num. 2. & etiam C illa dicitur irrationabilis, quæ non põt pręſcribi. ¶ Conſ. 7. de cenſ. nu. 3.

Conſuetudo autem contra ius humanum, vt ipſum tollat debet eſſe rationabilis. ut autem talis ſit ſufficit, vt aliquem habeat reſpectum boni, alioquin nulla eſſet ſi igitur erit rationalis in omnibus rebus erit attendẽda. l. minime. ff. de leg. ¶ Conſi. 1. de cle. non reſi. nu. 3. conſi. 2. de rebus eccle. non alien. nu. 4. Non eſt autem talis amplificanda, quando eſt contra ius. ca. ad audientiam. de deci. cap. odia. De reg. iu. li. 6.

Debet etiam eſſe præſcripta. c. fina.

De

De conſue. ¶ Conſi. 1. de maio. et obe. A nu. 3. Et túc poteſt facilius introduci, vt vtentes alienis fructibus ſponte naſcentib. ſint immunes à culpa, ſoluta pœna ſi deprehendatur. ¶ Com. de lege pœn. num. 34.

Ad præſcriptionem autem requirit quadraginta annos, c. fin. de conſuet. cum eis ad not. Si autem illa ſit præter ius per decem annos præſcribitur. Panor. recep. in d. c. fi. nu. 2. ¶ Conſi. 1. de conſue.

Debet eſſe maioris partis ſecundũ Panor. recep. in c. fi. de conſue. nu. 18. ¶ Cõ. de red. eccl. q. 1. Mon. 52. nu. 3.

Ex his multa tumultuaria conſequuntur, quæ difficiliter ad ordinem poſſunt redigi. B

Conſuetudine multa circa ſacramentalia induci poſſunt. l. de quibus, ff. de legib. c. fi. de conſuetu. ¶ Manu. c. 22. num. 83. Exempla.

Quod detur aliquid pro ſubſtentatione ratione adminiſtrationis ſacrament. & eſt obſeruanda. c. apoſtolicam. de ſimonia. c. 14. de reform. ſeſſ. 24. Cõc. Trid. ¶ Cõſi. 66. de ſimonia.

Quod cognatio ſpiritualis per aliũ contrahatur, ſed an ſit inducta dubitatur. ¶ Conſi. 2. de cogn. ſpir. nu. 73.

Quod negetur Euchariſtia damnatis ad mortem, quia iſta legi Diuinæ non refragatur. ¶ Conſi. 16. de pœ. & rem. num. 6.

Vt ille etiam, qui non eſt in ſacris prędicet. ¶ Conſil. 2. de temp. ord.

† Quod paſſim fieri videmus.

Vt Epiſopus partem vnam bonorũ mobiliũ beneficiarij morięntis, aliquo loco inducta, optet, valet, quia cedunt illa bona operibus pijs, quod conſuetudine induci poteſt. ¶ Com. de ſpol. cle. §. 16. nu. 1. Sed multas limitationes hæc conſuetudo requirit, de quibus ibi. Capiendi unum ſcutum pro ſubſcriptione prouiſionis, non excuſat ſecretarium. ¶ Conſi. 7. de ſim.

Quòd nullo caſu abſenti dentur fructus, iniuſta eſt, & contra legem naturalẽ, humanam, & diuinam, quæ dictat neminem ſine culpa ſubijciendum eſſe damno, c. 2. de conſt. ¶ Cõſi. 9. de conſt.

Vt dimidium fructuum beneficij vacantis fabricę, vel ſucceſſori, uel alij debeantur. Clem. ſuſcepti. ne ſede vacante, &c. ¶ Conſi. 1. de ſimo. nu. 3.

Vt teneri poſſint duæ capellaniæ cum theſauriaria ſub eodem tecto, & valet, ſi illa non eſt ſufficiens ad decenter viuendum, quia eſt rationabilis, & præſcripta. ¶ conſ. 36. de præbend, num. 2.

Ne beneficia ſimplicia, præſertim reſidentiam requirerent, quod poſt gloſſ. in cap. conquerenti, de cler. non reſid. tenuit Panorm. & reſoluit Fel. in c. cum omnes. de conſtit. ¶ Conſi. 29. de præbend. nume. 4. conſi. 1. de cler. non reſid. num. 13.

Vt fructus primi, vel ſecundi anni beneficiario præmortuo cedat et tunc non debet cedere ſæcularibus, quo ditiores fiant, ſed tantum ad alia. ¶ De ſpol. cler. §. 15. nu. 1. de red. eccl. q. 1. C Mon. 52. num. 6.

Conſuetudo teſtandi pro libito, quo ad clericos non poteſt eſſe nota Papæ, quia non eſt. ¶ De red. eccle. q. 1. Mon. 54. nu. 2. Et ſi adeſſet nihil operaretur contra hæc. quæſt. 2. Mon. 52. num. 1. Quia eſſet contra legem naturalem. q. 3. Mon. 2. nu. 2.

Non reſidendi in ſimilibus, excuſat à reſidentia à fundatore impoſita. Simplicia enim regulariter reſidentiam non requirunt perſonalem, vt late diſputant Panor. ca. extirpandæ. §. qui uero. de præbend. & Fel in c. cum omnes. de conſtitution. Et in ſimi-

ſimilibus idem eſt iudicium. c. dudū, A· el ſecundo. de electio. ¶ Conſi. 7. de cler. non reſid. num. 1.

Conſuetudo, quòd intereſſens certis diuinis officijs, aut certis diebus accipiat diſtributiones pro illis, & alijs officijs, & diebus, iuri contraria eſt. ca. 1. de cle. non reſid. lib. 6 Conc. Trid. c. 12. de refor. ſeſſ. 24. ¶ Conſi. 8. eo. tit. num. 1.

Conſuetudo, quod ſoli prudentiores vocē habeant in capitulo, ab octo annis inducta, inualida eſt. ¶ Cōſi. 1. de conſuet. Et ſimiliter, quòd profeſſus, & ſubdiaconus non habeat vocem, eſt contra ius. ¶ Ib. Et quòd pau B ciores habeant uocem in electione, non eſt bona, quia illi facilius ſubornantur. ¶ Ibidem.

Tolerandi inualide profeſſos non facit eos profeſſos, niſi tolerantia ſequatur, & ratificetur, ut no. Caie 2. 2. q. 185. ar. 5. ¶ Conſi. 44. de regu. nu. 5.

Conſuetudo ad obſeruationem feſtorum magnam habet vim. arg. c. fi. de conſue. ¶ Man. ca. 13. nu. 1.

Vt in illis Miſſa non audiatur excuſare poteſt, quia cum ſit præceptum humanum, poteſt humana conſuetudine moderari. d. cap. fin. ¶ Conſi. 5. de ferijs. Si eſt interrupta à feſtorum C violatione, non excuſat, cum non ſit præſcripta. ¶ Conſi. 1. de fer.

Conſuetudo Hoſpitandi gratis, ubi aliquando fuit, debet ſeruari. Vendendi vero ius hoſpitandi, cum priuilegio vendendi vinum carius ipſis hoſpitibus iniqua eſt, & contra ius. ¶ Cōſi. 2. de empt. & vēdit. nu. 2. & 4. Vendēdi obſonia nimis caro, eſt irrationabilis, dandi autem aliquid ultra taxam, ſine malis artib. licita eſt. ¶ Conſi. 3. eo. tit.

In ſoluendis decimis ſeruanda eſt. Th. 2. 2. q. 87. art. 3. cum gl. c. cum contingat. de deci. ¶ Cōſi. 2. de decim. n. 1.

In ſoluendo tributum Epiſcopo, an reuocari poſſit conſiderandum eſt, ſi ipſa conſuetudo eſt rationabilis, & præſcripta, & pro Epiſcopo indicandum ſi verò eſt irrationabilis, & contra ius commune non præſcripta, & cōtra illū ſentiēdū. ¶ Cōſi. 7. de cēſib.

Conſuetudo inducere poteſt, ut filij ex matrimonio putatiuo orti bona fide aliquo tempore continuato legitimi ſint. ¶ Cōſi. 3. de ſponſ. nu. 7.

Conſuetudo dictans, ne quis ſine mendacio, & periurio occultans aliquas merces ad aliud, non teneatur niſi vt deprehenſus ſoluat ſolitum vectigal, cum auctario dupli, vel quadrupli, cum non tollat Regiam ſubſtentationem, ſed moderet eam tātum poteſt valere. ¶ Com. de lege pœnali. in c. fraternitatem. 12. q. 2. nu. 42.

Conſuetudo inducere poteſt, vt quis ſine culpa alienis paſcuis vtatur, quo ad herbas ſponte naſcentes, non autem ſatas. ſoluta ſi depræhendatur pœna. ¶ dicto Com. nume. 33.

Conſuetudo de teſtib. repetendis à culpa, & à pœna excuſat. ¶ Conſil. 4. de accuſat. num. 5.

Conſuetudo contra decretum irritans, nō valet. Archi. & Io. And. in c. cū de beneficio. de præb. li. 6. ¶ Com. c. cum contingat. & cauſa Nullit. nu. 12. Com. de ſpol. cle. §. 14. nu. 3.

Conſuetudo interrogandi reum ſine indicijs corruptela eſt, quia eſt contra legem Naturæ. c. mala, & c. fruſtra. 8. d. c. fi. de conſue. ¶ Com. Rubr. de iudi. nu. 56. Et ideo non excuſat à peccato com. 3. de reg. nu. 25. Licentia verò ob eam præſcripta, ſic ¶ Ibidem num. 28.

Conſuetudo poteſt inducere quicquid inducit priuilegium. ¶ Conſ. 1. de reg. nu. 13.

Poteſt

Poteſt interpretari legem naturalem, aut diuinam dubiam. ver. Lex.

Poteſt inducere quicquid inducit lex. ¶conſ.2.de cogn.ſpir.nu.8.

Non ſolum auget, ſed etiam dat iuriſdictionem. c.duo ſimul. de off.ord. c.cum contingat. & gl. de foro comp. ¶ conſi.3.de re.

Cóſuetudo etiam irrationabilis ab excommunicatione excuſat, licet non à peccato. ¶conſ.42.de ſen.excom.

Conſuetudo tolli poteſt & moderari per legem humanam. ¶ Com. de leg.pœ.num.42.

Excuſat a pœna humanitus impoſita. ¶conſi.20.de vſur.nu.4.

Conſuetudo quando longa eſt, magna eſt auctoritas. ¶conſi.1.de pręſcr. num.3.

Conſuetudo contra ius probanda eſt. Ale.l.poſt dotem. ff. ſolu.matrim. Bal.l.ſi quis.§.1.ff.de pigno. Eſt enim quid facti in quo, & Princeps errare poteſt.c.1.de conſti.lib.6.

Conſuetudo trãſgrediendi aliquã legẽ multum incitat ad eam contemnendam. ¶Manu.c.23.nu.42.

Conſuetum, vel ſolitum dicitur, ꝙ ſaltem bis eſt factum. Secundum omnes per l.3. C. de epiſc. audien. Dec. Rubr. de conſuet. in l.item mala. ff.de alim.& cib. ¶ conſi.4.de ſucceſſ.ab in teſt.num.3.& conſ.4. de adulte. ait, ꝙ ille ſolitus, ſiue conſuetus eſt, qui ſaltem bis aliquid fecerit.

Conſueta, quæ ſunt fieri tacite intelliguntur.c.cum M.de conſt.l.fin.C. de fideiuſ.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua ff.de ædil. ¶Rele.c.ſi quãdo. de reſcr.excep.20.num.2. & facta intelliguntur. ¶Com.de reb.eccl. non alien.num.12.

Conſueta non ſunt ob quamlibet vtilitatem maiorem mutanda, ſed ſolum ob maximam, & euidentem. l.2. ff.de conſtit.cap.ridiculum.diſtinct.2.

A ¶Com.3.de Regular.num.30.

Conſuetudo ſi interpretatur quid eſſe iuris poſitiui, cum eſt dubium, an ſit iuris diuini, vel naturalis, ita cenſendum eſt. Nec peccat, qui talem conſuetudinem ſeruat. Bart.l.quid ſi fugitiuus.§.apud Labeonem. ff. de ædil. edict. Nam conſuetudo reddit probabile dubium, etiam circa ius diuinũ, & naturale, quando in aliquo caſu ſuper eo ſunt opiniones Doct. tex. iũct. gl.2.c.licet.de ſpon.duorum. ¶ De incomp.benef.nu.4.

Conſuetudo non probatur per dictum Doctoris, etiam ſi ſit Illuſtris ſecundum communem contra Barto.in

B l.de quibus.ff.de legib. ¶ca.inter verba.concl.6.nu.589.

Conſuetudo tantum poteſt quantũ lex humana.l.De quibus. ff. de leg. Et cap.fin.de Conſuet.etiam quo ad effectum limitandi huiuſmodi leges. Vlpia.in l.venditor.§.ſi conſtat. ff. commé.Fel.c.Et omnes de Conſt. ¶Com. cap.inter Verba concl.6.nu.587.

## *Contemptus.*

Contemptus verus legis eſt, quando quis propterea legem nõ ſeruat, quia parui eam facit. Thom.2.2.q.

C 186.artic.nono. & Dominic. in c.nullus.55.diſtinct.quicquid inuoluat Fel. ca.cum quidam.de iureiur. ¶ Manu.ca. 20.nu.20.c.23.nu.42.

Præſumptus verò eſt conſuetudo peccandi, quo ad forum exteriorem, ſecundum Caietanum ſuper illud art. 9.D.Tho.quicquid dicat Ricard.quol. 1.q.19.quem ſequitur Ange.ver.Inobedientia.§.1. ver. Feriæ. §.42. ¶ Manu. Ibi.

Et quod dicitur de vero, & pręſumpto idem dicendum de formali proprio, atque expreſſo, & tacito. ¶ Com. cap.inter verba. concl.5. nume.56.&

in Com.c.tres ſunt autem. de pœn.d. A 1.num.9.

## *Contentio.*

Verbo Gloria vana.

## *Continentia.*

Continentia non eſt de eſſentia ſacri ordinis,neque tam ei connexa, vt euelli nequeat, quia id nullo iure cauetur, & quia per ſacras literas inuenitur ab eo ſeparata iuſte in Petro,iniuſte vero in multis in Eccleſia Latina,qui poſt coniugium legitime contractum abſque diſpenſatione ſunt ordinati. ¶ conſi. 10. de ſponſal. B num.10.

## *Contractus.*

Antequam digeram, quæ ab Auctore collegi i hac materia placet notare ex Silu.& alijs. Quod nomen contractus ex con, & traho ductum eſt, quoties diſtantia in vnum adunantur.Et eſt nomen iuris quoties ea,quæ adunantur ſunt voluntates,& ad id in quo adunantur eſt aliquid pecunia menſurabile, & cum obligatione:eſt vero nomen facti,quando obligatio nulla oritur.

Eſt autem contractus vltro,citroq; C ideſt,hinc inde obligatio ex voluntate partium ſurgens proprie. l.Labeo. §.contractum. Et ſi vna pars tantum obligatur dicitur contractus improprie,vt donatio. Et ſi ex nulla oritur obligatio,ſed potius diſſoluitur,vt in tranſactione, dicitur contractus impropriiſſime.

Contractus præterea alius eſt bonæ fidei, vt emptio,venditio, &c. in quibus ſi dolus cauſam dedit non tenent. Iuris quidam nominati, & qui habent nomina propria. Quidam innominati,quorum nomina poſſent alijs contractibus conuenire, vt do, vt des.Do,vt facias.Facio vt Des. Facio, vt facias. Et appellatione contractus veniunt tam nominati, quàm innominati.

Contractus vltro citroque obligatorius æqualitatem requirit.¶ conſ.1. de loca.& cond.num.2.Man.c.17.nume.183.Conſi.6.de cenſibus.Com.in Rub.de iudic.Not.6.nume.47. Atque ex conuentione partium legem accipit. Ibi. Et hinc ſequitur, quòd licèt ab initio ſit voluntarius, poſtea tamē ſit neceſſarius. l. ſicut ab initio. C. de ac.& obl.¶Conſ.20.de re.nu.7.

Contractus nominati, atque innominati in commutatione pares ſunt, etiamſi in alijs multum differant. ¶ Man.c.17.nu.294.

Contractus quidam ſunt per quos dominium tranſit in alium. Quidam vero per quos non tranſit, & de horū nume. ſunt depoſitum, & commodatum.¶ Ibi.nu.180.

Contractus omnis metu factus valet regulariter ſecundum glo. & communem in c.Abbas.de his,quæ vi præter matrim.ca.veniens.de ſponſ.

Contractu in omni par virtus eſt tacite,atque expreſſe.l.cum quid. ff. ſi cer.pe.& eſt Reg.5. quam ſentit glo.in l.expreſſa. ff. de reg.iu. ¶ conſi. 5.de Reg.nu.14.

Contractus omnis ex iuſta cauſa tolli poteſt à Principe. ¶ Relec. cap.ſi quando.de reſcrip.excep.21.nu.1.

Cōtractus ſimulatus ex eo, qui eſt, & non ex eo, qui fingitur, iudicatur. cap. illo vos de pignor. ¶ De camb. num. 12.

Contractus de ſe licitus factus in fraudem vſurarum fit illicitus. ca. Ad noſtram.de emptio.& cap.illo. de pignor.c.in ciuitate. de vſur.¶Cap.1. de vſu.nu.1.& 10.

Si

Si eſt illicitus, aut dubius, qui eum diu exercuit tenetur libros reuiſere, peritos conſulere, & certa certis dominis, incerta verò pauperibus reſtituere. ¶ Conſi. 22. de vſur.

Si putatur licitus, qui bona fide eũ exercet, non peccat. ¶ Conſi. 20. eo. tit. num. 8.

Si eſt vſurarius, qui eum bona fide exercet, cum non tenetur ſcire, neque credere illum eſſe illicitum, quando credit probabiliter licere, ſicut non peccat, ita non tenetur reſtituere totum lucrum, ſed poteſt retinere illud, vel tantam portionem, quantam acquiſiuiſſet. ¶ conſil. 20. eodem titulo, num. 12.

Contractus vſurarius, qui exercet cum ſcit, vel ſcire debeat eſſe talẽ, peccat, & tenetur ad reſtitutionem lucri. ¶ Ibidem. Et talis eſt nullus tanquàm contra naturæ legem factus, nullamq; parit actionem. l. iuriſgẽtium. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact. l. generaliter. de verbor. oblig. & c. 1. 14. q. 3. ¶ conſ. 10. de vſu. nu. 1.

Cõtractus mutui eſt ſi optio detur petendi certum precium cẽſendus eſt. ¶ conſi. 4. eodem tit. Et ſi habet clauſulam, vt teneatur ad aliquid propter moram licitus eſt. ¶ Ibidem.

Contractus famulandi aureo menſtruo, non iuſtificatur ſi famulus valorem operæ ignorat, vel egens omnino facit. ¶ conſi. 1. de locat. num. 2. Vbi etiam monſtrat, quis contractus inter Dominum, & ſeruum ſit licitus aſſernandus.

Contractus cenſitici ſine alia ſuperioris licentia ab omnibus iniri poſſunt, quia omni iure ſunt permiſſi. ¶ conſil. 4. de cenſ. & Man. cap. 17. num. 234.

Contractus in quo plus, aut minus ob anticipatam, aut dilatam ſolutio- A nem datur, aut accipitur vſurarius eſt. ¶ De camb. nu. 14.

Contractus omnis, in quo æqualitas non ſeruatur iniuſtus eſt. ¶ Ibi. num. 24.

Contractus fraudulenter initus lucrum nullum præſtare poteſt. lege ait prætor. & lege ſecunda, §. penultimo. ff. eodem. ¶ conſil. ſecundo. de contract. Et magis obligat eũ cuius gratia fit: & ſi in vtriuſque gratia fit, vterque tenetur de dolo, & lata culpa, etiam leui. lege contractus. ff. de regul. iur. ¶ Manual. cap. 17. num. 179.

Contractus omnis cum eccleſia, ſi B illi vtilis eſt iniri poteſt. c. ſine exceptiõne, & capit. ſi qua. 12. quæſt. 2. quãdo eſt legitimus. ¶ conſi. quinto. De depoſ. Etiam non factus valet. Felin. & Decius in cap. conſuluit. de offic. delega. ¶ conſil. ſecundo. de electio. nu me. 1.

Contractum qui iure naturę ſeruandus eſt nõ poteſt Papa tollere. l. 1. ff. de Pact. ſine iuſta cauſa, cap. 1. de probat. ¶ com. de ſpol. cler. §. 3. nu. 8.

## *Contradictoria.*

Contradictoria eſſe ſimul vera non poſſunt, neque talia iudica C ri. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. cap. ſi enim. de pę. diſt. 2. Quare dicere aliquid eſſe validum, quo ad quid, & non eſſe validum, quo ad aliud non eſt dicere contradictoria. ¶ conſ. 5. de priuil. num. 2.

Reſpectu eiuſdem rei ſunt oppoſita, atque eiuſdem qualitatis. ¶ Ibi. num. 9.

## *Contraria.*

Contraria duo diuerſo reſpectu eidem inſunt, ſed non eodem. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 1. numero 5. & concluſ. 5. numero 74.

Neque poſſunt eſſe vera, quatenus ſunt vere contraria, nec ſe compatiun tur. Talia autem non ſunt mereri pœnam, & mereri gratiam, quia mereri vitam animæ, id eſt gratiam, non mereri vitam corporis, & pœnam non ſunt talia. ¶ Ibi. concl. 5. nu. 74.

Contrarietas ſemper vitanda eſt, ſed tamen illa in æquiuocis non reperitur, vt canis latrat, canis non latrat. ¶ Com. 3. de Regular. num. 28.

## Conuentio.

CONuentio inter monētem vacationé benef. & aulicũ, vt alter im petret, alter conſentiat penſioni imponendæ a Papa illicita eſt, & ſimoniaca, niſi fiat de conſenſu Papæ. ¶ conſ. 45. de ſimo. nu. 2.

De faciendo, quid temporale pro ſpirituali eſt ſimiliter ſimoniaca, quia illi cõuenit diffinitio ſimoniæ. ¶ Ibid. vt ſimiliter qua ſibi, vel alteri quis ſpiritualia quærit. ¶ Ibidem.

Conuentio dandi centum, ſi quis honeſte vixerit vſque ad certum tempus intelligitur, quod prudenti viro videbitur iuſtum. ¶ conſi. 21. de ſpõſa.

Conuentio tacita inter belligerantes Principes quãdo colligatur. ¶ cõſ. 2. de iniur. nu. 6.

## Contritio.

COntritio, eſt pęnitudo voluntatis cum dolore maximo actuali, vel virtuali peccati proprij iam commiſſi, quatenus eſt offenſa Dei ſuper omnia dilecti, cum ſpe veniæ, & propoſito amplius non peccandi ſaltem mortaliter, confitendi, & ſatisfaciendi, vt minimum virtuali. ¶ Man. ca. 1. num. 1.

Poteſt eſſe duplex, ſecundum Scotum 4. diſt. 14. q. 2. art. 1. Ex Caieta. tom. 1. opuſc. 5. q. 2. & 4. Altera forma A ta per gratiam, altera vero informis, ſine gratia iuſtificante, quæ poteſt cõcipi proprijs viribus naturalibus, cum non ſit vltima diſpoſitio ad gratiam, alioquin poſſet ſcire peccator ſe eſſe in gratia abſque reuelatione. Sed iſtã non dari videtur verius iuxta eruditiſs. Catharin. lib. 5. adnotat. in Caie. Quia contritio non poteſt dari ſine amore Dei ſuper omnia. Thom. 1. 2. q. 109. ar. 3. ¶ Manu. c. 1. nu. 26.

Sed melius eſt, vt vocetur iſta attritio, quàm contritio, de qua vide verb. Attritio. nu. 1. ¶ Man. c. 1. nu. 33.

B Contritio igitur formata ſola erit contritio, quæ debitis eſt vallata circũſtantijs & tunc valet ad culpam dimittendam, & pœnam commutandam ſecundum Maio. 4. diſt. 27. q. 1. & diſt. 14. q. 1. Etiam in inſtanti, & quantumcunque remiſſa contra Scotum. 4. d. 4. q. 2. ¶ Ibi. nu. 31.

Sed ſi careat debitis circunſtantijs, non eſt contritio. ¶ Nu. 32.

Contritio requirit has cõditiones. Primò, vt ſit voluntaria non violẽta, qualis damnatorum Sco. 4. d. 17. q. 3. Neque repente, & naturaliter ſine deliberatione.

Secundò, cum dolore. De quo ver. C Dolor. ¶ Ibidem nu. 3. & 4.

Tertiò, de peccato proprio, & non alieno. Ex quo colligimus, ꝙ materia contritionis, eſt peccatum tam mor. quàm veniale, præteritum, & futurũ, quantum ad propoſitum præteritum ad hoc, vt non repetatur, futurum ad hoc, vt non admittatur. ¶ Ibidẽ nu. 7.

Contritiò pro mortali, ita extenſa eſſe debet, vt ſaltem virtualiter prætendatur etiam vniuerſa tam, quæ meminit, quàm quæ non meminit, quocunque tempore illa concipiatur, iux. Maior. 4. d. 17. quæſt. 5. Caie. tom. 1. par. 4. q. 2. 3. p. q. 87. art. primo. Non autem.

tem debet eſſe ſingulariter de quocunque, vt cenſuerunt Ruin. in ſumma. & Ang. contritio. 4.§.3. & Landulph. de Vita Chriſti.p.1.c.20. Alioquin contingeret caſus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia cõſequendi gloriam: contra expreſſa canonum teſtimonia, cap.3. de poe. diſtinct.7.¶ Ibid.nu.5.

Vt autem de maiori ſit maior hoc bonum eſt, ſed non eſt de præcepto neceſſarium. arg. ca. tempora.26.q.7. Tho.4.diſt.17.q.1.ar.1. ¶ Ibid. nu.31.

Contritio pro venialibus non eſt neceſſarium, ut ſit tam perfecta, quàm illa definita pro mortalibus quia ſufficit quicunque dolor. Tho. 3.p.q.87. ar.1.ad 1.¶ Ibi.nu.24.

Contritio de peccatis, de quibus iã fuimus contriti, ſiue de quibus æſtimamus nos fuiſſe contritos, licet vere non fuerimus, vel quia dolor fuit ſine gratia, vel non ſufficiens ex parte noſtra, non eſt neceſſaria, alioquin ſequeretur omnes, qui vnquam peccauerunt, ſemper teneri ad contritionẽ omnium etiam contritorum. ¶ Com. in princi. De pęn.d.5. nu.10.

Quarta conditio eſt, vt recolatur peccatum, quatenus offenſa Dei, quia ſi concipiatur principaliter metu pœnæ, infamiæ, mortis, &c. Non eſt vera contritio. Sicut fuit illa Iudæ, Antiochi, &c. ca. ſceleratior. de pę.d.5.¶ Manu.c.1.num.7.

Quinta eſt, ut habeat propoſitum non peccandi, amplius, ſaltem mortaliter, quia ſine illo non ſufficit ſecundum Ambr. relatum in cap. pœnitentia. & 1. de pœn. diſtin.4. Adrian.4. de pœn. quæſt.1. Palud. diſt.17.q.1.¶ Ibi. num.9.

Sexta propoſitum confitendi, quia contritio non tollit hanc obligationem, quæ remanet remiſſis peccatis

A per contritionem Adrian. 4. de confeſſ. quæſt.1. Thom.4.diſt.17.q.2. ar.1. Conc. Trid. ſeſſ.14.cap.1.¶ Ibi.nu.10. & com.cap. ſacrificium, de pęn.diſt.1. num.1. & com.cap. Ecce.ead. diſtinct. num.1.

Non tamen requirit, vt ſtatim confeſſio ſequatur, neque ut quàm primũ facultas eam faciendi adſit per Conc. Trid. vbi ſupra.¶ Ibid.nu.8.

Septima, propoſitum ſatisfaciendi, uel hic, vel in Purgatorio, vt dicetur verb. Satisfactio.

Contritio ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem, etiam iure naturæ, nullaq; B neceſſitas excuſat ab ea: nam qui poſt lætale crimen commiſſum ante mortem non eſt vere contritus, licet non detur ei ſpatium ad recolendum, & deteſtãdum peccata ob id potiſſimũ, ꝙ in ipſa peccati perpetratione moritur, vel ſubitanea morte corripitur, abſque dubio damnabitur, licet is qui confiteri non potuit, ſi contritionem habuit excuſetur ab obligatione confitendi, vt poſt alios aſſerit D. Anton. 3.par.tit.13. ca.18. §.2. ¶ Man. cap.1. num.25.

Contritionem habere ſtatim poſt peccatum magni intereſt ob gratiæ C acquiſitionem, & ne bonorum operum, quæ ante confeſſionem fiunt, iacturam faciamus, id autem eſt de conſilio, non autem de neceſſitate.¶ Man. c.2.num.29.

Neque eſt neceſſaria, tunc cum peccata obiter menti occurrunt, vt Doc. docent alioquin actiones diuerſę confunderentur contra illud, quod in agendis ordo ſeruandus eſt. ¶ Ibidem num.15.

Neque tunc cum nihil nobis agentibus peccatum ſpeculatiue occurrit, ſicut non teneor diligere Deum, cum de illo ſpeculatiue recolo. Palu.4.diſt.

17.q.1. Sed tantum tunc teneor abominari.¶ Ibi.

Neque quando occurrit practice eſt neceſſaria ſub pœna peccati mortal. noui:alioquin multa abſurda con ſequerentur,de quibus ibid. Sed ſufficit,vt non placeat.¶ Ibi. & Man.c.2. num.27.

Sed tunc tantum eſt neceſſaria,quã do occurrit periculum mortis. Adria. 4.de confeſſ. quæſt.3. Caiet. quol. 7. Quicquid Cathar. dicat de Caic. vbi ſupra.Manu.ca.1.num.27. glo.ſumm. de pœ.d.5.nu.10.

Secundò, tempore Quadrageſimæ ob neceſſitatem confeſſ.¶ Com. de Iu B bil. Not. 18. nume. 7. Tertiò, quando quis iamiam eſtcommunicaturus, aut alia ſacramenta adminiſtraturus, ſeu ſuſcepturus.¶Com.in Grat.princip.de pœn.diſt.5.† Vbi vide longam diſputationem in qua concludit, ꝙ ſi diuinam tantummodo legem attendemus, nullum datur tempus determinatum ad contritionem faciendã. num.28.& 29. Ideo ſequitur, vt tunc tantum teneamur cum adſunt neceſſitates, de quibus dictum eſt. ¶ Ibi. à nu.30.& deinceps.

Cõtritionis cauſa ex parte Dei eſt C eius gratia,& miſericordia, ex parte autem noſtra ſex ſunt, quę ſecundum Raymundum relatum a D. Anton. 3. par.tit.14.ca.18.capi 5. diſponunt ad gratiam. Memoria.ſ.peccati.Pudor ex peccato proueniens. Vtilitas eius. Timor iudicij diuini. Meditatio diuinæ offenſæ,& gratię amiſſionis. Et ſpes veniæ conſequendæ. ¶ Man.c.2. numero 39.

Contritionis effectus eſt non ſolum delere peccatum, quo ad totam culpam, ſed etiam remiſſio alicuius partis pœnæ temporalis. Thom.3. p. q.76.ar.4.& in 4.diſt.17. q.3.artic.1.

A Et quandoque totam, vt ait glo. cap. menſuram. de pœn. d.1.Et cap.Deus qui.de pœn. & remiſſ. Thom.3. par. diſt.19.art.3.q.2. Regulariter tamen totam non tollit. Neque obligationẽ confitendi peccatum.¶ Ibi.nu.40. & Com.de Iubil.Notab.12.

Et licet id faciat ante confeſſionẽ in re,& propterea non requirit,vt neceſſario confeſſio ipſa ſequatur, neq; vt quamprimum facultas illam faciẽdi adeſt per Concil. Trid. ſeſſ. 14. & Panorm.in c.Deus qui. de pœ. & remiſ.Tho.3.p.quęſtio.86.art.2. Requirit tamen cõfeſſionem in uoto tam actuali quã virtuali quod innuit idem Cõc.ibi, quia de æquipollẽtibus idẽ eſt iudicium, cap, licet ex quadam de Teſtibus. ¶Com.c.Ecce. diſt. prima. ¶Manual.cap. 2.num.24. & in glo.1. eiuſd.diſt.nu.6.

Contritionis ſigna externa in dubio faciunt præſumptionem, vt quis in Cęmeterio ſepeliatur. Hoſtien. in c.a nobis.de ſenten.excomm. & præcipue in fine vitę,vt ait Auguſt.relatus in c.ſi quis autem.de pœn. diſt.7. ¶ Manual.cap.1.num.15.confi.4. de ſepul.num.3.

Contritionem habere non præſumitur,qui in crimine moritur. ¶ Ibidem num.1. Neque ille eſt vere contritus, qui non odit peccatum pluſquam omnia mala. ¶ Manu. cap.1. num.16.

Contritionem habere probabiliter credere poteſt, qui cum Gerſone Deo hæc tria vere dicere poteſt. Primò, Domine omnium peccatorum meorum, ſaltem mortalium me ex animo pœnitet,& propono ad ea amplius non redire, & ab alijs in poſterum cauere. Secundò propono ea omnia congruo tempore confiteri. Tertiò, & hoc tuo amore, quia te offendi.

offendi. ¶ Manual.cap.21. num.47.

Contritionem rari aſſequuntur iuſtam, atque legitimam, niſi cum confitentur, aut ſtatim ad confitendum ſe præparant. ¶ Com.de Iub.Not.18. num.15.

Contritionem veram non habet, qui nõ odit peccatum, pluſquã quodlibet aliud malum pœnæ odio dignum, ſimul, ac velle vitare aliud malum vitatu dignum D.Tho.quol.1.ar.9.Caiet. opuſ.4. q.1. ¶ Manu.cap.1.nu.16.

## Conuentus.

Conuentus in his, quæ ad illum ſeparatim pertinent, ſine conſenſu prælati, procuratorem conſtituere poteſt. Innoc.c.edoceri.de reſcr. ¶ Conſi.12.de elec. nu.1.

Eſt aliud à Prelato, adeo ꝙ prælatus non eſt proprie de illo, ſecundum gl.communiter recep.cle.vt ij, qui de æta.& qual. ¶ Ibid.

Cum ipſo Vicario, qui ſolet appellari ſuperior in monaſterio, quod regitur per priorem in his, quæ pertinent ad ipſum, poteſt legitime conſtituere Procuratorem obligando etiam redditus Monaſterij. ¶ Ibid. mortuo tamen Priore, vel Abbate.

## Conuerſus.

Conuerſus in Religione ille eſt, qui habitum Religionis ſuſcipit, & profeſſionem emittit, vt ſeruiat extra chorum colligitur ex clem.1.de deci.adiuncta gl. c. vt lex continẽtiæ. 27.q.1.& glo. Dominici, & Franchi. c.ex eo.§.1.de elect. li.6.& c. per exẽptionem. de priuil. Quomodo, & in quo differat ab oblato. Vide ver. Oblatus.nu.1. ¶ conſ.81.de reg.num.16.

Iſte emittit tria ſubſtantialia vota dicto cap. ex eo. de elect. lib.6. & di-

A cto cap.vt lex continentiæ. ¶ conſi.2. de reg. nu.4.

Et regulariter ad tãtam clauſuram tenetur ad quantã moniales, ſi eſt Monialis conuerſa. Fallit tamen in illis, quæ ad colligẽdas eleemoſynas deſtinantur, quæ tamen non debent exire, niſi de licentia ordinarij per extrau. Greg.13. ¶ Com.4.de Regul.num.56.

† Nota, quod illæ debent manere extra clauſtra in domibus ad hoc deputatis per dictam extrauag. ſed non ſeruatur.

## Copula carnalis.

B

Copula carnalis eſt duplex, altera quidem imperfecta; cum ſcilicet fit ſeminatio in loco nõ debito. Altera perfecta, quãdo ſemen viri in vas fœminæ naturale ad generandum fit.cap.extraordinaria.35.q.3. Prima ſemper eſt illicita, altera poteſt eſſe illicita ſi fiat ad non ſuam, vel ad ſuam, non ob debitum finem. Licita verò, quando fit ad ſuam, & ob debitũ finẽ.

Copula tam licita, quàm illicita, modo ſit perfecta affinitatem inducit, cap.diſcretionem de eo, qui cognouit conſanguin.vxor. Non autem eam in-

C ducit imperfecta, neque actus Sodomiticus.Th.4.diſt.41. Anton.3. p.tit. 1.c.12. ¶ Manu. cap.22.num.43.

## Cor.

Cor, ſecundum Hugonem probatum ab Archid.& Card.ſignificat cogitationem, at cautius ſecundum S.Tho. ſignificat intentionem. ¶ Com.c.nunquid Cain.de pœ.d.1.

Corda in Deum eſſe eleuata, dupliciter intelligitur. Primò, actualiter. Secundò, virtualiter, atque actualiter eccleſia ſemper, & aliqua eius mẽbra habent eleuata, licet non omnes Chri-

ſtiani Miſſam audientes. ¶ Com. de A ora.c.15.nu.2.

## *Corpus.*

CORPUS Chriſti manere, donec ſpecies digerantur verius eſt, quam dicere cum glo.in ca.tribus gradibus. de conſ.diſtin.2.illud deſinere eſſe, ſimulatque ſpecies oro ſumuntur. ¶Conſil.16.de pę.& remiſ.nu.3.

Corporum traditio ſine actu carnali facit verum matrimoniū. ¶Conſil.39.de ſponſ. nu.19.

Corpora Sanctorum ſepulta, ſine licentia de loco ad locum transferenda non ſunt.c.corpora.de conſ.diſt.1.l.ſi necdum, C. de relig. & ſumpt. fune. ¶Conſi.2.de reliq.& ven.Sanct.nu 4. Si verò non ſunt in perpetuum ſepulturæ tradita, poſſunt transferri per locum à contrario. ¶Ibid.

Corporalia facilius deſtruuntur, quàm conſtruuntur, ſpiritualia verò contra. ¶ conſi.1. de conuerſ. infidel. num.14.

## *Corona.*

CORONA D. N. nouum inuentum eſt, & optima precandi forma, & conſtat 33. Pater noſter. & 5. Aue maria. ¶De ora. c. 10. nu.30.

Tam iſta, quàm illa de B.Virg. ita forte appellatur, ꝙ repręſentat annorum numerum vitæ ejus, licet non ſit certum B.Virg.nōn plus vixiſſe. ¶Miſcel.24. de orat.nu.26.

Obligatus ad eam dicendam, & ſi rationes ſint, ꝙ non poſſit eam dicere diuinis horis, tamen pars affirmatiua videtur potius tenenda. ¶ De orat.c. 10. nu.38.

Alternatim eam dicere vtile admodum eſt, quia optimam præbet occaſionem conuerſandi. ¶ Ibidem. num.31.

## *Correctio.*

CORRECTIO Eccleſiaſtica quę, verſic. Cenſura.

Correctio iurium per tacitos intellectus fieri non debet. gloſ. ſolem. & recept. in c.corripientes. §. quod ſemper. de elect. lib.6. ¶Conſi.34.de præb.nu.2.

Correctio Monachorum ad Abbatem etiam exemptum pertinet, etiam ante benedictionem. Panormit.communiter recep. in cap. quanto. de offic. ord. ¶ Conſi. 2. de foro compet. num.8.

B Correctio fraterna eſt ſecreta monitio proximi, aut coram teſtibus, vt à peccato emendetur. arg. cap. nouit. de ind.& cap.ſi peccauerit. 2.q.1. ad quam præcepto naturali tenentur omnes etiam infideles ex præcepto nos Euangelico. Matth.18. ¶ Manu.c.24. nu.12. Vel dicamus, quòd eſt admonitio fratris, ne peccet, neve maneat in peccato ex charitate facta. ¶Relec. c.ſi quando.de iud.Not.4.nu.1.Et eſt de iure diuino ſecundum Panor. Ibi. & ſecūdum alios in d. c.ſi peccauerit. & Theol.4.d.19. Abulen. Matth.18. q.1. ¶Ibid.nu.4.

C Hāc correctionem, & ſi quidā ſint, qui teneant non eſſe præceptam per legem particularem diuinam: nemo tamen negat ſecundum Sotum. De Rat. tegen. m. 2. q.2. eſſe præceptam ſaltem per legem generalem charitatis; licet modernus quidam ſanctus vir te nuerit contrariū. ¶Com.cap.inter verba.concl.6.n.624. Eſt opus ſpiritualis charitatis iuxta Auguſtinum. ca.tua. 45.di.ad quod nemo quis tenetur niſi in neceſſitate extrema, vel magna, cū in commode poteſt ſuccurrere. iuxta D.Thom.2.2.q.32.ar.5.26. ¶Vbi ſupra, nu.631.

Ad

Ad hanc quatuor neceſſario concurrere debent.

Primò, quod certiſſimus proximũ peccaſſe mortaliter. Nã de ſolis mortalib. eſt facienda, non de venialibus. Anto. 2. p. tit. 12. c. 6. Et non de confeſſis, vt recte meminit Sotus. libro de Ratio. teg. ſect. q. 1. art. 13. Niſi veniale peccatũ ſit periculoſum, quia tunc cadit ſub præcepto correctionis.

Secundò, quod ſperetur emendatio, vel probabiliter non timeatur deterioratio.

Tertiò, opportunitas non ſolum perſonæ, ſed etiam temporis. S. Tho. 2. 2. q. 33. & in 4. diſt. 19. Et Sot. vbi ſup. mem. 2. q. 2. omnes Canoniſt. d. c. ſi peccauerit. 2. q. 2. Turrecre. d. c. ſi peccauerit. 2. q. 1.

Quartò, ꝙ commodè fieri poſſit abſq; damno notabili perſonæ famæ, aut fortunæ corrigentis. ¶ Manu. ibi. c. inter verba. concl. 6. nu. 637.

Correctionis ordo eſt, vt primo monitio ſecreto fiat, ſed hæc non habet locum in publicis, & notorijs, & euidentis iuris, vel facti, aut ſaltem fama. 2. 2. q. 33. ar. 7. & c. fin. de cohabi. cler. c. fama, & cap. presbyter, 2. quæſt. 5.

Secundò, vt fiat coram teſtibus.

Tertiò, cum delatione ad iudicem, niſi damnum, aut periculum eſſet in mora, & non eſſet certum eum ob ſuam monitionem ceſſaturum ab eo. ¶ Ibi. nu. 14.

Correctio iſta debet fieri bona intentione ob fratris emendam, quod ſi fiat mala intẽtione, aut de peccato occulto coram illo qui eſt ignarus, non ſeruando ordinem peccat. etiam reuelando ſuperiori, vt prouideat ne illud iteret. Sotus vbi ſupra Memb. ſexto. quæſt. 2. Adrian. 4. de correct. frater. 9. Ricar. in 4. diſt. 19. art. 8. ¶ Man. cap. 18. nu. 56.

A Correctione fraterna, qui poteſt corripi, poteſt etiam denunciari. ¶ Ro lect. cap. ſi quando. de reſcrip. Not. 6. nume. 2. Quare corripi poteſt omnis Chriſtianus tam clericus, quàm laicus, immo, & infidelis, vt omnes ſentiunt licet quo ad iſtos Pan. & Dec. aliter ſentiant. ¶ Ibid. nu. 3.

Hæc non habet locum in quolibet ſimoniaco, neque in quolibet peccatore. ¶ Conſi. 2. de ſim. 4.

Correctio fraterna ob tria requirit teſtes. Primò, ad demonſtrandum eſſe peccatum id, ꝙ corripitur. Secundò, vt conuincatur de illo, ſi negauerit ſe id facere. Tertiò, vt videat iudex denunciatorem feciſſe, quod potuit ad emendationem delinquentis, antequam veniret ad eum. 2. 2. quæſt. 63. ar. 8. Sot. de rat. teg. nu. 2. quęſt. 4. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 625.

B Correctionẽ fraternã, qui per ſeipſum facere nequit, vel certo credit, nihil ſe pro futurum poteſt repropalare peccatorem alij qui ſit magis aptus ad corripiendum, non tamen iudici quatenus iudex Sot. de ratio. tegen. 2. q. 2. Caie. 2. 2. quæſt. 73. ar. 2. ¶ Ibid. num. 572.

C Correctio fraterna ſuffert, vt adhibeantur etiam prima vice duo teſtes, vt definit Abulens. ſuper Matt. 18. q. 72. licet iux. ordinem Euãgelij, vt ait Sot. vbi ſup. q. 4. vbi non eſt emendatio, debeat prius manifeſtari vni, & poſteà duobus. ¶ nu. 575.

Corripere nos ipſos fraterne debemus fideles, & infideles, prælati, & ſubditi, iuſti, & peccatores trib. concurrentibus. Primò, ꝙ peccatum ſit certum mortale, vel veniale periculoſum. Secundò, adſit ſpes emendationis. Tertiò, opportunitas perſonæ, loci, & temporis, quod omni fatentur. ¶ Ibid. nu. 626.

Corri-

Corripere non debent Confeſſarij multum extra confeſſionem, nec ſecretè, nec publice ſuos pœnitentes ob ea, quæ ipſi confeſſi ſunt. Sot. vbi ſup. quæſt. 1. Niſi à pœnitentibus ipſis ad hoc moueantur. ¶ nu. 627.

Correctio publica dedecus affert, quare correctores poſsũt ob id peccare. Adrian. 4. de correct. ¶ nu. 574.

Corripiens publicum peccatorem ſi ſe non emẽdet non tenetur ad eum denuntiandum. Palu. 4. diſtin. 19. q. 4. ¶ nu. 720.

Corripiẽdi ſunt ſubditi verbis honeſtis ne ſi per alia corrigant ſequatur iniuria. ¶ nu. 525.

Correctio verſ. Aſperitas.

Corrector, qui publicum peccatorẽ ſecrete monet, vt emendetur, etiam ſi ſequatur emẽdatio Deo non ſatisfacit Archid. cum Dominico, & vtroq; Cardin. in cap. ſed illud diſt. 45. ¶ Com. c. inter verba.cõncl. 6. nu. 611. & com. cap. ſi Sacerdos. de pœnit. diſt. 6. nu. 89. Ratio eſt, quia correctio publici peccati non fit ob ſolam emẽdationem peccatoris, ſed etiam ob exemplum, & ad remouendum ſcandalum. 2. 2. q. 48. ar. 7. cap. Non ſunt audiendi 11. quæſt. 3. ¶ Ibid. nu. 90.

Correctio, quæ ordinatur ad bonũ publicum pertinet ad Prælatos, & Iudices. 2. 2. q. 33. ar. 3. ¶ Ibi.

## *Credere.*

Credere eſt firmiter adhærere alicui iudicio, non eo quòd vidit, ſed ob alienam relationem. Bar. l. 2. §. antep. ff. de aqu. plu. arc. & glo. ibi. ¶ Com. c. ſi quis autem. de pœn. d. 7. num. 10. Credit autem firmiter, qui nullam habet hæſitationem, aut formidinem de contrario. ¶ Com. in Rubr. de iudic. nu. 50.

Credenda ſunt realiter, quæ communiter accidunt, non autem inſolite. l. ſi poſſidetis. C. de proba. & gl. l. neque natales. eo. c. quia non eſt veriſimile. de præſump. ¶ Conſi. 1. de ęta. & qual. num. 2.

A Credenda iuſte ſunt veriſimilia, cum non conſtat de contrario eod. c. quia non eſt, & l. non eſt ueriſimile. ff. eo. ti. ¶ conſi. 1. de fil. presb. num. 4.

Credere quis poteſt vnum, & eius contrarium diuerſo reſpectu. ¶ Ibi. Et ſimiliter aliquid ad vnum effectum non credẽdo, idem quo ad aliũ, quod multis exemptis monſtrat Auctor. ¶ Com. cap. ſi quis autem. de pę. d. 7. nu. 103.

B Credulitas de bonitate morum etiam perſonæ per ſe non eſt, mala, niſi cum concipitur ad effectum conferendi indigno, uel ſaltem minus digno, quod conferendum eſſe, digno. Ad quam non requiritur euidentia, ſiue ſciẽtia: nec ſufficit dictum vnius etiam legalis, neque fama, neque vſus communis ita credendi; niſi teſtimonium hiſtoriæ ſacræ. ¶ Com. in Rubr. de Iudic. nu. 52. Idem confirmat gloſ. in lege Titio fundus. ff. de condict. & demonſtr. ¶ Ibi.

C Credi tamen debet ſaltem iuranti in his, quæ ab animo pendent iuxta duas gl. quarum vtraque eſt recepta, & reputata ab aliquibus ſing. §. aliter. qui alias incipit, ſed iſte. Inſtit. de Hiſtrion. & cap. ſignificaſti. de homicid. ¶ Conſi. primo. de cler. non reſid. num. 2.

Credulitas tituli ex facti errore proueniens, etiam ad ipſam rem præſcribendam prodeſt. Confirmat id Felyn. cap. de quarta. de præſcriptio. num. 24. Baldus l. 1. in princip. ff. pro emptore. ¶ Conſi. 8. de reb. eccle. non alie. num. 2. conſil. 6. de offi. iud. ord. num. 4.

Cre-

Credulitas iuſta à peccato excuſat.conſi.1.de pact. nu. 12.

Credendi præceptum à præcepto diligendi differt, quia illud ad fidem hoc ad charitatem pertinet.¶ Manua c.2.num.21.Frangit autem illud,qui credit non eſſe catholicum, quod tenetur credere eſſe tale. ¶ Ibid.nu.22.

Credendi ſunt explicite articuli fidei,qui continentur in ſimbolo Apoſtolorum,& qui negligit id peccat, quo ad perſonas diuinas diſtinĉte cognoſcendas. ¶ Ibi. Illaque docere tā latino, quàm vulgari idiomate vtile admodum eſt. ¶ De orat.c.19. nume. 196.Quorum veritas meditatione renouatur,quando conſiderantur, quæ in illo ſimbolo continentur. ¶ Ibid. num.197.

Credere quemcunque bene moraliter uiuentem in ſua fide poſſe ſaluari, peccatum eſt.c.1.§.fi.de ſum. trin. & fid.cath. ¶ Man.c.2. num.22.

Credere diuinos ſcire longe, vel ſecreta facta ſine ope diuina, ſtultum eſt,& ſtultius ſcire illos futura.¶ Cō. c.non quid Cain.de poe. d.1. num. 4.

Credunt dæmones,atque damnati pro quanto habent fidem informē, non quod dæmones habeant fidem infuſam,vt tenet D.Thom. 2. 2. q. 5. ar.2.Sed quod habent quandam coactam ex perſpicacia intellectus, & miraculis acceptam: credunt tamen per cognitionem antiquam naturalem,vel quæſitam. ¶ Com.c. ſi enim. de poe.d.2.num.3.

Credere quis poteſt facilius ea, quibus ſibi, quam quibus alijs præiudicetur, quia re ſua quilibet pro ſuo libito vti poteſt.verſ.Res.¶ Com. c.ſi quis autem de poe.d.7.num. 112.

Credulitas leuiter concepta in rebus dubijs eſt deponenda ex cauſa uero probabili orta non poteſt deponi.

A ¶ Ibi.nu.121.Vide verſ.Dubietas.Poteſt autem deponi etiam iſta quo ad illum effectum,quo ad quem, uel iuſta lex, uel iuſtum ſuperioris præceptum id requirit.¶ Ibi. nu.125.

## Creditor.

CReditor antiquior reuocatoriā habet in fraudem rei alienatę. ¶ conſi.2.de ſolut.nume.1.

† An teneatur accipere debiti partem diſputat.Authent.com.de vſur.a nu. 101. uſque 103. & concludit pro parte affirmatiua.

Creditor,& debitor vnius,& eiuſ
B dem rei & eadem ratione nemo fit. ¶ conſi.1.de vſur.nu.3.& 8.

Creditorum maior pars debita in præiudicium minoris remittere valet,quando debitor non eſt ſoluēdo. l.iuriſgentium. §. fin.l. & ſuum, & l. maiorem,& leg.reſcriptum. ff.de pactis.vt annotat Iaſon nu.3.¶ conſi. 6. de pac.num. 1.

Creditor per cōuerſationem cum debitore debitum non remittit. l.cū de indebito.ff.de probatio.¶ Manua. c.18.num.47.

Non eſt cogendus in aliam formā numos accipere, ſi ex ea re damnum
C paſſurus eſt.l.Paulus.§.1. ff. de ſolut. quando dat pecuniam mortuo,vel in depoſitum pacto expreſſo,vel tacito, vt reſtituat ei illa,uel alia eque bona. l.cum quid.ff.de rebus creditor.¶ cōſ. 3.de ſolut.nu.4.part.2.lib.3.

Creditum duplex eſt nempe commodatum & mutuum.¶ Com.de vſu. nu.3.Vide ſuis locis.

Creditor nobis capere debitum à debitore.

## Crimen.

CRimen quadruplex poteſt dari; dictum,factum,ſcriptum, con ſul-

ſultum,& omnia puniuntur. ¶ Com. c. Aut facta. de pœ. d. 1.

Occultum ſi quis detegit peccat & magis, qui falſum nomẽ imponit. ¶ conſ. 29. de hom. nu. 3. Manu. ca. 18. nu. 31. Quod autem tale ſit. Ver. Occultum.

Neque tale inquiri poteſt, quia nemo ſine accuſatore eſt damnandus cuius rationem aſſignat. Diuus Thom. ſecunda ſecundæ. quæſt. ſexageſima ſeptima. artic. 3. quia ſequeretur infamatio, & detractio inordinata, & proximi ſcandalizatio, & quia diſſimulatio eſt vtilior Reipublic. quàm punitio, qua Reſpubl. turbatur. ¶ Com. in Rubric. de iudic. numero trigeſimo tertio.

Crimen hoc proprie occultum, neque in foro exteriori pandere tenemur. c. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. argum. quis aliquando. de pœn. diſt. 1. immo tenemur lege naturali, & diuina tacere ſub pœna peccati. c. nõ ſunt audiendi. 2. q. 3. quia id eſſet ſeipſum infamare & conſequenter peccare, iux. D. Anto. 3. p. titu. 8. cap. quarto. §. 1. & Caie. 2. 2. q. 73. art. 2. ¶ Ibid. num. 53.

Crimen notorium, & ſi non omnẽ irregularitatem contrahit, inducit tamen infamiam. Illa antem, quę irregularitatem inducunt multa ſunt, quæ licet videre in ca. Niſi cum pridem, §. 1. de renunciat. Aluar. lib. 1. ar. 48. de planct. eccle. Relec. in cap. ſi quando. de reſcr. excep. 17. nu. 7. ¶ Manual. c. 27. à nu. 191.

Crimen, vt dicatur mixti fori non ſufficit, vt ſuper illud poſſit adiri vtriuſque fori iudex quacunque via, ſed oportet, ꝙ poſſit adiri via directa ea ratione, qua eſt crimen nullo habito reſpectu, ꝙ ſit lethale. ¶ Relec. c. nouit. de iudi. not. 6. nu. 23.

A Criminis punitio principaliter ptinet ad vtilitatem publicã. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de ſen. exc. ¶ Com. in Rubr. de Iudic. num. 80.

Punitur autem crimẽ cauſam principalem contingens, aliter, quam illud, quod illam non contingit, quia primo poteſt caſtigari in eodem iudicio. In ſecundo autem oportet ordiri nouam telam Iud. ex officio, vt omnes docent in cap. 2. de confeſs. & c. 1. de excep. ¶ Com. in rub. de Iudi. num. 86.

B Crimina depoſitione digna ſunt adulterium, & omnia alia maiora illo, Concubinatus diu continuatus, Stuprum virginis, & ſimilia. de quibus Panor. & alij in ca. At ſi clerici. §. 1. de Iud. gl. in ſumm. 15. q. 8. & d. 81. cap. 1. ¶ Ibi.

Crimina non ſemper eſtinguuntur morte præſertim, quo ad pœnã bonorum, quæ ob ipſum confiſcantur. l. ex iudiciorum. ff. de recuſ. glo. L. 1. c. ne ex delict. defunct. ¶ Dicto Co. num. 35.

## *Cruciata.*

C Cruciata, ſeu Bulla Cruciatæ irregularitatem non aufert. ¶ Cõſil. 35. de temp. ord. nu. 2.

Suſpendens priuilegia piorum locorum, vt ſuſpendat conceſſa in ordine ad proximos. ¶ Conſi. 24. de pœn. numero 1. Non autem ſuſpendit priuilegia eorum, qui accipiunt Bullas.

Cruciatæ Commiſſarius ſuſpendit tantum gratias, quæ bullæ receptionem aliquo reſpectu impedire poſſunt. ¶ Conſi. 25. de pœ. & remiſſ. num. 2.

Cruciatam pręſentis anni ſuſcipiens gaudet etiam gratijs in præcedentis anni bulla conceſſis, quo ad illas

illas clauſulas, quæ per poſteriorem non ſunt ſusceptæ: quia gratia ſemel facta durat, donec, vel reuocetur, uel ſuſpendatur. capit. ſi ſuper gratia. de officio delegat. ¶ Conſi. 22. eod. titu. numero 1.

## Culpa.

CVlpa generaliter sũpta eſt inordinatio volũtaria actus, vt dicit S. Tho. 1. p. 48. ar. 5. & 1. 2. q. 21. ar. 2. q. 118. ar. 8. Vel deuiatio à bono ſecũdum Panor. c. 1. de commod. c. ſi. de depoſ. poſt Bar. l. quod nerua. ff. de poſ. ¶ Man. cap. 17. nu. 177.

Culpa diuiditur in dolum, qui eſt culpa ex induſtria, & culpam ſimplicem, & inconſiderate factam, quæ dicitur culpa lata. ¶ Manua. cap. 17. nu. 177. Dolus quid ſit verbo Dolus. num. 1.

Culpa ſi lateat tolerabilior eſt ca. Nemo 32. q. 2. ¶ Com. cap. inter verba concluſ. 1. num. 6. Si autem dolo cõiuncta eſt ad tantam reſtitutionem obligat ad quantam, & illa quæ eſt coniuncta. ¶ Manua. cap. 15. num. 27. Sed iſta debet eſſe lata, & non leuis per dictum ſing. Innoc. cap. ſunt digni. de homicid. ¶ Conſi. 1. de fideiuſſ. num. 3.

Parit maculam animæ, quia nõ eſt effectus peccati, ſed ipſum peccatum. ¶ Com. de Iub. No. 10. nu. 3. Eſt tamẽ aliud à pœna peccati. arg. cle. 1. §. 1. de priuil. & cle. 2. de pœnis. Thõ. quol. 2. ar. 6. ad 3. Quare culpa ipſa remiſſa, non ſemper remittitur pęna tota c. libenter de pœna. d. 1. ¶ Com. ſuper ipſum cap. Sed & quandoque culpa ignoſcitur, & pœna indulgetur. Ibidem.

Culpa caret interdum, qui in culpa fuit, vt qui ſua culpa cadit in foueam, à qua non poteſt exire, excuſa- A tur a recitatione officij, ſi caret eo. facit cap. Quia diuerſitatem. de cõceſ. præbend. cap. veniens. De ſponſalib. ¶ De oratione. cap. 2. nu. 21.

Culpę, & pœnę ſubditos à legiſlatoribus, ſimul poſſe obligari dubium eſt. Quod demonſtrat Alphonſ. de Caſtro, de lege Pœn. lib. 1. cap. 8. ¶ Com. in cap. fraternitatem. 12. q. 2. de lege pœn. nu. 22.

Culpa remiſſa peccatori pœnitenti non ſemper remittitur tota pœna illi debita Conc. Trid. ſeſſ. 6. can. 30. & ſeſ. 14. c. 8. ſeſ. 25. in prin. ¶ Com. c. libenter. de pęnit. diſt. 1. num. 1.

B

## Cultus.

CVltus diuinus eſt, quẽ Deo impartimur ꝑ tres virtutes Theolog. quibus colitur Deus, licet aliter, quàm per latriam, aut Religionẽ virtutum moralium primum. D. Thom. 2. 2. quæſt. 8. ar. 5. ¶ Com. de redimen. eccl. quęſt. 1. Mon. 26. nu. 2. & de ora. cap. 17. nu. 36.

Cultus Dei principalis, nõ in cantu, neque in ornatu precioſo cõſiſtit, licet iſte ſit exterior, ſed in interiori, quo Deum anima fide firma, ſpe certa, & charitate feruida eũ colit. Tho.
C 2. 2. quęſt. 91. ar. 1. extrauag. Ioan. 22. de vita, & honeſt. cleric. ¶ De orat. cap. 17. num. 35.

## Cupiditas.

CVpiditatis nomen generaliter ſumptum, licet ſolum malam, & inordinatam, ſiue immoderatam ſignificet, vt in ca. bonorum. 47. diſt. & in cap. quia radix. de pœn. diſt. 2. Interdum tamen ſolum moderatam, iux. illud Apoſt. Rom. 15. Cupiditatem habens veniendi ad vos, & cap. cupientes. de elect. lib. ſexto. & clem. cupiẽtes. de pœnis importat. ¶ Com.

c. ita

c. ita quorundã, de Indæ. Not. 2. nu. 1. A

Cupiditas mala, genus eſt ad omne malum deſiderium, & malũ amorem gloriæ, voluptatis, diuitiarum, & cuiuslibet alterius rei; ¶ Ibid. nu. 2.

Quandoque dicitur idolorum ſeruitus. cap. Auaritiæ. de præbend. non quòd ſit idolatria; ſed quia ſubijcit hominem creaturæ ad eam concupiſcendam Appellatur ſerua, fera, beſtialis, quia eſt peior, quàm crudelis, iux. D. Thom. 2. 2. q. 59. ar. 2. quia ſine vllo culpæ reſpectu ob vtilitatem, vel delectationem tendit ad cruciãdum, &c. quia iudicium obtenebrat. cap. auaritiæ. De elect. lib. 6. ¶ Ibid. nu. 4. B

Cupiditas igitur quædam eſt mala, de quâ dictum eſt, quædam bona, vt quæ eſt ordinata; ſiue moderata cuiuſcunque boni honoris, famæ, laudis, &c. ¶ Ibid. num. 9. hæc enim poſſunt benè appeti. Ibi.

## *Cura.*

CVra iuſta cuique rei gerẽdæ eſt adhibenda, iuxta Tull. lib 1. offic. nec maior, nec minor, quàm illa res requirit. ¶ Com. in c. prædixerat. de pœnit. diſt. 1. nu. 4.

Cura, quam innatus affectus promouet, vt plurimam maior eſt ad faciendum orationem Latinam, aut aliquid aliud, quàm ad recogitanda peccata, quia illam promouet deſideriũ honoris, & diuitiarum, iuxta prooemium Decret. & ſexti. & cap. omnis ætas. 12. quæſt. 1.

Curam verò recogitandi peccata minuit concupiſcentia, quæ fugit iniuſtitiam, atque dolorem ex tali cogitatione naſcentem. ¶ Com. c. fratres. de pę. d. 5. nu. 74. Hãc tamen Scotus, Maior. & Gabriel. cum illa adæquãt, ſed eſt opinio dura. ¶ Ibid. nu. 73.

Curam, qui habet pupillorum tanquàm Pater honorari debet. ¶ Conſi. 36. de ſponſ. nu. 5. Man. c. 14. nu. 3.

## *Curioſitas.*

CVrioſitas eſt vitium, mouens ad nimis, vel immoderatè ſciendum, & eſt filia inanis gloriæ. Thom. 2. 2. q. 167. Anton. 2. par. tit. 7. cap. 7. §. ſecundo.

Peccatum eſt veniale ſemper cap. Nonne. 37. diſt. Mortale verò cum ei aliqua circunſtantia mortalis adiungitur Caiet. in ſum. Quod multis modis contingit; ¶ Manu. c. 23. nu. 24.

## *Cuſtos.*

CVſtodes omnes, qui veniũt contra ſuum iuramentum non denuntiando, quos debet peccãt mort. cum obligatione damnum interdum reſtituendi. ¶ Man. c. 25. nu. 34.

Qui ex officio non tenentur, & ſi peccant, non tenentur ad reſtitutionem. ¶ Ibid. nu. 36.

Ad pœnam, quam accuſati deberent ſoluere non tenentur. ¶ Conſ. 1. de iniur. nu. 1.

Cuſtodes venatus, aut piſcatus iuſtè prohibiti, conſtituti cum iuramẽto, aut ſola fide adſtricti ad fideliter C ſeruandum, ſi non ſeruant peccant, cap. 1. & cap. qualiter. de pactis. Niſi ſciant eos, qui ſportant neceſſitate compulſos feciſſe, quæ à peccato excuſabat, ant illos eſſe Domini cõſanguineos. ¶ Man. c. 17. nu. 122.

Cuſtodia rei conuenit ei ad quem eius emolumenta principaliter conueniunt ¶ Com. de vſur. nu. 61.

# De Litera D.

## *Damaſus.*

DAmaſus Papa legem de alternatim canẽdo Pſalmos in choro

indixit,ſed ipſa non inuenitur, licet fuiſſet diligentiſſime inquiſita. ¶ De ora.cap.10.num.24.Illum attamen id iuſſiſſe recitat Plat.in eius vita.¶ Ibi.nu.18.

Non fuit autem inuĕtor huius cantus alterni, quia de illo ante ipſum fuiſſe inuentum Theodor. lib. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt.ca.14. citat Athanaſ. hæc dicentem: Iſti duo admirabiles viri Flauianus, & Diodorus, quàmquam Sacerdotij adminiſtrationem, nondum ſint conſecuti, ſed annumerati laicis,tamĕ & nocte, & interdiu pietatis ſtudio omnes ſedulo excitarunt.

Hi primi, pſallentium choro in duas partes diuiſo, hymnos Dauidicos alternantim canendos tradiderunt. Quæ res incepta Antiochiæ, vbique peruaſit, & ad vltimas orbis terræ cras peruagata eſt. Socrates etiam libro ſexto Hiſtor. Eccleſiaſtic. cap.octauo. Id à Beato Ignatio Antiochiæ fuiſſe inſtitutum commemorat. excitatione ab Angelis excepta, ita alternis vocibus concinentibus, vnde (inquit.) Illa traditio omnibus eccleſijs recepta eſt.

Hunc eundem morem, videtur innuere Beatus Dionyſ. Areopag. c.3. par.3. de Eccleſiaſtic. Hierarch. Nicephor. lib. 13. cap. primo. hunc morem B. Ioann. Chryſoſt. tribuit.¶ Ibi. num.27.

Damaſus autem non induxit licentiam cantădi pſalmos alternatim,ſed neceſſitatem id faciendi in choro determinauit. Quare extra chorum id ipſum facere licet ab omnibus etiam in alijs orationibus.¶ Ibid.nu.28.

## *Damnatus.*

Damnatis ad mortem, an liceat communionem, & pœniten- A tiam denegare? Si ad Ius ſcriptum attendimus dicendum, quòd nŏ, quia cum illis non ſit neganda pœnitentia, vt decreuit Conc. Vien. clem. de pœn. & rem. Neque viaticum pariter negandum eſt, vt aſſerit gl. quia ex Innocen. 3. c. quod te. eodem titu. Illis viaticum non eſt negandŭ, quibus conceditur pœnitentia. Immo nulla eſt ratio, quę id prohibeat. Sed eſt tex. qui id decernit. ſ. c. quæſitŭ. 13. quæſt. 2. Et poteſt illi tradi communio poſt legitimam confeſſionem, dum eſt ieiunus, non ſolum pridie eius diei, quo occidendus eſt, ſed etiă
B ante tres, vel quatuor horas, & forſan etiam ante vnam, eodem mane. Et propterea Romæ ſolet intimari ſententia mortis ante mediam noctem ad hoc, vt poſſit puniendus confiteri, communicare, & teſtamentum condere.

Ibi autem conſuetudo in contrarium eſt legitime præſcripta, id non licet vt in Hiſpanijs, & Galijs.¶ Manual. de ora. c.22. nu.2. & conſ. 16. de pœn. & rem. per totum. p.2. lib.5.

Damnatus ad carcerem perpetuŭ, cum victu quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ licet Medici ſit iu-
C dicare, an ſufficiat ad pertrahendam vitam diu, licet taxatio illa non ſit vltimum ſupplicium; attamen damnare ſic aliquem, eſt damnare ad vltimum ſupplicium, quia nihil refert, quid de æquipollentibus fiat. l. final. ff. mădat. & cap. licet ex quadam. De teſtibus. Et propterea aſſerit Panor. recep. in cap. cum non ab homine. de iudic. num.31. quòd ſi cui imponenda ſit pro culpa aliqua pœna, nŏ tantum per hoc vita eius debet attenuari, vt citius moriatur, concordant, Dec. qui citat Abba. & Fel. &c.¶ conſil.2. de pœnis.

Dam-

Damnandus non eſt, qui nocentem etiam extra iudicium infamat. Paul. lege etiam qui. ff. de iniur. & gloſſ. ibi recep. per multa iura, qui ibi illa colligit. ¶ Conſil. decimo. de Homicid. nume. 3. & Manual. cap. 18. num. 31.

Damnandus nemo eſt ſine accuſatore gl. 2. c. 1. ut Eccleſ. benef. ¶ com. cap. inter verba concl. 6. nu. 650.

## Damnum.

Damnum ſignificat aliquãdo iniuſti detrimenti illationẽ. Quãdoque etiam iniuſtam receptionem, præſertim in materia de reſtitutione. ¶ Manual. cap. 17. num. 28.

Infertur autem dupliciter, vel primo conferẽdo iuxta ſecundam ſignificationem, vel primo auferendo, & tunc debet fieri reſtitutio ad æquale. Vel ſecundo impediendo lucrum, & tunc non fit ad æquale. D. Th. 2. 2. q. 62. ar. 4. ¶ Conſil. 25. de vſur. nu. 6.

Damnũ dicitur maius, aut minus, quo maius, aut minus bonum aufert l. ſi quis §. fin. de pœn. & D. Tho. 1. 2. q. 73. ar. 3. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 6. nu. 496. & qui intulit tenetur ad reſtitutionem cap. ſi res 14. q. 6. cap. Peccatum de reg. iur. ¶ Manu. cap. 3. nu. 2.

Damnum famæ notabile eſt illud, quod eſt cauſa, vt infamato aliquod bonum notabile animæ, corporis vel pecuniarum inferatur, aut putetur tali bono indignus. Caietan. ſecunda ſecundæ quæſt. 73. ar. 2. ¶ Manu. cap. 18. nu. 20. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. num. 493.

Acceptum a male infamante durante infamia eſt reſtituendum ad arbitrium boni viri Sotus de iuſt. & iure. lib. 4. quæſt. 4. art. 3. Si eſt de bono quærendo. argum. cap. fina. de iniur. A ¶ Manual. cap. 18. nume. 43. Neque tollitur per reciprocam infamiam, ſicut debitum vnius per reciprocum debitum alterius. l. 1. ff. de compenſa. bene per condonationem earum iniuriarum, ad quas ſe extendit mens condonantis, & non aliarum. argum. l. cũ Aquiliana. ff. de tranſa. Per conuerſationem autem videtur remitti iniuria, non autem obligatio reſtituendi infamiam. l. non ſolum. §. 1. ff. de iniur. ¶ Manu. c. 18. nu. 47.

Damnum infamiæ principaliter tangit infamatum, ſecundo verò bonum publicum, quare ſufficit condonatio principalis. cap. quamuis. de B pactis, & gloſſ. lege de vno. de re iudica. ¶ Manual. cap. 18. nu. 46.

Damnum quorumcunque bonorũ poteſt omnis condonare. glo. recep. ver. Reſtitutio. c. peccatum. de regu. iur. lib. 6. ¶ Manu. ibid.

Damnum iniuſte datum, per acceptionẽ iniuſtam ab eo, qui iuſte dedit cum turpitudine accipientis tantum reſtituendum eſt danti, ſiue damnificato c. non ſane. 14. q. 5. Adria. 4. de reſtit. q. 19. vt Iudex, Miles, Notarius. ¶ Manu. c. 17. num. 33.

Damnum qui dat aliena bona adC miniſtrando nomine ſui principalis ad reſtitutionem in ſolidum tenetur, ſi principalis non reſtituat, quod ille poteſt facere ex eius bonis, ſi eorum habet adminiſtrationem. Si non habet, illum moneat vt reſtituat, quod niſi fecerit tenetur ipſe ſi poteſt alioquin poterit occulte ſurripere ſeruatis debitis conditionibus tantum qđ ſatisfaciat. ¶ Ibi. nu. 137.

Damni, qui eſt iuſta cauſa, illud de diſſe videtur, quare tenetur reſtituere. c. final. de iniurijs. & lege qui occidit. ff. ad leg. Aquil. ¶ Conſ. primo. de iniur. num. primo. Qui autem damni

mni cauſam ignorat, aut doloſe dat, il lud requirere debet per eandem legẽ. & tex. ¶Conſi.3.de donation. A

Damnum, quod alicui ſua culpa venit, ſibi debet imputari.c.damnum.de reg.iur.li.6. ¶Conſi.51.de præb.nu.4.

Damnum, quod credimus probabiliter obuenturum creditori ob reſtitutionem ab illa excuſat, & magis ſi Reipub. ¶Manual.cap.17.nu.63.

Damnum dandum, qui impedit volentem illud impedire, & qui mittit ad tenendum loco ſe per incuriam dãnum dat tenetur ad reſtitutionem. Medin.C.de reſtitution.& vnúquodque damnum datum cum impenſis eſt reſtituendum.l.qui per tabulas.& l.is cui.§.fin.ff.de fur. ¶Manual. cap.17. num. 145.

Damnum tenetur reſtituere, qui tenetur impedire, ſi poteſt id facere ſine periculo vitę, & ſtatus perſonalis etiã alterius, ſecus autem cum periculo. Thom.2.2.q.62.ar.6.ad 5.& Silu. in Aur.Roſ.caſu 50.¶Manual. capit.17. num.21.

Datum à multis diuiſis, vel vnitis ſub vno duce, vel ſine illo, peccatum infert.l.1.ff.ſi famil.fur.feciſ.dic.& l. ita vulneratus, ff.ad leg. Aquil. mort. quidem ſi eſt notabile. Et reſtitutionem, vel partis, vel quo ad totum ſi illius fuit cauſa.¶Ibidem nu.130. C

Dãnum magnum propriorũ bonorum non dicitur quis perpeti in reſtitutione, eo quòd res reſtituendæ ſint magnæ, quia id iux. Caie.nõ eſt ſuorũ bonorũ iacturã facere, ſed aliena relinquere. Neque non lucrari eo, quòd reſtituturus eſt, quia id eſt alieno, non vti, & non ſuum amittere. Quare talo damnum a reſtitutione non excuſat. ¶Ibidem num.59.

Damnum proueniens, ex luſione famæ poteſt quadantenus extimare, & ideo ad arbitrium boni viri reficiendum eſt. ¶Com.cap.inter verba. conclu.4. nu.26.

Damnum quodcunque proximorũ tenemur impedire cap.Non inferrenda.23.q.1.& cap.Quanto de ſent. excom.& multo magis damna reip.l.minime, ff.de relig.& ſumpt. fund. idem de damno animum capit. Præterea el 2.de ſponſ. ¶Ibi.concl.6.nu.619.

Damnum proximi quando poteſt tolli non damnificata fama, eſt ita faciendum via denuntiationis. ¶Ibid. num.623.

Damno magno famæ potius prouidendum eſt, quam damno paruo ſubſtantiæ. Sotus de rat. teg.m. 2. q.7.S. Tho.4.di.19.q.2.ar.3.q.1.ad 2.Palu. ibi q.4. ¶Ibi.nu.827. B

## *Dare.*

DAre, vel accipere munus a manu, lingua, obſequio, de quibus cap.ſunt nonnulli, 1.q.1.pro pretio ſinonima eſt. ¶ Man.cap.23.num.102.

Dare etiam pro pretio, pro obligatione concionandi, miſſandi, &c. non eſt ſimonia, quia iſta obligatio nõ eſt neceſſaria illis actibus.Inno.in c. quoniam.Ne prælati vices. Neque Notario epiſcopi pro inſtrumento ordinis. ¶Ibid. C

Dare pro ſubſtentatione miniſtri, neque pro impenſis, vel pœna impoſita, ca.venerabilis, §. porrò.De ſenten. excommu. Neque ob redimendam vexationem, cap.Dilectus, el ſecundo.de ſimon.¶Man.cap.23.nu.102.

Dare, vel promittere miniſtris, vt pro gratia concedenda preces interponant, pœna eſt vetitum, quam incurrit, qui dant, vel promittunt, non autẽ qui ſolicitant, aut ad memoriam reducunt. ¶Conſi.46.de ſent.excommun. num.1.

Dare nemo poteſt id quod non habet. cap. quod autem. de iure patron. & l.ſi vniuerſis,C.de legat. ¶ Conſil. ſexto.de Regular.num.3.

Dare licet miniſtris indictum, ob aditum faciliorem,non autem pro gratia,aut iuſtitia impetranda. ¶Com.de datis,& promiſſ. num.53.

Dare theſaurarijs,& debẽtibus ſoluere ad reſtitutionem obligat. ¶Ibid. Datio omnis ex promiſſione, vel pactione illicita,etiam poſt obtẽtam iuſtitiam, vel gratiam meretur pœnas. ¶Ibi.nu.25.Si tamen tunc nõ adeſt intentio principalis,quæ ad aliam obtinendam dirigatur nihil nocet.¶ibid. num.30.

Datio non omnis, etiam ſi ſit talis illicita punitur,neque pariter vlla licita.¶ num.33.

Datio,& acceptio punita per Gregor.XIII. Bullam etiam extra ſedem Apoſtolicam, non licet pro ſpirituali bus, nec pro his quæ iure naturali, & diuino ſunt inuendibilia. ¶ Ibidem num.46.

Neque pro officijs malis,vel præſtitis,vel præſtandis,vel bonis,ſed debitis modo mediocri præſtitis, vel præſtandis,num.49.Neque pro bonis tanquam de iuſtitia debitis. ¶Ibidem.

Dare vel facere aliquid ſpirituale ob laudem,vel gloriam non vt pretiũ, ſed vt gloriam, non eſt ſimoniæ petũ, quicquid dicat Adrian. & ab illo citati,quol. 9. ¶ Com.cap. inter verba concl.5.num.56.

Dare qui poteſt, poteſt, & tollere l. Datum cap. de datis, vt notat Bald. ¶Com.c.verbum, de pœn.diſt.1.nu.1.

## *Debitor.*

Debitor debet prius ſoluere creditori, poſteriori prius petenti, & exigenti debitum in iudicio,vel ex A tra illud, quàm priori nullatenus priuilegiato propter diligentiam,quam in petendo adhibet,l.pupillus,ff.quæ in fraud.cred. ¶ Manual.capitul. 17. numer.53.

Quoties recordatur ſe debitum habere, & poſſe reſtituere, nõ proponẽs actualiter,vel virtualiter id facere peccat. ¶Ibid.num.55.

Similiter ſi ſciens ſe taliter debitorem,etiam non condemnatus,& proponens non reſtituere antequam condemnetur,peccat mor. Maior. 4. diſt. 16.quæſt.26. quia ſine iuſta cauſa alienum retinet.¶Ibidem num.64.

B Similiter ſi non vult, niſi certam partẽ reddere cum totũ poteſt,& non eſt abſoluendus. Adrian.4.de reſt. qđ Maior.ubi ſupra. quæſt.18.ait procedere non ſolum in debito ex delicto, ſed etiam in alijs ex mutuo,aut alio iuſto modo contractus.¶Ibidem nu.66. & conſi.81.de tempor. ordin.num.3.

Non eſt ſecurus a peccato, etiam poſt debiti condonationem, quando habebat animum non ſoluendi cum poſſet, etiamſi debitum illi remitteretur.¶Ibi.nu.78.

Neq; excuſatur a peccato ex eo,qđ creditor non petit ſibi debitum ex ti-

C more etiam reuerentiali,aut ob ignorantiam,ſi iudicio boni viri ſoluendo erat. ¶Ibi.nu.79.

Nec liberatur a reſtitutione, ſed etiam in ſpecie perempta, leg. incendium, C. ſi certum peta. leg. quod ſe mihi,ff.de rebus cred. ¶Ibid.num.80.

Si autem res ſine ſua culpa pereat ad eam præſtandam non tenetur, immo nec a communi commercio eximitur.l.inter ſtipulãtem, §. ſacram.ff.de verb.oblig.¶Conſ.50.de præbend.

Debitor moroſus iure fori tenetur ad intereſſe conuentum in contractibus bonę fidei.l.bonę fidei.ff.de vſur.

At

At iure poli ad omne damnum, quod A ſua mora creditor ſentit. 2.2.queſt.62. art.4.¶ Conſil.25.de vſur.num.5.

Moroſus autem non dicitur, niſi ſit interpellatus, glo. ſolem. in c. Mor. de regul. iur. lib.6. Neque ad intereſſe te netur Angel. l.3. ff. de eo quod certo loco, niſi creditor ſit mercator. Inno. in c. fi. de vſur. ¶ Conſ.3. de vſur. nu.3.

Tenetur ſoluere creditori ſponte, & non expreſſe exactus ſi ſciuit, quod creditor non vult ſibi debitum detineri, licet ob metum, vel alia cauſa nõ petat, argumen. c. ſæpe. de reſtit. ſpol. ¶ Conſil. 2. de diuor. num. 2.

Tenetur autem ſoluere debitum le B ge naturali & diuina, iuxta ſeptimũ præceptum Decalog. quo non ſolum vetatur receptio alieni, ſed etiam iniuſta detentio. ca. ſæpe. de reſt. ſpol. Quare non poteſt intrare Relig. niſi prius debitum ſoluat ſi poteſt, quia ab iniuſta detentione Religio non abſoluit. ¶ Conſi. 1. de regul. num.8. & 9. & latius. Com.1. de regul. num.8. niſi Religio ipſa velit pro eo ſoluere.

Tenetur etiam debitor ex æquo ad omnia neceſſaria rei debitæ, iuxta §. in bonæ fidei. Inſt. de act. & per citata a Iaſon. Ibid. ¶ Conſi. 2. de vſur. nu.6.

Cum eſt ſoluendo, eius creditores C non poſſunt repetere ab eo, qui a debitore aliquid quacunque ex cauſa accepit. l. ex his & l. ait prætor. §. præterea, ff. de fraud. ¶ De red. eccl. q.2. Mon.26. num.1.

Qui duobus diuerſas res debet, nõ liberatur ſoluendo vni, ſi ſoluat id qđ alteri debet. cap. ætate. de iniur. ¶ Manual. cap.15. num.25.

Cum prouenit ad pinguiorem fortunam minori parti, quæ recuſauit debita ſua remittere, reſtituere nõ tenetur. ¶ Conſ.6. de pa. nu.1.

Debitor ſiue Fiſci, ſiue priuatæ perſonæ, qui poteſt honeſte lucrari ſoluẽda, differendo aliqualiter ingreſſum religionis, quando debitores illum nõ vrgent ad ſtatim ſoluendum per conlectionem in carcere peccat ingrediẽdo inuitis, & defraudatis debitorib. niſi monaſterium, velit per eo ſoluere, & ꝓbabiliter credit infra illud æque, vel melius lucraturum, quo etis ſoluat. ¶ Com.1. de Regul. nu.8.

## Debitum.

Debitum aliud eſt Antidotale, quod non habet vim precij, vt colligitur 2.2.q.78.q.2. ad 2. ¶ Conſi. 9. de ſimonia. num.1. Aliud legale, & eſt duplex, alterum quod debetur de honeſtate liberalitatis, gratitudinis, ad quod non datur actio, neque officium iudicij. Et illud frangens, non tenetur reſtituere. Alterum quod debetur de præcepto, & eſt duplex. Primũ lege iuſtitiæ ſpecialis, ad quod vt plurimum datur actio, ſaltem de iure Canonico, vt debitum ex contractu, uel ex quaſi contractu, debitũ, ex delicto, vel quaſi delicto debito, vel ex vltima voluntate. Alterum lege alterius virtutis, vt debitum quo, quis debet indigenti extreme, & ad hoc non datur actio, ſed officium iudicis nobile, quo poteſt ad id compelli. ¶ De Redi. eccleſ. q.3. num.4. Mon.31.

Debitum facilius remittitur, dum res ſoluẽda præſens non eſt, quia multo facilius quod habemus, quã quod poſſidemus condonamus, l. cum hi, ff. de Tranſac. ¶ Man. c.17. num.46.

Debitum qui remittit, interdum peccat. c. quid dicam. 4.q.4. & Archi. c. ſicut hi. 47. diſt. ¶ Manu. c.18. nu.46. remiſſio tamen valet.

Debitum nõ remittit creditor, & ſi familiariter cum debitore conuerſatur, vt l. cum de indebito, ff. de proba.

Neque per reciprocum alterius debitum compenſatur, l. 1. ff. de compenſa. ¶Manu. c. 18. num. 47.

Debitum ex contractu, vel quaſi cõtractu ibi ſoluitur, vbi dictum eſt, vel vbi petitur, l. 1. ff. eodem. Quod certo loco, cap. P. & G. de offic. deleg. Ex delicto autem, vel quaſi delicto, vbi damnum paſſo fiat ſatis. ¶Manual. cap. 17. num. 47.

Debitum omne ſoluẽdum eſt, iux. illud Roman. 13. Reddite omnibus debita: Si adeſt poſſibilitas. ¶Ibidem. Si autem non adeſt prius certum, quàm incertum ob quatuor rationes. Ant. 2. par. tit. 2. cap. 7. ¶Ibidem 48. In certis ſeruandus eſt ordo Baldi lege pro debito, C. de bon. auctor. iudic. poſſi. Vt primo res ſuo domino reſtituatur. Secundò, vt venditori precium eius rei, quàm vendidiſſet. ¶Ibi. 49. Tertiò, ſeruanda ſunt ſtatuta Regionis, ſi quà ſunt ſpecialia ſuper hoc. ¶Ibi. 50. Quartò, ſequuntur ij quibus ſunt tacitè hypothecata ſuo ordine, poſtea depoſitarij. Quintò, qui habent priuilegium perſonale, & vltimum locum tenent alij creditores. Et ſi debitor hũc ordinem non ſeruat ſuæ conſcientię non ſatisfacit. Hoſtien. & Silu. Reſtit. 6. quæſtion. 7. niſi ignorantia excuſet. C ¶Ibid. num. 51.

Debitum, quoad certum locum eſt vere debitum, ff. de eo quod certo loco. Et debitum, quoad certum tẽpus, ſimiliter, leg. in diem, ff. de condict. indebit. ¶Com. cap. ita quorundam. de Iudæ. Notabil. 10. num. 36.

Debitum, & intereſſe citra condẽnationem, immo & poſt iniquam abſolutionem debetur Innoc. cum com. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſ. ¶Man. c. 18. nu. 49.

Debita præceſſoris, quę pro neceſſitate eccleſiæ contracta ſunt, tenetur A ſoluere ſucceſſor. c. 1. de ſolu. iux. glo. ¶Conſi. 14. de regular. num. 3. Et intelligitur hoc capitulum de ſuccedẽte in beneficio, & eccleſia, & bonis, quæ non ſubſunt diſpoſitioni ſolius beneficiarij. ¶Ibi. nu. 14.

Debita beneficiorum debent ſolui creditoribus de redditibus ſuorũ benef. ſi non habent alia bona patrimonialia, vel quaſi vnde illa ſoluant, vt habet c. peruenit, de fideiuſ. ¶Ibidem num. 7.

Debitum contractum nomine eccleſiæ, & contractum à Rectore nomini ſui, longe differunt ſecundũ omnes B in cap. 1. De ſolut. & cap. Peruenit, de fideiuſſ. quia ſecundum. i. contractum nomine rectoris afficit redditus eccleſiæ, quorum diſpenſationem Rector habet, & quos poteſt alienare ſine alia iuris ſolemnitate. cap. veſtra. de loca. Primum autem afficit bona eccleſiæ immobilia, & mobilia precioſa, & redditus pertinentes ad fabricã Eccleſiæ, quæ ſuæ ſoli diſpoſitioni nõ ſubſunt, quæ ideo non poteſt alienare, aut obligare ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate, cap. ſine exceptione. 13. q. 2. & c. nulli. de reb. eccl. non alie. ¶Ibi. num. 10.

Debitum, qui habet cum uno, non poteſt ille ſoluere alteri, cap. ea te. de iureiur. qui autem ſoluit debitum beneficiarij, nulla alia bona habentis, quà beneficiaria, ſoluit debitum pauperis, & non alteri, etiamſi illius creditor diues ſit. verbo Solutio. ¶Ibidẽ num. 15.

Debitum Religioſi contractum ab illo ex mandato Monaſterij, tenetur monaſterium ſoluere, non autem ſi eſt contractum a ſimplici Religioſo, & ſine mandato, niſi illud conuerſum fuerit in vtilitatem prius monaſterij. ca. quod quibuſdã. de fideiuſſ. ¶Ibi. n. 16.

A Debita poſteriora in fraudem prio rum, qui ſoluit, peccat. ¶Conſi. 1. de fideiuſſ. nu. 2. & conſi. 1. de ſolu. nu. 1.

Debita in vnum piũ vſum, in aliũ etiam pium ſine Papę auctoritate, cõuerti non poſſunt. clem. quia contingit. de religion. dom. Neque relicta in vſum prophanum poſſunt conuerti in alium, ſine Principis auctoritate, l. 1. & l. legata, ff. de adm. rerum ad comm. pertin. ¶Conſi. 43. de voto, num. 6.

Debita contracta durante ſocietate, ſunt ab ipſa ſocietate ſoluenda. ¶Conſi. 3. de procurator. num. 4.

B Debitum a Capitulo, non eſt a ſingulis de capitulo ſoluendum. ¶Conſi. 20. de ſen. excom. nu. 6.

Debitum collegio inter illos, qui cum ſoluitur ſunt de collegio diuidendum eſt iux. ea, quæ citat Calder. cõſ. 1. de præbend. ¶Conſi. 1. de crim. falſ. num. 4.

Debitum, qui ſoluit pro alio, liberat illum ab eo ſoluendo. l. ſoluendo, ff. de neg. geſt. & l. 3. C. de ſolut. ¶De ora. c. 20. nu. 44.

Debitum in Indiam, petitum cam bijs eſt minuendum & ſi ſoluatur Romæ quod in India fuit contractum, ſoluẽdum eſt etiam deductis cambijs. ¶Man. c. 17. num. 43.

C Debitum triticum, qui non petit, quod ſibi debet vſque ad annum, aut tempus, in quo carius erit, non peccat, niſi directè, aut indirectè ſolutionem debitores impediat. ¶Manual. ca. 17. nu. 225.

Debitum ex contractu, & ex delicto, & ſi quoad originem differant, quo tamen ad effectum ſolutionis, ſaltem, in foro conſcientiæ paria ſunt. ¶Ibid. num. 58.

## Decima.

Decima triplex eſt: prædialis, quę prouenit ex fructibus prędiorũ: perſonalis, quæ ex lucri ex ſola induſtria, aut labore perſonæ quæſiti prouenit, c. paſtoralis, cum gl. & ei adnotatis de decim. Mixta quæ partim ex prædijs, partim ex induſtria capitur, qualis eſt fœtus pecudum, & pullorũ auium. ¶Man. c. 21. nu. 29.

Decima prædialis debet ſolui, vbi eſt prædium, glo. c. ad apoſtolica, vbi eſt expreſſa de hoc Papalis deciſio. ¶Conſi. 1. de dec. num. 8.

Decima perſonalis debet ſolui, vbi quis Eccleſiaſtica recipit ſacramenta, vt ibi eſt deciſum. Sed oportet, vt ibi ſit conſuetudo ſoluendi, præſcripta legitime. Et non ſoluitur de lucro illicito, neque de illo, quod acquiſitum eſt ex peccato notorio gl. communiter recep. c. ex tranſmiſſa. de dec. Neque deducendæ ſunt impenſæ in ſolutione omnium decimarum ſeminum, ſatorũ aut penſionum ſoluendorum Dominis, contra c. tua nobis, & c. non eſt. de decim. ¶Conſ. 2. de decim. num. 31.

Decima mixta eſt diuidenda inter eccleſiam Parochialẽ, & eam, vel eas, cuius, vel quarum paſcua depaſcunt animalia, ita vt ſequatur naturam perſonæ, & prædij, ut colligitur, §. omnium, & §. quædam. Inſtit. de act. Quare ſequitur, vt decima animalium inter plures ſit diuidenda. ¶Conſi. 1. de decim. num. 10.

Decima iſta animaliũ, quæ eſt mixta, iuxta Hoſtiẽ. in ſumm. de decim. §. quot ſunt ſpecies, & Ang. ver. decima, pro quib. facit quia induſtria domini, & cuſtodis multũ operatur circa fœtus, lac, & lanam pecudum, quare, & fœtus dicitur induſtrialis ſecundum Bal. l. ancillæ, C. de fur. & tamen

a gl. appellatur prædialis. ¶Ibidem num. 8.

Decima ouium, ratione paſcuorum multis deberi poteſt, vt ait Card. in Clem. 1. de decim. q. 16. & Imol. ibi. nu. 10. Ioan. Andr. in Mercurial. reg. qui prior. de reg. iu. lib. 6. ¶Ibid. nu. 6. Dimidium autem huius decimæ debet ſolui, vbi illæ æſtate paſcuntur, ſi adeſt conſuetudo non debetur autem eccleſijs per quarum territoria tranſeunt, licet paſcantur, quia de minimis, non eſt de præcepto decimãdum, ſecundum S. Thom. ¶Ibid. nu. 1.

Decimas ſoluere iure communi, ſiue humano, ſiue diuino omnes tenentur, præſertim prædiales ſecũdum omnes. ¶Ibid. nu. 1. At qui non ſoluit, nõ poteſt parochus eum a ſacramentis arcere auctoritate propria, quia nemo põt ſine cauſæ cognitione alium iuris ſui uſu priuare, quia id eſſet auctoritate priuata id facere, quod nemini licet, c. in literis. de reſt. ſpo. ¶Ibi.

Decima, quo ad congruam ſuſtentationem perſonis eccleſiaſticis, diuino cultui dedicatis, debita eſt de iure naturali, & morali, iux. illud Luc. 10. Dignus eſt mercenarius mercede ſua, & conſequẽter diuino tam in noua, quã in veteri lege. Thom. quol. 2. art. 8. & quol. 6. art. 10. & 2. 2. quæſt. 87. art. 1. Quo verò ad quotam in lege veteri erant quidem de iure diuino, ſed iudiciali tantum, quia neque ante Moyſẽ, neque poſt illum ante Chriſtum, nullum ligauit præter Hebræos, quod feciſſet ſi eſſet de iure diuino, arg. c. ius gentium, diſ. 1. Ideo ceſſaſſe verum eſt a fide de Chriſto paſſo, 4. diſ. §. fin. & contrarium eſt hæreſis ſecundum Maio. 3. d. 37. q. 36. licet contrarium teneat Innoc. Rubric. de decim. alias ca. fin. de paroch. & gloſſ. in cap. 1. de decim. lib. 6. In noua lege ſunt de iure ec-

A cleſiaſtico, quare cui debetur iure, & integre ſoluenda eſt, c. decimæ, & cap. reuertimini, 16. queſtion. 1. ¶Manual. cap. 21. num. 28. & Com. cap. Ius naturale, 1. diſtinct. conſil. 1. de decim. nu. 2. de redim. eccl. q. 1. Mon. 59. num. 1.

Decima ſolita ex conſuetudine tota ſoluenda eſt cui debetur, & de quibus debetur inſolitã autẽ nõ imperat Papa. ¶Man. vbi ſup. nu. 31. Niſi quantum ad ſuſtentationem miniſtrorum, quia hæc ſatis debet dari, & cum ſit de iure naturæ illi ius humanum non derogat. ¶Conſi. 2. de decim. nu. 1.

B Decimas, qui ſubtrahit, aut impedit excommunicetur, neque abſoluatur, niſi plene ſatisfecit Conc. Trid. ſeſ. 25. nu. 12. intellige de illis, qui ſatisfacere poſſunt, antequam ſacrum corpus Domini accipiant, aut remiſſionem ab his, qui dare illam poſſunt, non fuerunt conſecuti. iux. glo. c. peccatum, de reg. iur. libr. 6. ¶Manual. c. 21. num. 72.

Decimas, qui non ſoluit ſi fuerit religioſus, regularis non tranſlatus ad eccleſiam ſæcularem, dum illas ſibi vſurpat, appropriat, vel impedit nõ credens pertinere ad ſuum beneficium ex priuilegio, aut conſuetudine præ-

C ſcripta legitimè excõmunicatur per Cle. 1. de decim. ¶Man. ca. 27. nu. 138.

Decimæ permutari non poſſunt pro re temporali, ſine conſenſu Papę, quia id eſſet ſimonia. Panor. c. 2. de tranſa. ¶Conſi. 1. de rer. permu. nu. 2.

Onus alendi pauperes habent, ſicut cætera bona eccleſiæ ex inſtitutione. ¶De Redi. eccl. q. 2. Mon. 7. nu. 12. quia cũ hoc onere eccleſiæ datæ ſunt vt teſtatur B. Clemens. libr. 2. Conſti. Apoſtolicarum, cap. 29. ¶Ibid. & q. 1. Mon. 21. num. 6. per multas rationes. Hinc ſequitur, quòd

Decimæ cum ſint de iure naturali, ac

ac diuino pijs operibus debitæ pro libito clericorum, vt poſſint in vſus prophanos conuerti, neque eccleſia, neque Papa facere poteſt. Licet poſſit inducere, vt quo ad quotam, nullo modo ſoluatur, ſi aliunde miniſtris prouideat. ¶Ibidem quæſ. 1. Mon. 59. num. 2. Et quo ad hoc etiam ſi ſunt legitime præſcriptæ, non debent ſolui modo miniſtris de ſubſtentatione debita prouideatur, num. 1.

Decimæ ante Conc. Lateran. conceſſæ laicis, quarum conceſſionem iura probant fuerunt iuſta de cauſa conceſſæ, & illas ſolas poſſunt iuſte habere Principes, quas ſed. Apoſtolica ex iuſta cauſa illis conceſſit. ¶de Redim. eccl. quęſt. 1. Mon. 52. nu. 1. qui autem ſine iuſta cauſa, & ſolẽnitate debitas, illas poſſident, indebite poſſident. ¶Ibid. nu. 2.

## Decipere.

Decipere alium notabiliter contrahendo etiam citra dimidiũ iuſti precij peccatum, & mortiferum, iux. S. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. & quol. 2. ar. 10. 4. diſ. 15. quæſt. 3. ar. 2. In quo nihil eſt dubij, ſecundum Gabr. 4. diſ. 15. quæſt. 10. Anton. 4. ti. 1. cap. 16. §. 3. receptus a Summiſtis in verbo Emptio. & a Conrad. de contract. 3. p. q. 7. Innoc. c. in ciuitate. de vſur. & multis alijs ab Auctore hic citatis. ¶Relec. c. nouit. de iudic. Not. 6. nu. 43.

Quod & naturales rationes perſuadent, fundatę in illo præcepto iuris; Alteri ne feceris, quod tibi non vis fieri. Et quia fundamentum iuſtitiæ commutatiuæ æqualitas eſt precij. 44. Et quia cum omnis commutatio pro cõmuni vtilitate ambarum partium introducta ſit, vt ait Ariſto. 1. Polit. non debet vni eſſe grauior, quàm alteri, quod eſſet ſi precium excederet valo- A rem mercis, aut contra. 45. Et quia cõtra videntur multæ leges ciuiles, l. in cauſæ, §. 1. ff. de iniur. l. item ſi precio. §. fin. ff. locati. ca. cum dilecti, & cap. cum cauſa. de emptio. c. cum cauſa, de teſtib. Dicendum, quod per hæc iura videtur id licitum nõ ſimpliciter, ſed quo ad promiſſionem tantum. Nam & ſi malum ſit decipere etiam citra dimidiam ſecundum ſe, non tamen punitur, ſed toleratur lege ciuili, ſicuti lupanaria, & multa alia, quæ permittuntur ad tollenda peiora, nu. 49. Quare qui decipit citra dimidium iuſti precij cum peccet agendo contra diui B nam, & naturalem legem, poteſt via denunciationis Euangelicæ iudicialis, vel miſtæ admoneri, & ſi opus fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam cogi ad reſtituendum decepto, tantum quãtum ſecundum legem Euangelicam opus eſt ad hoc, vt illa inæqualitas deſinat eſſe peccatum, ſaltem mortale, quia eccleſiæ poteſtas ad hoc ſe extenditur, ver. Poteſtas. ¶Ibi. nu. 42.

Decipere proximum ſic contrahẽdo, non ſolum eſt peccatum illi, qui id ſcit: ſed etiam illi qui bona fide putat iuſte contrahere, ſi poſtea cognita veritate non reſtituat læſo, quod de- C bet. Scotus receptus ab omnibus, 4. d. 15. q. 2. Anton. 2. p. tit. primo, cap. 16. §. 3. Adrian. quol. ſexto, qu. 1. ar. 3. Panorm. Conrad. & alij, & eſt ſententia communior, atque tutior. Et licet contra teneat Aretin. in cap. cum cauſa, de teſtibus, & Anton. Burg. illum ſecutus, tamen illa eſt doctrina noua, & non tenenda. ¶Ibi. num. 52.

Deceptor talis, non ſolum peccat, ſed etiam tenetur ad reſtitutionem, vt expreſſe tenet D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 1. ad primo. Anto. vbi ſupra. Scot. Gabr. &c. & ratio eſt, quia omnis inæqualitas commutationum reducen-

da eſt ad iuſtam æqualitatẽ,nu.54. Et
ſicut decipiens vltra dimidium tene-
tur reſtituere rem,vel totum illud, qđ
deeſt iuſto precio, nec ſatisfacit reſti-
tuendo id, per quod precium creſcit
vltra dimidium ſecundum Cynum l.
2. C. de reſcind. vend. quæſt.8. Ita &
decipiens citra dimidium tenebitur
ad reſarciendum illud vſque ad iuſtũ.
¶Ibi.num.55.

Deceptor talis, quòd poſſit trahi
via denunciationis coram iudice ec-
cleſiaſtico,tenet Inno.d.capi.nouit.de
iudic.num.4. quem ſequitur Hoſtien.
& Ioann.Andr.& clarius Petr.ab An
char.num.14.Cardin. Io.Andr.& Pa B
norm. & eſt communis opin.in gene-
re approbata per Bart. in extrauag.ad
reprimendam,verb.denunciationem,
quem ſequitur Fel.in procœm. Grego.
num.26.& in c.quę in eccleſiarum.de
conſt.num.octauo.Omnes enim hi te-
nent, quod quando contra etiam lai-
cum, nullum eſt remedium agendi co
ram iudice ſæculari,poteſt ille trahi p
viam denunciationis ad iudicem ec-
cleſiaſticum, quo pęnitere,ac reſtitue
re teneatur, idque maxime exprimit
Panorm.in ca. fin.de præſcript.num.
22. ¶Ibid.nu.61.

Deceptio iſta, quòd non liceat in C
foro animæ,& in foro canonico, quia
deceptor talis peccat lethaliter, præ-
terquam,quod euidentiſſimum eſt cla
mantibus Euangelio.Conc.Rom.Pon
tificibus Doctoribus omnibus., quòd
qui perſeuerat in peccato mort.debet
corripi, & ſi ſe non emendauerit,de-
bet denunciari eccleſiæ,quæ debet cũ
cenſura eccleſiaſtica caſtigare,niſi blã
de monitus, non ſe emendauerit, te-
net Almainus,4.d. 15. q. 2. & repetit
clarius in lib. de auctoritate eccleſiaſ.
columna pen. & Panorm. c.in ciuita-
te.de vſu.num.6.vbi ait laicum conue

A niri poſſe in foro Eccleſiaſtico, ſuper
hac lęſione, & in c.cum cauſa.de reſt.
num.4. præſupponit contra talem lę-
dentem poſſe procedi in foro conten
tioſo Canonico,quando peccat.Idem
Ioann.de Anan.dict. cap. in ciuitate,
& Sotus lib. 6. de Ratione deteg.ſecr.
nu.2.q.3.¶Ibid.nu.63.

Deceptio citra dimidium, non eſt
crimen ciuile, ideo nil mirum, ſi nul-
lus ſuper hoc in eo foro puniri non
poteſt.¶Ibidem nu.70.Non tamen ab
eo iure approbatur, ſed toleratur eo
modo, quo præſcriptiones cum mala
fide introducta Auctor Codicis, in
quo lex illa ciuilis ſita eſt, tolerabat
non dando vllam actionem,vel reme-
dium ciuile læſo, immo tollẽdo,quod
alias per legem ipſam ciuilem compe
tere poterat, quæ eſt ſententia S.Tho.
& omnium Theolog. Non tamen tol
lit remedium denunciationis Euange
licę,quia nec voluit, neq; potuit,arg.
c.ſunt quidam 25.q.1.¶Ibid.num.72.

Deceptio notoria datur, ſed non o-
portet eam eſſe talem, vt de il la no-
ſcat eccleſia, quia id non inuenitur ca
tum.¶Ibid.num.77.

Deceptor vltra dimidium, qui nõ
reſtituit in peccato perſeuerans,trahi
poteſt ad iudicem eccleſiaſticum,nõ
autem ita efficaciter, ut ille, qui deci-
pit citra dimidium notabiliter, quia
ille non poteſt declinare forum, ille
autem ſic. ¶Ibi.num.80.

## Declarare.

DEclarare nil eſt aliud, quàm idẽ
clarioribus verbis exprimere,
non autem aliquid addere.leg.hoc res
palàm, §. ſed ſi notam cum ei adnot.
ff.de teſtam.¶Conſi.4. de his quæ vi.
nu. 3. ille enim qui declarat, nihil de
nouo inducit, ſed aliquid inductum
eſſe denuntiat. d. leg. hæres palàm.
¶Conſi.

¶Conſi.3. de cler.excom. miniſtr.nu. A
2. & declaratio nil noui inducit, ſed palam facit, quod erat obſcurum d. l. ¶Conſi.7.de here.nu.3.

Declaratio de inualiditate matrimonij non requirit vllam extraordinariam poteſtatem, quia illa nihil prodeſt, quo ad forum conſcientiæ, & multum prodeſſe poteſt, quo ad forū exterius. ¶Conſi.4.de his quæ vi.nume.4.

Declaratio excommunicationis facta cum citatione partis valida eſt, niſi per viam attētatorum annihiletur. ¶Conſi.30.de ſen.excom.nu.3.

Declarari nemo poteſt excommu- B
nicatus, niſi citatus audiatur, & niſi ſit notorius, glo. celebra. adiecto tex. Clem. præſenti. de conſi. & Clem.2.de pœnis. Felin.ca.Rodulphus,de reſcr. Quare declaratio facta ſine citatione, eſt nulla. ¶Conſi.20.eod.tit.nu.4.

Declaratus iniuſte excommunicatus poteſt allegare ſe non eſſe excommunicatum, vel declarationem non fuiſſe iuridicam, immo fuiſſe nullam ſi nō fuit citatus, vel appellare a præfata declaratione, vel implorare officium iudicis competentis ad cognoſcendum de cauſa. ¶Ibid.nu.7.

Declaratoria excommunicationis C
eam non continet, ſed quod factum eſt declarat. ¶ Conſil. 10. de pœ.nume. 1.

Declaratio legitima requiritur ad incurrendum pœnas ipſo iure impoſitas, gloſſ. ſing. in Clem. 1. de cenſ. quam, & multa alia citat Fel.in ca. Rodulphus, de reſcr. nu.41. ¶ Conſi.23. de ſen.exco. nu.2.

Declaratio capituli minimorum Auinioni facta, ſi derogat Priuilegijs Monaſterij vrbis eſt nulla. ¶Conſi.1.vt lite pendent. num.1.

## *Decretum.*

DEcreti irritantis, efficaciam ponit Gulielmus a Monte Laud.in Clem. ſi Romanus, ſuper verb. Cora de præben.relatus a Sarnen.in Regu. de Anali.quæſtio.23. & in tract. gratiarum expect.nu.16. vbi dicit, quòd decretum irritans eſt penetrabilius omni gladio ancipiti omnia interiora, & occultiſſima afficiens, & aſtringens, eſt enim tam malignantis naturæ, quòd quicquid inuenit deſtruit, & oppoſitum inducit. Vnde neq; conſenſu partium contrarium induci poſſe videtur in quacunque lege diuina, naturali, aut humana illud ſit, neque conſuetudo contra ipſum valet, iuxta l.1. & 2. C.ne fid. dot.dētur, vt tradit Bald.Noue.de dote.6.p. 21. priuileg. 13.lim.facit lex non dubium, C.de legibus cum traditis ibi ſ Iaſon. col. 4. ¶Com.de ſpol. Cler §.14. nu.2.& §.5.in fine per c.1.de conceſ.præbend.

Decreta Capituli Minimorum Auinioni facta, an ſine contraria Priuilegio Monaſterij eiuſdem ordinis in vrbe. ¶Conſi.1.vt lite pend. num.5.

## *Defendere, & Defenſio.*

DEfendere proximum a damno, magis eſt præceptum, quàm ſubuenire ei ad lucrum, quia plus fauent iura agenti de damno vitando, quàm agenti de lucro captādo, l.2.§.portio, ff.ad l.Rhod.de incend. ¶Man.cap.24. num.22.

Defendere tenentur prælati iura ſua. verbo Prælatus.

Defendere tenetur ſe, & ſuos ſubditos Reges, & omnes alij ſuperiores de lege iuſtitiæ, & ſubditi pariter tenentur defendere ſuperiores, argum. cap.Regum, & cap. Adminiſtratores, 23.q.5.& c.ego.de iureiur. ¶ibi.n.18.

De-

Defendere tenetur, quis magis Rep. atque Eccleſiam, quàm priuatum commodum, & proximum. argu. ca. licet. de voto. & l. veluti cum eis adn. ff. de iuſt. & iur. ¶ de orat. c. 19. nu. 12.

Defendere, quem nõ tenemur cum damno honoris exiſtimationis, aut pudoris. Felin. cap. 2. de hæred. niſi ille, qui defendendus eſt in extrema neceſſitate exiſtat vitam perdendi iniuſte. ¶ Man. c. 24. nu. 17.

Defendere ſe nemo tenetur, neque licet in bello iuſto. Bart. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. num. 4. ¶ de orat. cap. 6. numero 3. † Intellige in bello iuſto contra illum pro quo geritur illato.

Defendere, qui omittit peccat ſi conſentit. cap. 1. de offic. deleg. Thom. 1. 2. quæſtio. 60. art. 8. 2. 2. quæſt. 154. artic. 4. quando ſcilicet, quis tenetur. 2. 2. quæſt. 62. artic. 7. Ideo non poteſt diſſentire, neque etiam cum incommodo. ¶ Com. 4. de Regular. num. 49. In iſta autem omiſſione, non omnes conſentiunt, niſi forte præſumptiue, nam qui tenetur, & commode poteſt defendere ſi non defendit præſumitur omittere. ¶ Man. ca. 24. nu. 18.

Defenſionem omittens opitulando peius facit, quàm ille, qui ſimpliciter omittit, quia peccat contra præceptũ iuſtitiæ, & tenetur reſtituere. ¶ Ibid. num. 19.

Defenſionem omittere opitulando ille dicitur, & conſentire quando quatuor concurrunt. Poteſtas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas, & delicti notorietas, id eſt, quod manifeſtum ſit illud eſſe delictum, & manifeſte fiat. cap. quanto. de ſenten. excommunicat. ¶ Ibidem.

Defenſionem omittens peccat ex eo, quia omittit facere, quod ei præceptum eſt de lege charitatis, vel iuſtitiæ. ¶ Ibid. nume. 20. Et ſi de lege iu-

A ſtitiæ id omittit punitur in foro exteriori, & regulariter cenſuras incurrit. Non verò ille qui omittit de lege charitatis. ¶ Ibidem numero 21. & 22.

Defenſio iure naturæ debita nemini deneganda eſt. Clemen. Paſtoralis. §. cæterum. de re iudicat. lege vt vim. ff. de iuſt. & iur. ¶ Conſi. 4. de appellat. Com. quarto. de Regul. num. 49.

Defenſio inculpatæ tutelæ eſt, ut id ſolum faciat, ſine quo non poteſt iniuria vitari. glo. fina. capitu. olim. de reſtitut. ſpoliato. quam obſeruare debẽt, qui ſe defendentes alios occidũt, qua-

B re maiorem vim adhibere non debẽt. l. j. C. vnde vi, neque alijs armis. ¶ Manual. c. 15. nu. 3.

Defenſione propria licere occidere, quod omnes aſſerunt, non eſt licere intendere animum in mortem alterius, quia id peccatum eſt, ſicut probat c. de occidendis. 23. q. 5. Sed intendere tantum in ſuam defenſionem, etiam ſi ex eo præter intẽtionem alterius mors ſequatur, vt videtur ſentire. D. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 7. Caie. ibi Abul. ſuper c. 5. Matt. q. 46. ¶ Com. c. ſi quando. de Iud. Not. 12. nu. 13.

C Defendere, qui omittit ſi conſentit, & delectatur, vt iniuria fiat, peccat ob conſenſum peccati. Rom. 1. & cap. 1. de offi. delega. 1. 2. q. 60. artic. 8. & 2. 2. q. 154. artic. 4. ¶ de defenſ. proxim. numero 9.

Defendere, qui omittit cum ad id teneatur peccat 2. 2. queſt. 62. artic. 7. & Caiet. ibi. non autem tenetur quis cum ſuo damno. Felin. cap. 2. de hæret. Niſi ille conſtitutus ſit in extrema neceſſitate, quia tunc, & cum damno rerum externarum tenemur. iux. Ambr. c. Non ſatis. 86. d. ¶ nu. 10.

Defendere, qui non tenetur gratis, ſed ſimpliciter tantum accipere poteſt

teſt pro defenſione mercedem. Et hoc modo debet intelligi. l. Metum. §. ſed licet. ff. de eo quod metu cauſ. ¶ num. 2.

Defendere tenetur quis alterum, uel primo ex charitate, ſecundo ex iuſtitia, & ex charitate quidem obligamur ad defenſionem vitæ proximi cũ quis ei illam iniuſte adimere vult, neque ſit alius, qui poſſit, aut velit defendere, & cum amiſſione facultatum, & honoris citra tamen uitæ diſcrimen. ¶ num. 11.

Defenſionem debitam, qui fugit, præſumitur conſentire iniuriæ factæ, quando ſine aliquo damno defendere poteſt. ¶ num. 5.

Defenſionem prætermittere cũ conſenſu, vel ſine cõſenſu in iniuriã opus eſt odij inuidiæ, contentionis, & diſcordiæ, & per cõſequens contra charitatem. Conſentire verò, & auxilium præbere iniuriam inferenti contra Iuſtitiam. ¶ num. 16.

Defenſio prætermiſſa cum delectatione offenſæ, non inducit fauoris præſumptionem, neque pœnam in foro exteriori, neque cenſuram, neque irregularitatem incurrere facit. ¶ num. 17.

Inducit tamen præſumptionem ſi quatuor concurrant.

Primò, poteſtas ad impediendum. Secundò, obligatio ad defenſionem. Tertiò, vt ſine ſuæ perſonæ, honoris, & bonorum damno facere poſſit. Quartò, vt delictum ſit notorium, his enim concurrentibus præſumitur, nõ ſolum conſenſus, ſed etiam auxilium. ca. quantę. de ſenten. exc. Innocen. 3. ¶ num. 18.

Defenſio proximi, quãdoque omittitur ob timorem mortis, aut alterius damni quandoque pudore, & ne gratia hominum amittatur, contra legem fortitudinis, quę precipit, vt nullo me-

A tu prætermittatur, quod ratio præcipit. ¶ num. 21.

Defenſio proximi, quandoque lege commutatiuæ iuſtitię inducitur, vt patet in Prælatis, Principibus, Iudicibus, &c. num. 22.

Defendere nos ipſos; cum occiſione proximi nos interficere volentis communiter non tenemur. capit. non eſt noſtrum. 23. quæſt. 5. Thom. lib. primo. de Regim. Princip. cap. 6. ¶ numer. 23. Interdum autem aliquis teneri poteſt. c. 24.

Defendi proximus debet, etiam citra extremam neceſſitatē, quoties eſt B in periculo alicuius damni notabilis accipiendi etiam cum tanto damno, quantum ſuſcipiendum bonus quiſpiam iudicauerit; ſeruato tamen iure ſibi à defenſo recuperandi, quod in eo ipſo adhibitum fuerit. ¶ num. 25.

Defenſio commiſſa non punitur in foro exteriori, nec iure ciuili, nec canonico, quia regulariter non eſt contra præcepta iuſtitiæ, ſed charitatis. numero 33. Ideò nullam cenſuram inducit.

## Deferre.

C DEferre Saracenis, quædam prohibet capitul. ita quorundam, de Iudæis, non videntur autem deferre illi, qui vendunt tantum, quare non comprehenduntur in illo cap. vt ſingulariter approbat. capitul. ad deliberanda. eo. tit. ¶ Com. illius c. Notab. 8. num. 1.

Sed ſolummodo includuntur illi, qui mortaliter peccãt deferendo, quacunque mente id faciant. nu. 2.

Deferunt autem, qui in aliud delata tradunt 21. etiam donando 22. & permutando 23. cooperando 24.

Deferre Saracenis ferrum ſponte cum circunſtantijs loci, temporis, quan-

quantitatis, & finis, quibus vir prudés pro comperto habere deberet nullum vnquàm ex eis fructum bellicum habiturum eum cui traditur, neque alium Saracenum nô inducit cenſuras, quia lex fundata in præſumptione, ſicut non ligat in foro exteriori, ſi non eſt prçſumptio iuris, ita minus in foro conſcientiæ, & coram Deo, vt dicitur. Ver. Lex. ¶ Ibi. Not. 10. nu. 29. A

Deferre alias merces, quàm bellicas, niſi id fiat mala intentione, nô facit incurrere, etiamſi fiat tempore belli, quia non includuntur in bulla prohibitionis. ¶ Ibidem. nu. 38. Sed ſi illę pertineret ad bellum ſubminiſtrandū, B & malo animo id fieret induceret excom. ¶ num. 39.

Deferre Saracenis, quæcunq; animo formali, vel virtuali iuuandi illos contra Chriſtianos in bello, inducit excom. bullæ Cœnæ ¶ Ibid. nu. 40.

Deferrere arma ad alios, quàm Saracenos, non includitur in bulla Cœnæ, male tamen facit, qui defert, & puniri poteſt alijs pęnis. l. ſecūda. C. quæ res expor. non deb. ¶ Ibi. Not. 2. nu. 1.

Deferre habitum Religionis deſertum ab Apoſtaſia, non excuſat. ¶ Conſil. 1. de Apoſt. num. 7.

## *Deformare.*

DEformare ſignificat occidere, vel aliquo mēbro principali aliquem mutilare, quare qui deformat, ita vt tollat formam rationalem, qua tollitur vita humana, vel accidentalē, qua inducitur dedecus humanæ vitæ per membri principalis defectum irregularitatem incurrit. ¶ Conſil. vigemo. de Homicid. nu. 2. Et in Manual. cap. 27. num. 205.

Eſt autem deformatio triplex. vna mere voluntaria, quæ eſt intenta, ſeu volita in ſe iuſte, vel iniuſte per ſe, vel per alium ſuo nomine, quocunq; modo procurata. Alia eſt mere caſualis, quæ non eſt intenta, ſeu volita in ſe, neque in ſua cauſa ad eam ſufficienter ordinata, vt mors, quam fulmen infert. Tertia eſt mixta, quæ eſt intenta in ſua cauſa ad eam ſufficienter ordinata, vt teſtificatio in cauſa ſanguinis, nollens illam Th. 2. 2. q. 64. ar. 8. ¶ Ibidem.

## *Defunctus.*

DEfuncti tales in Paradiſo ingredi debent, quales hinc diſceſſerunt. ca. quales. 25. d. Tho. 4. d. 35. q. 1. ar. 1. ¶ de orat. c. 20. num. 43.

In Purgatorio multoties detinentur ob negligētiam hæredis, quia eius animæ ſeuundum Ange. & c. in litteris. de raptor. à pœnis non liberantur, niſi debita perſoluantur. ¶ Conſil. 26. de pœnit. & remiſ. num. 4. Hinc ſequitur, quòd

Defuncto, & ſi aliquid nô officiat hæredis negligētia, vel executio in diminuendo meritum gratiæ, vel pœnę meritæ iubendo aliqua opera pia: officere tamen poteſt diminuendo, vel tardando opem, quæ ei ſuperuentura eſt illorum operum executione, quam miſſantes, vel alias preces fundētes per eum ordinatas eſſent laturi. ¶ Conſ. e. n. 6. C

Defunctus aliquod detrimentū ſentire poteſt ex retardatione eleemoſinarum à ſe iuſſarum, dum retardantur orationes, & ſacrificia. Thom. quol. 6. art. 13. ¶ Ibidem nu. 7. & Manu. cap. 27. num. 68.

Poteſt tamen quandoque non retineri in Purgatorio, donec eius debita perſoluantur, vt quādo moritur martyr, vel poſt baptiſmum ſtatim ſuſceptum euolat. Aut poſt abſolutionem virtute alicuius Iubilei receptam. Poteſt tamē aliàs eius euolatio retardari

ob

ob dicta ſuperius. ¶ Ibidem num. 10.
Defunctorum commemoratio, non vetatur fieri in Miſſa de aliquo feſto priuata, immo expreſſe permittitur, & aliquando præcipitur, quia in qualibet debet fieri commemoratio: ca.viſum.de conſec. d.1. ¶ Conſil.6.de celebr.Miſſa.num.6.

## *Degradatio.*

DEgradatio eſt actus ſpiritualis, id eſt ablatio ordinis, vel vſus eius. Et ideo precio fieri iuſte nequit, ſicut neque promotio ad illos.c.nouimus.de verb.ſignifi. cap.degradatio. de pœn. & remiſs. lib.6.¶ Conſil.66. de ſimo.nu.1.

Degradatus realiter à ſuis ordinibus poteſt cogi ad præces horarias ratione characteris, & poteſtatis conficiendi Sacramentum, quæ non perditur per degradationem iuxta glo. cap. Accedens.diſt.50.citatam à gl. fin.ca. Degradatio. De Pœnis.lib.6.& Tho. 3.p.q.82.art.8. non tamen poteſt cogi ad dignitatem, & locum, quem tenebat antequam degradaretur. ¶ Com.2. de Regul.num.36.

## *Delectatio.*

† DElectatio mala, & bona datur, quæ virtutis fit abſq; vitijs, vt ex ſubiectis patebit. Eſt autem delectatio quies appetitus in bono cognito, vt colligitur ex innumeris locis S.Thom.& quandoque large ſumitur pro omni conſenſu voluntatis. Silueſt. verb.delectatio.

Delectatio de bono obueniente ob mortem alterius licet, non autem de illius morte. ¶ Manual.cap.15.num.10. & Com.cap.inter verba.concl.5.

Delectatio de malo alterius ad hoc, vt ille conuertatur ad dominum, vel ne tot, tantaque ille facinora committat, vel in alium finem honeſtum, & ſanctum licita eſt. Tho.2.2.q.36.ar.2. & Sot.lib.3.de iuſt.& iure.q.12.ar.2. ¶ Ibidem.

Delectatio deliberata de cogitatione peruerſi homicidij, quia videt ſibi aliquod bonum peruenire poſſe peccatum eſt. Bonauent.2.d.24.in ex. litteræ.quæſt.4.Ale. de Ales.2.par.tract.de pecc. veniali. Caie.Ver.delectatio moroſa.¶ Ibi.

Delectatio præſens de copula carnali præterita, vel ventura admiſſa, cũ gaudio ſenſibilis, cum periculo pollutionis incurrendæ, vel cõſentiendi in eam, & nõ expulſa peccatum inducit. B
Gaudere tamen ſe habuiſſe talem delectationem, & velle illam habere ſi fieri poſſet licitum eſt. Caietan.tom.1. opuſ.14.quæſt.2. ¶ Manual.capit.16. num.10. Com.c.ſi cui.de pœn.diſt.1. num.1. Vide verbo Vidua.

Delectationi malæ reſiſtere virtus eſt conſentire autem vitium. ¶ Manu. cap.2.num.14.

Delectatio omnis venerea inordinata, & conſenſus in ipſam prohibetur per 6.præceptum decalog. 9. Tho.2.2. q.154.ar.1. Et ſimiliter omnis delectatio non ordinata in generationẽ prolis eſt inordinata. ¶ Com. ca.ſi cui.de pœn.num.4. C

Delectatio moroſa à mora dicitur, non ratione temporariæ delectationis, ſed propter moram, quam facit ipſa ratio in ea non expellenda, vel quia non acceptat, & eſt peccatum mortal. licet opus exterius non procedat, neque adſit propoſitum faciendi. Et id verum eſt in omnibus peccatis. Bonauent. 2. diſt.24. in exp. lit. ¶ Manual. cap.2.num.13.

Delectatio moroſa, vt ſit peccatum mort. quatuor debent concurrere primum, vt id de quo ſumitur tale ſit.2.2.

q.74.art.8. Secundum, vt ille aduertat A ſe delectari. ſecundum Greg. c.2. Interrogat. Aug. relatum c. ſed penſandum diſtin.6.

Tertium, vt non obſiſtat illi eam à ſe expellere contendens. Quartum, vt abſque rationabili cauſa omitteret à ſe illam reijcere. ¶ Man. c.2. nu.12. & Com. c. cogitationis. de pœ. d.1. n.12.

## *Delegatus.*

DElegatus Papæ, qui poteſt excõmunicare intra vnum annum poſt ſententiam definitiuam, eo tranſacto non poteſt abſoluere. c. Quærẽti. de offi. deleg. ¶ Manu. c.27. nu.40. B

Delegatus ab inferiori Principe ſubdelegare nequit. l. à Iudice. C. de iud. à ca. ſi. de off. deleg. ea tamen, quæ ſuo iuri competunt delegare poteſt, etiam ſi illi priuilegio, vel conſuetudine competunt. cap. vltimo, & glo. ſolemn. approbata. ibi per Panorm. & Fel. de off. ord. ¶ conſi.2. de foro compet. num.3.

Subdelegare etiam poteſt, quando illi ſubdelegandi eſt conceſſa facultas. glo. 5. putata ſing. cap. is cui. de offic. delegat. non ſolum ſi illa ſit expreſſa, ſed etiam ſi ſit tacita, quod colligitur ex vſu, vel coniecturis ſufficientibus. ¶ Com. c. placuit. de pœnit. d.5. nu.71. C

Delegatus procedens in exemptos, non videtur conuenire exemptioni, cum non procedat vt ordinarius, à cuius iuriſdictione ille eſt exemptus. gl. commendata in hoc à Panorm. ca. grane. de offic. ord. ¶ Conſil.21. de Regul. nume.4.

Delegatus cum clauſula (appellatione remota) non poteſt ſubdelegare cũ illa. cap. ſuper quæſtionum. §. nos autem. de offic. deleg. & §. ſi vero. ex quo Panorm. it. receptus ab omnibus in ſecundo notab. id adnotauit. ¶ Com. c. cũ cõtingat. 6. cauſ. nullit. nu.3. to.3.

Delegatus etiam poſt incæptã cauſam reuocare poteſt ſecundum Bartol. l. vbi cœptum. ff. de iudic. ¶ Conſil. nono de electio. num.6.

Delegare poteſt poteſtatem abſoluendi qui habet illam ex officio. ca. ſi. de offic. or. & c. verb. Abſolutio.

Delictum dicit omiſſio boni quaſi derelictum gl. in reg. peccatũ. De Reg. iur. lib.6. Mag. in 2. diſtin.42. Thom. Ibi. ar.2. q.3. ¶ Com. cap. ſi peccatum. de pœn. diſt.1. num.2.

## *Delictum.*

DElictum in dubio non præſumitur. cap.1. de reg. iu. & l. merito. ff. pro ſocio. ¶ Conſi.14. de cenſib. nu.3. conſi.6. de teſtam.

Delictum committens debita pœnã puniri debet, non tamen tali vt citius quis moriatur. Panor. recep. in ca. cum non ab homine. de iud. num.31. ¶ Conſil.2. de pœnis. nu.2. Neq; quis excuſatur ex eo, quod alius id feciſſet. ¶ Manu. c.17. num.20.

Delictum committẽtem, qui iuuat cooperando, aliquando tenetur ad reſtitutionem totius damni per facientem delictum illati, vt cum fuit in cauſa, ſine qua nõ. Ad partem vero ſi fuit in cauſa quoad partem. Ad id quod ſibi prouenit, ſi non fuit cauſa, ſine qua non. Ad nihil autem quando ſine ipſo fuiſſet damnum perpetratum. ¶ Ibid.

Delictum committendi nemini cauſa danda eſt. l. conueniri. ff. de pac. dot. cap. ex parte. de conſue. ¶ conſil.15. de vſu. num.3.

Delictum ex ludo ſecutum, in eo foro punitur, in quo eſt illicitus. Quare occidens in haſtiludio non eſt irregularis, in torneamentis ſic. ¶ conſi.7. de hæret. num.3.

Delicta caſtigare publicum commodum eſt l. ſi ita vulneratus, ff. ad leg.

leg.Aquil. & cap.vt fama de ſent. excom. ¶ Com.cap. intra verba concl. 6.num.657.

Delictum annexum incidenter repertú ſiue ſit circunſtantia aggrauans, ſiue alleuians, ſiue neque vnum, neq; alterum præſtet poteſt puniri in eodé iudicio nó autem ſi ſit ſeparatum, niſi ordiatur noua tela iudicij, & ſententia communis in capit.2.de confeſs.& cap.1. de conceptu. ¶ Com.cap. intra verba.concl.6.num.677.

Delicti attentatio punienda eſt gl. cap.ſi quis de pœn.diſt. 1. Archid. & alij ibi.¶ Com.d.cap.num.2.

Delictum, qui conſulit, eo non ſecuto licet non caſtigetur pœna ordinaria ſecundum Card.clem.1.q.12.de pęn.debet tamen caſtigari iudicis arbitrio ſecundum Deci. cap.1. de offic. deleg. ¶ Com.cap. ſi quis el 1.De pœnit.diſt.1.num.6.

Delicta omnia vocantur maleficia. l.Maleficus, ff.de Actio.& obl. ¶ Có. c. Aut facta.de pœn.d.1.nu.3.

Delictum iudicialiter iá repertum definit eſſe occultum, quia etſi nulla eſſet fama,aut notorietas participat tamen publicam conditionem iuditiorum,quia cum id ſciat iudex, & notarius, vt publicæ perſonæ hoc legiſlatores habuerunt per ſufficienti ad inquirendum. ¶ Com.cap.intra verba conclu.6.num.678.

## *Dæmon.*

DAemon diuini honoris auidiſſimus eſt ideo omnia facit, quo pro Deo habeatur.c. ſecúdum 28.q.2. diuinum autem illi honorem tribuimus, quoties ab illo diſcere futura quærimus.¶ Relec.ca.nouit. de iudi. num.30.not.2.

Dęmon multa futura prenunciauit, atque prænunciat.c.ſciendum.26.q.3.

A Quare 1.Reg.8.quidam dicuntur Prophetæ Dęmonum, ſeu Baal. Sic enim de Chriſto Sybillæ multa prænunciarunt, vt aiunt Aug. atque Lactan. Quod quidem facere poteſt Dæmon per intellectus ſui præſtantiam ex longa enim experientia, quam habet ſcire multa poteſt, vt late docuit Aug.li. de nat.dæmo. ideo & hominibus poteſt illa manifeſtare,non quidem illuminando intellectum,ſed per aliquam imaginationem, & etiam per ſenſibilem locutionem. vt ait D.Tho. 2.2.q. 172.ar.5.poteſt etiam multa futura cótingentia ſcire diuina permiſſione.Et

B etiam cogitationes hominum ſine vllo ſigno exteriore.Ibid.nu.25.

Dęmon non habet fidé infuſam in formem. 2.2.q.5.artic.7. Sed tantum quandam coactam ex experientia, & perſpicacia intellectus, atque miraculorum, quæ illi perſuadent ita eſſe. ¶ Com. capitul. ſi enim. de pœniten. diſt.1.nu.3.

Dęmonis in hac vita familiaritas initium eſt quoddam æternæ damnationis,& quæ perpetua eſt inferorum cohabitationis.¶ Com. cap. nunquid Cain.de pœn.diſt.1.nu.5.

Dęmó dupliciter inuocatur primo

C expreſſe cum aperte inuocatur,vel aliquid ſit,quod creditur opera ipſius dęmonis eſſe perficiendum.2.2.q.95.arti.3. Secundò,tacitè quando quis enititur aliquid facere per cauſas, quæ nec virtute ſua naturali, neque ex diuina,aut eccleſiaſtica diſpoſitione poſſunt illud efficere, vel quando huiuſmodi cauſæ tanquam neceſſariæ adiúguntur alijs quæ poſſunt talem effectum producere.2.2.q.6.art.1.¶ Manu.c.2.nu.25.

Dęmonem habere familiarem, & illius opera vti peccatum eſt maximú. ¶ Ibi.num.26. & Relectione.c.nouit.

de

de iudic. nota. 2. nume. 29.

Dęmon mille habet vias, & artes nocendi. c. viſis. 16. q. 2. & ſi quid dicit, aut facit, quo ſuis cultoribus vel parum commodet, non tamen id facit, vt proſit, ſed ut grauiſſimè aliquo modo poſtea obſit, iux. Athanaſ. apud S. Thom. 2. 2. q. 75. art. 41. ¶ Vbi ſupra num. 31.

Dęmoni dexteram porrigit, quiſquis ille eſt, qui àb illò diſcere quicquam quærit. ¶ Ibid. nu. 6.

Dęmon indirecta cauſa eſt omnis mali inquantum induxit primum hominem ad peccandum ex cuius peccato labilis facta eſt humana natura, & facile cadit. 1 2 2. quæſtio. 80. art. 4. non autem eſt cauſa directa, & particularis, vt ait Orig. lib. 3. Periar. c. 2. quia etiam ſi ille non eſſet homines appeterent aliqua, quę niſi eſſent per rationem ordinata peccata forent. Eſt igitur cauſa non ſufficiens ſed inſufficiẽs per ſuggeſtionem mouendo phantaſiam non voluntatem. ¶ Com. ca. ſi enim. de pœ. d. 2. nu. 1.

Dęmon per patientiam frequenter illuditur, quia hæc ad virtutes multũ conducit, ſicut multi ex deſperatione pereunt. ¶ Com. ca. poteſt fieri. de pœ. diſt. 1. num. 6.

## *Denunciatio.*

Denunciatio multiplex. Quædam Euangelica, per quam non intenditur peccati punitio, ſed emendatio. Quędam verò eſt iudicialis priuata, per quam non damnatur denunciatus pœna criminis, ſed tantum intereſſe denunciati reſtituitur.

Tertia eſt Canonica, per quam intenditur ceſſatio à Crimine, non autem punitio.

Quarta eſt iudicialis publica, quam aliqui denunciam vocant, quæ non admittitur niſi ſuper notorijs, vel famoſis. l. ea quidem. C. de accuſat. quia eã debet præcedere infamia, vel notorietas, quę habet locum accuſationis. Sed non debet credere iudex denuncianti, etiam ſi ille eſſet officialis publicus, niſi aliter ei crimen probauerit Sotus libr. de ratio. tegend. ſecret. men. 2. quęſt. 2. ¶ Com. in Rubric. de Iudic. num. 95.

Denunciatio euangelica, eſt nouũ Chriſti inuentum, & indelebile, & nõ minuit laicam poteſtatem, quia cognoſcere de peccato, vt impeditiuum cęleſtis gratiæ, & ad illius pœnitentiam agere non pertinet ad laicam poteſtatem. ¶ Ibi. nu. 69.

B

Per quamcunque denunciationem cum manifeſtum eſt crimen iudici, poteſt ille per viam inquiſitionis procedere ad puniendum incepta noua tela iudicij. ¶ Ibi. nu. 95.

Denunciationem facere non debet quis, niſi quod denuntiat poſſit probare, etiam ſi iurauerit ſe dicturũ, quod ſit, quia occulte ſibi detecta, vel à ſe viſa in occulto fieri neſcit, vt reuelet. Henr. Gãdau. quol. 9. in prin. Adrian. 4. de correct. frater. §. oſtenſis. niſi ſint præparationes ad alijs nocendum. ¶ Com. cap. Inter verba. concl. ſexta. num. 25. & num. 778. Comprobatur. per capit. plerumque 2. q. 7. cap. placuit 6. q. 2. cap. ſi ſacerdos. De off. ordin. gl. cap. ſacerdos. de pęn. diſtin. 6. Ang. ver. excóm. 3. §. 20. Quod ſi id etiam probare poſſemus denuntiare nõ debemus niſi præmiſſa correctione fraterna. ¶ Ibi.

C

Et qui habet vnum teſtem dicitur poſse probare, ita vt debeat denunciare. ¶ 779. Et in Manual. ca. 25. nu. 33. Conſi. quarto. de hęret. num. 3. & con ſil. 9. nu. 2.

Quod ſequitur etiam ſi Epiſcopus

ſub pœna excommunicationis præciperet. ¶ Manu.cap.17.num.137.

Veruntamen poteſt quis antequam denuntiet indicare cum quem nouit ſecretum peccatorē, duobus teſtibus, qui eum videant peccare, vt cum illis valeat conuinci poſtquam fuerit denunciatus 2.2.q.63.ar.8.& Caie.161. & in 4.diſt.19.q.2.ar.3.& quol.2.art. 12.Gabr.in Can.lect.74. ¶ Com.cap. inter verba concl.6.nu.624.

Quæ autem vergunt in damnū publicum,aut particulare,corporale,aut ſpirituale, vt proditiones: Hæreſis, &c.Sunt denuntianda, & ſi adeſſet iuramentum de non denuntiando.Innocen.in cap.qualiter,& quando.el primo.de accuſatio.Et Panorm.in cap.dilectus.de exceſſ. prælat.¶ Manu. vbi ſupra.

Denunciatio,quam nullus ſequitur effectus non eſt expectanda.¶ Conſil. 6.de hæret.num.5.

Denunciare hæreticum alibi,quàm in Hiſpania,aut Italia, nemo tenetur. ¶Conſi.9.eodem tit.Seipſum autē hæreticum prodere, nemo tenetur, quia nullus generaliter tenetur id facere de quocunque delicto. capit.quis aliquando.de pœnitent.diſt.1.

Qui autem poteſt ſine manifeſtatione ſui debet omnes manifeſtare qui cunque illi ſint.¶Conſi.8.nu.3.

Denuntiationem hæreſis, vel alterius delicti, quod ego valeo & debeo denuntiare abſque vllo mandato mul toties cum recta conſcientia poſſem per aliquod tempus differre expectan do meliorem opportunitatem 2. 2.q. 33.art.2. Tempus autem ſi mihi præſcribitur teneor illud ſeruare. c.Cum Romana. De Appellat.¶Com.cap.inter verba.concl.6.nu.720.

Denunciare delicta non tenetur, niſi qui ſciunt per viſum, vel alium A ſenſum corporeum, vel per confeſſionem illius qui fecit, vel quod habetur pro indubitato, ſecundum Innocen.c.cum cauſa. de iuram. vel ſaltem audiuit ab aliquo fide digno,qui ſciebat illud.glo.ſing.l.Titio fundum. ff. de cred.& demon. ¶ Conſi.9. de hær. num.1.

Denuncians de aliquo crimine pendente cauſa denunciationis, non eſt promouendus ad aliquam dignitatē. cap.omnipotens.diſt.81.¶Conſi.3.de accuſat.num.3.

Denunciandus non eſt, correctus, ad futurum lapſum cauendum,niſi ex B preſſe caueatur. ¶ Conſi.75. de regu. numero 29.

Denunciationes matrimoniorum omnis ordinarius dimittere poteſt. Conc.Triden. ſeſſ.24. c. 1. de reform. matrim.¶Conſ.5.de ſponſ.nu.1.

Denunciationem Euangelicam,fraterna correctio præcedere debet.c.ſuper his.de accuſ.¶ Conſi.3.eodem tit. numero 4.

Denuncianda ſunt delicta cum minori damno poſſibili famæ delinquentium. Ideo non debet denunciari delictum præparatum etiam futurum, cum pro certo habetur emendatio. C Quod tamen raro contingit in proditione, & prædicatione hæreſum. ¶ Cap. inter verba.conclu. 6. numer. 622.

Denuntianda non ſunt delicta manifeſta, & bene emendata niſi id nobis iubeatur ſaltem ut teſtibus non vt denuntiatoribus per ea, quæ aſſerit Abb. in cap. Cum dilectus de except. Prælat.& Felin.c.intimauit.de Teſtibus.¶ Com.cap.inter verba, concl.6. numero 720.

Denunciatus non eſt puniendus ante delictum probatum, nec poſtea ſi promittit emēdationem, licet illi poſ-

M ſit

ſit iniungi aliqua pœnitentia ad cauenda futura. Si ſperatur emendatio, nec ipſe vult obedire præcepto Eccleſiæ poteſt puniri ob contumaciam. Caietan.2.2.q.33.ar.8.Sot.de rat. teg.in 2.q.6.¶ nu.628.

Denunciati rebellio facit ut Iudex poſſit procedere via inquiſitionis ſine parte,& ex officio non quoad pęnam, ſed ad ſe emendandum ſi Denunciatio eſt euangelica, vel ad ſoluendum intereſſe partis ſi eſt iudicialis, vel ad malum propoſitum reprimendum ſi eſt canonica iuxta communem in cap. Nouit. de Iudic. & hoc modo intelligendus eſt ſitus de rat. teg. m. 2. q. 6.quia id tenuit.m.2.quęſt.1.¶ Ibid. numero 583.

Denuncians mala intentione, peccat. Tho.quol.15.ar.13.¶633.

Denunciandus non eſt peccator ſecretè correptus,& emendatus. Sot.vbi ſup. Adrian.4.de correct.frat.Ricar.4. diſt.19.art.3.¶ Ibid.

Denunciare debemus cum nobis pręcipitur ante,& res,quas non teneremur, niſi nobis eſſet præceptum, vt delicta iam emendata, de quibus ſumus iuſſi, vt teſtes non autem, vt denunciatores. Abb.c.dilectus. de exceſ. pręl. Fel.c.intimauit.de teſti.¶nu.720.

Denunciari cum mãdantur delicta, magna diſcretio, neceſſario eſt adhibẽda.nu.775.Et ratio eſt,quia aliquando nobis iubetur id, quod ſciuimus de fama, vel notorietate, aliquando de eo, quod audiuimus dici, vel loqui de delicto, vel fama eius: aliquando omnia ſupradicta. Et ideo aliqui obligantur ad magis,aliqui ad minus.¶ nu.776.

Denuntiatio abſque aliqua monitione in quatuor caſibus ſtatim fieri debet primus quando delictum commiſſum & publicum ſecundus quãdo eſt præparatio alterius tertius cũ non

A ſperatur emendatio quartus cum eſt veniale, quod non infamat,vt colligitur ex D.Tho.2.2.q.33.art.7. Anton. 2.p.tit.9.c.6.§.4.¶ Ibi.

Denuntiationes quærũtur in criminalibus cap. ſuper his.de Accuſa.ſi tamẽ ceptum eſt litigari neceſſarij ſunt teſtes.¶ Ibid.num.78.

Denuntianti rebellio facit vt iudex poſſit procedere via inquiſitionis ſine parte, & ex officio non quo ad pœna; ſed quo ad emendam ſi denuntiatio eſt Euangelica, vel ad ſoluendum intereſſe partis ſi eſt iuditialis,vel ad malum propoſitum reprimendum ſi eſt
B Canonica iuxta cõem in capit. Nouit. de Iudic. Et hoc modo intelligendus eſt Sot' de rat.teg.m.2.q.6.quia id tenent ibi.q.1.¶Ibi.num.583.

Vide verbo Reuelatio.

## *Depoſitum.*

Depoſiti contractus eſt per quem ſola rei cuſtodia alteri committitur.l.1.& l.licet.ff.depoſ. Et regulariter fit in fauorem eius, qui deponit, & commendat, & ſi conſiſtit in rebus numero, pondere, & menſura, conſiſtentibus facta facultate depoſitario, vt eius vtatur incipit eſſe mutuum ſi-
C mul, ac depoſitarius incipit eis vti. l. Quintius. ff.depoſ. & l.certi conditio. §.fin.cũ l.ſequenti. ff.de reb.cred. ¶ Manual.c.17.num.180.Conſil.1.de depoſ.nu.10.conſ.12.num.1.

Depoſiti contractus vere eſt gratuitus.l.1.§.ſi veſtimenta, & ſequent.ff. depoſ. Ideo non licet deponere,neque apud Montem pietatis cum ſpe lucri, ideo ſola ratione eius non poſſunt tales quicquam a Monte accipere, quia eſt vſura,neque poſſunt excuſari ratione vtilitatis ipſius Montis.¶Conſ.12. de vſur.num.102.conſ.1.de depoſ.nu. 7.conſil.5.num.1.

Depo-

Depoſitũ rei conſiſtentis in numero, pondere, & menſura, non poteſt iuſte fieri, niſi gratis, ita ne depoſitarius poſſit ea vti, quia ſimul ac vti cœperit tranſit in mutuum. ¶ Com. de ſpo. cle. §. 16. num. 3.

Depoſitum apud Montem Pietatis fieri poteſt cum lucro, quatuor per centum, quatuor concurrentibus. Primò, intentio iuuãdi montem, & pauperes ab eo mutuo accipientes, non autẽ fęnerandi: & tandẽ, quod accipiunt quatuor pro centum, ratione lucri ceſſantis, cum erant veriſſimi, licet tantundẽ ex mercibus, ex pecunia emptis, lucraturi. Sic enim determinauit Iulius 3. In fauorem Montis Vicentini. ¶ Conſil. 17. de vſur. num. 3.

Depoſitum, qui deponenti reddere non vult cum illud petat, peccat. c. bonæ fidei. de depoſ. niſi in ſui damnum, aut alienum petat, ſicut furioſus. c. ne quis 22. q. 2. Et niſi talia bona eſſent fiſco dicata, qui illi reddenda eſſent. d. c. bona fides. ¶ Cõſ. 6. de iniur. nu. 2.

Depoſitum cõmiſſum dolo, vel lata culpa, qui nõ vult reddere, peccat. l. 1. §. vult. ff. depoſit. ſi culpa leui non tenetur, ſecus ſi ob cuſtodiam mercedẽ accipiat, non autem ſi leuiſſima fuiſſet culpa, aut caſu fortuito, niſi præceſſerit mora in reſtituendo. ¶ Ibid.

Depoſitum poteſt fieri cum pacto, ꝙ pro cuſtodia detur aliquid. ¶ Conſi. 5. de depoſ. nu. 4. & conſ. 4. nu. 1.

Deponens pecunias cum pacto, aut intentione lucrandi, vt ſit vere mutuũ peccat, quia eſt illicitum lucrũ. ¶ Manual. c. 17. num. 181.

Deponens ſcuta aurea, & poſtea illa minutatim repetens triplici ratione aliquid plus recipere poteſt. Primo, tanquam ſpontem donatã. Secundò, tanquàm debitum ratione cambij per minutum facti. Tertiò, ratione ma-

A ioris valoris, quia quando dantur minuta habet ſcutum aureum. ¶ Conſil. 12. de vſur.

Deponẽs pecunias cum pacto nihil ſoluendi depoſitario iniuſte facit, & vſuram committit, quia vult accipere vultra ſortẽ id quod iuſte illi deberet pro cuſtodia. ¶ Conſil. 3. de teſtam.

Deponens nihil à depoſitario exigere poteſt licet poſſit accipere ſponte oblata. ¶ Conſi. 4. de depoſ. nu. 3. accipiendo autem iniuſte facit, & vſuram committit. ¶ Conſi. 2. de procur. nu. 3.

Depoſitarius tenetur de leui ſi depoſitum factum eſt in fauorem eius, &
C quando ipſe ſe obtulit cuſtodem præcipue ob ſuam vtilitatem. ¶ Conſil. 3. de iniur. contra tamen voluntatẽ deponentis vti nõ poteſt re depoſita ſine peccato. ¶ Conſil. 5. de depoſ. num. 4. vide in Manu. cap. 4. num. 10.

Contra naturam contractus ad aliquid ſoluendum oneratur. ¶ Conſil. 4. de depoſ. num. 8. & conſi. 3. num. 1.

Depoſitarius rei furtiuæ, ſi fur non eſt ſuſpectus de fuga, vel de veriſimili voluntate non reſtituendi tenetur reddere depoſitum furi. ¶ Conſil. octauo. de furtis. num. quarto.

Depoſitaria non eſt res ſacra, & ta-
B men non eſt vendibilis. ¶ Conſi. 1. eo. tit. nu. 3. & 16. Neque eſt æſtimabilis eo, quòd ob eam depoſitarius honoratur. ¶ Ibi. num. 12.

Depoſitarius tenetur ad reſarciendum damnum quod ſua culpa cõtigit, ad quod aliàs nullatenus teneretur c. 1. de depoſ. ſed intellige de culpa leui, vt notauit Deci. l. cõtractus, ff. de Reg. iur. ¶ Manu. c. 4. num. 10.

## *Deriſio.*

DEriſio eſt ſignificatio inordinata mali culpæ, aut pœnæ, vel defectus naturę ad inferendũ erubeſcen-

tiam 2.2.q.77.art.1.& eſt peccatũ veniale quando parum exceditur modus in deridẽdo. Mortale verò ſi magnam & notabilem inducit perturbationẽ. ¶ Manu.cap.18.num.15.

## *Detractio.*

Detractio, murmuratio, & infamatio, pro eodem frequenter accipiuntur; & eſt ſignificatio alicuius mali cuiuſpiam hominis non canonizati inordinata expreſſa, vel tacita, qua læditur, vel periclitatur eius fama, vel gloria.¶ Man.c.18.num.17.& Com.c.inter verba.concl.6.nu.3.

Diuiditur in ſeptem ſpecies, ſecundum Alex. Ales. 2.p.q.1.& 6. Thom. 2.2.q.73.art.3.ad 3. Sed ſecundũ Scotum 4.d.15.q.4.in tres tantum, quæ re ducuntur ad duas, quæ ſunt ſignificatio mali falſi, & mali veri ſecreti. Secundò, diuiditur in formalem tantum & materialem tantum, & formalem, ac materialem ſimul. Prima, qua ſignificatur bonum putatum malum: altera, qua ſignificatur malum putatũ bonum. Tertia malum putatum malum. ¶ Vbi ſup.num.6.& 21.

Detrahere eſt iniuſte inferre ſeu dãnificare famam proximi. 2. 2.q. 173. art.1.¶ Com. ca.intra verba.concl.6. nume.400.

Detractio, quælibet eſt peccatum mortale ſuo genere, quia fama maius bonum eſt, quam pecunia. Prouer.22. ¶ Man.num.22.dict. Com. nu.6. Probatur primo, qa detractores ſunt Deo odibiles Rom.1.pſ.10.Prou.2. Secundo, quia per detractionem alia bona opera inutilia remanent c. Nihil. el 1. de conſecr.diſt.5. Tertio, quia detrahere appellatur ſumma iniquitas cap. ſumma 6.q.1. & per multa alia adducta. ¶ Com.cap. intra verba concl.6.à nu. 400. & 474. Aut eſt mortale quoties fit animo famam proximi notabiliter lædendi, aut talis læſio ex illa ſequitur, etiamſi non erat animus: aut cum dat cauſã talis læſionis aduertẽs, aut aduertere debens ad illam.¶ nu.23

A

Detractor eſt; qui non ſolum alienum; ſed ſe ipſum etiam infamat. Anton. 3.p.titul. 8.c.4.§.1. & ſentit. Caiet.2.2.q.73.ar.2. Et eſt talis, qui peccatum mortale ſibi, vel alteri falſo imponit; niſi per aliquam circunſtãtiam damnum, famæ notabile, & periculum eius probabiliter excutetur.nu.24.vel ſuum crimen detegit. Ver.Infamia.

B

Detractor eſt inuentor libelli famoſi, quia illũ diuulgat.leg.prima.C.de libel.famoſ.¶ Manual.c.17.nu.35.

Qui audiens refert mala. Et qui bona tacet, animo notabiliter lædendi. nume.36.

Qui audiens detrahentem mortaliter, & conſentit, vel non reſiſtit, dum id facere tenetur, & poteſt, & qui incitat illum, vt detrahat Adria.quol.2. q.2.¶ Ibi.num.37.

Iudex inquirens, interrogãs, vel iubens denunciati, dum viſitat, aut procurat occulta, ſine vlla præcedenti infamia.c.ſuper his & c.qualiter, & primo.de accuſat. ¶ Ibid.nu.39.40.& 41.

C

Detractor non eſt accuſator, aut iuſte cum debet crimẽ detegens. Anton. 3.p.tit.8.c.4.¶Man.c.17.nu.30.& 31.

Detractor famam proximi notabiliter lædens, nõ ſolum peccat, ſed etiã ad reſtitutionẽ tenetur Adria. d.quoli. 2.Tho.2.2.q.73.ar.1.Palud.4.diſt.19. aliud ſentit.Verb.Fama.

Qui detrahit, ſine animo detrahendi ſi videt, aut videre debet, ꝙ notabiliter lædit & à detrahendo nõ ceſſat peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Caie.verb. Detractio.Tho.vbi ſup. & probatur per princip.d.43.¶ Com.ca. ita quorundam.de Iud.not.10. num.8.

Detra-

Detrahere contra ſanctũ de rebus, quas fecit antequam talis eſſet, non videtur blaſphemia iuxta dicta verſicul. Blaſphemia. ¶ Com. cap. inter verba concl.6.num.419.

Detrahere ſumma iniquitas appellatur ab Alex.6.q.1.cap. ſumma, quod intelligendum eſt de illis iniquitatibus, quæ ſunt contra Deum immediate, & quæ perdũt animam corpus, honorem vel amicitiam proximi. ¶ Ibi. nume.502.

Detractori licet veritaté dicat contradici debet, ad dicendo, nequaquã eſſe verum quod dicit, ſed ſignificando ſibi talé ſermonem diſplicere 2.2. q.73.ar.4.ad ſecundum. ¶ Ibi.nu.553.

Detractores alienos nó licet tolerare iuxta D.Th.2.2.q.73.ar.4.ad 1.quia id præceptum eſt Exod.22.& ca. Quãta, de ſent. excom. ¶ Ibi.num.554.

Detractio in mortuum locum habere poteſt eoque abominabilior, quo ipſe iam ſe defendere non valet. ¶ Ibi. nume.467.

Verb. Murmuratio.

## Deus.

DEus eſt natura naturans.l.reſpiciendum,ff.ſi cer.pe.Com.c.nouit.de Iud.nu.1.Ille eſt quicquid in eo eſt quia ſeipſo ſolo ſimpliciſſime cognoſcit, & amat ſe, & omnia alia.1.p. q.3.per tot.¶ Man.c.4.nu.7.

Eſt omnino ſimplex nullatenus cõpoſitus, neque pars compoſiti, neque mens mundi.c.firmiter. de ſumm. trinit.1.p.q.3. Dion. cap.2.de diu. nom. ¶ Com.c.libenter.de pęn.d.1.nu.10.

Deus eſt totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte. Magiſt. ſent.d. 37.Th.1.p.q.8.ar.2.3. com.Gen. c.68. ¶ Manu.præludi.1.num.2.quare illius conſpectum nullus poteſt fugere, neq; latet eum etiam cogitationes. ¶ Com.

A capit.nouit.de iud.num.1.

Eſt omnia in omnibus non realiter, ſed eminenter, & cauſaliter cauſando omnia, quæ homo naturaliter deſiderat. Tho.3.con. Gent.c.63.¶ Com.ca. non reuertebantur.de pę.d.12.nu.3.

Deum eſſe demonſtratur quadruplici iure.ſ. Pontificio. Inno.in c.nobis el ſecundo. de ſen.excommu. c.erubeſcunt.32. diſt.iure Cæſareo.l.ſed & ſi. §.fina.ff. de iudic.l.1. in princ. C.vet.ter.iur.Iure diuino.1. Regũ 2.Hebr.4. Et iure naturali, vt patet per omnes philoſophos. ¶ Com. capit. nouit. de iud.not.1.nu.1.

B Deus omnia nouit facta ne dũ per ſeipſum. ¶ Com. ca.nunquid Cain.de pęn.diſt.1.nu.2. Quædam tamen ſcit in ſuis cauſis ſecundum præſentem iuſtitiam, & ex meritis humanis, alia autem ſecundum ęternam præſcientiam. 2.2.q.17.ar.6.Com.cap.nouit.de iud. not.1. nume. 20. Quare non interrogat, quandoq; vt diſcat, ſed vt doceat aliquid interrogatus Abuléſ.in Matt. c.16.q.19. ¶ Ibi.nu.18.Cognoſcimus autem nos illum incipiendo à creaturis, quarum ille eſt cauſa, vel per viam negationis. Tho.3.d.37.q.4. ¶ Com. c.charitas eſt, de pœn.diſt.1.nu.4.

C Cognoſcere illum per viam eminétiæ eſt illi attribuere omnes perfectiones, quę in creaturis reperiuntur, quæ in illo eminenter continentur. Cognoſcereauté per viam negationis eſt ab illo remouere omnes imperfectiones, quæ rebus creatis exiſtũt. Eius autem ſcientia nullam imponit neceſſitatem rebus futuris. Mag.1.d.38.Th.1.p.q. 14.ar.13.¶ Com.c.nouit. Not.1.nu.1.

Non cognoſcitur, vt finis ſupernaturalis, ſine dono fidei, ſed bene, vt finis naturalis. ¶ Com. cap.charitas, de pœn.diſt.2.num.8.

Deus magnus eſt, cuius magnitudo

ſemper eſt ſuſcipienda.¶ de oratione, c.18.num. 19. Nunquam tamen augetur. Magi.d.39.Neque diminuitur,ſed ſtabilis eſt,atque inuariabilis.¶Com. d.c.nu.13.Nullius figuræ eſt quatenus Deus: quatenus autem homo gratioſiſſimæ,atque benigniſſimæ.¶ Manua. cap.27. num.291.

Et licet ſit, immutabilis poteſt tamen precibus flecti ſecundum Hier.ad Damaſ. non ꝙ ſententiam mutet, ſed quia, quæ fieri debent ſecundum præſentem Iuſtitiam mutat. ¶ de orat. ca. 19.nu. 51. Immutabilis eſt ſecundum iuſtitiam,quam meremus, iuxta præſcientiam æternam: mutabilis autem ſecundum iuſtitiam, quam meremur, iux.præſentem ſtatum. Tho.4.diſt.46. q.1.ar.2. ¶ Com.c.importuna.de pœn. d.1.nu.2.Deum eſſe immutabilẽ quod habet fides catholica multis fundamentis Author demonſtrat in c. Nouit.de pœn.d.11.

Dei attributa,quæ ſunt potentia,ſapientia,iuſtitia,bonitas,& alia in ſeipſa quidem ſunt omnino idem, & cum eſſentia, licet ſint ratione diuerſa, vt patet per omnes Theol.in 1.ſen.¶ Cõ. c.libenter.de pœn.d.1.nu.13. Cum ſit natura bonus bonos vltra condignum remunerat, licet ſit iuſtus malos,tamẽ citra condignum punit. Tho. 4.d.46. q.2.ar.3. ¶ Com.c.1.de pœn.d.7. nu.2.

Quia bonus pronior eſt ad veniã, quam ad vindictam.¶ Com.c.quia diuinitatis de pœ.d.1.Miſericordia enim illi prius ratione conuenit, quàm iuſtitia punitiua, & quia pietas attribuitur bonitati, qui præcedit iuſtitiam. ¶ Ibid.num.9.

Ex quolibet attributorum Dei effectus procedunt,ſed tamen vnuſquiſq; ad illud reducitur, cum quo habet maiorem conuenientiam ſecundum propriam rationẽ. Sicut ordinatio rerum
A ad ſapientiam. Iuſtificatio ad miſeric. oratio ad potentiam, &c.¶ Com.cap. libenter ead.d.num.18.

Dei potentia eſt ſumma, & apparet in creatione omnium. Non creauit autem prius ſpiritualia, quã corporalia. c.firmiter.de ſumm.trin. Sed ſimul ab initio temporis vtramq; de nihilo cõdidit creaturam, quam ſententiam ſequitur Tho. opuſc.25.licet non damnet contrariam.1.p.q.61.art.3.Ob auctoritatem Greg. Nazianz. & aliorũ Patrum,quas ibi citat Auctor.¶In dicto c.libenter.nu.15. Et licet de illo dicatur, quod ille non poſſit effecta iã in-
B fecta redere: Attamen dicendum eſt,ꝙ etiam id facere poteſt in ſenſu diuiſo, quia poſſibile eſt ex eo,quod hoc tantum conſideratum, vt poſſibile contingens ſine qualitate factionis præteritæ,non ſit factum: hic ſenſus habetur à D.Tho. opuſ.40. & in 3. diſt. 2.q.1. ar.1.& 1.p.q.25.art.4.gloſ. ſubtilis in cap.Nabucodonoſor. §.vaſis iræ. quæ alias eſt in cap. in verbo quamuis.23. q.4.¶ Com.c.quis iratus.ead.di.

Deum nunquàm licet,neque ore negare metu,aut alterius paſſionis cauſa, ſicut fecit Petrus.c.fidelior.50.diſt.Et Marcelinus Pont.cap.nunc autem.21.
C diſt.Th.2.2.q.3.ar.2.¶ Com.c.Poteſt fieri eadem diſt.num.1.

Deum diligere debemus,at ſine dilectione ſuper naturali diligi a nobis non poteſt, vt conuenit noſtræ ſaluti propter defectũ virtutis noſtræ. ¶ Ca. charitas.de pœn.d.2.num.8.Illum autem diligere eſt illi copulari animo, concipere fruendi eius viſione affectum, peccati odium, Mũdi faſtidium. ¶ Ibid.num.7.

Hac charitate ab homine exiſtenti in peccato mortali,poteſt quidẽ diligi ſuper omnia,vt ait Caiet.tom.2.tract. 4.& 1.2.q.112.art.1. quia ſicut intel-

lectus

lectus vi ſua naturali poteſt illum cognoſcere, vt eſt ſuper omnia, ita & voluntas vi ſua naturali poteſt illum diligere ſuper omnia. Non autem vt eſt finis ſupernaturalis, & noſtram ſalutẽ cauſans, quia tunc eſt neceſſaria dilectio ſupernaturalis, ſed tãtum, vt finis naturalis. ¶ Ibid. num. 9. & 10.

Deus ſolus Dominus eſt vitę Deut. 32. Ego occidã, & ego viuere faciam. ¶ Cõ. c. inter verba. 2. q. 3. cõcl. 4. n. 20.

Deus maior, & melior finis eſt, quã virtus cũ ſit finis vltimus, & propter ſe tantum amabilis, non autem virtus, niſi propter ſe, & aliud. Ochan. 1. ſent. d. 1. q. 1. Gabriel. 1. d. 38. q. 1. ¶ Ibid. B concl. 5. num. 25.

Deo mentem noſtram offerre debemus. Non. n. munera, ſed corda noſtra requirit. ¶ Conſ. 40. de prębend. nu. 1.

Eſt autem id cognoſcere eũ noſtræ creationis principiũ, & beatitudinis finem, atque ideo illi noſtram voluntatem omnino ſubijcere. 2. 2. quęſt. 83. art. 2. ¶ Cõ. c. 1. de pę. d. 5. §. ponat. n. 1.

Deo quis offenſus eſſe dicitur, primo ob peccatũ originale, ob quod priuatur ſolum beatifica viſione.

Secundò, ob mortale, actuale, ob qđ meretur etiam pęnam ſenſus. ¶ Com. c. quomodo, de pœn. d. 2. num. 2.

## Deuotio.

Deuotio voluntas eſt Deo promptè famulandi. 2. 2. q. 82. ar. 1. Et oritur ex triplici fonte, videlicet ex Deo tanquam ex cauſa extrinſeca, iuxta illud Ambr. ſuper Lucam c. 9. Deus facit Religioſum, quem vult. Secundò, ex meditatione diuinæ eius bonitatis, quæ eſt prima cauſa intrinſeca, quæ gignit amorem. Pſal. 34. In meditatione mea exardeſcet ignis.

Tertiò, ex conſideratione defectuũ Naturæ, & culpæ. Et ex hac mulieres A ſunt deuotiores: ſimiliter afflicti, atq; infirmi, neceſſitatibus preſſi & ſimplices. ¶ de ora. cap. 20. num. 58.

Ad hanc acquirendam tria requiruntur. Primo oratio, quæ illam à Deo impetret. Secundo, conſideratio ſuæ bonitatis, amoris, omniumque beneficiorum tam generalium, quàm ſpecialium. Tertiò, reputare noſtros omnes naturæ, & culpæ defectus. ¶ Ibidem num. 63.

Deuotio à verbo deuouere emanat, q̃ ſignificat quandam magnam rei deditionem, & poteſt reperiri ſine ſpirituali dulcedine animam reficiente, q̃ Sotus lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. art. 5. Deuotionem impropriè appellat. ¶ De oratione. cap. 21. num. 33.

Deuotio, quam quis ſe deuouet ſperans opem ab aliquo, continet quandam petitionem tacitam illius, quam ſperat operis & adiutorij. ¶ De ora. cap. 1. num. 16.

## Diaconus.

Diaconus pręſente Parocho, ſi ad pacem inter parentes firmandã baptizauit irregul. non eſt, faciens id, non, vt presbyter, ſed tanquam Diaconus putans ſibi ex officio licere. Abba. C in c. de cler. non ord. & Hoſtiẽ. ibi, qđ deducunt ex Panor. ibi. Et nõ ſufficit, q̃ vſus fuerit iiſdẽ cæremonijs, vt colligitur ex Lappo alleg. 28. & id totum itelligitur, quo ad forum Dei in foro autem Eccleſiaſtico exteriori præſumitur baptizaſſe tanquam presbyter, niſi vere probauerit id non feciſſe doloſe, ſed bona fide. ¶ Conſil. 70. de ſentent. excom.

Religionem S. Ioannis profitendo non deſcendit, ſed aſcendit propter tria vota ſubſtantialia. cap. geſta victa glo. recepta. d. 72. ¶ Conſi. de his quæ vi. num. 6.

## Dicere. A Dies.

Dicere de vno, de altero negare videtur. cap. Nonne. de præſumptio. l. cum prætor. ff. de iud. ¶ Conſil. 5. de emp. & vend. num. 8. Com. 3. de Regul. num. 18.

Dictio (Niſi) poſt negatiuam orationem, niſi accedat affirmatio, nihil ponit, neque in odioſis, & pęnalibus. Couarruu. in epi. 2. par. cap. 4. nume. 6. ſequutus Adrian. Dec. l. Actionem. C. de tranſact. ¶ Conſil. 23. de ſimonia. nume. 4. De Dictione vide verſ. verbum.

Dicta teſtium de rumore, vel fama deponentium reo parum nocent, ſi fama à maleuolis orta ſit. cap. Qualiter el 2. de accuſa. ¶ conſil. 66. de ſimo. numero 4.

Dicti pars vna per aliam declaratur. l. 1. ff. de rebus. ¶ Conſil. 27. de tempor. ordin. nu. 2.

Dicto illius ſtandū eſt cui voluerit is, cuius ſolius dicto ſtandum eſſet. l. Theopompus. ff. de dot. prelat. ¶ Conſil. 2. de teſtam. num. 2.

Dictum in iudicio, & cum iuramento, attenditur, non autem extra illud, & ſine iuramento. cap. cum cauſa. de teſtibus. ¶ Conſi. 66. de ſimonia. nu. 4.

Et ſi nitatur falſa narratione, aut falſum ſignificet, infirmum eſt. ¶ Conſil. 5. de emptio. nu. 8.

Dictum ſatis directum in alicuius mortem ea ſecuta, facit irregu. ¶ Conſil. 10. de homic. nu. 4.

Quod probatur alicuius dicto, tribui poteſt ei, licet non concipiatur ab eo eiſdem verbis. ¶ de Redi. eccle. q. 1. Mon. 2. num. 2.

Dictum de auditu communiter nō valet. cap. Teſt. 3. q. 9. cap. licet ex quadā de Teſtib. l. Teſtium. C. eo. ¶ Com. cap. inter verba concl. 6. nu. 789.

Dies multipliciter accipitur, ſiue multipliciter dicitur. Primo, eſt Dies Naturalis conſtans ex horis 24. & ſecundum Roma. Hiſpa. & Gallos incipit à media nocte. l. More Romano. ff. de ferijs. Athenienſ. ab occaſu, ſicut & nos Veneti, Babilonij, & Bohemi ab ortu. Arabes, & Aſtrologi à meridie. glo. c. Herneſij. dicta l. more Romano.

Secundo, dies artificialis, & eſt tēpus quo Sol manet ſuper noſtrum Emiſphærium, id eſt ab ortu, vſque ad B occaſum, quem Aſtrologi diuidunt in duodecim horas æquales. Attamē dies ipſi in ſe maiores, vel minores exiſtūt. argum. cap. cum M. in prin. de conſt. ¶ De orat. c. 3. nu. 34.

Iſte dies artificialis, & ſi regulariter finiatur occidente Sole: attamē verius videtur durare vſque ad tenebras ſecundum Card. c. ſi perfodiſſent. q. 2. de homici. Quia etiam ante ortum Solis dicitur dies quando iam albeſcit, hunc ſequitur Felin. in cap. conſuluit. de offic. delega. num. 18. ¶ Conſi. 2. de elec. num. 5.

Dies quo ad horam recitationis of- C ficij, ſecūdum S. Thom. quol. 5. art. 18. incipit à ſua veſpera pro quo eſt. capit. 1. de fer. & glo. quam commendat Felin. in dicto cap. conſuluit. & durat vſque ad mediam noctem diei ſequentis ſecundum Caietan. in ſumm. ver. Hora, quo ad 4. ¶ De oratione. cap. 3. numero 60.

Dies cæptus habetur pro completo regulariter. l. qua ætate. ff. de teſtamēt. Non autem annus. clem. generalem. de ætat. & qual. ¶ Conſi. 6. de æta. & qual. num. 1.

Dies termini non computatur in termino, quando illi additur præpoſito

to à, vel ab. glo. memorab. adiũcto tex. clem. ſicut. de appellat. ¶ Conſi. 18. de præb. num. 3. A

In reſeruatione autem alternatiue ex mente Papæ, & conſuetudine computatur. ¶ Ibidem numero quarto. Et etiam tunc, quando illæ præpoſitiones certo tempori adiunguntur, vt ſing. & ſingulariter no. Præpoſ. ca. ſuper eo. el 2. nume. 21. de appel. ¶ Ibidem vide verbo. A.

Dies conditionis adimplendæ retrotrahitur, quando pendente conditione non ſuperuenit aliquid, quod illius diſpoſitionis conditionalis effectum impediat. arg. l. bonorum. ff. rem vt haberi, c. ſi pro te. de reſcript. ¶ Relect. c. ſi quando. de reſcri. excep. 21. numero 22. B

Diffamatio. Verb. Fama.

## Dignitas.

Dignitatem, qui habet eiuſdem ordinis, & nominis ille præfertur alteri in honoribus, qui prior ad eam eſt aſſumptus. l. 1. C. de conſul. lib. 12. & l. j. ff. de alb. ſcrib. ¶ Conſi. 1. de maior. & obed. nu. 12.

Inter dignitates eiuſdem ordinis præcedit illa, quæ eſt maioris loci ex mente Innoc. in c. Sedes Apoſtolica. de reſcrip. ¶ Ibi. nu. 6.

Dignitatem æqualem qui habet, habenti aliam, & qualitatem aliam notabiliter conſiderabilem ad præcedendum de iure, præcedit alium habẽtem aliam ſimilem ſine tali qualitate tex. in l. 2. C. vt dig. ord. ſec. lib. 12. ¶ Ibid.

Dignitas inſignibus Epiſcopalibus decorata maiori honore videtur digna, quam alia ſimilis eis deſtituta. d. capit. vt Apoſtolicæ. de priuileg. libro 6. &

Dignitatis maioritas præponderat prioritati promotionis. §. Iſidorus. in cap. placuit. 16. diſtinct. ¶ Ibidem, numero 9.

Dignitas iuriſdictionem Epiſcopalem habens minori 25. annis habenti non confertur, in quo æquiparatur parochiali. ¶ Conſil. 2. de æta. & quali. numero 2.

Dignitas etiam prima poſt pontificale cum canonicatu eſt incompatibilis. c. de multa. de præbend. ¶ Conſi. 29. de prҿben. nu. 1.

Dignitas cum Canonicatu poſt Cõcil. Trid. in eccleſijs diuerſis eſt incompatibilis 2. generis. ¶ Ibidem num. 6. Si ſunt autem beneficia difformia etiam in vna eccleſia compatibilia ſunt poſt prædictum Conc. ¶ Ibi. nu. 7.

Dignitas dicentis ad perſuadendũ multum confert. ¶ Com. de redimen. eccl. q. 1. Mon. 4. nu. 1.

## Diſciplina.

Diſciplina à diſcendo nomen accepit, vnde & ſcientia dici poteſt: cui ſatis conſonat Vlpianus iñ l. ſi pendites §. ſi ſerui. ff. de vſufruct. 2. accipitur per doctrina more, vel lege, vel ſecta iuxta deſcriptionem illius lib. Boet. de Diſciplina ſcolarium, & Veget. de diſciplina milit. 3. per pҿna vt Auguſt. relatus in cap. Nullus, & Greg. in cap. Diſciplina de pҿnit. diſtin. 1. Ideo, & vulgus per flagello accipit, quo ſe quis caſtigat. ¶ Com. ca. Neminem. ead. diſt. nu. 3. C

## Diſpenſatio.

Diſpẽſatio eſt relaxatio legis cauſa cognita, iuxta glo. ſolem. §. niſi. 1. q. 7. ¶ Manu. prælud. 9. num. 15.

Differt à commutatione, & irritatione, quia diſpenſatio cauſam iuſtã, & rationabilem requirit, neque qui diſpen-

diſpenſat tenetur aliquid diſpenſato iniungere. Commutatio requirit, vt id in quo votum commutandum eſt æque bonum ſit, ſi ex cauſa fiat, vel melius ſi ſine cauſa, iuxta mentē omnium præcipue Caietan. 2. 2. q. 88. articu. 12. Irritatio verò, non aliam cauſam expoſtulat, quam voluntatem illius, qui ad irritandum habet facultatem. cap. puellæ. 20. q. 2. Palud. 4. d. 38. q. 4. Anto. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 6. ¶ Manu. c. 12. nu. 83.

Diſpēſatio à ſolis prælatis fieri poteſt circa vota ob rationem S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. Et etiam circa alia. ¶ Ibi. nu. 64.

Et regulariter omnis Princeps diſpēſare poteſt circa legem ſuam, quod facere videtur, quando contra illam agit. l. Vlpianus. ff. de excuſ. tuto. & l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. ¶ Conſi. 13. de cleric. non reſid. nu. 3.

Qui autem Authoritate caret, & diſpenſat peccat, & nihil facit. arg. c. 2. de conſtit. Caietan. 2. 2. q. 88. ar. 12. ¶ Man. c. 12. nu. 72.

Diſpenſatio voti continentiæ perpetuæ, Religionis peregrinationis in Hieruſal. Ad limina Apoſtol. Et Cōpoſtellæ ſolius Papæ eſt, vel illius, cui ille ſpecialiter commiſerit. ¶ Ibidem numero 75.

Quo ad caſtitatem ex cauſa, poteſt etiam ordinarius. ¶ Conſ. 25. de voto.

Diſpenſatio ſuper voto paupertatis, non eſt neceſſaria Religioſo ad teſtandum, quia dando illi hanc facultatem eſt facere illum diſpenſatorem. ¶ De Redi. eccleſ. quæſtio. 3. Mon. 2. numero 3.

Voti mortaliter non peccandi, concedi poteſt, vt minus peccet peccando illud ſine fractione voti, quare per illam non excuſatur à mortali; ſed tantum à maiori peccato. ¶ Conſil. 26.

A de voto. nume. 5. de cauſa diſpenſandi infr.

Diſpenſatio ad ſacros ordines, datur à ſolo Papa, & cum intrante Religione ad omnes ordines. ca. 1. de fil. presb. li. 6. ¶ Manual. cap. 25. nu. 69. Qui autē eſt ſic diſpenſatus per Religionis ingreſſum, nō cenſetur diſpenſatus ad beneficium perpetuum, quia tale capitulū ſolum probat talem poſſe recipere ordines, nihil autem dicit de beneficio. Neque etiam ad beneficium manuale, ſi illud eſt curatum ſecundum Anton. & Card. in dicto c. q. 8. & 9. ¶ Conſi. 4. de fil. presb. num. 7.

B Quo ad minores datur ab epiſcopo. ca. 2. de fil. presb. lib. 6. ¶ Manu. c. 25. num. 69. & conſi. 2. eod. tit. nu. 5.

Cui ſuperior ex Papę commiſſione licentiam ordines aſſumendi dedit, ad illos diſpenſatus cenſetur.

Diſpenſatio, quo ad beneficiū ſimplex ad epiſcopum pertinet. Arch. ca. 1. de fil. presb. lib. 6. quod debet fieri expreſſe, etiam quo ad canonicatum Cathedralis eccleſię ad quem non intelligeretur diſpenſatus ille cum quo diſpenſat, & epiſcopus ad minores, & ad illum, niſi exprimeretur. ¶ Conſil. 2. eo. titul.

C Quo ad duo beneficia, ſimplicia, & difformia, ſub eodem tecto, vbi illa requirunt reſidentiam perſonalem, ſimiliter eſt neceſſaria diſpenſatio epiſcopi. ¶ Conſil. 29. de præbend. num. 9.

Data ad beneficium non extinguitur per commendam temporalem, aut perpetuam. Gomeſ. Regul. de trien. q. 5. per cap. 1. de fi. presb. lib. 6. conſi. quarto. de fi. presb. nu. 3. Ad Parochialem non includit talem collegiatam. arg. c. ſtatutum. de elect. li. 6. ¶ Conſi. 3. eod. titu. nu. 8.

Diſpenſatio contra Conciliū à Legato dari non poteſt. gloſſ. ca. penult.

de

de fil. presb. & c. dilectus. el 1. de præbend. ¶ De orat. cap. 2. num. 24.

Data de contrahendo, ſi erat iam contractum ad hoc, ut facilius haberet eam, nulla eſt. ¶ Relect. capitul. ſi quando. de reſcrip. cap. 5. nu. 4.

Diſpenſatio de contracto matrimonio ſcienter difficilius datur, quàm de contrahendo. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matrim. ¶ Manu. c. 22. nu. 86. Quando aūt dat' dēt dari gratis, cū aliqua hui⁹ cauſarū, videlicet, defect⁹ dotis cōpetētis extinctionis magnæ litis. Locorū anguſtiæ eo, quòd maior pars eſt ſibi affinis, aut conſanguinea, neque cum illa datur in ſecundo gradu. ¶ Nu. 87.

Hanc requirit etiam ille, qui in gradu prohibito ſponſalia contraxit, ſi ei erat animus illam quærere obligando ſe ad matrimonium, & promiſit illam procurare. ¶ Cōſi. 25. de ſpōſ. per tot.

Dare illam ſuper affinitate, vel conſanguinitate ad Papam pertinet: Super inceſtum etiam ad epiſcopum. Data ſuper conſanguinitate tacito inceſtu, ſi inceſtus commiſſus eſt ad facilius eam habendam non valet. Similiter ſi contractis ſponſalibus publice habuerunt ſcienter copulam, aut ſi ſecrete habuerunt etiam ignoranter. ¶ Cōſi. 5. de conſang. nu. 4.

Diſpenſatio ſuper affinitate ſi datur, & tacito impedimento publicæ honeſtatis non vitiatur. Panor. & præpoſit. c. non debet. de conſangui. Rota decī. 32. in nouiſ. de reſcript. ¶ Conſi. 4. eod. tit. num. 2. Man. cap. 22. nu. 86.

Data ſuper unum impedimentum, non tollit alterum. gloſſ. communiter recep. in Rub. de Affin. quādo non fit de illo mentio tacita, vel expreſſa; & hoc modo intelligitur. gloſſ. 3. capit. Non debet. eodem. ¶ Vbi ſupra.

Super impedimentum inceſtus pōt
A dare epiſcopus, quando timetur incōtinentia. ca. antiquum. 33. q. 2. Palu. 4. d. 34. q. 1. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 4. ¶ Man. c. 22. nu. 75.

Diſpenſatio circa celebrationem officij ab epiſcopo dari non poteſt, ſecundum Archi. & utrunque Card. in ca. eleutherius. d. 95. quia eſt contra Conc. ¶ De orat. cap. 2. nu. 24.

Diſpenſatio ſuper formulā horarū canonicarum olim dare poterant epiſcopi per gl. ca. 1. diſt. 91.

Et per multa fundamenta relata ab Auctore ubi ſupra. nume. 27. ubi ad contraria reſpondit. nu. 29. Nūc autē
B quia omnes tenentur legi Papæ, poſt editionem Breuiarij Pij V. non poſſunt diſpenſare. ¶ Ibidem num. 30.

Data ob febrem, vel alium dolorē, non valenti recitare, non extenditur ad cæcum, quia ſola cæcitas non inducit dolorem, aut febrem. ¶ Conſi. 7. de priu. nu. 2.

Diſpenſatio Bonorum eccleſię Papæ commiſſa eſt, non autem Dominium, quod eſt de fide ſecundum Cōc. Trid. ſeſſ. 25. cap. primo. de reform. Et non eſt in omnibus eiuſdem naturæ; quia aliæ diſpenſationes; videlicet ordinum, beneficiorum, legum huma-
C norum factæ tenent, non autem iſta. 1. 2. q. 95. Et 2. 2. q. 28. ar. 12. ¶ De red. eccle. Mon. 18. nu. 21. 40. & 42.

Diſpenſatio mala bonorum temporalium ipſo iure, non tenet licet aliquem effectum ſortiatur. c. ſine exceptione. 13. q. 2. ¶ De Iubil. Not. 15. num. 10.

Diſpenſatio indulgentiæ ad Rom. Pont. ſpectat, & poteſt fieri generaliter multis, vel omnibus particulariter uni, vel alteri pro remiſſione totius pœnę, & partis et ſine Sacramēti applicatione. ¶ De Indulg. Not. 14. nu. 1.

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum de-

depoſito à ſe verbaliter ſub crimine ſuper quo poteſt diſpenſare. cap. at ſi clerici.§.de adulterijs.de Iudic. ſpec. titu.de accuſ.nu.4.& Panormitan.ibi quẽ ſequuntur Felin.ibidem.¶ Cõſil. 1.de his quæ ui.nu.1.Et in criminalibus adulterio duplici minoribus, & in inceſtu adulterio maiori. Panorm. vbi ſupra, num. 10. Fel. Dec.& communis.per ca.virginem.& cap.ſi quæ virgo.27.q.1.¶ Ibid.

Diſpenſationem irregularis quęre re debet, vt priuilegio gaudere poſſit ¶ Conſ.34. de homic.num.2.

Diſpenſatio ſuper irregularitate ex occulto crimine proueniente ab Epiſcopo, recipi poteſt,etiam ipſo ſciente,& conſentiente ſuper factũ.¶ Cõſ. de ſimo.nu.12.

Diſpenſatio data ad unam irregularitatem, aut excommunicationem, non extenditur ad aliam, neque ſuper vno homicidio ad aliud.c.ex parte.de offi.ord.c.cum cauſa.de ſen.excomm. ¶ Conſ.1.de cleric.excõmun.per tot.

Diſpenſandi facultas ſuper irregularitate ex delicto occulto proueniẽte conceſſa epiſcopis à Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reforma. æque extenditur ad irregularitates incurſas ob violationem ſuſpenſionum, ac ob alias cauſas. Per quod ceſſat ſententia. ca. 1.de re iud.lib. 6. & ibi Innocent. ab omnibus recepti, quòd talis diſpenſatio ex violatione ſuſpenſionis,Papę competat ſoli. ¶ Conſi. 40. de temp. ord.nu.8.

Diſpenſatio epiſcopi cum ſimonia occulta in ordine,& beneficio,qui eſt irregularis operatur ſublationem irregularitatis, poſt quam poteſt in ordine miniſtrare ad ſuperiora aſcendere, & poſtea,ſi nil aliud obſtet, beneficio canonice collato vti:quia res extrinſeca nihil operatur.l.qui rei ff.de ſolut:

A cap.ferrum. 50. diſtinct.¶ Conſil.61. de ſimon.nu.14.

Diſpenſatio illius, qui presbyterũ occidit,ſi dicat ſe ſimpliciter hominẽ occidiſſe nulla eſt:quia tacuit verum nõ exprimendo ſatis delictum ſpecialiter. Iura enim mandant exprimi delictum, ex quo oritur irregularitas. ¶ Conſ.4.de homic.

Diſpenſatio facta ſuper illegitimatione à Comite Palatino, ad ordines non extenditur, neque ad beneficia eccleſiaſtica, quare illegitimus indiget Papæ diſpenſatione.¶ Conſi.5.de ſil.presb.nu.2.

B Diſpenſatio transferens Monachũ quando ille propter eam prius dimiſẽrat habitum, neque fraudem detexit, ſubreptitia, & nulla eſt. argum. cap. poſtulaſti. ¶ Rele. capitul. ſi quando. de reſcript. except. quinta. numer. 4.

Diſpẽſatio ſæpius data eſt ab eccleſia, vt liceret etiam Monachis uxorẽ ducere Medina.li.5. de ſacrorum hominum cont. capitul. 100. & cap.28. vbi late confutat id negantes.& c.32. ¶ Conſ. 10. de ſponſal.nume.2.

Diſpenſatio ad petendum debitum valet tacito inceſtu, quia id non eſt neceſſarium exprimere ad diſpenſationem.

C ¶ Conſil. de ſponſ. num.4.

Diſpenſatio ad comedendum pluries in die ieiunij non valet, quo ad carnes,neque cõtra.¶ Manual.capitul. vigeſimo primo. num.22.

Diſpenſatio comedendi carnes diebus piſculentis ſecrete,& ſine ſcandalo,non operatur vt ille facere id poſſit coram domeſticis,& exteris aduenientibus,quia mens diſponentis, videtur eſſe ne modo conſueto carnibus veſcatur,& obedietiã, quam poteſt præſtet. ¶ Conſil.3.de obſeru.ieiun. num.1.

Diſpenſatio ad acceſſoria ſe extendit in materia mandatorum, iuxt.cap. cuí.

tui.de præbend.lib. 6. ¶ de Redi. eccl. quæſt.3.Mon. 10.num.2.

Diſpenſatio à reſidentia, & promouendum iuſta de cauſa data excuſat. ¶ Conſil. 12. de cler. non reſid. nu.1. ob cauſas dictas in Man.ca.83.nu.40. & prælud.9.num.14.

Diſpenſatio limitata, quo ad forum interius ad exterius non extenditur, quia à diuerſis non fit illatio: c.ad audientiam . de decim. & l. Papinianus. ff.de maio. ¶ conſil.5.de priu.nu.7.

Diſpenſatio, quo ad omnia iura poteſt prouenire à Papa ſi illa humana ſint. ¶ Conſi.1.de cler. ægrotãte.nu.7. Conſi.20. de ſponſal.num.1.

Diſpenſatio, vt bigamus ad ordines aſcendere poſſit ſolius Papæ eſt.¶ Cõſil. 2.de conuerſ. coniug.& facilius cũ bigamo laico, quàm clerico.¶Conſ.2. de bigam.num.2.

Diſpenſatio, vt clericus ordine ſacro inſignitus poſſit contrahere matrimon. & Papa dare poteſt, vt omnes fatentur contra Clithoueum li. de Continentia de ſacerd.c.13.Maior.4.d.38. q.3.Medin. lib.5.de ſacrorum homin. contin.c.7. Valet enim diſpenſare ſuper omnem legem humanitus datam ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis . arg. cap.cuncta per mundum.9.q.3. c. propoſuit.de conceſſ. præbend. ¶ Conſil. 10.de ſponſ.num. 1.

Diſpenſationes circa diuerſa, licet vna de alia non facit mentionem non vitiantur, ſecus cum fiunt circa idem, in quo caſu intelligẽdæ ſunt.l.2. C. de epiſcop.audiend.& c.2.de fil.presbyt. lib.6.¶ Conſil.12.de priuileg.

Diſpenſationes Signaturæ, etiã litteris non expeditis proſunt in totum, quo ad quid quãdo. ſ. agitur de tertio, non de incompatibilibus. Et ẽt quando agitur de illis modo præſententur litteræ ante ſententiam.Gomeſ.in Regul.53.q.5. ¶ Tractat. oppoſ.ſol.octaua op.num. 30. Ideo tali diſpenſatione nõ eſt vtendum. ¶ Conſil.6.de priuil.num. 1.

Diſpenſationes ſe cõtingentes vna de alia meminiſſe debet. ¶ Conſil. 5. de priuile.num.6.

Diſpenſatio ſeruata forma facienda eſt. ¶ Conſil.1.de priuil.

Diſpenſatio oĩs, aut odioſa eſt, vt dicitur cap.1.de fil.presb.lib.6.aut cautiſſime facienda eſt. iuxt.glo.cap.non eſt de voto & cap.quando. de iureiur. ¶ Com.de Iubil.Not.9.num.9.

Diſpenſationes exorbitantes, odioſæ ſunt, & reſtringendæ.cap.ea quæ,& c.odia.de reg.iur.lib.6. ¶ Conſil. 4.de obſeru.ieiun.num. 3.

Diſpenſandi facultas generaliter conceſſa excepto homicidio voluntario, & bigamia non extenditur ad irregular.prouenientem ex iuſto homicidio, ſeu mutilatione, quod patet ex conſuetudine totius orbis, & per multa alia. ¶ Conſil. 33.de homi.& Man. cap.27.num.209.

Diſpenſatio omnis cauſam iuſtam requirit, ita vt ſi innitatur cauſæ iniuſtæ ſubreptitia eſt, & inanis. ca.ſuper litteris, & c.ad audientiam.de reſcript. Quare non tollit diuinæ legis obligationem.gloſſ. communiter recep.in ca.non eſt de voto.& c.quando. de iureiur.arg.c.ſunt quidã. 25.q.1. Et peccat, qui dat,& qui accipit iuxta Caie. 12.q.96.ar.5.licet Adrian.4.de Reſtit. contrarium dicat de eo, qui diſpenſatur. Non eſt tamẽ mor.niſi aliquid graue damnum inde ſequatur, vel ſcandalum.¶ Man.cap.12.num.57. Et de Papa ſuper voto, aut iuramento diuino iure obligãte.¶ Cõſ.13.de ſponſ.nu.2.

Idem accidit in diſpenſatione conditionali ante expletam conditionem. ¶ Ibidem num. 4.

Diſpen-

Diſpenſationis iuſta cauſa poteſt eſſe leuitas, vel facilitas in vouendo. Panor.c.1.de voto. Ant.2.p.tit.2.c.1. Et multa alia de quibus certa regula dari non poteſt, & ideo arbitrio ſuperioris definiri debēt. Sufficit autem in ſumma, vt ſit neceſſitas, vel vtilitas, aut publica, aut priuata arg.cap.1.de voto.¶ Manual.c.12.num.7.

Similiter iuſta cauſa eſt dubitare, an votum teneat.¶ Conſi.4.de voto.

Leuitas vouendi, & animi perturbatio ſimiliter.¶ Conſi.1. de voto. & cum votum eſt maioris boni impeditiuum.¶ Conſi.10.de ſponſ.nu.1.

Et vt Regularis extra clauſtra maneat eſt neceſſitas parentum, & prædicandi munus.¶ Conſ.55.de reg.nu.1. Scandalum, atque occaſio peccati.¶ Conſi.8.de æta. & qual.ord.num.5. Et maior requiritur cum eo, qui Religionis habitum detulit.¶ Conſi.4.de conuerſ.coniug.num.5.

Diſpenſandi iuſtam cauſam, multa ſimul præſtant, quam ſingula non præſtarent.¶ Conſi. 49.de ſponſ.nu.4.

Diſpenſandi ſuper cognationē dantur ſeptem cauſæ. Prima ignorantia rigoris conſtitutionis id prohibentis. Secundo; proles iam habita.cap.ſi.35. q.8. Tertiò, diuturnitas matrim. male cōtracti. ibi. Quartò, ſcandalum inde oriundum. argum. c.qui circa. de conſang. Quinta, miſericordia Papæ, quia puella eſt pauper, & eam vult iuuenis patruelis honeſte dotare. l.1.ff.ſolut. matrim. Et quinque iſtæ non ſufficiūt ad gradum ſecundum cognat. Sed præter has requiritur. Sexto, maior ætas. 18. annorum, quæ miſerationem ad pœnam diminuendum inducit. l. Auxiliū.ff.de minor. Septimò, vt ſint Principes; & ob publicam vtilitatem id fiat. Conc. Trid.c.5.ſeſſ.24. de refor. matrim.¶ Conſil.6.de conſang.

A Diſpenſatio ſuper vno impedimento matrimonij tacito alio tenet.¶ Cōſil.1.de conſtitut. num.52.conſil.2.de ſponſ.1. conſil.1. de conſang.2.4.& 5.¶ Conſil.1.de cler.excom.

Diſpenſatio ad beneficium conſequendum, vel retinendū expreſſa vna irregularitate, & tacita alia, nulla eſt, ſed eſt velut ſubreptitia: arg.cap.poſtulaſti.de reſcrip. & ibi Fel.¶ Conſi.43. de præb.num.1.

Diſpēſatio licet ſit ſtricti iuris, vel annexum, atq; inſeparabile extenditur.glo. notab.in ca. ſi quis in clero.7. q.1.c.quia in tantū.de præbēd. Quare
B ab vno coniugum impetrata, alio etiā ignorante valet cum diſpēſatio abſq; mandato impetrari poſſit, vt probat cap.innotuit.de elect. cōtra gloſſ.in c. nulli.§.ſunt, & alij, de reſcript.¶ Cōſ. 4. de ſponſ.& conſi.4.de priuil. nu.7.

Diſpenſatio ſine cauſa, & circunſtantia honeſtante, nec cauſa ſine diſpenſatione proſunt ad faciendam licitam beneficiorum pluralitatem.¶ de incōpat.benef.nu.26. Verb.Beneficiū.

Diſpenſatio quamuis reſtringēda. cap.1.& 2.de fil.presb. Non tamen facultas diſpenſandi cum ſit res fauorabilis.gl.clem.1.de offic.vic. Niſi perſo-
C næ exprimantur. Panor.c.fin.de ſimo. & ſenſit gl.c.litteras. de fil.presby. licet neutrum ad defectū naturalem extendatur.¶ Com.de ſimo.nu.3.

Diſpenſare, qui permittit cum monachis, permittit etiam cum Abbatibus, colligitur ex cap. fin. de ſimon.¶ Ibi.nu.1. Ver. Abbas.

Diſpenſatio cum Monachis vnius Monaſterij, Abbatem, Monachū includit.¶ num.2.Verb.Abbas.

## *Diſpoſitio.*

DIſpoſitio generalis, eſt generaliter intelligenda. Et ſi ad alicu-

siu

ius inſtantiam concedatur.c.ſolitæ.de maio. & obe.¶ Conſi.5.de Iud.nu.8.

Diſpoſitio generalis etiam in materia odioſa comprehendit omnes caſus, ad quos ſe extendunt verba eius ſecundum propriam ſignificationem. l.cum lege iuncta gl.ff.de Teſtam. Deci.l.factum, §.in pœnalibus, ff.de Reg. Iur.¶ Com.de iub.Not.32.nu.46.

Diſpoſitio ſpecialis attẽdenda eſt, & non generalis contraria. ca.generi. de reg.iur.lib.6. & l.in toto. ff.de reg. iu.¶ conſi.3.de frig.& malef.

Diſpoſitio conditionalis impleta conditione purificatur, & perinde ab eo tẽpore videtur perfecta, ac ſi à principio pure fuiſſet contracta. §.omnis ex conditionali. Inſtit.de verbor.obligat.¶ Conſi.1.de cond. oppoſ.num.6.

Poſt impletam conditionem ſtatim ſentit effectum & non ante cap. ſi pro te de Reſcript. ſed cedere diem, ff.de verb.ſigni.¶ Cõ.de Iub.not.32.nu.49.

Hæc non ponit in eſſe, donec adimpleatur conditio.l.obligationum.ff.de act. & obl. & d.§.omnis. de verb.obl. cap.ſi pro te de reſcr.lib.6.cum iurib. ibi per gloſ.citatis.¶ Conſil.2.de cõd. appoſ.num.1.

Diſpoſitio pœnalis, quam minimũ pęne continere in dubio interpretanda eſt. argum. l. ſi de interpretatione. ff.de pœnis.¶ Tract.oppoſ. ſol.opp.8. num.37. Talis enim diſpoſitio eſt reſtringenda. §.pœnæ. de pœniten. diſtinct.1.¶ Conſil.25.de temp. ord.nu. 2. Extenditur tamen ad omnia ad quæ illius verba ſignificant proprie tex.& glo.Franc.Arct.l.cum lege. ff.de teſta.¶ Conſi.21.de Regul.

Diſpoſitio quę materiam peccandi præſtat non eſt valida cap.ex parte de conſuet.& l.conuenire.ff.de Pact. dotal.¶ Com.3.de Regul.nu.8.

Diſpoſitio odioſa ob rationis iden-

A titatem extenditur ad contenta ſub verbis eius large acceptis. iux.doctr. Dominici & Franci in ca.1. de temp. ord.libr.6.¶ Conſil.75.de Regular.numero 23. Si autem loquatur de ipſis regularibus ad eos, qui tria vota non emittunt, non extendenda eſt. Panor. communiter recep.in Rubr.de regula. ¶ conſi.81.eo.ti.nu.8.

Diſpoſitio captatoria ad pias cauſas valet.ca.cum tibi, & ei adnot. de teſtament. Bart. in l. Theopompus. ¶ Conſil.2.de teſtam.nu.3.

Diſpoſitio beneficialis per ſimoniam ignoranti facta, non eſt nulla;
B ſed eſt reprobanda. cap.penultimo de elect. ¶ Conſil. 60. de ſimonia. numero 3. & 5.

Diſpoſitio copulatiua vtramque partem veram requirit, niſi ad illius eſſentiam altera ſufficiat. leg. ſi hæres plures.ff.de hæred. inſtitur. cap. inter cæteras.de reſcrip. Cum vero vtrumque per ſe ad eã non verificandam ſufficit ſat eſt, vt verificetur, quo ad alterum copulatum.gloſſ.cap.ex parte. de reſcript. Quam Felin.latè ibi exornat. à numero 23.¶ Conſi.23.de præbend. numero 1.

Exorbitans à iure communi reſtrin-
C genda eſt.cap.qui a iure. de regu. iur. lib.6.¶ Conſil. 19.de pœnit.nu.1. Ad æquiparanda extenditur per glo. ſolẽ, recep. cap.ſi poſtquam de elect. lib.6. ¶ Conſi.34.de tempo.ord.nu.4.

Diſpoſitio, quæ aliam declarat, ſecundum terminos declaratos intelligẽda eſt.gl.reputata ſingularis a Cardi.in cle.pen. de ele.ver. Conſuetudine. ¶ conſi.5.de Iudæ.num.5.

Diſpoſitio, quo ad unam perſonam, cenſetur etiam, & quo ad alias ſi illud, de quo diſponit de iure ſit. cap. miremur.diſt.61. Materia enim diſpoſitionis eſt attendenda, ſuper qua illa fit.

argu-

argument.leg.in continentibus.§.fin. C.de non numerat. pecun. l.ſi vno.ff. locat.¶ de Redi.eccleſ. quęſt.3. Mon. 9.num.2.

Diſpoſitio diminutiua non debet inducere augumentum.l.legata inutiliter. ff.de adim. leg.& c.fin. de verb. ſigni.¶ Ibi.Mon.50.nu.3.q.1.

Diſpoſitio bona cenſetur, vbi in bonam, vel malam partem intelligi poteſt.l.ſi procurator. ff.de condict. indeb.¶Conſi.66.de ſimon.nu.7.

Diſpoſitio iuſta teſtatoris, pro lege habenda eſt. Auth.de Nupt. §. diſponat teſtator, & erit lex, &c.¶Conſi.3. eodem tit.de teſtam.Fallit quando eſt B iniuſta, & contra bonos mores, & legem.l.filius.ff.condict.inſtit.¶Ibid.

Diſpoſitio tãtum extenditur quantum eius ratio principalis.capit.ſuggeſtum.de appellat. quod valet etiam quando ratio non ſolum exprimitur, ſed etiam quando ſubintelligitur, ut notat ibi Panormit. quam extenſioné laudat Francus, & defendit Decius ¶Conſi.76.de Regul.nu.5.

Et eos includit quos uerba eius, neque eos comprehendit, cui eius verba non aptantur.cap. indemnitatibus.§. penul.de elect.lib.6.& l.4. §.toties.ff. de damn.infec.Felin.cap.non iuſſit.de C reſcript.¶Conſil.2.de offic.iudic.ordinar.conſi.81.de Regular.

Diſpoſitio, vt quis honeſte celebret intelligenda eſt ſi honeſte, & deuote poteſt.cap. ſignificatum. de præbend. ¶Conſi.7.de prebend.nu.2.& cõſ.25. num.3. Quia diſponendo per verbum ſingularis numeri ei ſatisfit faciendo vnum. ¶Ibid.

Diſpoſitionis cauſa impleta, impletur diſpoſitio.¶ conſil.34. de tempor. ordin.

Diſpoſitio omnis poteſt fieri verbo, niſi ſcriptura ad actuum valorem A requiratur, quæ requiritur ad illum facilius faciendum.l.contrahitur. ff. de pignor.¶Conſi.41.de ſponſal.

Diſpoſitio puniens aliquid præſumentem nõ comprehendit eum, qui id bona fide, ignoranter, aut imprudẽs, ſeu inaduertẽs facit Card. in Clem. 1. de Priuil.¶ Com.c. Accepta de reſt. ſpol.oppo.8.nu.33.

Diſputatio ad ingreſſum Religionis multa continere debet primo, vt ingreſſus omnem fidutiam ſuſtinendi onus Religionis ponat in Deo, & interiori affectu vere velit relinquere omnia.ſecundo, vt præfigat ſcopum, & finem ſui ingreſſus ad victoriam aſſequendam in ſe defendendo à tribus illis horridis monſtris carne Dęmone, & mundo 3.vt ſibi præfigat per ſcopo perfectionem vitę Chriſtianę de qua verſi.Perfectio.4.quòd habeat ante oculos beatitudinem non ſolum perfectam, & alterius vitæ, ſed etiam imperfectam viæ & huius vitæ magis in die perficiendam de qua verſiculo. Beatitudo.

Diſpoſitioné obligatoriã facere nõ poteſt Religioſus, ſed tantum præcutoriam, quã etſi voluerint poſſunt adimplere iuſte, qui ſibi fecerunt, qualem facere nec Regula nec vlla iura prohibent. Et ideo nec nos debemus dicere eſſe prohibita, cap. Conſuluiſti 2.q.4. &.cap.2.de traslat. prælat. ¶ Com. 2. de Regul.numero 22.

Diſpoſitio etiam pęnalis vtens verbo pluralis numeri habet locũ in vno modo cadet ſuadeat ratio. l. 2. §.ſed ſi vnus. ff.vi bonorum rapt. ¶ Ibidem, numero 47.

Diſpoſitio omnis in quam faciendam concurrunt voluntas, & poteſtas ad id ſufficientes valida eſt, & firma, c.Cum ſuper eum gl. fin. 12. ei adnot. De off.deleg.¶Com.3.de Regul.nu.9.

Di-

Diſpoſitio de tota rei debet intelligi de qualibet parte ipſius ſi eadem rationi ea, vt hic inuenitur. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & cap. Paſtorale de off. deleg. ¶ Com. cap. inter verba. concluſ. 6. nu. 805.

## *Diſtributio.*

DIſtributio inuentum eſt nouum. c. 1. de cler. non reſid. li. 6. Clem. hi qui. de æta. & qual. Clem. 1. de reliqui. & vener. ſanct. tanquam ſtimulus, vel cauſa impulſiua, vt beneficiarij diuinis interſint. & licet afferat multis occaſionem peccandi, attamen inuenta eſt principaliter ob fauorem cultus diuini, & ideo non deſinit inuentum eſſe iuſtum, quicquid dicat Fel. d. c. fin. de conſt. ¶ Manu. c. 18. nu. 10. de orat.

Diſtributiones quotidianę, non differunt ab alijs fructibus eccleſiaſticis, quo ad onus diſtribuendi pauperibus ſuperflua, & in honeſtos vſus expendendi, quicquid dicat gloſſ. Gulielmi in extrauagant. ſuſcepti. ne ſede vacant. ¶ de red. eccle. q. j. Mon. 30. nu. 2.

Diſtributiones quotidianæ horis intereſſentibus debentur, quibus accreſcunt ex defectu aliorum, cap. 1. de cler. non reſid. lib. 6. ¶ conſil. 62. de præb. num. 2.

Debentur etiam non potentibus intereſſe diuinis ob iuſtum impedimentum infirmitatis, & vi detentis ne vadant ad diuina. d. c. 1. & habentibus iuſtam neceſſitatem corporalē. ¶ conſi. 9. de præb.

Non debentur autem abſentibus d. c. 1. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de refor. ¶ Conſi. 8. eodem titulo. Neque illis, qui animo non attendunt. ¶ De orat. cap. 13. num. 17. & qui illas ſic amittunt, non propterea excuſantur à peccato. ¶ Ibid. cap. 5. nu. 18.

Quę ſario non ſunt ſolitæ quæri, ne A quę ægroto quærantur. Panor. c. 1. de cleric. ægrot. & Dominic. communiter recep. c. j. §. qui verò de cle. non reſid. lib. 6. ¶ de orat. c. 2. num. 10.

Poſſunt aſſignari certis locis, & nō alijs: & horis quibuſdam, & non alijs. ¶ Conſilio 9. de præbend.

## *Diuiſio.*

DIuiſio non omnis transfert dominium, quia paſſuum fiunt diuiſiones, quo ad adminiſtrationē tantum, & non quo ad alios effectus, quàm conſtituēdos dominos plenos. cap. edoceri. & ibi notat id latius. Pa- B normit. ¶ De red. eccle. q. 3. Mon. 24. numero 2.

Diuiſio bonorum monaſterij facta per Abbatem, & Conuentum valet. d. c. edoceri. de reſcript. Sed ſi Papæ non adſit confirmatio reuocari poteſt per ipſum Abbat. vt omnes ibi tradunt. ¶ Conſi. 9. de rebus eccl. non alien. numero 1. Id autem eſt valere remiſſiue. Quare non erit irreuocabilis talis diuiſio. ¶ conſi. 20. de reg. nu. 9. com. 37. regul. num. 9.

Diuiſio bonorum eccleſiæ, non auxit clericis dominium. ¶ de red. eccle. q. 1. Mon. 22. nu. 3. Neque facta inter C prælatos, & beneficiarios auxit poteſtatem diuidentium: quia intimatio eorum, qui eam introduxerunt, non fuit exonerare eos ab onere, quod inerat illis alendi pauperes, quod conſtat ex duodecim coniecturis. ¶ Ibid. Mon. 50. num. 1.

Diuiſio bonorum beneficij inter præſentem, & ſucceſſorem facienda eſt, vt inter vſufructuarium, & Dominum, non autem, vt inter maritum, & vxorem, iux. ſen. communem, quam tenet glo. ca. ſi propter. de reſcript. lib. 6. & c. precium. de offic. iud. ord. lib. 6. Card. Imol. & Hoſtien. ca. fi. de pecul.

N cler.

cler. Contrarium tenet epiſcopus Segob.lib.1.variarũ reſolut. c.15.† contra quę multa allegat Auctor de red. eccl.quęſt.2.Mon.13.nume.1. Ita etiã facienda eſt diuiſio inter commiſſarium & eum cui reſtituendum eſt fideicommiſſum.¶ Ibi.num.2.& conſi. 61.de præb.nu.1.

Diuiſio rei communis parit dominium inter diuidentes partium ſuarũ. l.1.& 2.C.communia vtriuſque. & l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. quod intelligitur de dominio, quale habebatur in communi,non autem de diuerſo, quale eſt in rebus eccleſiaſticis. ¶ De red. eccle. quæſt.1. Mon. 51.num.1.

## *Diuortium.*

Diuortium ſignificat ſeparationẽ matrimonij, quomodo accipitur tit.de diuor.& repud. in pandectis.ti.& in decretalibus.Et deducitur à verbo Diuerto, vel diuertor,qđ eſt à uia declino. Cic. Philip. 6. De hoc multę leges ſingulares parum ſeruiũt eccleſiæ Chriſtianæ. ¶ Com.c.diuortiũ.de pœ.d.1. & in Man.c.22.nu.22.

Diuortium licet raro fiat ſecundũ iura Pontificia, fit tamen aliquando tripliciter.Primo,in totum etiam quo ad vinculum ante matrim.conſummationem per profeſſionem ſolemnem Religionis approbatæ. ca.ex publico. de conuerſ.côiug.& capitul.commiſſum. de ſponſal. quod eſſe de fide definit Conc. Trid. ſeſſio. 24.c.6.Et per diſpenſationem Papæ iuſta de cauſa. gl.fina. dicto. cap. ex publico recept. ab oĩbus puris Canoniſtis, & Theol. Canonum peritis côtra puros Theol. excepto Caietano opuſc.28. quem ſequitur Medina lib.5. de ſacrorum hominum continentia,Sotus tamen contra minus bene tenet li.7.de iuſt.& iure. At diſpenſauit Paul. 3. & Pius 4. ¶ Ibidem. Similiter fit poſt conſummatum matr.inter infideles, quando altera pars ad fidem conuertatur, & altera non uult cohabitare ſine contumelia Creatoris.¶ Ibid.

Secundò fit,quo ad thorum, & cohabitationem remanente uinculo propter fornicationem alterius, iudicis auctoritate, Luc. 6. relatum c. Dixit Dominus. 32. q. 1. & c.dominus.q.7. & etiam ob ſæuitiam coniugis, & ob aliquas alias cauſas notatas in c.litteras.de reſt.ſpol.§.fi.¶ Ibid.

Tertiò,fit ſeparatio, quo ad thorũ, tantum propter fornicationem ob ſolam Euangelij auctoritatem, ſine alia iudicis ſententia gl. c. noſce. 32. q.2. quare poteſt Catholicus diſcedere à coniuge lutherana per c. 2.de diuort. Idem de illo uel illa, quæ inducit ad aliud peccatum mortal. & non poteſt ab inducendo retrahi. Palud. 4. diſt. 39. q. 1.Non autem propter morbum gallicũ.capit.horrendus.32.q.5.Alex. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matr. Neque ob amentiam.¶ Ibidem.

## *Doctor.*

Doctor,qui doctoratum ſine ſufficienti ſciẽtia ſuſcepit peccauit. gl.2.clem.2. de Magis.Sed non incurrit ullam cenſuram. Ant.3.p. tit.5.ca. 2.§.10.Et etiã ſi eſt idoneus,ſed petit principaliter ob honorem, uel propriam utilitatem. Quod tamen nõ eſt tenendum ſecũdũ Silueſt. ver.Docto. q.4.¶ Conſi.2. ne cler.uel mon.nu.2.

Legens non tenetur docere legem, quæ prouinciales ſuos non ligat,quia id nulla lege probatur,ſed ſi vult poteſt ſimul docendo rationem dicere, qua eos ibi non ligat,quia id nulla eſt ſibi lege prohibitum,& conſequenter ita dicendum.arg.c.conſuluiſti.1.q.4.

&

& c.2.de tranſlat.prælat.¶ Conſi.1.de A
conſt.nu.36.

Legens in ſcholis in peccato mort.
notorio peccat, ſecundum Anton. vbi
ſupra, quod intelligẽdum eſt de ſacra
ſcriptura, ſecundum S. Tho.4.d.19.q.
2.art.4.ad 4.¶ Manu.c.25.nu.55.

Dum admittit ad ſuam ſcholam ex
communicatos, aut prauis moribus
utentes. Anton.Ibi.quod eſt intelligẽ
dũ ſi illi participant cũ ipſo Doctore,
iux.c.ſtatuimus. de ſent.excõ.li.6.Ibi.

Admittens ad ſuam ſcholam Reli-
gioſos aut clericos in dignitate conſti
tutos, dum eſt legum, aut Medicinam
docens; & eſt excommunicatus. c.ne B
cler.uel mon.lib.6.¶ Man.c.25.nu.56.

Legens die feſto, ita vt auditores,
Miſſam amittant, ſeu faciens ſeruare
nouum feſtum cum præiudicio ſui au-
ditorij. Stipẽdium priuatum accipiẽs
cum habeat publicum: accipiens bene
ficium cum pacto legendis, peccat.
¶ Vbi ſup.nu.58.

Docens pecunia, non vendit ſcien-
tiam, ſed laborem, & onus eam docen
di.¶ Com.de dat.& promiſ.nu.46.

Doctor conſulens aliquid tenetur
ſeruare illud contra ſe, ſecundum An-
gel. Areti. & Alexand. in l. prima.ff.
quod quid iur. Quod tamen falſum C
videtur, quia conſulens ſi contrariũ,
poſtea cum ueritate inuenit illud, de-
bet conſulere ſecundum Bald. ca. non
inuitatis, de conſtit.¶ Com.c.Hæc au-
tem verba. de pœnitent. diſt. 1. nu.8.

Doctoris dictum ſecundum iura,
quæ allegat intelligendum eſt, iuxta
illud Bartol.l. non ſolum.§. ſi libera-
tio. ff. de libe. legat. quod ante ipſum
notat Ioann. Andr.capit.cum nudius.
de teſti.& c.qualitas.de pœnitẽt. diſt.
5.¶ Com.c.ſi quando.de reſcri.excep.
18.num.1.

Doctoris inſignis ſcientia, & con-
ſcientia dictum excuſat, etiam ſi non
eſſet iuſtum, & alij contrarium tene-
rent.c.capellanus.de fer.cuius glo.pu
tatur in hoc ſingul.ab Alex. conſi. 1.
& commendatur ibi à Panormit. Fel.
& Imol.c. nouit. de conſtit. cõfirmat
id Anto.1.par.tit.3.c.10.Excuſat etiã
à violatione cenſurarum, ſecundum
Ioan.And.& Domin.c.alma mater.§.
pen.de ſent.excom.li.6.¶ Com.c.cum
contingat.Rem.2.nu.30.

Doctori etiam illuſtri affirmanti de
conſuetudine non creditur. Alex.in l.
poſt dotem.ff. ſolut. matrim. & Aret.
conſi. 132. Et ratio eſt, quia ille non
iuratus teſtatur, & non iurato nõ cre-
ditur.cap.tuis.de teſti. Secundò, quia
per ſcripturam deponere non licet.c.
teſtis.3.q.8.¶ Com.ca.placuit.de pœ.
diſt.6.num. 188. & conſi.2. de cogn.
ſpirituali.nu.8.

Doctores hallucinati ſunt circa ſu-
ſpenſionis materiam, quia veram non
conſtituerunt ſuſpenſionis diffinitio-
nem.¶ Conſil.40. de temp. ord.nu.5.

Doctori nullo neceſſario credere
tenemur ſecundum S.Aug. relatum c.
Noli, & cap. Ego, 9. diſt.¶ Com.ca.
Inter verb.concl.6.nu.581.

## *Dolor.*

DOlor in definitione contritio-
nis à Conc. Trid. ſeſſ. 14. c.4.
poſitus intelligendus eſt cauſatiue. i.
quod cauſatur ab ipſa contritione, ita
vt contritio non ſit doloris eſſentia,
ſed cauſa tantum.¶ Manu.c.1.nu.14.

Dolor iſte eſt duplex rationalis, at
que ſenſibilis, rationalis eſt actus uo-
luntatis, id eſt diſplicentia peccati, id
eſt nolle peccaſſe.¶ Ibid. num.3.

Dolor iſte debet eſſe maximus, nõ
intenſiue, quia ille forſan non datur,
neque taliter, vt ſuperet omnem dolo
rem, quia dolor damnatorum excedit

omnes.c.fina.de pœ.diſ.7. Sed apprẽciatiue, & quo ad firmitatẽ. ¶ Ibi.n.4.

Doloris ſigna externe immiſſa, valent quo ad pręſumptionẽ. Hoſtienſ. communiter recept. in cap. a nobis. de ſent. excom. & præcipue in fine ualẽt, ait Auguſt. relatus in c. ſi quis autem. de pœn. d.7. ¶ Ibid. nu. 15.

Dolor ſenſibilis non eſt de eſſentia contritionis, neque neceſſarius, quia ſecundum D. Tho. 4. diſt. 17. q. 2. art. 1. Non eſt in manu noſtra, eſt tamen vtilis, quare & debemus illũ deſiderare. Palud. 4. d. 19. q. 1. ar. 5. ¶ Ibi. nu. 20.

Dolor iſte ſi ex pęnitentia ortatus, non debet proprie, quis ob illum pœnas, & exercitia aſſlictiua aſſumere, quæ modum excedant ita, vt humani corporis habitudinem corrumpãt, & amorem Dei, quo ille nititur huius hi mietatem reijcit. cap. nõ mediocriter. de conſecratio. diſt. 5. Tho. 4. diſt. 17. q. 2. ar. 3. opuſ. 115. ¶ Ibid. num. 21.

Dolorem de peccato proximi concipere debemus iuxta Aug. relatum in ca. Duo iſta 23. q. 4. & D. Bernard. ſuper Cant. ſer. 44. ¶ Com. ca. intra verba. concl. 2. num. 7.

## Dolus.

Dolus circũitio mala ad decipiẽdum adhibita. l. 1. ff. de doli. glo. in Reg. ſcienti. lib. 9. ver. Culpa. nu. 2. ¶ Manu. c. 17. nu. 77.

Diuiditur in fallaciam, quę fit verbis, & fraudẽ, quæ fit factis. ¶ Manual. ca. 17. nu. 177. Et eſt dolus verus ſi ſigna per quæ probatur ſunt manifeſta, non enim poteſt probari, niſi per illa, uel partis confeſſionem in foro exteriori. gl. ca. 2. de renunciat. li. 6. & l. dolum. C. de dolo.

Si autem ſunt indicia manifeſta, & coniecturæ appellatur præſumptus. ¶ Ibid.

A Dolus, & fraus nemini patrocinatur. c. ſedes apoſtolica. de reſcr. ¶ Cõſ. 1. de parochius.

Dolus, & deceptio non reddunt profeſſionem nullam. ¶ Conſi. 20. de Reg. nu. 3.

Dolus profitentis dicentis ſe diuitem, cum nihil habeat facit, ne monaſterium eum alere teneatur, licet profeſſio teneat. ¶ Conſi. 20. de Reg. 3.

Dolus ex parte prælati, uel conſenſus efficit ne monaſterium debeat habere bona ingreſſi, licet profeſſio teneat. cap. conſtituit. 20. q. 3. ¶ Ibid. & Com. ad Regul. nu. 31. verſ. Monaſte-

B rium num. 9.

Dolus, & falſa cauſa uitiant inſtitutionem hæredis. l. final. ff. de hæredit. inſtitut. quia dolus, & fraus nemini debet prodeſſe. leg. Itaque furem. de furt. Fallit in ſpiritualibus. c. cõſtituit. 20. q. 3. neque inmediatẽ proſunt dolo ſo, ſed mediate ſic. capitul. quia diuerſitatem. de conceſſion. præbend. ¶ Conſil. 3. de conuerſ. coniug.

Dolus dans cauſam contractui, uel actui in ſpiritualibus non reddit actũ nullum cap. 1. de his quæ vi. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 31.

C

## Domicilium.

Domicilium originis eſt immutabile. leg. Aſſumptio. ff. ad municipal. & non perditur per acceſſionẽ dignitatis, quæ non aufert, ſed conſeruat illud, & cumulat. l. Senatores. ff. ad Senator. ¶ Com. 2. de Regul. num. 34. Neq; per domicilium habitationis ali bi quæſite. ca. cum nullus. de temp. or. lib. 6. ¶ Conſi. 2. de teſta. nu. 4.

Poteſt quis habere duobus locis ſi vtrobiq; ſe collocauerit. l. Aſſumptio. §. viris prudentibus. ff. ad Municipal. ¶ Conſil. 2. de decim.

Quæritur quando quis tranſit aliquo

quo animo ibi perpetuo habitādi.l.ciues adiuncta gloſ. magna. ver.laicum. C.de incolis. lib.10.etiam ſi ibi manſerit per momentum,vt poſt alios tradit Francus.ca.cum nulla. de temp.or. lib.6.¶ Conſi. 10.eod.tit.

Vt quęratur per habitationem animum & factum requirit. l.Domiciliū. eod.tit.¶ conſi.2.de temp.ord. Et perditur per tranſlationem in alium locum.¶ Com.2.de Regul. nu.34. Quærit hoc nullibi peregrinus l.hæres abſens, §.2.

Domicilium profeſſionis,non eſt originis,ſed officij.Et ita per aſſecutionem epiſcopatus tollitur,& etiam per aſſecutionem eccleſiæ ſæcularis. ca.1. 18.q.1.& c.cum olim.el 2.de priuileg. gl.ſing. recep.cle.1. §. ad hæc.de ſtatu mon.quæ citat tex. id optime probantem.c.ne per cuiuſlibet.15.q.1.¶ conſ. 2.de teſt.nu.4.

Quæſitum per officium eo amiſſo, vel dimiſſo perditur. Bar.l.1.ff.ad mu nic.nu.14.¶ Ibi.nu.2. Ideo quæſitum per Abbatiam, vel aliud beneficiū eſt talis naturæ. ¶ Com.de reg.num.34.

Domicilium in quo Regularis eſt citandus eſt Monaſterium in quo debet reſidere vt notat Bald.per tex.in l. omnis. C.de Epiſ. & Cler. ¶ Com. 2.de Regul.num.63.

## *Dominium.*

† Dominium (definit Sot.poſtquam ſuperque ſatis de nomine diſputauerat. 4. lib. de iuſt. & iur. q.1.ar.1.) vt ſit propria cuiuſque facultas, & ius in rem quamlibet, quam in ſuum ipſius commodum vſurpare poteſt quocunque vſu lege permiſſo; dicitur facultas propria, vt diſtinguatur à mera poſſeſſione, vſu, & vſufructu, nam qui tantum habet vſum, aut vſufructum, non habet facultatem propriam,ſed dependentem à vero Domino. (Ad proprium ventis cōmodum) quo differat ab alijs iuris ſpecieb. quibus ſuperior inferiores ob ſuum ipſorum bonum gubernat.( Quocunque vſu) vt diſtinguatur ab vſu,& vſufructu. Quia continet etiam facultatem diſtrahendi, donandi, vendendi, negligendi,&c.(lege permiſſo)quia multi ſunt vere domini,qui tamen lege impediente non poſſunt ſuis vti ad libitum, vt pupillus, ſeruus,habens bona vinculata,&c.

A

Dominium, & proprietas eiuſdem rei ſunt idem iuriſperitis. l.naturaliter,§.differentia.ff.de acq.poſ.Eſt autē ius perfecte diſponendi de re,niſi lege prohibeatur, ſaluo iure alterius.Bart. & Anto.in d.§.differentia. ¶ Com.2. de Regul.num.12. & definitio iſta extenditur etiam ad quaſi dominium quod etiam eſt rerum incorporalium,cuiuſmodi eſt beneficium Eccleſiaſticum, iuriſdictio & ius præſentādi, eligēdi, & conferendi,& id genus alia in quibus datur iuriſdictio à poſſeſſione diſtincta. ¶ Ibi.

B

Dominium directum,dicitur habere is, qui proprietatem rei ſine vſufructu habet gl.cle.1. de reb. eccl.non alienan.allata per Dec.cōſi.204.¶Manual.cap.17.nu.174. Vtile habet dominium, qui ſine proprietate habet ius fruendi re perpetuo, vel ad tempus.d. gl.¶ Ibi. Non dicitur autem ſimpliciter dominium.leg.1. §.1.ff. ſi ager vectigal.vel emphyt.¶ Com.ita quorundam.de iud.Not.10.nu.34.

C

Dominium duplex, alterum deſpoticum,alterum regale. ¶ Com. capit. ſuper tribus. de pęn.d.1.eſt diſt.Ariſt. 1.polit.cap.3.

Dominium rerum omnium generale habet Deus, Eccleſiaſticarum autē ſpecialiter,& priuatiuè.¶ de Redi.eccl.q.1.

cl.q.1. Mon.41.nu.1.& Mon.20.& q. 3.Mon.31.nu.7. Com.2. de reg.nu.3.

Dominium quæri,& amitti nō poteſt ex plurib. cauſis. l.3.§. ex plurib. ff.de acq.poſ. ¶ Conſi.67.de præb.

Dominium rei plenum tanti valet, quanti penſio in viginti annis. tex.cū gloſſ.recep. ver.iuſta. in Auth.perpetua. de ſacroſ. eccleſ. ¶ Conſil. 24. de vſur.num.2.

Non perditur ob peccatum mortale. ¶ Com.c.nouit.de iud.not.3.n.59. Neque fundatur in charitate. ¶ Ibid. num.60. Neque repugnat paganiſmo. ¶ Ibid.num. 61.

B Dominium rei quæſitæ per vſuras quærit vſurarius. glo.cap.ſi quis vſuram. 14. q.4. Et rei emptæ ab vſurario quærit emptor. Panor. cum com. in capit.cum tu.de vſur.¶ Manu.c.17. nu.265.

Rerum perditarum per naufragiū, ſeu bellum quando proiectæ ſunt animo nō recuperandi acquiritur capienti eas, iuxt.dicta in Manu.c.17.nu.98. & 99. quando ad periculum mortis ille, qui capit ſe exponit, quo eas conſeruet, & illa per derelicta habentur. l.falſos,§. ſi factum. ff.de furt.¶ Man. cap.17.num.170.

C Dominium bonorum temporalium eſſe neceſſarium prælatis omnibus,falſum eſt, vt patet de prælatis Dominicanorum,& Franciſcanorum.c.nimis. de exceſ.prælat.c.exijt,de verb.ſignif. lib.6. Cle.exiui.eod.tit. Auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccleſ. ca. in præſentia. de probat. ¶ de Redi. eccleſ. q. 1. Mon.2.num.1.

Talium non ſunt capaces prælati ex monacis aſſumpti et facti Epiſcopi. c.2.de teſta. & d.Auth.ingreſſi. ¶Ibi.

Neque illum habent adminiſtratores ciuitatis,licet poſſint prouidere illius neceſſitati,atque vtilitati,ſicut & A tutores,& curatores,c.grandi.de ſuppl.negl.præl.lib.6.Ibid.num.2.

Neque rerū donatarum poſſunt habere Franciſcani, vt illis veſcantur, & & induantur, & qui contra dicit inſolens eſt, quia nullus eſt tex.in lege Eccleſiaſtica, qui hoc probet, neque vlla gl.id ſignificat, neque vllus claſſicus Auctor,qui hoc aſſerat,& inſolentię, quo ad fieri poteſt cauēdæ ſunt. ¶Ibi. q.1.Mon.12.nu.1.

Dominium immobilium rerum tēporalium eccleſiæ eſſe penes prælatos eius nullus eſt, qui dixerit præter N. ¶ de Red.eccle.Mon.2.q.1.nu.1.

Dominium omnium bonorum patrimonialium, quæ ante profeſſionem habebat religioſus perditur per profeſſionē, & capacitas ſimiliter habendi.¶ Conſi.2.de don.nu.1.

Dominiū rei ſola periculi receptio, non facit transferre in alium. ¶ Com. de vſur.num. 36.

Dominium regulariter non perditur per peccatū mort.l.quiſquis. C.ad lege Iul. Maieſtat. & c.vrgentis.de hæret. dicere contrarium eſt hæreticum. Conc. Conſtā.ſeſſ.21.¶ de elec.nu.44.

Dominium non eſt ius adminiſtrandi.verſ.Ius.

Dominium momentaneum non infringit regulam ſecundum Bald. in ca. Cum cauſa. de re iud.arg. l.fin. C. de bon.quo.liber.¶Com.2.de Reg.n.50.

## *Dominus.*

Dominus, non quilibet etiā verus alicuius rei poteſt de illa ꝓ libito diſponere,ſed ſolum ille,qui eſt integer, & abſolutus,ſine onere vllo. ¶ de red.eccl.q.1.Mon.51.nu.3.

Non omnis de ſuo pro libito diſponit, id enim locum non habet, quando cum aliqua reſeruatione, & onere vtendi in certum finem, vel modum tranſit.

tranſit.¶ Com.de vſu.numero 37.

Dominus verus, nemo eſt illius rei, qua eget ad liberandum ſe ab extrema neceſſitate licet poſſit eam iuſte accipere, etiam auctoritate propria, & ea vti, quæ eſſet ad id neceſſaria, quia ꝙ dicitur in neceſſitate omnia communia eſſe, intelligitur eſſe communicanda.¶ Manu. c.17.num.60.de red.eccl. q.2.num.4.

Dominus non fit verus illius rei, quæ vſu conſumitur eo, quod iure eam conſumat, vt contra cẽſet Sotus.lib.4. de iuſt. & iur. q.7. artic.1. Qui tamen libr.4. quæſt. 1. loquens de illa extrauag. Ad conditorem. de verbor.ſignific.tenet, quod Frãciſcanus eius, quod licet comedit, & conſumit Dominus non eſt. iuxta capit. exiit. de verbor. ſignificat.lib.6.¶Manual.c.17.nu.62.

Dominus nullus eſt ſuorum membrorum l.liber homo. ff.ad leg. aquil. & cap.contingit. el 1. de ſent.excom. nec etiam ad ea perdenda ob confeſſionem cõtra ius.¶Ca.inter verba.concl. 6.nu.557.

Dominus rei in dubio non præſumitur velle, vt illa alteri tradatur l. inter omnes, §. recte. iũcta gl.magna. per Bartol. & communem recep. ff. de for. iuxt.l. qui uas. §.vetere. eo.ti. ¶ De ſpo. cle.§.2. num.4.

Dominus, qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad ſeruorum ſuorũ conſcientiam, non curando, ne aſſueſcant male iurare, aut præcepta Dei, vel eccleſiæ violare, vel nõ monet eos confiteri, & communicare tranſgreditur quartum præceptum. ca. duo ſunt, 23.q6.1. & totũ quintum. Similiter ſi negligat noſcere peccata eorum manifeſta ad arguendum peccat. Anto.3.p. titu.5.c.9.§.2. Et niſi ſe emendant tenetur eijcere illos a domo, negligens peccat.¶ Man.c.18. nu.21.

A Conſentiens matrimonio ſui ſerui debet etiam illi concedere locum ad debitum reddendum alioquin peccat, & liberat eum, at ſi contra ſuam voluntatem matrimonium eſt contractum, licet poſſit ſeruum vendere, non tamen in tam remotas regiones, vt vſum impediat, iuxta communem in c.1.de cõiug. ſer. ¶Manu.c.23.nu.34.

Dominus poteſt naturaliter obligari ſeruo per pactum, vel cõtractum. l. naturaliter. & leg. ſi ad aliquid. ff. de cond. inde.¶ Conſi. 20.de reg.nu.13.

Dominus cui res reſtituenda eſt, intelligitur eſſe etiam cuſtos, creditor,
B depoſitarius, commodatarius.¶ Man. c.17.n.28. Si autẽ cuſtos eſt ſuſpectus uero domino eſt reſtituenda.¶ Ibi.

Domini terrarum à Saracenis cultarum eis decimantibus, tenentur dare cõgruam ſuſtentationem Parochis eccleſiarum.argum.cap.de monachis. de præbend. & ad denunciandum inquiſitoribus illos, quos nouerint cæremonijs Mahometicis uti. ¶ Manu. c. 25.nu.27.

Dominus poſſidere, & capere poteſt ſeruum fugitiuum vbicunque illum inuenerit. l. 1. §. per ſeruum qui in fuga. ff.de acquir.poſſeſ.¶ Com. 3. de Regul.nu.50.

C Dominus rei abſolutus ille eſt, qui poteſt cauſa alienare, aũ donare, & pro ſuo libito de illa diſponere. leg. ſed etſi §. conſuluit. C. de Mandat. ¶ Com. de ſpol. cler. §. decimo, numero ſecundo.

## *Donare.*

DOnare qui poteſt, poteſt & donanti conſentire. ¶ Conſi. 75. de Regul.nu.23.

Donare poteſt ſancte quis ei, qui ſuo amore delinquit in compenſationem damni quod ſuſtinet per aſſerta

in Manu. c. 17.nu.41. ¶ Conſi.10.de ſimo.nu.8.

Donare poteſt reus criminis, ob quod bona, vel adminiſtratio eorum non perduntur antequam in iudiciũ deducātur, donec reuocetur donatio, tanquam in fraudem fiſci facta. l. poſt contractum.ff.de donatio. ¶ Conſi.3. de don.inter uirum, & vxor.nu.2.

Donare poteſt, quis eccleſiæ ſub modo vt cenſus aliquis ei tribuatur: ca. Eleutherius.15.q.2. & c.preterea. de iur.pat.¶ Conſi.5.de depoſit.

Donare poteſt beneficiarius ad pia, etiam illa, quæ ad cultum ille deſtinauerat.¶ Conſ.4.de don. nu.2.

Donare poteſt, quis inter viuos, vt donatarius ei dum vixerit centũ quotannis ſoluat, dum mille dedit. Quia iſta eſt licita donatio facta ſub modo iuſto, aut contractus innominatus do, vt des, ut dicitur in Man.c.17.nu.222. ¶ Conſil.1.de don.nu.1.

Donare cenſetur de reſiduo, qui de alio expreſſe diſponit. ¶ Conſi. 6. de don.per to.

Donare non videtur omnis, qui male emit, uel uendit, ſed male contrahere, quia in dubio nemo preſumitur donare. l. cum de indebito. ff. de proba. ¶Relec.ca.nouit.de iud.Not.6.nu.51.

## Donatio.

Donatio ſimpliciter, & abſolute ſecundum intentionē Magiſtr. 1.Sent.diſt. 18. & aliorum ibi; eſt datio liberalis ſiue irreddibilis, id eſt compenſationem non intendens, vel ſecundum Azon.in ſumma. Eſt rei licitę nullo iure cogente mera liberalitate facta collatio.

Eſt aũt duplex, prima inter viuos, quando rem, quam dono malo habere eum cui dono, quàm me. Secunda, eſt cauſa mortis, quãdo rem, quam dono malo me habere quàm illum, & eum magis quam hæredem meum.

A

Donatio inter uiuos, eſt duplex. vna modalis. ſ. facta ob cauſam cum dono, vt aliquid fiat, vel non fiat. Alia ſimplex, ſiue mera, quę nullam continet cauſam ſequentem. Et hęc eſt duplex.ſ. imperfecta, ſiue conditionalis, quando dominium rei datæ ſtatim, & non niſi ſub conditione transfertur, vel ſub modo, vel in diem. Alia eſt perfecta, id eſt abſoluta, quando ſtatim mera liberalitate dominium rei datæ transfertur. Silu.ver. donatio.in prin. & alij Summiſtæ.

B

Donatio facta alicui, vt poſt aliquod tempus perueniat illud ad eccleſiam poteſt ille, qui donauit onus remittere donatario, ſaltem in id conſentienti non obſtante, quod eccleſiæ quæſita ſit vtilis actio minus principaliter, per l. quoties. C.de dona. quę ſub modo. Bar. ab omnibus recep. l. qui Romę.§.Flauius.ff.de verb.oblig.¶De red.eccleſ.q.1. Mon.60. nu.2.

Facta eccleſiæ animo tumultuario valet & qui eam reſcindit ſacrilegium committit cap. ſunt qui opes. 17. q.4. ¶ Conſi. 7.de uoto. nu.1.

C

Donationes quędam factæ à quibuſdam Summ.Pontif.obreptitiæ cenſendæ ſunt, quia fuerunt ſine vllo pietatis intuitu in finem abutendi eis in vſus etiam non pios ſine iuſta cauſa ¶ Com.de ſpol. cleric.§.2.nu.2.

Donatio epiſcopi, ſiue ſani, ſiue infirmi inter uiuos, & ad pia valet, quo ad ſuperflua, quia ea debent in pios uſus erogare, & per infirmitatem, non amittunt epiſcopi ſuos uitulos, ſicut ne beneficiarij.verb. Beneficiarius.

Et id illis conceditur ab Alex.3.ca. ad hæc. de teſtamē. & per multa alia fundamēta.¶ Cõſi.5.de dona.nu.1.& trācta.de red.eccl.q.1.Mon.34.nu.81.

Facta à beneficiario in ſolutionem A debiti eſt irreuocabilis. ¶ Conſi. 3.de donatio.nu.12.

Facta à patre filio ſub poteſtate cõſtituto, non valet.l. donationes,quas parentes. C. de dona. inter virum, & uxor.l.pater à patre.ff.de cond.indeb. ¶ Man.c.17. num. 145. Et ſi pater eſt Rex,non valet ſimiliter niſi exprimat ſe id facere de plenitudine Regiæ poteſtatis.Bald.c.1.§.item ſacramenta, de pace iuramento firm.colum.penul.nu. 19. quem ſequitur Fel. ca. qualiter,& quando. el 1. de accuſ. Attamen contrarium eſt verum; ut dicit ipſemet Bald.& multi alij quos allegat Tiraq. B de nobilitat. c.37. ¶ De redim.eccleſ. q.3.Mon.7.nu.7.Et ratio eſt,quia quādo Rex donat filio, præſumitur id facere de plenitudine talis Regiæ auctoritatis.¶ Man.c.17.nu.145.

Valet tamen quando filius ex ſuo labore merita habet ī patrem, ob quæ teneretur ei dare, etiam ſi eſſet extraneus.Bartol.l. prima.§. Caſtrenſia. ff. de caſtrenſ.pecul.& leg.ſi donatione. C.de collat. ¶Man. c.17.nu.144. Sed debet pater proteſtari ſe id facere ad hoc,alioquin nõ valeret.¶ Ibi.n.148.

Valet etiam quando facta eſt in dotem vel matrimoniū.leg.Pomponius. C ff.fam.erciſcun. de collat. dotium per totum.Tertio,facta de mobilibus pro bello.lib.4.C.fam.erciſ. Quartò, pro uſufructu, quem in bonis aduentitijs filij habent a patre. l. cum oportet. & l.non ſolum. §. ſin autem. C. de bon. quę lib. Quando autem pater donat filio prǽſumendum eſt illum donare pro meritis ſi ea anteceſſerunt alias ob liberalitatem. iux. gl.communiter recep.l.ſi donatione. C. de collat.dot. ¶ Man.c.17.nu.146.

Donatio patris & matris facta filio ſi non ſit remuneratoria,& non eſt reuocata per mortem, ſi excedat quantitatem,quā donare poteſt, & legitimæ filiorū præiudicet reuocanda eſt quantum opus fuerit ad præiudicium. leg. 1.C.de inoff.dona. ¶ Ibid.nu.147.

Facta à Marito uxori, vel contra, non valet, niſi eſſet iurata Bartol.recept. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. ¶Conſi.1.de diuor.nu.2.Quare donator cum libuerit ante mortē reuocare eā poteſt. leg.1.de don.inter vir.uxor. quāuis ſit per tertiam perſonā per modum remiſſionis debiti.leg.ſi ſponſus. ff.eodē.Excipitur Imperator, & Rex. C.eo. l.penul. Valet pro reſtaurandis rebus igne conſumptis.ff.eo.l.quod ſi vis.cauſ.mortis cum ſit. leg. ſed interim. ff.eo. Cauſa conſequendi aliquē honorem.l.quod adipiſcendę. ff.eod. & ibi Cy.& Bal.l.ſi conſtante.de donat. ante nupt. ¶ Manual.cap.17. numero 149.

Facta ab ægroto non cenſetur teſtamentum, ſi fiat inter viuos, quia id non eſt teſtari, quia datum per talem donationem reuocari non poteſt. l.ſicut ab initio.C.de act.& obligat. Datum autem ex teſtamen. ſic. cap.cum Morte.de celebrat.miſſ.& cap.vltima voluntas. 13. q. 2. ¶ de red. eccl.q.1. Mon.34.nu.1.

Donatio facta ab ægroto,præſumitur fieri timore mortis, etiam ſi nullam de morte ille faciat mentionem.l. apud Labeonem.§.Iulianus. ff.de doli mali excep. Sed talis non debet appellari cauſa mortis,ſi in illa non fiat de morte ſpecialis mentio. Sed donatio inter uiuos. leg.Seia. §.cum pater. & ibi Bart. exiſtimat hoc eſſe ſingulare. ff.de donat.cauſ.mort.Imol. & Alex. num.7.& Iaſ.nu.26.l.quæ dotis.ff.ſolu.matr.¶conſil.5.de don.nu.6.

Donatio cauſa mortis reuocari poteſt.leg.Senatus.§.1.ff.de donat. cauſ. mort.

mort. Si autem apponatur clauſula ne reuocari poſſit incipit eſſe donatio inter viuos. leg. vbi ita don. ff. eo. quæ nõ poteſt fieri à muliere ſine licentia mariti in regno caſtellæ per leg. 55. Tauri. ¶ conſ. 3. de don. num. 1. & conſi. 5. numero 5.

Donatio non præſumitur, vbi alia etiam leuis cadit coniectura. Bald. l. 1. C. ad Tribel. quem ſequitur Dec. l. cuius per errorem. ff. de reg. iu. ¶ conſ. 5. de uſu. num. 2.

Donatio ficta, & ſimulata, eſt ipſo iure nulla, quando ſcilicet facta eſt ſine vero animo donandi. l. j. & toto tit. C. plus valere, quod agitur talis cenſetur illa, quę fit vxori poſt delictum commiſſum, pro quo bona fuerũt con fiſcata. ¶ Conſi. 14. de donat. inter vir. & vxo. num. 1. Et talis tanquam fraudulenta cum facta ſit poſt delictum reuocari poteſt. l. poſt contractum. ff. de donat. ¶ Ibi. nu. 3.

Donatio vera etiam in fraudem facta ipſo iure tenet, niſi per actionẽ reuocatoriam reſcindatur. iuxt. §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actio. Reuocata autem per iudicem tenetur donatarius ad relaxationem bonorũ ſibi donatorum, in foro conſcientiæ. gl. celeb. in c. fraternitas. & q. 2. & D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. ¶ Ibid. nu. 4.

Donatio pia ad hoc, ut talis ſit principaliter ob Deum fieri poteſt. ¶ conſ. 60. de pręben. nu. 3.

Donatio non deſinit eſſe vera inter viuos, & irreuocabilis eo, ꝙ ſit conditionalis, & conditio non impleatur ante mortem. Sed per mortem magis purificatur: vide caſum in ca. omnis inſt. de verb. oblig. & in c. ſi pro te. de reſcript. li. 6. ¶ Conſi. 5. de donat. nu. 7.

Donatio facta ſub modo pœna caducitatis non reuocatur, quia habet onus impoſitum, vt donatarius faciat

A aliquid. l. ea lege. C. de cond. ob cauſ. & ibi Salicet. ¶ Conſi. 1. de pact. nu. 6. de oration. c. 21. nu. 48.

Facta ſub modo iuſto eſt licita, toto tit. de donat. quæ ſub modo. Talis eſt, quando donantur mille cum pacto, vt redonentur ſingulis annis vitæ 100. ob periculum mortis & perdendi omnia. l. 1. & 2. C. de nautico fœnore. ca. fi. de vſur. ¶ conſi. 1. de don. nu. 1.

Donatio ob aliam cauſam, quàm ob meram liberalitatem, non eſt proprie donatio. ¶ Com. de dat. & promiſ. nu. 35. Neque deſinit eſſe talis eo, quòd fiat ob cauſam mortis principaliter.

B Ibi. num. 52.

Donatio eſt valida ante traditionem, quamuis donentur res ad vſus profanos, ergo multo magis ad pios. Innoc. & ca. ad hoc. de teſtament. allegando tex. in l. ſi quis argentum. C. de don. Et valet etiam, quo ad regulares donantes, quia qui donat, licet nõ tradat, debitor tamen conſtituitur per d. l. ſi quis argentum. ¶ de redim. eccleſ. q. 1. ¶ Mon. 34. nu. 1.

Donatio in quinque caſibus reuocari poteſt, qui ponuntur. l. fin. C. de re uoc. donat. quorum vnus eſt, quando donatarius non ſeruat conditiones ap

C poſitas. Panor. c. fin. de dona. Conſi. 1. de pac. num. 18.

Donatio furtorum tumultuario, ſiue turbato iudicio facta, valet c. ſunt qui opes. 17. q. 4. ¶ Com. cap. Diuortium de pęnit. diſt. 1. nu. 11.

Donatio omnium ſuorum bonorũ præſentium, & futurorum, & ſi ſimpliciter non valet, quia per illam ſe priuat facultate teſtandi contra legẽ ſtipulatio. ff. de verb. oblig. valet tamẽ ſi fiat cauſa pietatis, & ſalutis animæ. ¶ Com. 1. de Regul. nume. 27. 27. 32.

Donare ſe, & ſua Eccleſiæ, vel Monaſterio mutando ſtatum ſęcularem in regu-

regularem licet cuique Auth.ingreſſi. C.de ſacroſan.eccl.Et cap. ſi qua mul. 19. q. 2. Imo & omnia ſua ſine mutatione ſtatus ſecundum Bart. in l. fin. C.de Pact. & Panor. in cap. l.de ſucceſſ.ab inteſt. ¶ Com. 1. de Regul.numero 25.

## Dos.

† DOs, vt colligitur ex legibus, & Canon.& Doctor. Eſt qđ datur viro ab vxore, vel ab aliquo nomine eius pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, & ita notatur per c.Raynutius. de teſtament. & per Legiſtas in Rubr.ff.ſolu.matri. Et eſt dos proprium mulieris patrimoniũ. ff.de minor.l.3. §.ſed verum tam diu durans, quàm matrim. & eo ſoluto ſoluitur, quia ſine eo eſſe non poteſt. l.3. ff. de iur.dotium.de iure non de facto,contracto de præſenti,vel præterito, non de futuro.Silue. Verbo Dos.

Dotium alia eſt profectitia, quæ à patre vel alio tanquam patre,ſ.auo, vel alio ſuperiore de linea patris proficiſcitur,vel de mandato illorum conſtituitur. Alia Aduentitia,quàm dat mulier ipſa per ſe, vel quilibet alius à prædictis.ſ.profectitia, in princip. ff. de iure dot. Et vtraque poteſt eſſe æſtimata, & tunc periculum pertinet ad maritum:ſine inæſtimata, & tunc pertinet ad mulierem. l.plerunque. ff. de iure do.Silue.Ibi.q.1.

Dotem, qui promittit, & non ſoluit videtur promittere emolumentũ, quod mediocriter ex illa quæri poteſt. ¶ Com.de vſur.nu.66.

Dote promiſſa, & nõ ſoluta poteſt gener.recipere loco pignoris fundum fructiferum, cap.ſalubriter. de vſur.l. pater.ff. de doli mali except. non ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis, nec ratione cuſtodiæ dotis, nec A ratione donationis, nec pro alimẽtis, ſed pro oneribus matrimon.ſuſtinendis, quod dos ſecum videtur afferre. ¶ Com.de vſu.nu.64.

Dotis pro ſolutione certum quid, pro lucro capere poteſt maritus, iuxta ſtatuta terrarum. Et mulier poſt mortem mariti ab eius hæredibus, vel à dante, qui non eſt ſoluendo. Poteſt etiam gener paciſci, vt Socer tantum perdat ſingulis annis, quãtum aliquis medio inter induſtrias ex illa dote ipſa ſalua capere poſſet. Panorm. c.ſalubriter. de vſur. Sot. li.6.de iuſt. & iu.l.1.ar.2.Couaruu.c.1.lib.variarum B reſolut. quicquid dicat Lupus in repert.c. per ueſtras. not.6.de don.inter uirum & uxo.¶ Man.c.17.nu.213.

Dos traditur in uxoris patrimoniũ ad onus ſuſtentationẽ. l. pomponius. ff.fam. erciſcund. cum intentione, vt illa ſeruetur. l vbi adhuc. C. de iure dot. & inſeruiat oneribus matrim. c. per ueſtras.de dona. inter vir.& uxo. ¶ Com.de vſu.nu.65.

Dos magis propria uxori eſt,quàm feudum vaſallo.¶ Rubr.de iud.nu.10. Succedit loco alimentorum,iuxta cõmunem,præſertim Bart. l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de leg. ¶ Com. de C ſpo.cle.§.19.nu.2.

Dotẽ, qui capit a ſocero vſurario. cuius bona ad ſoluenda debita nõ ſufficiunt peccat, quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare poteſt ſine peccato, & tenetur ad reſtitutionem. ¶ Man.c.17.nu.271.

Dotem totam poteſt uxor repetere marito mortuo, etiam ſi ille multa ſuperflua impenderit in ea alendo, & ornando, quia erat ille dominus cũ onere eam conſeruandi. l. doce ancillam C.de rei uendit. ¶ Ibid.nu.155.

Dotis partem vidua pauper lucratur, quando coniux diues ante copulam

lam obijt. Authen. præterea. C. unde nir.& vxo. Felin. in Rubr. de ſponſ. ad utramque partem multa coniungit. ¶ Conſi. 29. de ſponſ.

## *Dubitare, Dubium, Dubietas.*

DVbietas, vel dubium, iuxta S. Tho. 3. diſt. 17. Eſt contrariarum rationum ęqualitas, vnde proprie homo dubitat de aliquo, quando habet rationes ad vtramque partem ęqualiter, aut quaſi æqualiter mouentes, ita quod non magis ad hoc, quàm ad illud notabiliter inclinat. Silu. ver. dubium in prin.

Dubietatis ratione non peccat, qui credit opinionem, quam ſequitur aliquis inſignis doctor eſſe ueram, licèt in alia ille ſit. ¶ Com. ca. ſi quis autem. de pœnit. diſtin. 7. numer. 52. Et quando illa in ſpecie, & in ipſa operatione occurrit, non tamen refert, an ex parte rationis, an ex parte appetitus naſcatur. ¶ Ibi. nu. 61.

Dubietatem nõ excuſat ſuperioris præceptum ſi dubietatem cum credulitate non commutat; quia agit cõtra diuinum præceptum naturæ, contra conſcientiam agens. ¶ Ibi. nu. 81.

Dubietatem animi exuere non debet, neque poteſt, & ſi exueret male faceret, qui ex cauſa probabili & vrgenti dubitat. ¶ Com. cap. ſi quis autem, de pœn. diſt. 7. nu. 101.

Dubietas animi æque, ac cõſcientia erronea deponi poteſt, immo cæteris paribus facilius iſta, & ideo non excuſat à præcepto ſuperioris implendo, licet illa durante non poſſit illud iuſte impleri. ¶ Ibi. num. 96.

Dubitans partem tutiorem eligere tenetur, ſi vere dubitat, aut tenetur dubitare. ¶ Conſi. 21. de homic. nu. 1. & 

A Manu. c. 27. num. 193. † Quod an verũ ſit in foro conſcientiæ, vel in foro exteriori, vide Auctorem, Com. c. ſi quis autem. de pœn. d. 7. à num. 35. Vbi Panor. & aliorum ſententiam examinat. Et cõcludit verum eſſe in caſibus, quibus iura exprimunt. Et extra hoc præceptum eſt etiam duobus concurrentibus, alterũ, q̃ caſus dubius vere tangat animæ ſalutem neceſſariam alterũ quando res vere eſt dubia. ¶ eod. Com. num. 41.

Dubitans agere nequit, niſi ex aliquibus rationibus in alteram partem inclinat. ¶ conſi. 8. de pę. & remi. nu. 7.

B Dubitando an bene, vel male agẽs, aliquid facere, ſemper eſt peccatum Adrian. quolib. 2. q. 1. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. num. 600.

Dubitare dicitur ille cuius animus ſe applicat ad diuerſa, & neutrum eligit. gl. recepta in l. de ſtatu. ff. de teſta. ¶ Com. capit. ſi quis autem de pœn. diſt. 7. num. 48.

Dubitare, vel dubitare debere paria ſunt argumen. eorum, quæ notantur in l. ventre. ff. de acq. hær. c. illud. de cler. excomm. ¶ Com. cap. cum contingat. ſecunda cauſa nullitat. num. 4.

Dubium de fide, non facit ſcrupu-
C lus, neq; ſubreptio, maxime ſi contra voluntatem euenire ſolet. Ioan. And. cap. dubius. de hæret. Maior. 3. d. 25. q. 4. ¶ Manu. c. 2. num. 20. & Com. c. inter verba. concl. 6.

Dubia in re ſuperiori parendũ quidem eſt, ſed niſi dubietate relicta, ſaltẽ ad illum effectũ, non iuſte parere poſſumus credendo id, quod nobis pręcipitur bonum eſſe. ¶ Com. cap. ſi quis aut. de pœn. d. 7. num. 114.

Dubio peccandi, qui ſe exponit peccat. Thom. quol. 8. ar. 13. ¶ dict. Com. numero 86.

Dubius deponat dubiũ, antequàm iudicet,

Iudicet, conſulat, aut operetur alioquin peccabit.¶ Man.c.27.nu.288.

Dubius in fide non eſt, qui habet ſcrupulum, id eſt aliquid motiuũ contra fidem modo credat eam. Maior.3. d.25.q.4. vbi pulchre declarat illud c.1.de hæret. dubius in fide infidelis. ¶Conſi.5.de emp.nu.12.

Dubius in fide dicitur ſecundũ Panor.& Ioan.And.in c.1.de Hæret.qui contrarium eius, quod dictat fides credit firmiter, vel pertinaciter, & perſeueranter.¶ Com.cap.ſi quis autem de pœn.diſt.7.num.18.

Dubius de iuriſdictione ſua, nõ iudicat ſecundum Bart. l.multum intereſt.ff.de condict & demonſt.quem ſequuntur Felin. & Anch. per illũ tex. c.2.de offic.deleg.gl.ſingul.c.ſepe.ver. peremptorie de app. ¶ Tract. opp.fol. 8.opp.num.21.

Dubius an licite agat unum de duobus contrarijs, de quorum quolibet dubitat, an liceat agere non poteſt, niſi prius dubietatẽ deponat. ¶ Com. c.ſi quis autem.de pœ.d.7.nu.93.

Dubia in re benignior pars eſt amplectenda, & credenda cap. in pœnis de Reg.Iur.lib.6.& cap.pœnæ de pœ. diſt.1.¶ Conſil.5.de Temp.ord.nu.1.

## *Ducatus.*

DVcatus aureus plus quàm ex argento, aut metallo valet, quia melius ſeruari, aut in longinquum portari poteſt ob penuriam minutæ pecuniæ commodioris ad expendendũ, quod docet experientia rerũ magiſtra.c.quam ſit.de ele.li.6. ¶ De cambijs.num.44.

Ducatus ex eo, quia eius pretium accreſcat, cum ſit quid extrinſecum, nõ deſinet eſſe idem, quod antea, quia non mutat naturam, nec materiam, aut formam.¶ Ibid.nu.49.

A Ducati duo per legem eodem precio æſtimati in eadem regione pluris, aut minoris ualent ex inęqualitate bonitatis metalli.¶ nu.44.

Ducati in uno regno, ſiue prouincia, plus quàm in alia ualent.nu.60.

Ducatorum, ſeu ſcutorum duo ſunt genera, vnum quo mercatores in ſuis cambijs vtuntur, quod creſcit, & decreſcit, iux.multitudinem, aut paucitatem pecuniarum. Alterum eſt populare, quo omnes utuntur ad impendendum, & eſt communiter eiuſdem precij. Silu.ver.vſura.4.q.6. Caiet. Tract. de Camb.c.6. Sotus li.6.de iuſt.& iur.

B Sed hoc eſt nouum commentum, & non probandum. ca.quis neſciat.diſt. 2.¶ Num.53.

Ducatos centum præſentes cæteris paribus plus valere, quàm centum abſentes, non eſt negandum, & centum abſentes minoris, quã præſentes emi poſſe, modo abſentes, non tantum plures valeant in ſuo loco, ut æquent præſentes, vel ſuperent.¶ nu.73.

## *Duellum.*

DVellum dicitur, quaſi duorum bellum, & appellatur Monomachia.c.Monomachiam.2.q.5.id eſt

C ſingularis pugna. Et ſi generaliter definiatur: Eſt ſingularis pugna ab utraque parte ſponte ſuſcepta. Si vero proprie, prout de illo iura loquuntur: Eſt pugna duorum facta ad alicuius rei probationem. Ita vt ibi uincens probaſſe credatur, & victus i probatione defeciſſe, vt ſi per teſtes quis intentionem ſuam fundaſſet. Silueſtr. Verbo Duellum.in prin.

Duellum etiam priuatum hodie excommunicat, & priuat bonis. Concil. Trid.ſeſſ.25.c.16. de refor. vbi agit de duello ſolemni, ſed extenſum id fuit, poſtea à Gregor. 13. ad omnia etiam pri-

priuata.¶ Conſi. 1. de Purgat. vulgar. nu. 2. per quem priuantur non menta lia, ſed realia tantum duella per tex. c. fi. de ſim. ¶ Ibi. conſi. 122.

Duella, quæ inter particulares milites offeruntur, vel acceptantur cauſa oſtentandarum uirium, & artis pugnā di, & gloriæ uanæ quærendum damnanda ſunt. iuxta ſententiam Caie. ex tra duellum. Quæ autem principaliter ad commendandam belli uictoriā honoris, reputationis, ac fortitudinis licita ſunt. ¶ Man. c. 15. nu. 27.

Duella mala, vel torneaméta iniēs, vel illis aſſiſtens, aut conſulens peccat mortaliter, immo inducens, uel non impediens cum poteſt, pariter peccat. c. Monomachiam. 2. q. 5. c. 1. & 2. de cle. pug. ī duel. c. 1. de torneam. ¶ Man. c. 15. nu. 9.

## *Duo.*

DVorum vicem vnum hominem ſuſtinere difficile eſt, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Matthæ. 6. & c. 1. 21. q. 1. & clamat ratio naturalis. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. cap. diuerſis fallatijs. de cle. cōiugat. l. fi. C. de offi. aſſeſſ. ¶ De incomp. benefic. nu. 9.

Duorum officium poteſt quis ſubire, quando neque materia, neque forma diſpoſitionis repugnat. l. ſi conſul. ff. de adopt. ¶ De eleem. nu. 72.

## *Dux.*

DVx militum minorem numerū conducens, uel aliquo precio introducens, iniuſte operatur, quia in damno rei militaris minuendo numerum, & ſine ullo titulo accipiens ſtipendia abſentiū. ¶ Cōſi. 1. de pac. n. 1.

Ducem, qui non habent ipſimet ſibi ſunt Dux. Bald. tit. de Allodijs. A ¶ Releſt. capi. nouit. de iudic. Not. 3. num. 114.

Dux Mediolani ſuperiorem in temporalibus non cognoſcit. ¶ Conſ. 4. de emp. nu. 2.

# De Littera E.

## *Eccleſia.*

ECcleſia proprie ſignificat Cócionem id eſt multitudinem conuocatam ad audiendum. i. uocationem fidelium. ca. Eccleſia. de conſecr. diſt. 1. Improprie uerō multa alia, ut colligitur gl. cap. ultimo. ne prælati uices. B Et ſunt præcipue quindecim ſignificationes relatæ à Turrecrem. lib. 1. de poteſtat. eccl. c. 2. Continet tanquam partes triumphantem, & militantem. Et hæc omnes fideles bonos, & malos, illa vero iuſtos tantum, ac beatos, & eſt inuiſibilis macula, ac ruga carens. ¶ Com, c. eccleſia. de pœ. d. 1.

Eccleſia militans eſt colectio omnium baptizatorum prædeſtinatorū, & non prædeſtinatorum, bonorum, & malorum firmam, & ſinceram fidem catholicam tenentium. Et contrarium dicere eſt hæreſis. Alph. de Caſtr. verſ. Eccleſia. Eius tamen præcipua pars C ſunt omnes boni, ex qua quis reicitur per amiſſionem charitatis 1. 2. q. 71. ar. 4. ¶ Com. cap. Eccleſia de pę. diſt. 1.

Eccleſia militans vt certando per violentiam capiat Regnum Dei Matt. 11. ſignificetur per tabernacula, & tentoria in quibus populus Iſrael habitauit. Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei. quia ſtatus huius vitæ eſt ſtatus militiæ Iob. 7. & peregrinationis 2. Cor. 5. ¶ Com. cap. Ne fuſam. de pęn. diſt. 1. num. 3.

Eccleſia Romana caput eſt aliarū, & nunquam vacat, Papa etiam mortuo. gloſſ. ſingular. recept. c. Ne Romanum.

ſum. verbo. Non conſonam. de elect. A
¶ De Iubil. nota. 32. nu. 13.

Eccleſię Monarchia non requirit, vt eius ſubditi nullam accipiant poteſtatem immediate à Deo, alioquin nó eſſet vera, neq; Papa vere Monarcha, quoniam alia multa ſuſcipiunt Chriſtiani à Deo immediatè virtutes gratiam, &c. ¶ Relec. c. nouit. de re iudic. Not. 3. nu. 136.

Eccleſiæ non ſubijciuntur Iudęi, Pagani, vel infideles, iuxt. illud, De his qui foris ſunt, nihil ad nos relatum. c. gaudemus. de diuort. ¶ Conſi. ſecundo. de Hæret. nu. 1. quod intelligitur, quo ad obſeruantiā legum illis B contrariarum, nó autem quo ad alias. Quare poteſt illos ſi fiant tranſgreſſores punire. ¶ Ibid. nu. 4. Illis tamen permittit exercere actus ſuos bonos, & malos. ¶ Conſi. 2. de Iudæ.

Eccleſia ſimplex eſt columba. cap. loquitur. 24. q. 1. & ſimplicitatem columbæ cum ſuo ſponſo laudat. c. ex merito. 6. quæſt. 1. Neque eſt alieni uſurpatrix. c. ſi filius. de teſtam. & ca. fina. 17. q. 4. Neque vexare illū cupit, quę omnes leuare deſiderat. c. fi. de dolo, & contu. & cap. vt debitus de appell.

Fraudemve plurimum odit. cap. ſedes, & c. ex more. de reſcr. ¶ Relect. c. C nouit. de iud. Notabil. 6. nu. 22. Iuſtitiam etiam contra viduas ſeruare debet. capitu. ex tenore, de foro comp. ¶ Conſi. 46. de præb. nu. 4.

Eccleſia poteſt iuſte petere pœnā. c. ſi ſæculi leges. 12. q. 2. & ca. ſcientia, de pœnis quòd deficiens in probatione iuris ſui poteſt iuſte petere edictū monitorium ab eccleſiaſtico iudice. ¶ Conſi. 3. de cenſ.

Poteſt cognoſcerę contra laicum de mortali tam notorio, quam non notorio, de quo tamē poteſt probari eſſe tale. ¶ Com. de Iudic. not. 6. nu. 35.

Et ſimiliter contra decipientē citra dimidiū. verb. Decipere. ¶ Ibid. nu. 61.

Non punit interiora, neque exteriora ſola intentione mala. ¶ Man. c. 23. nu. 103. & com. c. cogitationis de pœ. d. 1. nu. 2. Excommunicat quādoque tranſgreſſores canonis pure humani. ¶ Com. de legē pœnali. nu. 20.

Eccleſia facies, in Luſitania dicitur ianua templi. In Belgia ipſa eccleſia, ſeu templum. Alibi præſentia multorum ſecundum Maior. 4. d. 17. q. 1. vbi eſt conſuetudo ut adſint cognati, & teſtes. iuxt. Panor. c. cum inhibitio. de clau. deſp. Nunc aūt per Conc. Tri. ca. ſeſſ. 24. de refor. matr. Facies eccleſiæ, in qua contrahitur matrim. intelligitur præſentia parochi, & duorum, vel trium teſtium. ¶ Manu. ca. 22. nu. 70.

Eccleſia, quæ per alienationem notabilem læditur poteſt petere reſtitutionem in integrum per cap. 1. de Reſtit. in integr. ¶ Com. de Reb. Eccl. non alien. num. 10.

Eccleſia non cogit ad peccandum Tho. quol. 2. ar. 10. ¶ Com. cap. ſi quis autem, de pęn. d. 7. num. 90.

Eccleſia Cathedralis non cenſetur viduata, eo quod epiſcopus ægrotet, vel fiat inutilis, neq; donec priuetur ob ſuam culpam, licet ex iuſta cauſa dari ſibi poſſit coadiutor. c. cum percuſſio. 7. q. 1. c. 1. de cler. ægrot. lib. 6. ¶ Com. cap. hæc autem verba. de pœ. d. 1. nu. 4.

Eccleſia, & eius bona laicis, tanquā Dominis ſubmitti non debet. c. 1. de reb. eccl. non alie. li. 6. ¶ Conſi. 7. de depoſ. Succedit in bonis ſuorum beneficiorum ad cultum diuinum deſtinatis. ¶ Conſ. 4. de don. nu. 1. In ſuos colonos eodem iure, quo laici uti licet ¶ Conſi. 1. de conſt. nu. 84. Decet illi bona ſua furata recuperare, non tamē cum augumento pœnæ ſtatutę in ſ. pœnæ.

pœnæ. inſtit. de obligat. quæ ex deli- A
cto naſcitur. & §.duplum. & §.Quadruplum. Inſt. de act. ca. fraternitas. 12.q.2. facit c.1.23. q.3. ſub finem. Poteſt tamen illam etiam pœnam petere de iuſtitiæ rigore, de quo intelligenda ſunt. c. in antiquis. 12. q.2. c. dicetur. 89. d. c. dilecti. de arbitr. & eſt concl. communis, & in praxi ſeruata. decet tamen illi magis nõ petere illã, quod probat d. c. fraternitas. ¶ Com. de lege pœnali ſuper dic. in princ.

Eccleſia pro templo. Si ædificetur, fundetur, vel ditetur ab aliquo ille nõ acquirit aliquod ius præter patronatus. Conc. Toleta. relatum c.1.10.q.1. B
Quod etiam de collegiata uerum habet, licet contrarium videatur. ca. nobis cum eis adnot per omnes de iure patr. Quia illud intelligitur ſic, ut nõ quærat ius præſentandi prælatum ipſius. ¶ Conſi. 2. de iur. patr. nu. 16.

Eccleſiam regularem fundare melius eſt cęteris paribus, quàm ſæcularem, quia ſtatus religionis eſt melius cum ſit in uia perfectionis. 22. q. 10. ¶ Conſ. 52. de reg. nu. 1.

Eccleſia non tolerat contractus prophanos, de orat. cap. 5. nu. 35. Non rixas clamores, tumultus, ſtrepitus, nu. 25. Non cantum, neque choreas ſæcu- C
lares. c. 18. num. 76.

Eccleſia quomodo polluitur, ſeu prophanatur, verſ. Pollutio. nu. 9.

Eccleſia prophanata per illationẽ in ea alicuius infidelis pagani, vel excommunicati etiam ſine ſepultura, nõ admittit orationem publicam, priuatam vero ſic, quia id nullo iure cauetur. In illa igitur, neque miſſa, neque alia publica diuina officia celebrari poſſunt. c. eccleſia. 1. & ca. eccleſiam, él ſecundo. de conſecrat. diſt. 1. c. ſacris. de ſepult. c. conſuluiſti. de cõſ. eccleſ. c. adhuc. de priuil. clę. 1. de ſepul. ¶ Cõſi. 5. de hęret. Eccleſiam abiurare verſ. abiurare nu. 15.

## *Eccleſiaſticus.*

QVæ ad eccleſiam pertinent eccleſiaſtica appellantur, & poſſunt eſſe tam perſonæ, quam res, ſeu bona, de quibus colligendum, quæ Auctor docet varijs in locis.

Eccleſiaſticæ perſonæ dicuntur, & ſunt fori Eccleſiaſtici Deo donati, conuerſi etiam ſi non ſint clerici. cap. duo ſunt. 12. q. prima. Dec. c. eccleſia. de conſt. nu. 7. c. alia. c. legi. 16. q. 1. ¶ De ſpol. cle. §. 1. de redim. eccleſ. q. 1. Mon. 55. Omnib. autem eccleſiaſticis perſonis onus, qui imponit incidit in bullã Cœnæ. ¶ Cõſ. 32. de ſent. excom. nu. 4.

Eccleſiaſtici miniſtri uocari poſſunt, quo ad orationem omnes clerici tam ſæculares, quàm regulares, maiores, & minores donati, donatę, & omnes recitantes orationes ab eccleſia inſtitutas, eo quod ſint illius, licet ſint laici, quia cenſentur id facere nomine eccleſiæ. ¶ de oratione. c. 20. nu. 40.

Eccleſiaſtico ſtatui non repugnat Bigamia, & irregularitas, licet ſic clericatui: poſſunt eſſe enim eccleſiaſticæ perſonæ, non tamẽ clerici. c. duo ſunt. 12. q. 1. ¶ De redi. eccleſ. q. 1. Mon. 55. nu. 13.

Eccleſiaſtici reditus magni, minus boni ſunt eos habenti, quàm parui victui tamen ſufficientes, magno enim habere opus eſt ad eos recte diſpenſandos, difficilemq. rationem, ac ſubtilem de illis reddere oportet. ¶ Ibi. Mon. 24. nu. 5.

Hi non exonerantur oneribus antiquis propter noua, quibus grauantur. Sunt. n. tam nunc, quàm antiquitus bona eccleſiaſtica conceſſa eiuſdem naturæ, id eſt patrimonium Chriſti. cap. cum ſecundum. de præbend. Et omnia

eiſdem

eiſdem ſumuntur priuilegijs.c.quàm-
quam. de cenſibus. l.ſunt ſacra.2.2.q.
5.ar.4. Et ſacrilegus eſt, qui ea ſump-
ſit.c.prædia.2.q.1.¶ Vbi ſup.Mon.13.
Eorum autem adminiſtratio plenaria
ad Rom.ſpectat Pontif. cuius res om-
nes eccleſiæ ſunt, quo ad hoc. ¶ De
ſpo.cle.§.2.nu.2.

Eccleſiaſticum prædium in emphy
teuſim perpetuam dari non poteſt, ne-
que in vſumfructum ad longum tem-
pus.clem. 1. de rebus eccleſ. non alie-
nand.& extrauag. eod. titu.declarata
in glo. ſummæ tract. 1. & eod. nu. 14.
Quod neque à Papa fieri poteſt.c. nul
li. eod. tit.¶ de ſpol. cleric.§.14.nu.1. B

## *Edictum.*

EDictum monitorium, vbi deficit
probatio iuſte peti poteſt.c. ſua.
de pœnis.¶ Conſi.3. de cenſibus.nu.8.

Non ligat tamen poſſidentem rem
præſcriptam. Et cauſam iuſtificantem
continere debet, ſicut etiam cenſuræ
per præcepta latet.

Edictum Papæ de reſidendo, an om
nes liget cõſulendus eſt ipſe, qui illud
dedit. ¶ Conſ. 1. de cler.non reſid.

Edictum ne Bulla Cœnæ publice-
tur reuocandum eſt, & ne iterum fiat
ſerio cauendum, quia peruenit à non C
habentibus iuriſdictionem in epiſco-
pos, & ideo eſt iniuſtum.¶ Conſi.23.
de ſen. excom.nu.5.

Edictum de euitandis excommuni-
catis non includit communicantes ſi-
ne præiudicio.ca. quoniam multi.2.q.
3.& Innoc.3.c. inter alia.de ſen.excõ.
¶ Conſi.58.eo.tit.nu.3.

Edictum monitorium generale pro
reuelãdis delictis.Ver.excõmunicato.

Edictum tale ligat in illis caſibus,
& ſecundum illum ordinem, in qui-
bus, & quemadmodum ſine illo præ-
cepto eſſet quis obligatus excepto, ꝙ
aliquoties teneretur citius cum illo,
quàm ſine illo reuelare. Sotus de Rat.
teg.m.2.q.6. ¶ Com.cap.Inter verba.
concl.6.nu.719.

## *Electio.*

† ELectio prout ex S. Tho.2. 2. q.
3.colligitur.& Ariſt.5.ethico.
& ex ipſo ſuo nomine eſt multorum
placẽtium in ordinem ad finem vnius
præacceptio. Electio autem Canonica
ſecundum Hoſtienſ. eſt idoneæ perſo-
næ ad dignitatem, vel ſocietatem ſer-
uata forma canonica facta vocatio.
¶ Silueſt. Ver. Electio. in princ.

Electio metu facta eſt ipſo iure nul-
la.c. vbi periculum.§.cæterum. de ele-
ctio.li.6.gl.memorab.quę eſt 4.in cap.
bonæ.el 1.eod.tit.¶ Tract.op.ſolu. op.
5.nu.5. Et ſimiliter illa, quæ facta eſt,
non vocatis habentibus ius ſuffragan
di, quia non eſt canonica.¶ Conſi.12.
eod.tit.

Electio mali miniſtri culpabilis eſt.
l.ſi ſeruus.§.proculus.ff.ad leg. Aquil.
¶ Relect.cap.ſi quando.de relc r.excep.
16.num. 4.

Electione agitur de iure, quærendo
ad rem.¶ trac.op.ſol.op.5.nu.6.

Electus cum eligitur, & confirma-
tur, debet eſſe habilis.cap.dudum. de
elect.& c.vt circa.eod.tit.lib.6.¶ Re-
lect.c.ſi quando.excep.8. num.8.

Electus tantum non poteſt agere
poſſeſſorio cum non habeat ius in re,
iuxta deciſionem Rotæ 6. de election.
alias 192. neque capere poteſt poſſeſ-
ſionem ante confirmationem.cap.aua-
ritiæ.de elect.lib.6.¶ Tractat.opp.ſol.
opp.1.num.3.

Electus confirmatus, & prouiſus
æquantur. cap. tranſmiſſam. de elect.
Tho.4.d.20.Panorm. communiter re-
cep.ca.ſi.& c. accidentibus. de exceſſ.
prælat.¶ de Iubil.Not.31.nu.5.

Electus electione iure naturali valida, licet inualida iure humano per defectum ſolemnitatis bona conſcientia retinet dignitatem, donec electio caſſetur. Innoc.c.quia plerique.de immun. eccl.¶ Com.de ſpo.cle.§.2. nu.6.

Electus per conuentionem beneficium dimittere tenetur, & eſt excommunicatus per extrauag.2.de ſimonia. ¶ Conſ.21.de ſimonia. nu.6.

Electores digniorem omni reiecta exceptione eligere tenentur ad animarum curam.c.licet.8.q.1. c. vnum. 26. diſt.Tho.2.2.q.63.ar.3. ad 3.alioquin peccant peccato acceptionis perſonarum.¶ conſi.22.de ſimonia. num. 1. Si dignum tamen eligunt, non tenentur ad reſtitutionem ſecus ſi indignum. Ibid.nu.2.& ſi conueniunt alium non eligere, niſi ex ſeipſis peccant ſimoniace.Ibi.num.3.

Electores indignum eligentes, & ſi pœnam legis humanę euadunt, non tamen euadunt pœnam legis naturæ. c. perpetuo.de elect.lib.6.¶ Conſil.3. de ęmpt.& vend.nu.6.

Eligẽdus ſemiplena probatione defectus repellitur.argum.c. præterea.el 2.de ſponſal.Electus vero plena.arg.c. ſuper his. de accuſat. Pro utroque dicto ſatis facit cap.Quemadmodum.de iureiurand.quatenus probat, quòd turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes.¶ Conſ. 1.de Iudæis.num.6.

Eligere tenemur tutum, quod eſt, & non quod eſt tutius, quo ad vtrumq; forum. Licet eligere tutius melius ſit, quia id eſt de conſilio, non autem de præcepto. Eſt autem de præcepto in his caſibus in quibus id faciendum iura exprimunt. Et etiam extra illos caſus duobus concurrentibus alterum quòd caſus dubius rem tangat ſaluti animæ neceſſariã, alterum quòd res vere ſit dubia.¶ Ibi.nu.42.¶ Com.c.ſi

A quis autem.de pœn.d. 7. à num.35.& Com.cap.cum contingat. de reſcript. remed. 2.nu. 19.

Eligere in confeſſorem quemcunq; Sacerdotem cuilibet Chriſtiano licebat ante Vrbanum 2. & in primitiua eccleſia cuilibet Sacerdoti erat facultas quemcunque audire iure diuino. cap.placuit. diſt. 6. quia licet ante illũ præceſſiſſet Caliſtus, & Dionyſ. decernentes, ne quis iudicaret alienum poſtea, quàm Parochias diſtinxiſſent, illorum attamen decreta non fuerunt vſu recepta, vt patet tempore Auguſtini; & ideo ab Vrbano 2. renouata sũt.

B ¶ Com.d.c.placuit.de pęnitent. diſt.6. nume.4.

Eligere autem iure poſſunt. Primò, qui tantum venialia habent, quia iſta non ſunt materia iuriſdictioni ſubiecta, vt quidam exiſtimant: nullus tamen eſt tex. qui id contineat, quod ſi id fuit vſu receptum, non tamen ſequitur talem Sacerdotem non habere iuriſdictionem, immo habet habitualẽ, quæ ad actualem reducitur per legitimam pęnitentis ſubiectionem. Eſt autem legitima, quando de licentia expreſſa, vel tacita illam facit, quam habet ille, qui venialia tantum exprimit.

C ¶ d. Com.num.22.

Eligere ſecundo poſſunt paſſim omnes ſacerdotes: & electus per legitimã ſubiectionem habet in illos iuriſdictionem. Sed qua facultate id faciant difficile eſt iudicare. Quia conſuetudo non videtur ſufficere, quæ talem poteſtatem dare non poteſt.c.2.de pœn.& remiſſ. lib. 6. Lex nulla eſt, quæ illam concedat. Dicendum ergo eos id facere poſſe. Primo, quo ad venialia. Secũdo, de licentia expreſſa, vel tacita ſuperiorum, quia vident, & tacent. Et tandem electio debet fieri, quoad approbatum ab ordinario, ut decernit,

Conc.

Conc. Trid. & non quo ad quęcunque. ¶ Ibi. num. 28.

Eligere tertio poſſunt epiſcopi, & ſuperiores prælati, necnon, & inferiores ſedi Apoſtolicæ immediate ſubiecti. c. fi. de pę. & remiſ. ¶ Ibi. nu. 29.

Eligere quarto poſſunt peregrini, quibus à parocho, uel ab epiſcopo facta eſt facultas peregrinandi, quia ſine ſacramento confeſſ. & refectione commode peregrinari non poſſunt. ¶ Ibid. nu. 62. Non tamen illis eſt conceſſa facultas, vt abſoluantur a caſibus reſeruatis, quia nec tacitam, neque expreſſam licentiam habent. contra Palud. 4. diſt. 17. q. 4. Ant. 3. par. titu. 17. capi. 4. ¶ Ibidem.

Eligere quinto poſſunt ſecundum Caietan. qui habent licentiam tacitã, vel expreſſam id faciendi, ſed eſt differentia, qui habent expreſſam, poſſũt eligere quemcunque idoneum curam, etiam animarum non exercẽtem. Qui autem tacitam minime. Et talis licentia valet tantum eo tempore, quo ad id tenentur, vel ſolitus eſt id facere, nõ autem pro alio tempore, ſed pro hac differentia. Caie. nullus eſt textus, nulla que ratio, quæ id conuincat.

Eligere ſexto poſſunt uagabundi, ſecundum Palud. & Anto. vbi ſup. quia nulli parocho ſubiacent, quare nullus tenetur eos audire, niſi qui volet. ¶ Ibidem nu. 80. 81. & 82.

# *Eleemoſinam.*

† ELeemoſinæ verbum interdum accipitur pro re ſpirituali, uel temporali, qua neceſſitate alicuius ſubuenitur ca. duæ. diſt. 45. Interdum pro actu virtutis quo fit illa ſubuentio. 2. 2. quæſt. 33. art. 1. Bonauen. & alij 4. d. 15. Sonat autẽ idem quod miſeratio. Quare datur eleemoſina corporalis, &

A ſpiritualis. ¶ Man. c. 24. nume. 3. & 4. ¶ Com. de eleem. num. 1.

Eleemoſina ſecundum S. Thom. vbi ſup. eſt actus, ſeu opus in quo datur aliquid indigenti ex cõpaſſione propter Deum. Et oritur ex miſericordia, & niſi fieret ob Deum, licet opus bonum morale eſſet, non tamen eſſet meritorium ſaltem de congruo, & ſufficit tacite, vel virtualiter propter Deum dare. ¶ Com. c. quam ob rem. de poe. d. 1. Eſt autem actus diuerſarum virtutum miſericordiæ proprie, Charitatis, quãdo fit propter Deum. Iuſtitiæ ſi impetatur propter debitum legale. Pœnitentię ſi fuit impoſita, aut ſuſcepta ad

B ſatisfaciendum pro peccatis. ¶ Ibidem nume. 8.

Eleemoſina ſecundum S. Aug. l. 50. hom. 6. altera eſt cordis, altera corporis, hæc ſine illa parum, illa autem ſine hæc multum valet, quia voluntas ſubueniendi egens efficax ideſt quæ ſubueniret, ſi adeſſet facultas multum prodeſt. ¶ Com. cap. Quamobrem. de pœ. diſt. 1. num. 4.

Eleemoſina ſpiritualis præſtat corporali. cap. duæ ſunt. diſt. 45. quare arctius præcipitur, quàm corporalis, & ideo ad eam tenemur etiam illi, qui nõ

C eſt in extrema neceſſitate conſtitutus ſine noſtræ vitæ periculo: & etiam cũ illo, quando ille extreme eget, docet Adria. 4. de correct. fraterna. ¶ De red. eccl. quæſt. 2. Mon. 3. nu. 23. de eleem. nume. 13.

Elemoſina vtraque regulariter eſt de conſilio, vel ſaltem non de præcepto obligante ad mort. niſi duobus caſibus. Primus, quando quis habet ſuperflua naturæ, & petitur eleemoſina ab eo, qui eget extreme. cap. Paſer. d. 83. & l. Necare. ff. de lib. agnoſc. Secundò, cum quis habet ſuperflua naturæ, & ſtatus, & occurrat egenus, quo ad

ſtatum. Auguſt. relatus in c. quod dicā. 14. q. 4. c. hoſpitales, 25. d. Tho. vbi ſupra. & quol. 8. art. 12. Oppoſitum tenent Pau. c. ſi verò. de iureiur. Ant. 2. par. ti. 1. c. 14. & Roſel. quorum opinio ſimpliciter vera non eſt, ſed tantum, quo ad talem egenum, quem ipſe elegeris. ¶ Ibi. & c. 17. num. 61. ¶ de red. eccl. q. 2. Mon. 3. nume. 4. & Mon. 4. In quibus tamen caſibus non eſt neceſſaria donatio, ſed commodatio, vel mutuatio. ¶ Man. c. 24. nu. 5.

Eleemoſina corporalis tripliciter poteſt conſiderari ſecundum S. Tho. vbi ſupra. Primò, ſecũdum propriam ſubſtantiam, & ſic habet corporalem effectum. Secundo, ex parte cauſę, ſicut datur pro amore Dei, & proximi, & ſic habet effectum ſpiritualem. Tertiò, ex parte effectus, & ſic etiā habet effectum ſpiritualem. ſ. mouere pauperem ad orandum. ¶ Com. cap. medicina. de pœn. diſt. 1. num. 2.

Eleemoſina maxima eſt inter partes ſatiſfactionis, vt omnes affirmāt in 4. diſ. 15. quia virtualiter videtur alias continere. Hęc excitat inopem ad orādum licet non obliget cum nullo iure id probetur, immo qui daret eā in precium orationis ſimoniam committeret, vt ait Sot. ¶ Com. cap. medicamentum. de pœn. d. 1.

Eleemoſinam gratiſſimam ſibi eſſe teſtatus eſt Chriſtus. Luc. 14. & Matt. 15. quare potius in vita, quā poſt mortem elargienda eſt. ¶ Man. ca. 24. nu. 4.

Eleemoſina maior eſt omnia ſimul dare, quàm minutatim, qui enim minutatim dat offert ſacrificium, ille vero, qui totum offert holocauſtum ſecundum Greg. ſuper Ezec. & contrarium dicere eſt error Iouin. quem damnat Augu. de dogm. eccl. ¶ Com. 1. de regul. num. 30.

Eleemoſina bona fit mala cum prin-

A cipaliter fit ob bonum honorariū, vel pecuniarum, non autem ſi minus principaliter. ¶ de elee. nu. 74.

Eleemoſinam maiorem, qui largitur publice, quam fuiſſet largiturus ſecretè modo minus principaliter maiorem laudem de illa requirat actu, vel virtute in finem debitum referens, bene meretur. ¶ Com. c. inter verba. concl. 5. nu. 36. & Com. de elee. nu. 75.

Eleemoſinam maiorem pauperi abſenti pro quo petit amicus, àut vir egregius largiri, quàm dediſſet ſi pauper ipſe, aut alius homo gregarius eā petijſſet meritum affert, modo minus

B principaliter, & nō principaliter aſpiciat perſonam. ¶ Ibid. de eleem. nu. 76.

Eleemoſinam largiri ſacrifico, vel pauperi pro Miſſa, vel oratione, niſi detur in precium nō eſt ſimonia. ¶ Manual. c. 23. num. 102.

Eleemoſinam poteſt largiri regularis. Primò, quando pauper extreme eget. Secundo, cum a monaſterio longe degit cum debita licentia. Tertiò, cum aliquid de ſua par ſimonia detinet. ¶ Com. 2. de reg. nu. 8.

Eleemoſinæ, quæ fiunt a religioſis honeſtius fiunt in frumento, & alijs bonis, quàm in pecunia. ¶ Com. 3. de

C Regul. num. 19.

Eleemoſinæ elargiendę in perſonas incertas, & vſus noue à Pio Quinto Monialibus ſunt applicatæ. ¶ Com. 4. de Regul. nu. 54.

Eleemoſina vberius quæritur, quā redditus beneficij, quia illa ſine vllo onere, illi vero cum onere dandi ſuper flua pauperib. quæruntur. ¶ De redim. eccl. q. 1. Mon. 46. nu. 4.

Eleemoſinas quærere fratribus S. Antonij, etiā poſt Concil. licet, quamuis oēs quæſtores eleemoſinarij prohibeantur, quia accipiunt per Bullam Pij quarti ante Conc. publicatam, &

Pij quinti poſt. & multæ etiam rationes occurrunt per quas debent excipi a lege generali, quia ægroti ad eos confugientes, non habent vnde ſe alant.

Secundo, quia ſunt domus mendicantium quibus licet. Tertiò, quia lex naturalis, & diuina permittit eos mendicare, dum tamen non prędicat, neq; indulgentias publicãt ad locos. ¶ Conſil. 79. de regula per totum.

Eleemoſinas quærere prædicando, & indulgentias publicando non licet per Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 9. vbi eleemoſinarum quæſtores interdicuntur quæſtuari. Pro infirmis, & religioſis quærere, licet, quia lex naturalis permittit, & quandoque præcipit. ¶ Conſil. 79. de regul.

Eleemoſinas pro certo paupere quærens, ac ſibi illam retinens bis peccat, & mentiendo, & rem alterius retinendo, ſecus ſi pro paupere in generali, quia eius appellatione, & ipſe cõtinetur. argu. c. ne quis. 22. q. 2. ¶ Ibid.

Eleemoſinarij ſunt beneficiarij, qui reditus, beneficiorum cum pacto dandi ſuperflua pauperibus acceperunt. ¶ De red. eccl. q. 2. Mon. 7. num. 2.

Eleemoſina danda eſt indigẽti, vel ei, qui probabiliter putatur indigere. gl. nota. c. quieſcamus. 42. diſt. ¶ Com. d. c. de eleemoſ. nu. 5.

Eleemoſinam facit, qui ſoluit creditori pauperi, non tãtum, quo ea reddat ſuum, ſed etiã quo prouideat eius egeſtati. num. 6.

Eleemoſina quadruplex eſt vna mẽtalis tantum, vt voluntas nuda ſubueniendi: altera verbalis tantum, vt ſubuẽtio ſolis verbis facta ſine animo ſubueniendi. Tertia, realis tantum, vt cum datur aliquid ſine verbis, & animo ſubueniendi. Quarta mixta, qualis eſt vera eleemoſina animo, verbis, & re exhibita. ¶ num. 8. Primo, prodeſt

A ſine alijs, ſed non aliæ ſine ipſa c. non ſatis. 86. diſt. num. 9.

Eleemoſinam facere poteſt tã pauper, quàm diues, & circa illam mereri, vel peccare, prout volunt ſubuenire, vel non ca. duæ ſunt. 45. d. ¶ nu. 10. Et ad faciẽdam obligãtur ipſi pauperes, quo ad actum interiorem. ¶ nu. 11.

Eleemoſina vera eſt, quãdo quis ſibi retinet, quod debet pauperibus, ſi vere eſt pauper. ¶ nu. 12. & quando datur propter egieſtatem veram, vel ſaltem reputatam, aut propter Deũ fiat, & tunc eſt melior. ¶ Ibi.

B Eleemoſinam corporalem facere aſt quãdo eſt pręceptũ obligans ad mort. Luc. 2. quia quidam ob id condemnabuntur in die iudicij. num. 14.

Eleemoſinam facere de omnino neceſſarijs vitæ ſuæ, nemo tenetur, & id faciens mortaliter peccat, idem de neceſſarijs illorum quibus prouidere debet. cap. ſi non licet. 23. q. 5. l. ſi pręſes. C. de ſeru. aqu. ¶ num. 15.

Eleemoſinã facere de ſuperfluo naturæ tantum non eſt præceptum, ſed regulariter vetitum, & peccatum. cap. quæ contra mores. 8. diſt. ¶ nu. 18.

Eleemoſinam, vt quis faciat etiam extreme egenti, non licet indecenter viuere, neque ob humilitatem, cũ eleemoſinã præſtantioris ſit virtutis, quã humilitas. ¶ nu. 19.

C Eleemoſinam quilibet ſuperfluum naturæ tantum habens tenetur in extrema neceſſitate facere, cum ei proximus occurrit ſub pœna peccati mort. c. in ſingulis. 86. diſt. & lex naturalis ad id obligat. cap. ius naturale. 1. diſt. alioquin eſſet homicida. cap. paſce. 86. diſt. ¶ num. 23.

Eleemoſinam cęteris parib. largiri tenemur potius perſonaliter petentibus quam nolentibus præ pudore petere; quia magis tenemur occurrenti-

bus quàm alijs S.Tho. quol.8.art. 13. & qui petũt virtuoſius faciũt.¶ n.55.

Eleemoſinam facere tenetur habẽs ſuperfluum naturæ, & perſonæ pauperibus extra extremam neceſſitatem, quos ipſe delegerit, non autem occurrentibus.¶ nu.52.

Eleemoſina tunc prodeſt cum dans eſt in ſtatu gratiæ, non autem ſi ſit in peccato, quia eſſet mortua.cap.nihil. de conſil.diſt.5.quæ tamen tunc, & ſi non valet ad meritum, valet ad multa alia.¶ nu.57.Vide ver.opera.

Eleemoſinam quilibet facere poteſt cuilibet egenti, de qualibet re, dũmodo, ſine præiudicio alterius, vel proprio, cui renunciare nequit, quia cum illo de nullo poteſt. cap.denique. 14. quæſt.5.¶ nu.59.

Eleemoſinam facere poteſt monachus, & etiam ſine licentia, illi qui extreme eget, quia tunc licite accipit de his, quæ ſuperfluunt Monaſt. vt cõmunicet ei, qui extreme patitur. ¶ Com. 2.de Regul.num.28.de bonis.monaſt. de licentia ſuperioris. ¶ 60. Non autẽ hæres etiam de ſuis, quæ ſunt reſtitutioni ſubiecta.l.fœmina.C.de ſec. nup.

Neque quis de illicitè acquiſitis ad effectum, vt reſtitutioni maneat obnoxius.c.nõ eſt putãda.1.q.1. & ſic ite lligendus eſt.S.Tho.2.2.q.32.ar.7.¶Ibi.

Neq; quis de licitè acquiſitis quando ob id maneret impotens ad reſtituendum id, quod neceſſario alteri debet.¶ num.62.

Eleemoſinam extreme egenti facere quis poteſt de alieno, ſi non habet de ſuo, quia & dominus ſi præſens eſſet, ad id teneretur l.2.§.cum in eadẽ. ad l.Rhod.de iact.¶ nu.63.

Eleemoſinam potentibus laborare qui faciunt reputando eos pauperes non male faciunt.¶ 67.

Eleemoſina plus dari iuſte poteſt in A opus piũ amore Dei ſi petatur ex ſuggeſtu, vel altari, vt etiam pro eo circunſedentes orent.¶ num.77.

## *Emphyteoſis.*

EMphyteoſis vocabulum græcum eſt, & latine dicitur melioratio propter hoc, quòd olim per iſtum contractum ſolum viles quædam terræ, & ſteriles concedebantur, vt accipiens melioraret, & fertiles redderet. Sed deinde permiſſus eſt de rebus fertilibus, & fertiliſſimus emphyteoticari poſſe. Vnde emphyteoſis iuxta vulgares dicitur datio ad liuellũ. Et eſt con- B tractus medius inter emptionem, & locationem. Vnde emphyteota eſt, qui rem immobilem hæreditario iure meliorandam, vel colendam ſub certis pactis, vel conditionibus, & precio accipit perpetuo, vel ad tẽpus. Silueſt. Ver. emphyteoſis.in prin.

Emphyteoſis perpetua ſuper bona eccleſiaſtica fieri non põt.c. nulli.de reb.eccl. nõ alie.¶De ſpo.cle.§.4.n.1.

Emphyteoſim perpetuam, vel temporariam de bonis eccleſiæ perdit ille, qui per duos annos penſionem ſoluere ceſſat.ca.potuit.de locatio.niſi celeritate ſolutionis mora purgetur, C quę purgatur ſi ante citationem, vel poſt ſine alia dilatione ſoluit. Innocen.& Io.Andr.in d.c. potuit. Bal. & Spec.titu.eo.Cardin. tamen ibi arbitrio iudicis reliquit, quod verius videtur.¶Manu.c.17.nu.192.

De bonis uerò laicis perdit, qui per tres annos nõ ſoluit.per l.2.de iur.emphy.¶Com.de Reb.eccl. nõ alie.n.22.

Emphyteoſis bonorũ requirit moram trium annorum ad ſui amiſſionẽ, ſed mora non poteſt purgari ob minoris temporis ſpacium. l.fin. C. de iur. emphyteotico.¶Ibid.

Emphyteoſis amiſſio, ipſo iure incurſa

curſa pendet a voluntate Domini cui acquiritur ſi petat ante mortem ſuam, vel ipſius emphyteotæ, ob multa, qui Caſtaneus adducit in deciſ. 2. & 3. de locat. ¶ Manu. c. 25. nu. 104.

Emphyteoſis ad tres, vel plures vitas in Luſitania frequẽs eſt. ¶ Cõſ. 43. de ſimonia. nu. 5.

Emphyteota poteſt locare emphyteoſim ad paruum tempus. leg. non ſolum. ff. de locat. leg. nemo prohibetur. C. de locat. & tradit Specul. ibi quem ſequitur Iaſon. leg. fin. C. de iure emphy. ¶ Conſ. 4. de emptio. nu. 5.

Emphyteoſis pro vacante non habetur ſine Domini voluntate. ¶ De ſimonia. nu. 30.

Emphiteota non perdit Emphyteoſim propter inutilem alienationẽ Bal. in l. 2. C. de Epiſc. audien. ¶ Com. de reb. Eccl. non alien. num. 19. Peccat tamen quia contra legem tam Canonicam quàm ciuilem facit. ¶ Ibi. nu. 20.

Non poteſt ius ſuum pendere niſi requiſito prius Domino directo, cum velit illud pretio emere, quod ſi velit tenetur illud ſoluere laudemium, & ſi vendiderit irrequiſito eo perdit ius ſuũ. l. 2. & 3. C. d̃ iur. Emph. ¶ Ib. n. 22.

## *Emptio*.

Emptio alienatio, eſt qua Dominium, & poſſeſſio rei venditæ transfertur per traditionẽ ipſius Domini. Vel ſi non eſt Dominus vſucapiendi conditio in mentem pro iſto ſoluto precio. Neque poteſt eſſe ſine precio pecuniæ, ſcilicet numeratæ. Inſtit. de empt. & venditio. §. item precium. Quia vbi aliud pro alio datur permutatio eſt, & non venditio. l. 1. ff. de contrah. empt. Silueſt. Verb. emptio. in prin.

Emptionis nomine in materia, de ſimonia omnis contractus non gratui A tus venit ſecundum omnes. ¶ Cõſi. 39. de ſim. nu. 2. Man. c. 23. nu. 100.

Emptio contractus eſt licitus, honeſtus, & iuſtus, vt colligitur. tit. de cõtrah. emp. & de act. emp. ¶ conſi. 15. de emp. num. 3.

Emptio non definit eſſe, licet precium non detur in numerata pecunia. Bald. Salicet. & Angel. §. in precium. Inſtit. de emptio. eſt tamen precium de eſſentia venditionis, licet non ſit de eſſentia ſolutionis, quod aliqui Theol. doctiſs. non conſiderarunt. ¶ Conſi. 1. de vend. nu. 13.

Emptio illicita eſt cum ſit ſimulata B animo. ſ. mutuandi, & tunc, vel eſt vſuraria, vel iniuſta. ¶ Conſ. 1. de conſt. num. 21. Man. cap. 17. nu. 103. de vſur. num. 78.

Emptio iniuſta eſt cum precium maius notabiliter iuſto datur, vel accipitur. cap. 122. de emp. & l. 1. de contrahend. emptio. Thom. 2. 2. q. 27. artic. 1. ¶ Conſi. 6. eodem titulo Man. c. 23. num. 77.

Emptio in qua precium majus, vel minus iuſto interuenit peccatum eſt. Scot. 4. diſt. 15. quęſt. 2. Et eſt communis opinio. vt ait Conrad. 3. p. q. 57. Almainus 4. diſt. 15. q. 2. Veniale au- C tem quando exceſſus eſt paruus vltra latitudinem omnem iuſti precij. Mortale vero ſi eſt notabilis etiam citra dimidium, non tamen punitur a lege ciuili. ¶ Relect. c. nouit. de iudic. Notab. 6. num. 47.

Emptio minoris dimidio iuſti precij iniuſta eſt, & reſciſſibilis. l. 2. C. de reſcinden. vendition. c. cum dilectus. de emption. ¶ Conſi. 3. de vſur.

Emptio cum pacto de retrouendendo licita eſt, modo non ſit ſimulata, ut dictum eſt ſupra. ¶ conſil. 1. de conſt. num. 21.

Emptio hominis liberi, alioquin

periturí, licita eſt, ſi autem non eſt ta- A lis credens, vel credere debens non fuiſſe captum in bello iuſto, neque illum ob crimen libertatem amiſiſſe peccat, & ad reſtituendum tenetur. l. liberi hominis. ff. de contrah. empt. ¶ Manu. c. 23. nu. 95. & 96.

Emptor in mora regulari eſt poſt al leuamentum fideiuſſionis præſtandæ. ¶ Conſ. 5. de vſur. num. 6.

Rei emptor fructus percipiens poſt moram tenetur ad vſuram precij non ſoluti. ¶ Conſ. 1. eo. ti.

Emptor prior in re inualide vendita nullam habet actionem. Salic. & Iaſon. alleg. à glo. l. quoties. C. de fideicommiſſ. ¶ Conſ. 5. de empt. nu. 19.

Emptor emens domum ſub certo cenſu non poteſt illum negare, quia eſſet ipſum priuate auctoritate propria, quod non licet. ¶ Conſil. 7. de emp. num. 57.

Emptor bonæ fidei appellatur, qui probabiliter credit rem vere eſſe illius, qui dedit, vel illum habuiſſe in eam ius. c. ſi uirgo. 34. q. 2. gl. c. ſi diligenti. de reſcr. ¶ Manu. c. 17. nu. 10.

Emptor bonæ fidei rei non uendibilis, habet actionem exempto. l. libe ri hominis. ff. de contrah. empt. ¶ Cōſil. 5. de emptio. nu. 18.

Talis tenetur reſtituere uero Domino, cum reſciuerit etiam non dato precio. l. mater. C. de rei uend. & ſi nō habet rem addat id pro qua re factus eſt locupletior. l. ſi poſſeſſor. §. 1. ff. de petend. hæred. ſin aliter nihil reddat. l. in creditore. ff. de euict. ¶ Manual. c. 17. num. 8.

Poteſt iſte etiam rem emptam reddere uenditori, & precium ſuum recuperare ſecūdum Alex. 4. p. q. 86. in 3. Gabr. 4. d. 15. & in hoc nō cooperatur ad peccatū, imò cooperatur ad exeundum ab illo, & poteſt emptor plus ſibi, quam alteri prouidere, ar. l. ſi præſes. C. de ſeru. c. & non licet. 23. q. 5. ¶ Ibidem.

Emere non poſſunt Curator, nec Tutores ſuorum minimorum. uerſic. Tutor. Neque iudices temporarij res ſuorum ſubditorum. l. 1. C. de Contract. Iud. Et l. Principalibus. C. ſi cer tum petatur. ¶ Com. de Cambijs. num. 5.

## *Epiſcopus.*

† EPiſcopus græcum uerbum eſt dictum ab epiſcopi, quod eſt ſupra, & ſcopi, quod eſt intendere, quaſi
B ſuperintendens, quia ſuperintendit clericis, & laicis ſibi commiſſis, c. qui epiſcopatum. 8. quæſt. 1. & c. clericos. 10. diſtin.

Dicitur etiam ſpeculator eo, quod ſubditorum mores, & vitam ſpeculatur. Silu. ver. epiſcopus. in prin.

Tenetur intra tres menſes conſecrari, ne perdat fructus, & intra alios tres ne perdat epiſcopatum per Conc. Trid. ſeſs. 23. c. 2. de refo[illegible] ¶ Man. c. 25. num. 118.

Tenetur inquirere an clerici ſuæ Diœceſis gabellis grauentur Conc. Vien. clem. eſsenti. de cenſibus. vbi il-
C lis hoc præcipitur ſub poena peccati mortalis. ¶ Man. c. 17. nu. 102.

Tenetur intereſſe officijs diuinis in ſua cathedrali eccleſia, & non eſt immunis, vt vulg. exiſtimat. Greg. enim. cap. peruenit. 7. quęſtion. 1. ſtatuit, ut epiſcopi in ſua eccleſia more ſacerdotali reſideant, per Concil. Aurelianenſ. c. epiſcopi, de conſecration. diſt. tertia, quod videtur illos obligare Dominicis diebus ſolum, intelligit enim Conc. non quod alijs diebus non teneātur intereſſe, ſed quod diebus Dominicis ſe excuſare non poſſint, niſi ob infirmitatem, aut aliam cauſam ſimilem.

miſem, & ſi alijs diebus alia etiam le-uiori poſſint. ¶ de orat. c. 5. nu. 16.

Tenetur habere Vicarium ſtatariũ per conſuetudinem generalem obſeruatam. c. contra morem. diſtin. 100. & ſine tali officio, non poteſt bene regere diœceſim. Contrarium dicere repugnat iuri naturali. ¶ Conſi. 4. De officio delegat. per totum.

Tenetur alere illum, quem ſcienter ſine titulo ordinauit. per c. cum ſecundum. de præben. & eſt Inn. 3. ¶ conſ. 1. de conſt. nu. 45.

Epiſcopus poteſt feſta noua in ſuo epiſcopatu indicere, & conſequenter noua eorum officia ordinare. Concil. Lugdun. c. pronunciandum. de conſ. d. 3. & gl. c. 1. diſt. 95. & Greg. c. nouit. diſt. 12. modo non mutet formam eccleſiæ Romanæ nouam inducendo contra Bull. Pij Quinti in Breuiar. Romano per Conc. Trid. reformato. ¶ Com. de ora. c. 2. nu. 27.

Diſpenſare poteſt cum depoſitis a ſe verbaliter. c. at ſi clerici. §. de adulterum. de Iudic. ¶ Conſi. 2. de ſent. excom. verb. Diſpenſatio.

Diſpenſare poteſt ſuper omnibus irregularitatibus ex delictis occultib. prouenientibus ex Conc. Trid. Conſ. 31. de temp. or. nu. 3. Non autem ſi nõ perueniat ex delicto. ¶ conſi. 33. de homic. num. 2. Neque quando prouenit ex homicidio voluntario. ¶ Conſil. 17. eod. tit.

Diſpenſare poteſt in impedimento matrim. etiam dirimenti. dum impedimentum eſt occultum, & non poteſt haberi recurſus ad Papam, vel Legatum propter paupertatem, aut alia legitima impedimenta. Sed de hoc non poteſt dari certa regula. ¶ conſil. 4. de ſponſ. Man. c. 22. nu. 85.

Diſpenſare poteſt vt beneficiũ per ſimoniam ignoranter adeptum colla-

A tario, iterum conferatur. ¶ Conſ. 6 r. de ſimon.

Diſpenſare poteſt cum ſuſpenſo à ſe minoribus initiato. ¶ Conſil. 33. de temp. ord.

Diſpenſare poteſt ſuper qualitate ad tenendum beneficium requiſita de conſenſu patroni Fel. in cap. cum acceſſiſſent. de conſti. num. 14. ¶ conſ. 7. de cle. non reſi. num. 3.

Diſpenſare poteſt in voto continentiæ perpetuo, quando timetur magnũ damnum incõtinentiæ, & non poteſt adiri Papa Silueſ. ver. votum. 4. q. 4. In voto vero continentiæ ad tempus poteſt ſimpliciter. Pal. 4. d. 38. q. 4. Et cir

B ca votum de nunquam contrahendo ſecundum Ant. & alios. Caiet. tamen tom. 2. opp. 2. q. 1. contrarium tenet. ¶ Man. cap. 12. num. 76.

Diſpenſandi facultate a Concilio ſibi conceſſa cum ſuis ſubditis tãtum vti poteſt, quia verba diſpoſitionis alijs non conueniunt. ca. indemnitatib. §. pe. de ele. lib. 6. & l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. ¶ Conſ. 8. de offi. iud. ord.

Epiſcopus ordinare poteſt familiarem ſuum triennalem, non autem diſpenſare ſecum ſuper temporum interſtitijs, niſi adſit vtilitas, aut neceſſitas ſuæ eccleſiæ, quia facultas illi data ad

C ordinandum, non extendit ad diſpendum contra Conc. Trid. ſeſ. 23. cap. 1. de refor. ¶ Conſil. 27. de temp. ord. & minus ſi ille eſſet illegitimus. Ibid. Conſil. 28.

Ordinare non poteſt laicum alienum. ¶ Conſi. 30. eo. tit. Neque bigamum, quẽ ſi ordinat ſuſpenſus eſt per annum ad conferendum eodem ordinem, & a celebranda Miſſa per Conc. Trid. ¶ Conſi. 3. de bigam. nu. 1.

Ordinare indignos non debet, ſed ſi faciat, & ſciat illos eſſe tales peccat. c. 1. de offi. deleg. non tamen ſi intẽdat

ordina-

ordinare ſimpliciter. ¶ Conſ.6.de tép. or. & ſi illi ſint indigni ꝓpter aliquẽ defectum occultum, quem ipſe neſcit, vel omnino probari non poteſt ſi ordinare non intendat peccat.c.ſi tantũ. & c.placuit.6.q.2. & facit contra cõſtitutionem omnium ſanctorum epiſcoporum, & contra c. veuit, & c.quo iure 8.diſt. Inducit grandia, & grauia crimina contra c.nihil cum ſcandalo. de pręſcri. Nec pertinent ad ipſum peccata occulta cum non ſit ſecretorũ iudex. c.erubeſcant.32. diſt. ¶ Conſil.7. de temp.or.nu.2.& 3. & conſ.6.n.12.

Ordinans alienum Parochianũ, aut ſuum ſine titulo ſuſpenditur per annum ab exercitio Pontificali Concil. Trid.ſeſ.23.c 9. ¶ cõſ.24. eo.tit.nu.1.

Ordinando non põt accipere quicquam etiam ſponte oblatum pro ipſa ordinatione, aut litteris dimiſſorijs, aut pro ſigillo ſeſ.21.c.1. Neq; dimiſſorias concedere poteſt niſi examinatis, & approbatis, ead.ſeſs.c.3. ¶ Man. cap.22.num.18.

Epiſcopus abſoluere poteſt ab omni ſuſpenſione a iure lata, & præcipue non reſeruata. ¶ Conſi.53.de temp.or. & in omnibus caſibus, & cenſuris ante, & poſt Concil. Papæ reſeruatis in foro conſcientiæ. ¶ conſil. 23.de ſent. excom.num.1.

Epiſcopus abſoluere poteſt ab excommunicatione ab homine, vel a iure reſeruata eum, qui iuſte impeditus eſt.c.eos.qui.de ſent.exco.lib.6. ¶ cõſ. 18.de ſent.excom.

Abſoluere poteſt ex priuilegio ſuæ auctoritatis ex officio ab hæreſi virtute canonum.Conc.Trid.c.ſori.de offi. ord.& hoc caſu poteſt committere abſolutionem, vt autem Papæ delegatus non poteſt committere, niſi nudum miniſterium abſoluendi, non autem arbitrandi pęnitentiam. ¶ conſi.25.eo.tit.

A intellige niſi ſic illi ſpiritualiter derogatum per Bullam Cœnæ verſ.Hæreticus.num.9.

Epiſcopus reſeruare ſibi poteſt reſtitutionem, id eſt peccata commiſſa ob non factam ipſam reſtitutionem, vel committere. cõfeſſarijs ne ſine ſui licentia abſoluant tales, vel diſponat de illis rebus.

Non poteſt tamen iubere, vt qui reſtituere tenetur per ſeipſum ſine illo non reſtituat, neque regulariter poteſt in eo contra debitoris voluntatem ſe interponere, ſecundum Ange. verbo. Reſtitutio. §.6. Gabr.4.d.19.q.

B 1.Ioan.de Ligna.& Cald.cap.cum ſit, de Iudæ.& alios, quos refert Silu.Reſti. 8.q.5. & conſuetudo in cõtrarium non valet, quia contra legem naturalẽ eſſet, & ideo irrationabilis. Poteſt tamẽ, quo ad hoc ſe intermittere in quatuor caſibus. Primò, cum ille qui reſtitutioni eſt obligatus, moritur abſq; hæredibus, vel executoribus. Secũdò, cum ille non vult reſtituere. Tertiò, cum ille non recte diſtribuit. Quarto, cum eſt manifeſtus vſurarius. ¶ Man. cap.17.num.92.

Epiſcopus capellaniam perpetuam reddere poteſt temporalem, quia po-

C teſt, vt ordinarius vnire diuidere, de nouo creare, & extinguere beneficia ſui epiſcopatus. c.ſicut vnire.de exceſ. prælator.& c.plures.16.q.1. ¶ Conſ.6. de offic.ord.num.1.

Vnire capellaniam beneficio curato.conſil.37. de præb.num.2.& beneficia deuoluta & reſeruata. ¶ Cõſ.64. eo.tit.& eccleſias ipſa ex cauſa. ¶ Cõſ. 2.de rebus eccl.non alien.

Epiſcopus poteſt concedere licentiam permutãdi vnam eccleſiam cum altera duobus habentibus illas. capit. quæſita. de rerum permut.& poſſeſſionem vnius eccleſiæ cum poſſeſſione alterius.

terius.c.ad quæſtionem.eo.tit.¶ cõſil. 2.de reb.eccl.alien.

Epiſcopus beneficia perpetua mouibilia reddere, & extinguere poteſt. ¶ Conſil. 8.de reb.eccl.&c. Imponere penſionem ſuper beneficium vnius ad ſuſtentandum alienum clericum pauperem.c.niſi de præbend.¶ conſi.2.eo. titu. Augere præbendas pauperes ſuorum canonicorum applicando eis aliquos redditus beneficij ſui epiſcopatus.c.expoſuiſti.de præb.¶ Ibid.nu.3.

Beneficium ſi coniugato ſciẽter cõferat, illud ei auferre nequit. c.veniẽs. de fil.presbyt.ſecus ſi ignoranter.¶ cõſil.61.de ſimo.num.12.

Beneficiarios cogere poteſt ex officio ad exhibendos titulos ſuorum beneficiorum.gl.vlt.c.1.de reg.iur. li.6. ¶ conſ.14.de off.iud.ord.nu.1.

Epiſcopi ſoli olim vniuerſa bona ſolebant adminiſtrare clement. lib.2. c.28. & Anch.c.præcipimus.12.q.1. Neque beneficiarijs congruam, quam debebant portionem exhibebãt.¶ De redi.eccl.q.1.Mon.50.nu.2.

Iuſta de cauſa bona eccleſię alienare poteſt, & à fortiori de licentia Papæ.¶ Com.de ſpol.cler.§.2.nu.5.

Epiſcopus de reditibus epiſcopatus reſtari non poteſt.c.1.& q.5.c.relatum.de teſtam.Auth.licentia. C. de epiſc.& cler.¶ Conſi.15.de Regul.nu.1. & hæc eſt ratio cur Papa in Hiſpania per ſuos collectores omnia epiſcoporum ſpolia recipit reiectis teſtamẽtis.¶ De red.eccl.q.3.Mon.4.nu.1.

Mutare non poteſt teſtatoris volũtatem. Clem. Quia contingit. de Relig.dom.¶ conſi.5.de prçb.nu.3.

Epiſcopus licentiam celebrandi in alieno epiſcopatu concedere non poteſt.¶ conſi.5.de celebr.Miſſa.num.1. In ſua autem diœceſi poteſt, non ſolum ipſe extra locum ſacrum Miſſa- A re, ſed etiam licentiam Miſſandi concedere, & non eſſet contra Conc.Triden.¶ conſi.16.de priuil.nu.3. Debet autem habere ad hoc iuſtam cauſam iuxta ſtatutum.c.concedimus, de conſecrat.diſt.1.Ibid.†Et per hoc concorda, quę Auctor dicit hic.& in conſ.1. de conſtitu.num.76. Vide Man. c.25. num.81. & 82. Ideo non poteſt talem licẽtiam concedere alicui, vt celebret in aliquo loco non ſacro ante infirmum.¶ Conſi.1.de conſt.nu.76.

Epiſcopus viſitare poteſt capellanos triremium, ſi aliàs exempti non ſunt.Verbo Capellanus.

B Viſitare poteſt collegium laicum, quoad ſpiritualia, Verb.Collegium.

Epiſcopus ſtatuere non poteſt contra ius nouum illud ad antiquum deducens. ¶ conſi.3.de reliq. & vener. Ss.num.2.

Iure antiquo, ſicut nec conferre poterat, nec confirmare, nec corrigere, ita neque ſtatuere poterat ſine conſilio capituli.cap.quanto.de his quæ fi. à prælat.¶ Conſi.9.de of.iud.or.nu.1. & conſi.76.de Reg.

Statuere poteſt ne quid in exorciſmis inordinatè, vel immodeſtè fiant, quia id eſſet non ius nouum condere, C ſed legem actualem ampliare.¶ Conſi.5.de maior.& obed.nu.5.

Epiſcopus vrgente neceſſitate ſubſidium charitatiuum petere poteſt. ¶ conſi.7.de cenſib.nu.2.

Contra blaſphemos poſſet procedere melius per viſitationẽ, & inquiſitionem generalem, iux. c.1.de of.or. & l.congruit.ff.de offic.præſid. Et poſtea ſine turbatione populi per inquiſitionem ſpetialem procedere contra eos.iuxt.c.inquiſitoris.de accuſa.Poſſet tamen de rigore iuris ferre monitorium temperatum, & modificatum ne includeret ſecreta, neque excluderet

ret correctionem fraternam.¶conſ.6. A de accuſ.& inquiſit.nu.4.

Epiſcopus poteſt omnia præter ea, quæ ſunt ordinis, quando non eſt con ſecratus.¶Conſi.30.de ſponſ.nu.4.

Dare poteſt facultatem Religioſo adminiſtrãdi Euchariſtiam, & extremam vnctionem omnibus ſuæ Diœceſis.¶Conſi.47.eo.tit.

Cognoſcere poteſt de inhabilitate Vicarij exempti, non obſtante priuilegio.¶Conſi.4.de temp.ordin. num.6. & de illius inhabilitate ad curam animatum exercendam: immo & corrigere, & punire etiam extra viſitationẽ, per cap.3.de refor.ſeſſ.14.Conc.Trid. B ¶ Vbi ſup.

Immo poteſt id etiam facere cõtra Capitula ſeruato moderamine, quando, ſ.adiungunt ſibi alios canonicos. ¶ Ibid.vide nu.59.

Examen à Papa ſibi commiſſum cum clauſula (ſuper quo conſcientiam tuam oneramus) poteſt ille alteri committere. ¶ conſi.2.de offi.dele.num.1.

Contra concubinarios, & alios peccatores ex officio procedere poteſt. ¶ conſi.2.de offi.iud.ord.

In quolibet loco ſibi ſubdito ius dicere poteſt.ea.cum epiſcopus de offic. ord.lib.6.etiam in ſua camera, vt dicit C Francus.Ibid.conſi.3.eod.tit.

Vocatus ad Concilium ſi legitime eſt impeditus, poteſt ſe per procuratorem excuſare.cap. eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſ. & prop. ¶ Conſi. 10.de of.iu.or.

Epiſcopus poteſt tenere duos Canonicos in ſuum obſequium, alij vero prælati ſaltem vnum. c. de cætero. de ele.non reſi.¶ conſ. 2.eod.tit.

Monialium clauſtra ſibi ſubiecta ex iuſta cauſa, ſine alia licentia intrare poteſt, per Concil. Trid. ¶ Conſ.6.de ſtatu Monac.nu.2.

Monaſteria autem omnia de iure communi illi ſubijciuntur. ¶ Conſil. 6.de Reg.nu.5.

Si vult abſolui virtute Iubilei confeſſorem approbatum eligere debet. ¶ Conſ.12.de pœ.nu.1.

Extra ſuam Diœceſim particularis perſona cenſetur ſaltem, quo ad exequendum ſuam poteſtatem.l.3. adiuncta gl.ff.de offi.preſid.& glo.adiuncto tex.de rap.¶ Conſ.47. De ſponſ.nu.4.

Quare nõ poteſt in aliena Diœceſi Pontificalia exercere, quod ſi faciat bona fide, id eſt ſine contemptu, & ſi ſententiam ſuſpenſ. incurrat per Cõc. Trid.ſeſſ.6.c.5.impoſitam, & irregularitatem ſi celebrat: abſolutionem humiliter ſi petat eſt abſoluendus impoſita ſibi ſalutari pęnitentia.¶Conſ. 69.de ſen.exc.

Extra ſuum epiſcopatum concedere indulgentiam non poteſt, ſed quomodo poſſit, vel nõ poſſit. vet.Indulg.

Dare facultatem non poteſt excommunicato intereſſendi diuinis, quando excommunicatio eſt reſeruata, & excõmunicatus eſt declaratus.¶Conſ. 16.de ſent.excom.

Procedere nõ poteſt contra officiales, vel Nuncios Papæ, extrauaganr. cum Matthæ.extra de Hæret.¶ Conſ. 19.de ſenten.excom.

Excommunicationis ſententiã nõ incurrit verba iniurioſa ſi dicat, etiãſi conetur percutere.¶ Conſi.37.eod.tit.

Si ille eſt Dux, non omnia pręterea illi licet, quæ duci, quia non poteſt occidere, uel mutilare.cap.final.ne cler. vel monac.lib.6.quia uenit Caie.poteſtas eccleſiaſtica modificat laicum in vna, & eadem perſona cum ſimul concurrunt.¶ Releƈt.c.nouit. de iud.Not. 6.nu.26.

Epiſcopus retẽto epiſcopatu aliud beneficium incompatibile, ad ſe ſuſtẽ tan-

tandum acceptare poteſt. argumen.c. ad ſupplicationem. de renunciat. & eſt communis opinio.ca.cum noſtris. & d. ca. ad ſupplicat. & intelligit de epiſcopo titulari,qui neque poſſeſſionem, neque fructus habet ſui epiſcopatus. Nam alij per conſecrationem, immo per monitionem Papę perdũt omnia beneficia,quæ habent ſi quæſiuerunt fructus epiſcopatus, ut probat capit.cum in cunctis. de electio.§.cũ uero.¶ Conſi.21.de præbend.& cõſi. 3.de conceſſ.præb.

Epiſcopus ſua eccleſia priuari non poteſt propter morbum aut alteram qualitatem,quæ reddunt illum impotentem,licet poſſit illi dari coadiutor. c.cum penſio.7.q.1. ¶ Com.c.hæcautem verba.de pœ.d. 5. nu.4.

Epiſcopus,rectius faceret ſi caſtigaret perſeuerantem in malo ſtatu, etiã illos,qui ſunt confeſſi, & communicarũt, quàm ſcrupuloſe quærere cui ſint confeſſi, qui in bona manent ſtatu. ¶ Com. cap. penultim. de pœniten. diſtinct. 6.§. ſacerdos.nu.86.

Cogere poteſt curatos inhabiles ad coadiutores aſſumendos per Cõcil. Triden. ſeſſ. 21. ca. 3. ¶ Conſil. 4. de temp.ord.nu.3.vide nu.44.

Epiſcopi de depoſitione, ſolus Papa cognoſcit,& definit.cap.dudum.3. q.6. Conc.Triden. ſeſſ. 24. cap. 5.per quod ſtatutũ ſublata eſt facultas Cõc. Prouinciali cognoſcendi de delictis epiſcoporum. c. quãuis.3.q.6.¶ Conſ. 1.de for.comp.

Epiſcopalis ſtatus perfectior eſt Monachali, vt ait S. Tho. 2.2.q.181. ar.7.¶ conſi.15. de regul.nu. 10.

Epiſcopatum tamen deſiderare etiã illi, qui eſt idoneus abſolute malum eſt c.qui epiſcopatum. 8. q.1.Tho.ibi. q.185.ar.1. Ant.2.p. tit. 2.c. 5.¶ De orat.c.6.nu.7.

A Epiſcopus,qui renuntiat epiſcopatui occaſionem peccandi tacitè quærit, Innocen.3.cap.Niſi.§.verum.vbi Pontifex, ille neque ob ſenium licentiam concedere uoluit epiſcopo id ob nixe roganti. de renun. conſi. 4. eod. tit.vbi multa argumenta adducit Auctor ad demonſtrandum id non licere præſertim ei, qui eſt corpore uegetus, & robuſtus.

Epiſcopus charitatiue hoſpicio receptus à monaſterio eleemoſinã dare nequit de ſibi appoſitis. & ſi ex debito uiſitationis procurantur, poteſt id facere de fragmentis non autem de

B panib. integris. cle. 2. de cenſib. cum gl.¶ de eleem.nu.80.

## *Epiſtola.*

EPiſtolam obſecratam aperire, & legere animo lædendi aliquẽ notabiliter, aut aduertens aut aduertere debẽs aliud inde graue damnũ ſecutu rũ peccat mortaliter,niſi ex cõſẽſu expreſſo,vel tacito attinentis faciat, vel legitima auctoritate.argu.l.iuſte.ff.de acq. poſ. ut prælatus quo ad ſuos monacos. ca.non dicatis. 12.q.1.Qui autem id facit ex curioſitate, vel impru-

C dentia uenialiter peccat.¶ Man. c.18. nu.53.

Epiſtolam decet pręter manuum oſculum continere preces.¶ De ora.c. 18. nu. 37. Si breuis eſt, & in ea bis oretur,in prin.& fi.ſapit hypocriſim. Ibid.nu.38.

Epiſtolam alienam aperiens iniuſtitiæ peccatum committit, & violat legatos mutos capitaliter peccat, ſi vt noceat id agat. ¶ Com. c. 1. de pœ.d. 6.§.pe. nu.13. Si eius tenorem neſcis, & deferas ſtultus es aliquando, ſi autem aperias perfidus. ¶ Ibi. nu.22.

Epiſtolam in eccleſia cantare ſine mani-

manipulo, quilibet clericus poteſt. ¶ Conſi.1.de celebr. Miſſa.numer. 2.

## *Error.*

ERror iuris ad percipiẽdos fructus prodeſt ſed nõ ad rẽ præſcribendam l.nunquam.ff..de vſuc.quo ad primum & l. ſed & ſi §. ſicut. ff. de pet. hære.& gl.l.ſi fuit.ff.de vſuca.¶conſi. 28.de reb. eccl. non alienan. num. 1.

Et ſi illud eſt ius dubium perinde prodeſt ad præſcribendum, ac ſi eſſet error facti. Abb.in c.cum dilectus. nu. 12.de conſuet.& gl.memorab.c.1. ver. de cætero.de poſtulat.prælat.Ibi.nu.4. Et ſi ius eſt obſcurum licet non proſit ad rem ipſam vſucapiendam prodeſt tamen ad fructus capiendos; modo ille non ſit malæ fidei poſſeſſor.¶ Conſ. 6.de off.iud.ord.nu.3. & 6.

Error iuris non excuſat. cap. ignorantia.de regul.iur.lib.6.¶ Conſ.3.de his,quæ vi.num.2 Intellige, quando ius eſt clarum,quia ſi eſt dubium ius, & a culpa,& à pœna error excuſat.Felin.c.1.de re iudica. Idem quando ius eſt obſcurum,& difficile, quia tunc ſi peccatum non eſt mortale ſecundum Innoc.cap.per tuas.de ſimon.¶ Conſ. 8.de ſponſ.& Bal. l.ab eo. C. quomodo,& quando iudex Felin. vbi ſupra, & Innocen. loco citato quando ius eſt ſubtile.¶Conſ.8.de ſent.excom. nu. 3.

Error facti proprij, niſi alia concurrant non excuſat.cap.ignorantia. de regul.iur.lib. 6. & cap. ab excommunicatione.de reſcrip.& leg. quiſquis. C. de reſcindend.vendition. niſi concurrentibus alijs circunſtantijs, vt tradit cap.præſumitur.de regul.iur.lib.ſexto. ¶Conſi.3.de frigid.& maleſ.num. 19. De tali errore etiam nullus tenetur alterum admonere.argum.§ notandum. 11. q. 4. Et eorum, quæ tradit Adrian. Quartus.de confeſſ.q.5.dub,7.¶ Man.

A c.22.nu.83.& Com. c. ſi quis autem de pœn.d.7.num.66. Quod verificatur etiam de iuris errore, quando in alterius præiudicium non tendit.¶ Ibid.

Error male intelligendi priuilegia, ſeu leges excuſat: quia non eſt peccatũ mortale ſecundum Innoc. in cap. per tuas,el.ſecundo.de ſimonia. ¶ Conſil. 42.de ſen.excom.nu.7.

Error perſonæ matrimonium impediẽs eſt credere de una perſona, quod ſit alia, vel quod ſit libera cum ſit ſerua,& hic eſt error conditionis,ſed redundans in perſonam.¶ Manu. ca. 22. nu.32. Et talis error annullat; ad quẽ

B multũ accedit error vilitatis, ſiue plebeitatis, vt poſſit eſſe iuſta cauſa dirimendi, iuxta gloſſ. celebrem. c. ex publico.de conuerſ.coniugat.¶ Cõſi.49. de ſponſal.nu.3.

Error aliarum fortunarum ( & hic eſt propriè error conditionis )ut nobilitatis, uirginitatis, &c. non dirimit matrim.c.1.29.q.1.& §.ijs ita, ſub c. ſi quis.ead.cauſ.& quæſt.¶ Manu.cap. 22.num.34.

Errans non conſentit.leg. ſi per errorem,de iuriſd.omnium iud.¶ Conſ. 3.de his quæ ui.nu. 8.& conſ.24.de Regular.num. 2.

C Erratum non uidetur, quod emendatur. Verb.Factum.

## *Euagatio.*

EVagatio mentis interior facit, vt fugiendo, ſancta diuertamus ad illicita,& tunc eſt peccatum mortale; non tamen eſt circunſtantia neceſſario confitenda; ſed ſufficit dicere ſe ad illicita diuertiſſe.¶Man.c.23.nu.125.

Euagatio aliquando peccatum mortale eſt.Thom.4.d.15.q.4.ar.5.Silue. in Aurea Roſa caſ.9. & uer.Hora.q.2. quod intelligẽdũ eſt,quando ille, qui recitat neſcit, quid recitat Alioquin

non

non eſt mort. etiamſi illa ſit delibera- A ta.¶ Com.de orat. c.13.num.20.

## *Euchariſtia.*

EVchariſtia ſacram. eſt Polynomium, dicitur enim Euchariſtia, id eſt bona gratia. 4. d. 4. quia Ieſus Chriſtus, qui eſt fons, & origo omnis gratiæ in ea continetur. Vocatur Hoſtia. Sacrificium. Communio. Sacramentum altaris. Viaticum ob eas rationes, quas tradit S. Tho.3. p.q.73. ar. 4. ¶ Manu. c.22.nu. 10.

Eam accepturus bona conſcientia accedere debet.c.quotidie.de conſecr. diſtin. 5.

B

Neque decet illam accipere eo die, quo confeſſus eſt, ſi ſemel tantum in anno id quis faciat. ¶ Com. capitul. conſideret. de pœnit. diſtinct. 5. §. Caueat.num. primo.

Sumere non licet eam ab hęreticis, quare Hermelgiſdus Rex maluit mortem oppetere, quàm è manibus epiſcopi Ariani accipere.c.fi.24.q. 1.¶com. c.1.de pœ.d.6.§. Laboret. nu.3.

Adminiſtranda eſt ægroto etiam poſt cibi ſumptionem D.Thom.& cómunis in 4.diſt.9. & 12.ca.presbyter. de conſec.diſt. 2. cap. ſane. de celebr. Miſſ.c. Quod in te, de pœn.& remiſſ. C

Non autem illis bis dare licet, niſi diu ægrotaret, vel voto, aut alias teneretur communicare. ¶ Conſi. 10. de celebr. Miſſarũ.cõſi.16.de pę.& rem.

Negatur impenitenti in articulo mortis etiam ſi contritionis aliqua ſigna oſtendat, modo per alia eius uerba, vel ſigna eum non omnino, vel nõ amore Dei pœnitere appareat. ¶ Cõ. c.idcirco.de poe.d.7.

Euchariſtiæ delatio, & proceſſio publica omitti poſſet, ubi ab hæreticis dehoneſtatio timeretur. ¶ Conſil. 1.de conſtitut. numer.79.

Euchariſtia, an debeat miniſtrari damnato ad mortem. Vid. verb. Damnatus.

## *Euentus.*

EVentus circunſtantia adeo conſideratur in puniendis delictis, quandoque illo ſecuto, facta etiam de mentiſſimorum puniantur, quæ alias non punirentur, quamuis multa ſapientium facta puniatur etiam illo non ſecuto, vt in exemplis.cap. Aut facta. de pœ.d.1. Aut facto.

Euentus præuiſus, vel qui præuideri potuit non excuſat. l. ſi putatur. ff. ad l.Aqu.¶Conſ.51.de præb. num.4.

Euentus fruſtra expectatur, quãdo nullus ſequitur effectus.c.cum contingat.de offi.dele.l.ad probationem. C. de prob.¶ Conſ.75. de regu.nu.28.

Euentus non auget, neque minuit peccatum, niſi quatenus præuiſus erat vel præuideri debuit 1.2.q.20.artic.5. ¶ Com.cap. ſi quis autem de pœn. d. 7.num.59.

Inducit frequẽter inditium, & cauſam ad augendam, ſeu minuendam pœnam, vel præmium agenti actũ. l.quid ergo §.pęna ff.de qui notan.ini. ¶Cõ. cap.Aut facta de pœn.d. 1. nu.12.

## *Exceptio.*

EXceptio dicitur quaſi extra captio, & ſic regulam firmat. Dicitur etiam defenſio, quæ reo competit contra actionem, quæ eſt in eum: & dicitur quaſi actionis excluſio. Vt ſi petis à me debitũ, & ego excipio, quod remiſiſti illud. Silue. verbo Exceptio.

Exceptio peremptoria, quæ non ſolum gratias, ſed etiã litteras perimit, ante litem conteſtatam opponi poteſt. glo.memorab. cap. 1.de lit. cont.li.6. ¶ Com.c.cum contingat. prima cauſ. nullitat.nu. 2. Eadem proponi poteſt

poſt

poſt probationem intentionis actionis, iuxta c. de teſtibus. glo. fin. recept. de teſtib. non autem cum intentioni actoris contraria eſt. ¶ Tracta. oppoſ. in Proœm. nu. 5.

Exceptio renũciationis etiã ſpõtã neq; non impedit reſtitutionem. ¶ Ib. nu. 4. Obſtat autem agenti de ſpolio. Innoc. ca. ſuper hoc. de renũciat. ¶ Ibi. num. 6. Cum autem præſumitur malitioſa, uel malitioſè proponi, non admittitur contra ſpolium. nu. 2. Neque ſi præſumatur coacta. num. 13.

Exceptio renunciationis vnius tituli non repellit agẽtem ſuper ſpolio ratione duorum titulorum. ¶ Tractat. de oppoſ. 3. oppoſ. num. 2.

Exceptio in uno delatoriæ oppoſita, quæ poſtea in uim peremptoriæ opponi poteſt non admittitur, niſi opponens ſe offerat eam incontinenti probaturum. i. intra modicum tempus arbitrarium, & intra illud probet eam clarè, & liquidè. Petrus ab Ancharan. conſi. 372. ¶ d. Com. c. cum contingat. 1. cauſ. nullit. nu. 6.

Exceptio omnis, & ſola, quæ reſpicit poſſeſſorium admittitur contra petentem reſtitutionem. ¶ Tract. opp. op. 1. nu. 9.

Exceptiones multæ admittuntur cõtra petitorio agentem, quæ non contra poſſeſſorio. ¶ opp. 1. num. 3.

Exceptio tractata ante ſententiam coram uno iudice nõn poteſt coram eodem poſt illã iterũ tractari. ¶ Opp. 3. num. 1.

Exceptio qua in antiquum ius redditur amplianda eſt, & fauorabiliter interpretanda. cap. ab exordio. 35. diſtinct. l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. ¶ Com. cap. 1. de pœnit. diſtinct. 6. §. laboret. num. 16. Talis uidetur omnis exceptionis vera exceptio, quia ſub antiquiore regula continetur. ¶ Ibidem num. 17.

Exceptio apta debet eſſe de cõtẽtis in regula Dynus in rubric. de iur. iur. & ſatis probat. l. Nam quod liquidæ. ff. de penu. leg. ¶ Com. c. ſi quis non debent. de pœn. diſt. 1. num. 8.

Exceptio rei iudicatæ impedit litis ingreſſum clem. 1. De except. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 36.

## *Excommunicatio.*

EXcommunicatio cenſura eccleſiaſtica, quæ priuat communione ſacramẽtorum, & hominum. Minor priuat participatione paſſiua ſacramentorum. Maior vero tam actiua, quàm paſſiua, tam ſacram. quàm hominum, iux. Can. Rubric. de excommunic. & Theolog. in quarta diſtinct. 18. ¶ Manual. c. 27. num. 1.

Excommunicatio duplex eſt generalis, ſcilicet, atque ſpecialis. cap. A nobis el 1. eod. titul. & c. conſtitutionum. libr. 6.

Generalis ſimiliter duplex eſt. Quædam lata à iure, quædam vero lata ab homine, cap. 2. de conſt. lib. 6. Secunda aufertur mortuo illo, qui eam tulit, vel cum ab officio eſt remotus, vt omnes ſentiunt. Prima autem non c. fi. de of. leg. ¶ Ibi. num. 2.

Diuiditur etiam iſta, vt quædam ſit iuſta, quædam autem iniuſta. gloſſ. in ſumma. 2. q. 3. Prima eſt, quam fert ille, qui poteſt propter quod, & quomodo debet, quæ nihil operatur, quo ad eccleſiam triumphantem, & quo ad Deum. iux. gloſ. ſingul. cap. quodcunque. 24. q. 1.

Secunda eſt illa, quam fert ille, qui non poteſt, & aliter, aut aliud, quàm debet. ¶ Ibid. num. 2. Talis eſt illa, quæ lata eſt ſine admonitione. ¶ Conſ. 24. eod. tit.

Excommunicatio iniuſta, quædam

eſt

eſt valida. Primò, quando continet defectum rectitudinis animi ipſius ferentis, & defectum formæ, quæ non eſt eſſentialis, aut defectum iuſtæ cauſæ, & hæc ligat, ac ſi eſſet iuſta in vtroque foro. Secundo vero parum plus nihilo, niſi in foro exteriori, & ideo Caietan. tracta. 10. q. 2. ait illam nō eſſe proprie excommunicationem. Eſt tamen excommunicatio, & timēda, quia aliquē operatur effectum cum ſeparet à commun. Sacram. & hominum in foro exteriori.

Altera eſt excommunicatio iniuſta, & inualida, ſeu nulla, quæ in nullo foro aliquid operatur, obligat tamen excommunicatum ad ſeruandam eam, quo ad populus ſibi perſuadeat cauſas nullitatis ad euitandum ſcandalum. ¶ Ibid. num. 2. & 3.

Talis erit excommunicatio lata à Legato, qui ſuæ commiſſionis copiam non dedit, ſecundum Innoc. in cap. venerabilis. de cenſibus. Felin. cap. cum iurē peritus. De offic. deleg. ¶ Conſi. 9. de tempo. ord. nu. 1. Item illa, quæ lata eſt in capitulum, ſeu collegium, nihil addito de ſingularib. ¶ Conſ. 22. & 24.

Item lata à Legato, ſine admonitione cum poteſtas excommunicandi ablata fuit cap. cum dilectus. de reſcript. ¶ Com. ca. cum contingat. 5. cauſ. nullit. num. 8.

Lata poſt iuſtam appellationem. ca. per tuas. de ſent. excom. & c. ſolet. eod. titul. lib. 6. ¶ Ibid. 6. cauſ.

Lata ab executore in contradictorē iuris, quia in talem non habet iuriſdictionem. Imol. argum. ca. ſignificantibus de offi. deleg. ¶ Ibid. 7. cauſ. nullit.

Lata in participante, niſi prius ille monitus ſit nominatim. per tex. ſingular. in cap. ſtatuimus. de ſent. excomm. lib. 6. ¶ Ibi. Remed. 2. num. 34.

Talis excommunicatio, non eſt excommunicatio, neque timenda, vt definit Gelaſ. Papa. cap. erit enim. 2. q. 3. & ante illum Gregor. in c. non d ebet, ead. cau. & quæſtion. ¶ Ibid. Roma. 26 nu. 3. Et publicata nullitate non ligat. Palud. 4. d. 18. q. 1. quod probat Anto. 3. par. cap. 24. cap. 73. & Maior. 4. diſt. 18. q. 2. ¶ Ibi. nu. 4.

Prēter illos caſus particulares dantur quinque caſus generales, in quib⁹ ipſa excommunicatio iniuſta nulla ſit, quos ponit glo. celebr. in cap. præſenti de ſentent. excom. lib. 6. Primus, quando ille, qui excommunicat, non eſt iudex ſaltem excommunicati. ca. nullus. de Paroch. & ſi eſt iudex non eſt tamen toleratus, qualis eſt excommunitus, ſuſpenſus, &c.

Secundus, quando illa eſt contra tenorem priuilegij. c. quāto. de priuileg. Tertius, quando poſt legitimam appellationem fertur. c. per tuas. de ſent. excom. Quartus, quando illa continet intolerabilem errorem. c. venerabilibus. §. fin. de ſen. excom. lib. 6. c. qui præeſt. 2. q. 3. quintus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participāt cum excommunicato à ſe, non nominādo eos expreſſe præuia trina monitione cum interuallo aliquot dierum. cap. præſenti. de ſent. excom. lib. 6. ¶ Man. c. 27. num. 4.

Præter igitur hos caſus omnis excommunicatio ſiue generalis, ſiue ſpecialis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta valida eſt; & producit ſuos effectus ligando, vt patet de his caſibus particularibus. Papalis denunciata per epiſcopum, ita ligat eum, atque alios. ¶ Conſil. 45. de Regul. nu. 42. Man. ca. 27. num. 6.

Lata per ſtatutum contra ſubditos ligat eos, ſed non prælatos. ¶ Ibidem num. 43.

Lata in capitulum, & in ſingulo de capitulo culpabiles ligat, quo ad

P culpam

culpam mortalem. ¶ Conſil.20. 22.& 24. De pœnit.& rem.

Excommunicatio generaliter poteſt ferri regulariter an omni, qui habet iuriſdictionem eccleſiaſticam, vel delegatam in foro exteriori, quam habent omnes etiam electi, confirmati, & prouiſi, licet non ordinati, neque benedicti.c.tranſmiſſi.de elect. c. cum ab eccleſiarum.de offi.ord. Quare poſſunt excommunicare Papa, epiſcopus, Abbates, Præpoſiti, & Priores eccleſiarum collegiatarum regularium, & ſæcularium, & omnes, qui conſuetudine præſcripta ſibi comparari in iuriſdictionem.cap. duo ſimul. de offi. ord. ¶Man.c.27.nu.5.

Non poſſunt autem excommunicare epiſcopus extra ſuum epiſcopatum, etiamſi eſſet ab illo vi pulſus. c.epiſcopum.2.q. 3. niſi de conſenſu epiſcopi, vbi manet. Rota de conſuet.in antiqu.

Neque mulieres.arg.c.fin.de pœ.& remiſſ. Neque laicus ſine priuilegio Apoſtolico. Neque quiſquam ſeipſum. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. Nec conſuetudo ſola abſque ſententia, aut conſtitutione aliquem excommunicat ſecundum Roſel.uerb. ex communicat.7.§.10. niſi legitime præſcripta ſit, atque approbata à Papa, aut à Prælato, quantum ad ſuos ſubditos. Neque excommunicatus, quamuis occultus.cap. Audiuimus.25.quæſt.1. attamen ſi non eſt denunciatus, poteſt iuxta communem, & Panor.in cap. ab excommunicato.de reſcri. ¶ Manu. ca. 27.num.6.

Peccat igitur mortaliter omnis, qui ſciens, vel ſcire debens, ſe non poſſe excommunicare id facit, quia vſurpat ſibi alienam iuriſdictionem.2.2.q. 60. art.6. & qui excommunicat iniuſte ét ob ignorantiam craſſam, & ſupinam. Ricard.4.diſt.18.ar. 4.q.4. Et qui ſine

A canonica admonitione.c.ſacro.de ſen. excomm. & eſt ſuſpenſus per mēſem. Non tamen ſi eſt epiſcopus, cum de illo particularis non fiat mentio, quod requiritur ad hoc. ¶Manua. numero 7. & 127.

Excommunicatio maior nō fertur, niſi ob culpam mortalem.c.nullus. & cap.nemo 11.q.3.c.1.de iudic.c.ſacro. de ſent.exc.¶Man.c.27. num.9.

Quare lata per generalem monitionem in ſcriptis ob furtum quod non pertingit ad mortale non incurritur. ¶Com.cap.Inter verba concl.6.numero 482.

B Nec poteſt ferri niſi ob inobedientiam, & contumaciam gl. recepta in c. Epi.11.q.3.¶Ibi.num.806.

Et culpa debet eſſe propria, licet quandoque feratur pro culpa aliena. ¶conſ.40.de temp.ord.num.6. Quare pro re leui non debet ferri ex Concil. Tri.ſeſſ.25.c.3.de reform. & loquitur de ferendis ab homine, & nō intendit alterare illas, quæ à iure ſunt latæ. ¶Conſ.75.de reg.nu.41. com. c.Inter verba concl.6. num.480.

Lata ob culpam præteritam debet continere canonicam monitionē, quæ debet eſſe trina, vel vna pro tribus concedendo ſex dies pro illis, quando nō

C eſt periculum in mora.capitul.conſtitutionem.

Excommunicatio ferri poteſt ad effectum reuelandi furta, vel alia delicta intra certum tempus, & iure. Accurſ.gloſſ.l.ciuile. C.de furt. quam ibi Bartol.& alij ſequuntur.& tex.ca. qui cum fure. de fur. & ibi Panor. & alij. ¶Cae. inter verba. concluſ.6. nu.775. Sed talis excommunicatio generalis non poteſt ferri, niſi ab epiſcopo ſolo. Conc.Trid.ſeſſ.25.c.3.¶Manual.c.27. nu.2.ſen.excom.li.6.adiuncto.c.ſacro. de ſen. excomm.

Et

Et debet etiam continere clauſulam iuſtificatiuam, ideſt terminum ad allegandas cauſas ſi quas habuerit contra huius mandatum, iuxta Innocent.in cap.propoſuit.de conceſſ.præbend. ¶ Manual.ibidem num.ſecundo ¶ Conſi.75.de reg.nu.9.c.cum contingat.5.cauſ.nullit.nu.4.

Lata pro culpa futura non requirit talem monitionem. ¶ Dicto conſi.75. de regul.& cap. cum contingat. Tunc autem fertur quando nondum illa præceſſit, & quando non monetur quis deſiſtere ab ea culpa, quam iam admiſit, vel admittit, ſed fertur ob eam, quę omnino futura eſt. ¶ D. Com.& eo loco ſup.cit.nu.5.

Lata ſub conditione ante complementum eius non ligat.ca. præterea. el 4.de appella. Quare citatus, ut ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ compareat ad allegandum, aut vt ſoluat, tunc reſponſurus, &c. non ſoluendo, uel comparendo iuſte incurrit. ¶ Conſi.6.de pœn.& rem.num.2. Neque ſi qui illam fert, non habet intentionem ligandi, uel qui eam petit non intendit, ut ille ligetur, quia omnem ſuũ robur illa accipit à uoluntate excõmunicantis. ¶ Man.vbi ſup.nu.2.

Pro illius forma nulla ſunt præſcripta verba, ſed ſufficit, vt iudex declaret uoluntatem ſuam. Hoſtienſ.in ſumma. de ſenten. excommunic.§. qualiter.colum.1. Neceſſe tamen eſt, vt contineat ſententiam latam. ¶ Ibid.nu.12.

Excommunicationi, vt ſit locus nõ ſufficit grauitas, & perfectio delicti, ſed poteſtas, & mens excommunicandi requiritur, quę quia interiora non attingunt, ideo excõmunicatio nõ inficit illa, etiãſi ſint cõgletiſſima. ¶ Cõ. ca.cogitationis. de pœ. diſt.1.nu.10.

Lata contra facientem nõ includit mandantem, neque conſentientẽ, niſi A alia via id declaretur. ¶ Conſi. 34. & 54. de hære. nu. 4. Man ca.17.nu.51.

Lata contra impedientes executionem litterarum apoſtolicarum, non includit quoquomodo cõtrauenientes. ¶ Conſ. 29.eod. titu.nu.2.

Excommunicatio ex vi verbi proprie maiorem, & minorem includit. ¶ Com.de datis, & promiſ.nu.8. Sed ſi abſolute proferatur interdum pro minori. Anathema vero ſemper pro maiori intelligitur. ¶ Ibi.nu.9. Differt vero excommunicatio ab anathemate ut genus a ſua ſpecie. ¶ Ibi.

Abſolute lata, & ſine conditione B non poteſt eſſe in pendenti, neque poteſt ſuſpendi ſecundum cõem in ca. ad hęc quoniam.de appel. ¶ Com. ca. ita quorundam.de Iudæ.in glo. vlt.nu.9.

Excõicari poteſt ſolus homo baptizatus, & mortalis habens ſuperiorem. ca.Romana.§. in uniuerſitatẽ.de ſent. excomm. lib. 6. & c.omnis Chriſtianus.2. q.3. ¶ Man. vbi ſup. nu. 13. & Com.c.ita quorundam. de Iudæ.Not. 8.nu.7. & not.2. nu.2. in gl.ultimam. inſequitur quod.

Excommunicari non poteſt diabolus. Anima à corpore ſeparata, collegium, aut vniuerſitas, quia non ſunt C homines.c.in quandam.de celeb. miſ. ¶ Man.ibi.

Non Iudæus, neque Ethnicus etiã ſi ſit Cathecumenus.argu.cap.veniẽs. de presbyt. non bapt.

Non qui denuo eſt reſuſcitatus, nõ moriturus. argument. capit. firmiter. de ſumma trin.

Non Papa, qui nulli homini, aut legi humanæ ſubijcitur. cap. propoſuit. de conceſ. prębend.

Neque quiſquam à ſeipſo, ut ſupra dictum eſt.

Non locuſta, aut cætera inanima. ¶ Vbi ſupra.

Excōicationi autem nō ſubeſt ille, qui parere non poteſt, aut iuſta de cauſa ad id non tenetur, vt qui non poteſt reſtituere, aut denuntiare furtum, modo adhibeatur remedium, quod commode poteſt. ¶ Ibi. nu. 14.

Neque ſpecialiter excōicatus ſub conditione, vt ſoluat ad pręſcriptum terminum, ſi terminus prorogetur antequam incurrat ſecūdū Pan. & Deci. Modo prorogatio fiat de conſenſu iudicis, qui eam tulit. Silu. excō. 2. not. 1. caſ. 13. ¶ Ib. nu. 15.

Neque excommunicationi ſubeſt ignorans ignorantia facti ſecundum omnes, vel iuris quando lata eſt pro opere alias licito, quod ipſe ignorabat, neque tenebatur ſcire illud eſſe, prohibitum. Neque ſi opus eſt illicitum, quando lata eſt ab inferiori à Papa ignorante illo, tale opus eſſe illicitum. §. fin. de conſti. li. 6. ¶ Ibi. nu. 16.

Excommunicatio tollit communionem interiorem, exteriorem, & mixtam, de quibus ſup. Ver. Communio.

Quo fit, vt qui excommunicationem incurrit dicatur poſſideri a Diabolo. c. audi. 2. q. 3. Qui excommunicato vtitur ſicut ſuo iumento. Quādo ille non eſt contritus vere, & abſolutionem ab illa quærit. arg. c. magna. de pœ. d. 1. ¶ Man. ibi. nu. 18.

Excludit à ſacramētis eccleſiæ actiuè, & paſſiuè, ita ut nec poſſit recipere. neque dare. c. engeltrudam. 3. q. 4. ¶ Ibi. nu. 18.

Priuat ſuffragijs generalibus eccleſiæ, adeo ut nulla re intendat illa ei ſubuenire per illa quod maximū damnum eſt. ¶ Ibid.

Excludit a diuinis officijs, & alijs precibus. c. quod i te. de pœ. & remiſſ. ab omnibus orationibus cōmunibus, & omnibus cōtentis in illo verſiculo. Os, orare, vale, communio, menſa,

A negatur. glo. ca. ſtatuimus. de ſen. excomm. li. 6. Theol. 4. diſt. 18. ¶ Vbi ſup. num. 19.

Reddit hominem infamem, quando ille eſt manifeſte talis ca. infames. 6. q. 1. quod verum eſt, quando cauſa affert infamiam iuris, aut contumacia illam incurrit ſecundum Ludo. Rom. conſ. 289. ¶ Ibi. nu. 21.

Annullat collationem beneficiorum, vt non conualeſcat per abſolutionem, niſi reuocetur. c. bonæ. de æta. & qual. ¶ Ibi.

Priuat facultate actiua, & paſſiua eligēdi. c. cōſtitutus el 1. de app. ¶ Ibi.

B Excommunicatio ſuſpendit ab officio, & beneficio. c. paſtoralis. §. verum. de app. Facta tamen ad officium publicum ualent, quamdiu toleratur. c. approbandum. de re iudic. ¶ Ibid.

Eximit ſubditos ab onere ſeruiendi ratione fidelitatis, aut ſubiectionis iuriſdictionalis, quandiu durat. cap. vlt. 15. quæſ. 6. ¶ Ibid. nu. 22.

Priuat eccleſiaſtica ſepultura. c. ſacris. de ſepul. & multas alias pęnas inducit: de quibus videre eſt apud Auctorem. ubi ſup.

Excommunicatio à iure lata, & nō reſeruata alteri tollitur à proprio Prę-
C lato, qui eſt Papa, epiſcopus, capitulū ſede vacāte, & alius quiuis exemptus eccleſiæ regularis, aut ſæcularis, qui habet iuriſdictionem, quaſi epiſcopalem. glo. recep. clem. 1. de rebus eccl. non alienan. & quiſquis alius non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori. Et etiam parochus, & ſimplex ſacerdos, qui habet iuriſdictionem abſoluendi à peccato mortali, ſecundum Innoc. & Hoſt. in cap. nuper. de ſent. excomm. & eſt. communis opin. Theol. 4. d. 18. & Summiſtarū, quos latè citat Silu. verb. excomm. 1. nota. 2. intelligendo tamen, quod id fa-

faciat,ut commiſſarius. ¶ Manual.ubi ſupra.nume.39.

Lata vero ab homine ab eo tollitur qui eam tulit, aut ab eius ſuperiori,a ſucceſſore,vel delegato. ca. paſtoralis. §.prętcrea. de offi. deleg. Fallit.in incendiario excommunicato, & denunciato, quia poſt denuńciationem abſolutio eſt Papalis.c. tua.de ſen.excom. quod eſt ſingulare,ſecundā Cardinal. ¶ Ibidem.Secundò,in eo, qui poſt latam excommunicationem excōmunicatur excommunicatione maiori, & denuntiatur.c. audiuimus.24. quæſt. 1.Tertiò, quando excommunicat inferior à Papa, ſed illa confirmatur ex certa ſcientia à Papa. Secundum Io. Andr.recept.in c. ex frequentibus. de Inſtitutio. ¶ Ibid. num. 40. Quarto, quando ille, qui eam tulit non eſt ſacerdos,quo ad forum interius, quādo concurrit abſolutio, etiam peccatis. Nam quo ad exterius forum,& etiam quo ad cōſcientiæ,à ſolo excommunicatione poteſt abſoluere ,etiam non ſacerdos, modo ſit prima tonſura initiatus,vt affirmat S. Th.4.d.18.recep. à S.Anton.3.p.tit.24.c.77.et Tabien. Verb. Abſolutio ab excommunicatione, licet melius faciat ſi committat ſacerdoti ſecundum Maior. ¶ Ibi.nu. 41. Quinto fallit in executore mandati Papę, quo iubetur excōmunicare certum hominem ſine cognitione cauſæ, non enim poſt latam excōmunicationem poteſt abſoluere. ¶ num. 44.

Qui poteſt abſoluere ab excōicatione lata à iure, poteſt etiam à lata generaliter ab homine, iux.deciſionē ſingularem Ioan. Imol. in cap.graue. de præbend. & qui poteſt id facere uirtute iuriſdictionis delegatæ à Principe,aut conceſſæ in priuilegium perpetuū ratione dignitatis, aut alterius ordinariæ poteſtatis,poteſt etiam illā

A committere alteri, iuxt. glo. recep.in ca.fina.de offi.deleg.¶ Ibi.nu.45.

Excommunicatio ſublata à ſimplici ſacerdote in articulo mortis, ſiue in aliquo graui impedimento, ſine quo ab illo auferri non poterat, denuo operatur effectum, niſi ille ſi conualuerit, aut ab impedimento liberatus ſe præſentauerit,quam cito commode poteſt ei,qui iure poterat abſoluere. c.eos.de ſent.excom.lib.6.¶ Ibi.46.

Excommunicatio nō tollitur etiam in articulo mortis, niſi excommunicat⁹ ſatisfecerit, aut dederit cautionē de ſatisfaciēdo,iuraueritq; ſe obtēperaturū mandatis eccleſiæ.¶ Ibid.n.47.

B † Sed quoniam excommunicationes latæ à iure multæ ſunt tā in Bulla Cęnæ,quam in alijs per corpus iuris ſparſis,ideo videto illas tam apud Summiſtas quam apud ipſum Auctorem in d. c.27.incipiendo a nu. 49. quoniam illas ſummatim referre eſſet operis prę-aſſumpti intentionem tranſire.

Excommunicatio minor ſolam participationem paſſiuam ſacram. tollit, non autem actiuam, quare poteſt ſic excōmunicatus abſoluere ab vtraque, & à peccatis, atque Miſſam audire. ¶ Man.c.27.nu.24.

C Poteſt ferri à iudice per ſentētiam, ſed communiter nō fertur, niſi in octo caſibus relatis ab Innoc. ca.1.de ſent. excom. quorum vſitatus ſolus eſt participatio cum excommunicato maiore excommunicatione, in caſibus prohibitis, de quibus ſupra. ¶ Ibid. nu.25.

Tollitur iſta excommunicatio ab omni ſacerdote facultatem abſoluendi à peccatis habente.c.nuper de ſent. excom. quamuis non ſit parochus, ſi non habeat,niſi venialia.¶ Ibid.n.39. & 25.& Com.ca.placuit.de poen.d.6. num.35.contra Caiet.

Excommunicatio iſta non incurri-

tur participãdo cum excommunicato A maiori in quibuſdam caſibus poſitis à gl.c.cum deſideras.de ſent. excom.Vtile, lex, humile. Res ignorata neceſſe, id eſt participando ad vtilitatem eius. cap. reſponſo, vel ad vtilitatem propriam.cap. Intelleximus.de Iudic.per legem coniugij vxor.Per humile filij, & ſerui Vrbani, & Ruſticani.cap.quoniam multos.2.q.3.& contra. Pater cũ filio. Maritus cũ vxore. Dominus cum ſeruo,&c.quod ſentit Adrian.4.de clauibus.q.3.Sed potius per verbum vtile,quàm per verbum lex.

Ignorans ignorantia facti, aut iuris dubij.cap.ignorantia.de reg.iur.lib.6. B Neceſſitas magna propria, aut aliena. ¶ Ibid.num.26.& 27.

Præter hoc caſus,qui participat ipſam incurrit, & peccat, ſed non pluſquam venialiter ſecundum Hoſtienſ. in ſumma.de ſent.excom. præterquam in ſex caſibus, videlicet, primo in ſacramentis. Secundò, cum eſt participatio frequens. Tertiò,cum fit in contemptum clauium. Quartò,contra præceptum iudicis impetrantis.id. Quintò,cum excommunicato à Papa. Sextò participando in peccato mortali.¶ Ib. num.28.29.& 30.

Excommunicatio lata ipſo iure con- C tra penſionarium in caſu non ſolutionis faciẽdæ in certo termino eo alapſo, non cenſetur incurſa; donec is, cui illa debetur declaret fuiſſe incurſam, & ſi nunquam declaret nunquam cenſetur incurſa, vt ſtylus Curiæ habet, & affirmat Caſſiodo.de eis. 2.& 3. de loca. ¶ De ſim.num.31.

Excommunicationem non inducũt præparamenta ad appellandum donec conſumetur actus appellandi Hoſt. & Deci.in ca.præterea el 2. de Appellat. ¶ com.cap. ſi quis non dicam. de pœn. diſt.1.num.15.

Excommunicationem inducere qui poteſt poſtquã offic.ſuo functus eſt,eo finito abſoluere non poteſt cap. Quærenti de offic. deleg. & l. iudex ff.de re Iud.¶Com.c.Verbũ,de pœn.d.1.nu.3

## *Excommunicatus.*

EXcommunicatus eſt, qui translatum intra triduum licentia petita nõ reſtituit.¶ Cõſi.39.de reg.nu.3.

Qui per ſe, vel per alium litterarũ executionem impedit, vel ratum habet.¶Cõnſ.30. de ſen. exc.nu.1.

Percutiens clericum aliter, quàm pro defenſione propria, vel proximi, & cũ moderamine. ¶ Conſi.39. eo.tit.

Qui res eccleſiaſticas alienat, & de putato æquiparatur. ¶ Conſil. 14. de ſent.excom.num.1.

Excõmunicatus eſt, quandoq; ille, qui iuuat,licet nõ ille, qui facit,vt qui defert arma ad Saracenos,vt cũ Chriſtianis bellum gerant, cum tamen Saracenus illam non incidat. ¶ Com.ca. ita quorundam. de Iudæ. Not.9.nu.4.

Excommunicatus non eſt, qui alia de cauſa, quàm faciendi hæreticum au fugere permittit.¶ Conſ.2.de hære.

Qui non reuelat monitus, quando ſit petentem in re nullum habere ius. ¶ Conſ.7. de ſen.exc.

Qui tangit epiſcopum abſq; mala intentione.¶ Conſi.38.eo.tit.

Qui ſuper decimis,& ſimilibus inuitus ad iudicẽ laicũ trahitur.¶ Conſ. 1.de conſt.num.81.

Neque ille, qui in ludo manuũ, aut concurſu gentium oppreſſus, vel impulſus ab aliquo clerico repercuteret aliquantulum recomprimeret, vel reimpelleret illum clericum ſine intentione faciendi,vel non faciens damnũ, neque iniuriam notabilem quia non peccauit mortaliter. ¶ Com.cap.intra verba.concl.6.num.479.

Excommunicatus poteſt communicare cum vxore, filijs, famulis, & non eſt euitandus, donec denuncietur. ¶ Manu.cap.27.num.27.

Poteſt agere nomine eccleſiæ, & Reip.c.dilect.de except.cum ei adnot. licet generaliter non audiatur in iudicijs.c.intelleximus.de iudic.¶ Cōſ. 1.de corpor.viciat.num.8.

Poteſt contrahere,& teſtari, niſi ſit hæreticus. ¶ Conſi.53.de ſent.excom. nu.3. Neque impeditur adminiſtrare, ſi nō eſt denunciatus, licet repelli poſſit a debiti petitione ſolutio tamen facta illi tenet. ¶ Ibid.

Poteſt gaudere ſuffragijs eccleſiæ generalibus ſi contritionem habeat. ¶ conſi.17.de pœn.

Excommunicatus iniuſte ad omnia eſt reſtituendus. Fel.in c. cum omnes. de conſtitut. ¶ Conſi.9.de cler.non reſid.& ſi excōmunicatio fuit nulla euitandus non eſt etiam præcipiente prælato. ¶ conſ.16.de hæret.nu.13.& collatio illi facta valet.¶Com.c.ſi quando. de reſcri. remed.3.nu.3.& qui illū euitat peccat, tam in actibus extraiudicialibus, quam ſacramentalibus. ¶Ibi.remed.2.nu.27.& 29.

Excōmunicatus euitari debet, quare illi communicare nemo poteſt, & non excuſat.metus etiā iuſtus.¶Conſil.16. de hæret. num.4. Quando id fit in contemptum. ¶ Com.c.inter verba prælud.3.num.4.

Quod etiam ſeruari debet poſt eius appellationem, quādo ſcitur illam eſſe illegitimam. ¶ Com.c.cum contingat.remed.2.Poſt appellationem verò a iudice procedente appellatione remota, quando euitandus. ¶ Ibidem nu. 21. Qui autem illi communicat in crimine ob quod eſt excōmunicatus, in eandem incidit excommunicationem. ¶ Rem.3.nu.3.Eccleſia autem nō

A communicat ei etiam ſi ſit abſolutus, quo ad Deum. ¶ Com.c.fratres.de pœni. diſt.5.nu.39. euitandus non eſt ſuper declaratione durante lite. ¶ Cōſ. 12.de ſent.exc.

Excommunicatus, niſi præuia ſatiſfactione etiam per Bullam Cruciatæ abſolui nequit. ¶ Conſi. 75.de Regu. nu.36.conſ.6. de ſent.exc.nu.3.

Abſolutus in mortis articulo, non eſt exhumandus, ſed cogendi hæredes ad debitum ſoluendum. ¶ conſil. 26. de temp.or.

Abſoluendus ex multis cauſis ex vna non cenſetur abſolutus ab omni-

B bus.¶ conſi. 67.de præbend.nu.1.

Non abſoluitur, quis antequā pro notoria offenſa caueat.¶ Conſi.17. de ſent.excom.nu.5.

Abſolutus cum iuramento Romam veniendi illi, qui vere non erat excommunicatus, prudenter faciet, ſi impetrauerit à Summ. Pōtif.abſolutionem ad cautelam.¶ Conſ.38. eo.ti.nu.4.

Qui ob inaduertentiam non petit abſolutionem, ſicut ſuſpenſus, & depoſitus de victu prouidetur. ¶ Conſil. 7.eo.tit.nu.2.

Abſolui poteſt per priuilegium parte ſatisfacta, etiam ſi erat denūciatus.

C ¶ Conſi.22.de pœn.& remiſ.nu.2.

Abſolui ſe ſi permittit a peccatis, antequam ab excōmunicatione abſoluatur, peccat niſi ignorantia excuſet. ¶ Com.cap.fratres. de pœn.diſt.5.nu. 45. Si tamen ſe poſſe abſolui putet abſolutus eſt.nu. 47. non autem ſi putat contrarium. ¶ nu.48.& Com. in cap. Conſideret ead.diſt.nu.24.

Excommunicatus iumentū eſt diaboli, vt ſupra dictum eſt. & infamis. Ibid.num. 31. Perdit debita ſeruitia, & omnia alia incurrit, de quibus ſupra de excommunicationis effectu numero 27. In loco ſacro non repo-

nitur, etiam ſi ſigna contritionis oſtédat ante abſolutionem obtentam. ¶ Conſil.3.de ſepult.nu.1.

Irregularitatem incurrit ſi ingerat ſe diuinis. ¶ conſil.28.de ſent.exc. Etiã collectã in choro, vt hebdomadarius cantans. ¶ conſi.7. num.9.

Non incurrit ſi bona fide celebrat. ¶ conſil.18. De ſimonia, nu.5. Neque minores ordines ſuſcipiens. ¶ Conſil. 28.de ſent.excom.nu.2. Neque ſi celebrat poſt appellationem, quam putat iuſtam, etiamſi poſtea declaretur iniuſta. ¶ Comen.c.cum contingat. Remc. 2.nu.6. Neque diuinis intereſſens pſallendo etiã in choro, niſi faciat aliquid particulari ordini deputatum. ¶ Côſi. 26.de temp.ord.

Excommunicatus, antequàm abſoluatur beneficium acceptare non debet. ¶ Conſi.6.de ſen. excom.nume.4. Si tamen ignorat ſe eſſe excommunicatum impetratio valida eſt. ¶ Com.c. fratres.de pœn.diſt.5.num.46. Vbi abſolutio non tenuit fructus beneficij non facit ſuos. ¶ Conſil.6.de ſen. excom.10. fructus beneficij legitime obtenti perdit. ¶ Conſi.2. de cle.excom. num. 2.

Excommunicati profeſſio tenet ca. Cum illorum de ſent.Excom.Item & Matrimonium, capitu. ſignificaſti de eo qui dux illa.qua poll. per adult. & Euchariſtia per illum conſecratam eſt verum ſacramentum, cap. de homicidio de celebr. miſſ. & ordinatus verũ ſuſcipit ſacram. non autem executionem, cap.1.de eo qui furt. ord. ſuſcip. ¶ Cóm. cap. Conſideret §. cautus à num. 25.

Excommunicatus in vno epiſcopatu eſt etiam talis in toto orbe Panor. cap.1.de treg.& pac. glo.& Doct. c.ſi quis præsbiter 17.q.1. & c.Quiſquis. 4.q.5. Archid. in cap. ſi autem 9.q.3.

A ¶ Com.cap.inter verba conclu.6.numero 838.

Excommunicatus iſte ſi eſt incognitus alicubi, & eligatur in iudicem, ea quæ egit tenent ratione publici officij.l.& Barbarius.ff.de off.prętor.& l.1.C.de teſtam.& cap.1.3.q.7. ¶ Ibi. num.846.& qui cognoſcit eum tenetur eum ſecreto euitare, ac etiam publice ſi id probare poſſit Innoc. communiter recep.in cap.Cum non ab hómine de ſent. Excom.Silu. Excom.5. q.17. ¶ Ibi.

Excommunicatum poſt appellationem admittunt iura in omnibus ex-

B traiuditialibus in iudicialibus autem alijs ab his in quibus agitur de illa excommunicatione non admittunt, cap. ſolet.de ſenten.excom. lib.6. ¶ Com. cap.ſi quis autem de pœn.diſtinct. 7. num. 109.

## *Executio, & Executor.*

Executio pœnæ fieri nequit, niſi iuſta declaratione præuia. c.cum ſecundus.de hære. lib.6. Oldr.conſil. 20. nume.58. ¶ Conſi.30. de ſent. excom.num.8.

Executionem literarum apoſtolicarum auctoritatiue impediens ex-

C communicatur, facit autem id, qui quærit conſeruare aliquam auctoritatem ſuper ipſis literis. ¶ Conſi.29.de ſen.excom.

Executio cum clauſula iuſtificante incipit, & ſi incipit ſine illa nulla eſt. ¶ Com.cap.cum contingat, hona cauſ. nullita.num.4.

Executor, qui meram executionem habet, circa ea, quæ fieri poſſunt, tenetur abſtinere ab executione, quando res eſt contra legem diuinam. ¶ Conſil.1.de corpo.vicia.num.3. Quamuis poſſit ad collationem procedere parte non vocata; tamen ad miſſionem in

poſſeſſionem non procederet, niſi par te vocata.c.licet.de præb.lib.6. Oldr. conſi.227.eod.ti.

Non tenetur ad partes iudicis aſſu mendas, quando poſſeſſio eſt vacua, vel tantum ad collationem vult proce dere, ſecus ſi poſſeſſionem ab alio oc cultatam vult tradere. Imola in clem. 1.de offic. delega.nume.38. Petrus ab Ancha.conſi.240.Fely.cap.fin.de pręſcrip.¶ Com.c.cum contingat.3.cauſ. nul.num.6.

Non probat omnia,quæ debent eſſe vera.¶Com.c.ſi quando. de reſcrip. excep.8.nu.10.

Multa debet audire iuxta ea, quæ colligit Felyn.in c.de cætero.de re iudica. ¶ Com. c.cum contingat. nona cauſa.null.nu.2.

Executoris meri iudicialis actus fortior eſt,quã extra iudicialis. ¶ Ibi. 2.cauſa.null.nu.18.

Illi non conuenit clauſula(contradictores) quamuis poſſit intimare excommunicationem in proceſſu fulminato.¶Ibid.nu.20.

Neque poteſt excommunicare,ſaltem nominaliter, niſi vt qualificatus propter iuriſdictionem, quam requirit talis actus.¶Ibi.nu.21.

Neque poteſt tradere beneficium poſſeſſum.¶ Ibid.3.cauſ. null. num.4. Neque poteſt figere terminum ad excommunicandum eum noua excommunicatione,qui non paruerit.¶ Ibi. 4.cau.nul.nu.1.

Executor Mixtus, fine cognitione non poteſt tollere alicuius poſſeſſionem,quam habet,quis alicuius rei,Innocen.c.1.de conceſſ.præbend.¶Conſil.1.de reſt.ſpolia.num.7. & ſi eſt Sedis Apoſtolicæ, debet eſſe canonicus, alioquin nihil facit. cap. ſtatutum. de Reſcrip.lib.6.quia eſt merus iudex,ſecundum glo.cap.1.Paſtoralis. §.Quia

A vero.de offic. delega. & debet habere qualitates delegatorum pręd ictæ Sedis.Corrad.cõſi.103.& eſt deciſio Rotæ 30. de reſcript. in nouis. ¶ Com. cap. cum contingat. ſecunda cau.null. num. 1.

Executor gratiarum poteſt ſibi aſſumere partes Iudicis, & habet iuriſdictionem, & poteſt fulminare ſententias,iux.gloſſ.clemen. Iudices. de offic.delega. cum nota.per Innoc. c.dudum.de pręſcrip.Ibi.nu.5.Quare omnis executor debet eſſe qualificatus. ¶ Ibi. Et qui non habet qualitates illius.c.ſtatutum. Non poteſt iuriſdi-

B ctione vti, etiam quando illi in actu non eſt neceſſaria.¶Ibi.nu.16.

Is etiam ſi contradictores appellatione remota procedat, non tamen id poteſt facere eius ſub executor. ¶ Ibi. 6.cauſ.null.num.7.

Per cauſam(Contradictores)iudicare poteſt omnes etiam extraneos, dummodo de facto contradicant, non de iure.Innoc.c.pro illorum.¶Ibid.7. can.null. nu.4.

Executor teſtamenti non ſoluens legata defuncti præſertim pia, atque ut ſoluat legata, non ſoluit debita, credens bona non ſufficere vtriſque pec-

C cat mortaliter.arg.l.ſcimus.§.at ſi pręfatam.adiuncta.glo. C. de iur.deliberand.& Anton.3. par.tit.10.cap.3.§. 2.Debita autem ſunt etiam vota realia ipſius defuncti. ¶ Manual.cap.25. nume.65. Et etiam ſi ſoluat, ſed poſt moram notabilem. argum. c.nos quidem.de teſtament.Ibid. Si non ſeruat bona pupilli, vel ſine neceſſitate, aut vtilitate alienat.nu.66. vel illius pecu niam iniuſto lucro deputat.num.67.

Executor, qui grauare non poteſt, recuſari poteſt,capitul.nouit.de appel lat.non autem ille,qui grauare poteſt, & cui aliquid arbitrij vltra nudum fa

ctum

ctum mandatur ſecundum Præpoſitum, & Decium cum communi in illo, capit. nouit. & Panormit. cap. ſuper quæſtionum. de offic. delegat. ¶ Com. cap. cum contingat. decima cauſ. nullit. nu. 9. Item accuſari poteſt ille, qui modum excedit. Stephanus. lib. de recuſat. caſ. 73. Etiam ſi datus eſſet de conſenſu partium. d. c. ſuper quæſtionum. ¶ Ibid. nu. 6.

## *Exemplum.*

EXempla regentium, & maiorum recti, atque minores imitantur. glo. c. magnæ de voto. ¶ Com. de datis, & promiſſ. nu. 3.

Exempla mala prælatorum ſcandaloſa ſunt, & præcipue quando dant facultatem perſonis eccleſiaſticis ad relinquendum bona eccleſiaſtica propter filios fornicarios, quærendo illis, quę debent diſtribuere pauperibus. Conc. Trid. c. 1. de refor. ſeſſ. 25. ¶ De ſpol. cler. §. 19. nu. 3.

Exempla non reſtringuunt legem. ¶ Manua. c. 17. nu. 33.

## *Exemptio.*

† EXemptio videtur importare collationem libertatis, ſeu eductionem ab aliqua ſubiectione. Et in propoſito noſtro eſt liberatio à poteſtate ordinarij inferioris Papę ſtante ſubiectione immediata Rom. Pontif. ¶ Silu. verb. exemptio. in princ.

Eſt autem exemptio quędam perſonalis, quędam localis, quędam vniuerſalis, id eſt cum vniuerſalitate iuris, quędam particularis, qua quis eximitur in parte, & in certis caſibus tantum. Idem q. 1.

Exemptio in caſibus non exceptis firmatur regula lege quæſitum. §. denique. ff. de fundament. iuſtit. & Bartolus. capit. Dominus. 32. q. 6. 7. & Fel.

A c. fin. vt lit. non conteſt. ¶ Conc. 1. de feudis. num. 13.

Exemptio per quaſi poſſeſſionem quadraginta annorum præſcribitur. cap. de quarta cum ei adnotat. de pręſcription. ¶ Conſi. 2. de reſcrip. nu. 3.

Exemptio per accidens religionibus conuenit. ¶ Ibi. nu. 4.

Exempti in cauſis mercedum, & alijs ciuilibus ſubſunt ordinarijs, vbi nullus eſt iudex deputatus à Sede Apoſtolica, Concilium Tridentinũ ſeſſion. 7. c. 7. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 63.

Executor ad diſtribuendum aliqua pauperibus poteſt deligere cognatos ſuos, & familiares pauperes, immo &

B filios, modo non ſibi quęrat. Bald. l. id quod. q. 22. C. de ſacroſ. eccl. Cald. cõſil. 31. de teſta. ¶ de eleem. nu. 70.

Executores duo ad elargiendũ pauperibus deputati, ſi alter eorũ eſt pauper poteſt ab altero accipere ſi quid ille elargiatur, quod & facere ille poteſt. Paul. Eleaz. quem ſequitur Anch. conſil. 84. & Card. clem. 2. q. 22. de teſta. ¶ Ibid.

## *Exorciſmus.*

EXorciſmus dicitur omnis abiuratio, atque increpatio dęmonum. capiti cleros. §. exorciſtę. diſt in. 21. &

C S. Thom. 4. diſt. 6. q. 2. artic. 5. Et generaliter comprehendit omnem adiurationem Dęmonis increpatoriam.

Et omnis Chriſtianus poteſtatẽ habet Dęmones adiurandi increpando. Marco vltimo. In nomine meo dęmonia eicient. Thom. 2. 2. q. 60. artic. 2. ¶ Conſi. 5. de maior. & obedien. nu. 1. part. 2. lib. 5.

Quantum ad arreptitios exorcizandos, quo ad poteſtatem generalem inferior a Papa prohibere non poteſt, quia videtur contrauenire poteſtati a Chriſto collatæ; quo autem ad pote-

ſtatem

ſtatem particularem, quam habét quidam particulariter deputati ab epiſcopo poteſt ipſe epiſcopus reſtringere, & ampliare, vt ſibi placet, quo ad aliqua obſeruanda, & non obſeruanda. ¶ vbi ſup. nu. 5.

Exorciſmos omnes neque inferior Papa, neque ipſe Papa forſan prohibere poteſt, quo ad increpationem. ¶ Ibi. num. 2.

Exorciſmus baptiſmum præcedens reſeruatus eſt de conſuetudine ſacerdotibus vt ſignificat D. Tho. vbi ſup.

## *Expectatiua.*

EXpectatiua omnis eſt gratia conditionalis, ſecundum Dom. Rotę Deciſ. 857. quę in nouiſſimis. Rubr. eſt 10. de conceſ. præben. per l. 3. ff. qui, & a quibus. ¶ Relec. c. ſi quando. de reſcrip. prælud. 3. nu. 6.

Trahitur ad diem venditionis, & ante illum impletam ſolum ius ad rē dat. gl. memorab. c. ſi ſoli, ī gl. magna, circa medium. de prę̄b. lib. 6. ¶ Ibid. nume. 7.

Perditur quæſito alio incompatibili tex. ſingul. in Clem. gratiæ. de reſcrip. quod procedit etiam ſi ſecūdum beneficium per ordinum collationem fuerit quis conſecutus, ſecundum glo. illius Clem. Etiam ſi illud eſſet Manuale, & ad nutum reuocabile ſecundum Cardin. Ibi. quęſt. 4. Etiam ſi eſſet Vicaria perpetua ſecundum eūdem per Clem. 1. de offic. vic. Immo etiam ſi tale beneficium incompatibile per permutationem obtinuiſſet. Similis fere text. eſt in cap. ſi pauper. de prębend. lib. 6. ¶ Vbi ſup. Excep. 7. num. 1.

Expirat per inhabilitatem perpetuam ſuperuenientem per temporalem autem ſaltem ſopitur, atque ineſficax redditur pro eo tempore, quo durat, neque reuiuiſcit, quando per illā reuocatio tacita expectatiuę reſultat. ¶ Ibidem exceptio 10. & 12.

Perditur etiam per matrimonium; ſed non per ſponſalia, quia matrimonium inhabilitas eſt perpetua. ¶ Ibi. nume. 2.

Conceditur ſoli clerico, quo ad beneficium eccleſiaſticum. c. cum adeo. de reſcriptis. facit c. 2. de iuſtit. & iur. & cap. ex litteris. de tranſactio. ¶ Ibi. nume. 8.

Expectatiua generalis ante Clem. de fil. presb. non prodeſt ad acceptandum beneficium, quod Patris eius immediate fuit, ita ſi poſt illam vacaſſet, quia per illam Clement. factus fuit inhabilis ad illud. ¶ Ibi. except. 21. n. 26.

Expectatiua dicentis ſe eſſe ſcholaſticum cū non ſit, nulla eſt; quia ſubreptitia eſt cēſenda. ¶ Ibi. excep. 9. nu. 1.

Expectatiuę debet mentionem facere ille, qui impetrat diſpenſationem ſuper inhabilitate ad beneficiū eccleſiaſticum. ¶ Ibid. excep. 10. num. 14.

Expectatiuas, & ſimiles gratias, qui habent, non tenentur ad horas. ¶ Conſil. 14. de celebr. Miſſ.

## *Expreſsio.*

EXpreſſio falſa eius, quod faciliorem principem ad concedendū reddit vitiat gratiam. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius. & cap. ſuper litteris. de præſcript. ¶ Cōſ. 3. de homic. nu. 3.

Non autem uitiat gratiam, niſi quatenus falſi cauſa eſt. dicto cap. ſuper literis. ¶ Conſil. 38. de Regul. num. 2.

Illius autem, quod principem difficiliorem reddit, non uitiat ſecundū Fel. ibi. ¶ Ibid. Neque ſi eſt facta per ignorantiam, vel ſimplicitatem, & nō eſt cauſa illius conceſſionis. ¶ Ibidem.

Facta etiam per Procuratorem, non tantum nocet, quantum ſi per ſe facta fuiſſet. ¶ Ibi.

Expreſſio.

Expreſſio qualitatis iure inhęrentis, non eſt neceſſaria. arg. Regul. Cum quis probetur. de reg. iur. li. 6. ¶ Com. 3. de Regula. num. 13. A

Expreſſio eius, quod tacite ineſt ſecundum ius non inducit ſimoniam. capitul. ſignificaſti. de elect. ¶ Conſi. primo. de feud. nume. 3.

Expreſſi, & taciti non modica differentia eſt. ¶ Com. de lege pœ. nu. 28.

Expreſſa tamen, & tacita, regulariter ſunt eiuſdem naturæ. lege cũ quid. ff. de rebus creditor. cap. cum olim. de cenſibus. Sed frequenter ſunt maioris virtutis expreſſa, quàm tacita. iuxta leg. expreſſa. ff. de reg. iur. ¶ Conſil. 4. de his, quæ vi, nu. 3. Verb. Factum. B

Expreſſio vacationis per obitũ generaliter per clauſulam generalẽ (quouiſmodo vacãte) facta, non debet plus prodeſſe quam ſpetialis, qua exprimit vacatio per obitum ¶ Relect. c. ſi quando de Reſcrip. excep. 2. nu. 3.

## *Extrauagans.*

Extrauagans vnam Sanctam, octo modis inducta pro communi. ¶ Com. in Rubr. de Iud. No. 2. nu. 1.

Iniũctæ tenor, & cauſa finalis, & expreſſa, & tacita. ¶ Tract. opp. nu. 13.

Olim cum creditur eſſe. ¶ Com. c. ita quorundam. de Iud. No. 10. nu. 51. C

Pij V. de officio recitando. ¶ De red. eccle. q. 3. Mon. 35. num. 20. De electione Superiorũ. ¶ Conſ. 7. de cõſt. nu. 1.

De publ. reſig. ¶ Conſ. 14. de ſimo. nu. 5. Item.

De cenſib. verus tenor. ¶ Man. cap. 17. nu. 234. Gregor. XIII. qua induerit Iubil. ¶ De Iub. Not. 32. nu. 1.

Pij V. quæ incipit Regularium: cõ. 4. de Regul. nu. 62.

Mattini V. Ad euitanda. Manu. cap. 27. num. 35.

## *Extrema Vnctio.*

Extrema vnctio eſt Sacram. quo presbyter vngit oleo conſecrato certas corporis partes infirmis probabiliter periclitantis, certa, verba debita intentione proferendo. cap. 1. de ſacra Vnct. & Theol. in 4. d. 23. ¶ Man. cap. 22. nu. 12.

Huius Sacramẽti Miniſter eſt presbyter, & nullus alius, vt definitur Conc. Triden. & omnes ſentiunt, qui cum debita intentione ſimul inungere debet, & verba proferre. ¶ Ibid.

Subiectum cui adhibenda eſt Vnctio, eſt infirmus de cuius morte timetur; quia non ſufficit, vt homo ſit in quolibet vitæ periculo; ſed in periculo tali ex infirmitate proueniente. Partes autem ſunt, Oculi, Aures, Nares, Os, Manus, Pedes, Renes.

Infirmis autem morientibus, aut ſenibus etiam decedentibus adminiſtratur, quia illis iudicium rationis turbatur, & ſenſus omnes imbecillitate præmuntur, ca. Nullus. de pœniten. diſtinct. 7. & Dæmon acrius in illa hora illos affligit. ¶ Ibidem num. 14.

Materia eſt Oleum ab Epiſcopo benedictum. Forma verò ſunt quędam præſcripta verba, Per iſtam Sanctam vnctionem, &c. vt determinat Conc. Floren. non autem nocet verborum diuerſitas in eundem finem tendentiũ, quia Chriſtus Dominus verba formalia non præſcripſit.

Effectus eſt remiſſio peccatorum venialium primo, deinde, & mortalia oblita, uel ea, quæ confiteri infirmitatis cauſa, non poſſunt, vel de quibus eſt alias confeſſus ſine contritione, uel attritione ſufficienti. Et tunc tantam habet attritionem, quæ cum illo ſacramento ſufficit ad eorum remiſſionem ſecundum D. Thom. 3. parte q. 39. ar.

ar. 1. Secundus eſt ſanitas corporis ſi A ad animæ ſalutem videbit Deus hoc illi expedire.¶ Ibi.nu.13.

Omnes veritates à Conc. Trid. & alijs Conc.de hoc Sacramento decretas,qui negat hæreticus eſt ¶num.13.

Qui in infirmitate poſitus illud nõ petit ex contemptu, vel pro ſuis in illo periculo conſtitutis, peccat mor. ¶nu.16.Similiter,& qui in mor. peccato illud ſuſcipit.

## De Litera F.

## *Factum.*

FActum aliquod non præſumitur, niſi probetur c. in iure peritus. de of.dele.& l.1.ff.de mand. principũ ¶Tract.de red.eccl. Mon.5.num.2. & conſi.1.de præſcri.num. 2. conſil. 41. de ſponſ.

Factum legitime regulariter nõ perit,quamuis ad eum caſum veniat, vnde incipere non poſſet. Reg. Factum de regul.iur.lib.6.& l.in ambiguis. §. 1.ff.eod.& cap.furioſus.32.q.7.Quod intelligitur, quando actus fuit perfectus.Si autem non eſt conſumatus deſtruitur, quando deuenit ad caſum a quo inchoatur cum poteſt.l.pluribus. ff.de verb.obl.¶Relect.cap.Si quando de reſcrip.excep.21. nu.23.

Factum legitime pœnam non meretur. Gratcus. C.ad leg.Iul.de adult. l.ſancimus. C.de pœnis.c.2. de Conſtituit. ¶ Conſi.33.de ſent.excom.

Factum non committit proprie,qui mandat, conſulit,&c.niſi,quo ad peccatum mortale,ideo non punitur ſicut principaliter operans; niſi lex exprimat,aut illum includat. de pœn.diſt.1.

Factum cum qualitate vetitum non vetatur ſine illa, vt prohibitus ius dicere extra territorium,vel dieb. feſtis, non eſt prohibitus ſimpliciter ius dicere.l.fi.ff.de iuriſd.om.iud. & cap. 5. de conſtitutio. ca.fi. de fer.¶De iubil. not.28.num.10.

Facta ſine perſeuerantia non habentur pro facta in malis, ſed in bonis, ſic ſecundum Bald.pro quo facit c.diuortium cum glo.de pœn.diſt.1. quæ habet non dici quid factum,niſi reperiatur in illo perſeuerantia cum non videatur erratum, quod emendatur capitu.apud miſericordem.32.q.1.quę reſolutio Baldi in l.ſi non conuicij.C.de in iur. vbique fuit recepta. † Sed tamẽ refutatur ab Auctore ob multa allegata in c.ſi quis iratus.de pę.diſt.1.quia B melius eſt dicere, qđ vere facta,quandoque ficte ſunt facta, quàm fictione iuris, vt in §. faciat. Inſtitutio. de actio. & leg.1. ff. de rei vxor. actio. Et quod multa facta, & omiſſa tam in delictis,quam in contractibus, habentur pro non factis per conſenſum partium,ſolutionem, pœnitentiam,abſolutionem, & ob alias cauſas, quo ad omnia, vel partem, prout in diuerſis materijs ſtatuta diuerſimode inueniũtur.¶ d.Com.nu.2.

Facta aliqua tacite valent expreſſe non, & aliqua contra expreſſe valent, tacite non regulariter tamen ſi alterũ C valet, vtrunque valet, niſi aliqua ratio particularis obſtet, vt omnes ſe ſoluunt in l.expreſſa.ff.de reg.iu.¶ Cõſ. 5.de reg.nu.15.ver.expreſſio nu.4.

Facta turbatione animi, vt calore inuidiæ, vel ſunt nulla, vel reuocanda ſecundum gloſſ.cap. ſunt qui opes. 17. q.4.c.dudum.de conuerſ.coniugat. Iaſon l.ſi filiam. C.de inof.teſtam.

Intellige tamen hæc cum infamia, quia citra infamiam valent, vt ſpecialiter de voto dicunt Theologi, & Archid. & Turrecrem.locis ſupra dictis. Habent tamen maiorem cauſam diſpenſandi, vel commutandi.c.1.de voto,

voto. ¶ Conſil.7.de vot.& Manu.cap. A 12.num.24.

Facta per metum omnia ipſo iure valent.gloſſ.ſolemn.ca.Abbas.de his, quæ vi. recept. ab omnibus præterquā a Fortunio. libr. de vltimo fine iur.illat.21.Fallit tamen in matrimonio,& voto ſecundum eundem per c. veniēs. de ſponſal.¶ Conſ.2.de his, quæ vi.nume.6. Et hæc dicuntur voluntaria ſimpliciter, inuoluntaria verò ſecundum quid.1.2.q.6.ar.6.licet quidam, & magni Theol.contrarium dicant, & ſpecialiter Dec.¶ Conſi.41.de temp.ord. Man.prælud.6.nu.4.

Facta contra formam præſcriptam B præſertim ab homine datam ſunt ipſo iure nulla.ca.cum dilectus. de reſcrip. c.piſanis.de reſtitut.ſpol. Immo etiam facta citra formam. c.quando.de offic. deleg. & per late congeſta à Fel. & citatis ab eo d.cap.cum dilectus.¶Conſ. 13.de ſponſal.nu.5.

Facta in fraudem legis nihil valēt, etiā ſi turba nō offenderetur.c.penult. de reg.iur.lib.6.& l.nō dubium. C.de legib.¶ Conſi.4.de appoſ.num.8.

Facta vſque ad aliquem terminum illo adueniente expirant. Inno.c.cum bonæ.de æta. & qual. Conſil.1. de ſequeſ.poſ.

Facta prouidorum recta, præſumenda ſunt etiam impropriādo aliqua ex parte litteram.ca.niſi eſſent de præb. cum ei adnotat. ¶ Conſil.25. de ſimo. numero 2.

Facta ad augumentum diminutionem operari non debent. l.rem legatā. ff.de adimplet.leg.cap.fin.de verbo. ſignific.¶ Conſi.21.de ſponſ.nu.5.

Facta ad vnum finem contrarium operari non debent. d.ca.fin.& d.leg. ¶ Conſi.1.de hæret.

Facta ratione publici officij ab eo, qui caret titulo valent. l.Barbarius, ff.de offic.prętoris.¶ Conſi.1.de cauſ. poſ.num.2.

Facta in foro fori, prout probantur ſic iudicantur. l.illicitas, §. veritas, ff.de of.pręſid. ¶ conſ.71.de ſim.nu.4.

Facta puerorū, nō ſunt pęna ordinaria punienda.l.auxiliū.§.de delictis.ff. de minorib. & gl.1.de delict.puerorū. ¶ Com.cap.aut facta.de pœn. diſt. 1.

Factum contra ſuum nemini venire, licet c.quod ſemel placuit.de regu. iu.lib.6.¶ conſi.1.de corp.vitiat.

Facere alijs non debemus, quod de præcepto tenemur non facere. conſ.4. de emp.& vend. Vide ver.Geſta.

Facta per iracundiam non uidentur eſſe valida niſi ratificentur quādo iracundia tanta eſt, quæ mentis alienationem inducit: non autem ſecus per cap.ſunt qui opes 17.q.4.& ca.ſi quis iratus 2.q.3.¶ Com.cap.diuortium dę pęn.d.1. num. 14. Delinquens tamen ex iracundia punietur, quia difficile probari poteſt fuiſſe tantam, quę adeo abſtulerit iuditium, vt tunc peccare non potuiſſet ſecundum Panor. in ca. Dudum de conuerſ. coniug. pœna tamen tunc mitigari debet: facit. l.1.ca. ſi quis imperatori ad l.Iul.mai. ¶ Cō. cap.ſi quis iratus.de pęn.diſt.1.nu.4.

C Facta à Iudice excommunicato in vno territorio, qui in alio non habeatur per tali valent. verſ.excommunicatur in fine. ¶ Com. cap. intra verba concl.6.nu. 842.

## *Facultas.*

FAcultas faciendi aliquid à præcepto plurimum diſtat. c. cum aliquibus de præſcript. lib.6. & annotatis per Panor.& Fel.ibi. licet.de offic. or.¶ Com.de Iubil.Not.nu.3.

Facultas oīs facta quibuſcūq; perſonis Eccleſiaſticis,& ſæcularib⁹,ſcolarib⁹,& collegijs prophanis,ac pijs ad diſponen-

ſponendum de rebus quibuſcunq; ſecularibus, & eccleſiaſticis in filios illegitimos à quibuſcunque Rom. Pontif. eſt inutilis, & annullata per extrauag. Pij V. Quo ordine, &c. Non eſt tamen reuocata facultas diſponendi iure communi conceſſa in fauorem illorum, reuocantur enim priuilegia contra ius, non autem ius commune. ¶ De. ſpol. cle. 19. num. 7.

Commutandi vota, non ſe extendit ad pœnitentiam iniunctam, quæ eſt alia à prima, & à diuerſis nõ fit illatio. l. Papinianus. ff. de minor. Secundam autem habet quilibet confeſſor legitimus etiam a ſuperiore, iuxt. glo. c. tempora. 26. q. 7. Et iuſta cauſa, vt dicetur. Ver. Pœnit. ¶ Conſi. 6. de voto. nu. 2.

Edendi carnes diebus ieiuniorum dicenti ſe nobilem, & infirmum valet, licet non ſit nobilis de æquitate, quia datur non propter nobilitatem, ſed propter infirmitatem. ¶ Conſi. 20. de pœn. & rem. num. 1.

Non reſidendi in ſcriptis facienda eſt, vt maiori cum iudicio detur. argu. c. fin. de re iudic. lib. 6. ¶ Conſil. 13. de cler. non reſid. nu. 6.

Facultas relinquendi bona eccleſiaſtica data perſonis eccleſiaſticis eſt ſcandaloſa, quia per illam datur occaſio manendi in peccato. ¶ de ſponſ. cle. 19. num. 3.

Facultas ex delegatione propter induſtriam competens eſt delegabilis, ſecus ſi priuilegio ex dignitate conceſſo. ¶ Conſ. 15. de ſen. exc. nu. 4.

Facultas diœceſanis conceſſa intelligitur de ſolis Epiſcopis; conceſſa vero ordinarijs intelligitur conceſſa etiã alijs inferioribus prælatis. gl. ſolemn. recep. cle. de iur. patr. ¶ cõſil. 5. de ſpõſ. numero 2.

Facultas condendi leges contra ius commune ſpecialis requiritur. Authent. de monachis. col. 1. §. 1. ¶ Conſi. 13. de elect. nu. 2. in addit. ad 2. part.

Facultas etiam poſt mortem concedentis durat, donec reuocetur. arg. ca. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. lib. 6. & glo. communiter recep. c. licet. ¶ Cõſi. 4. de cler. non reſiden. num. 2.

Facultas teſtandi. ver. Teſtamentũ.

Abſoluendi. ver. Abſol.

Vide ver. Poteſtas Licentia.

# *Falſarius.*

Falſarius Numorum eſt ille, qui numos quo ad ſubſtantiã, aut formam falſificat, & iſte, & ille etiã, qui falſis numis ſciẽs vtitur, peccat mort. iux. mentem omniũ cap. quanto. de iure iur. cũ obligatione reſtituendi damnum, quando falſitas eſt circa ſubſtantiam. l. paulus. ff. de ſolut. aut circa põdus. l. 1. ff. de contrahen. empt. non autem circa formam. leg. ſi ne nomine, & l. quæ nomine. ff. ad leg. Corn. de falſ. ¶ Man. c. 17. nu. 167.

Falſarius, qui numos circuncidit, aut aquis attenuat, aut alio artificio, ſimiliter peccat, gl. recep. d. c. quanto: ſi id facit auctoritate priuata. ¶ Ibi.

Qui pondera, vel menſuras falſificat, aut falſis vtitur, ſimiliter peccat cum obligatione reſtituẽdi. c. 1. de emptione, & vendit. ¶ Ibid.

Item qui falſificat ſubſcriptionem, aut inſcriptionem, aut ſigillum prælati, aut alterius. Antonin. 2. par. tit. 10. c. 18. §. 7. ¶ Ibid.

Falſarius litterarum. ver. Littera.

Bullarum. ver. Bulla.

Reliquijs falſis, quí vtitur. ver. Reliquia.

Fama in iure multis modis ſumitur primo in titulo, qui de Infamia tractãt capitur eo modo, quo Caliſtratus eam definit. Secundo accipitur ut definit Bald. l. de minore §. plurimum ff. de q. nu. 7.

nu.7.vt ſit communis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proueniens ſed hæ acceptiones non faciunt ad noſtrã materiam. Tertio accipitur ſecundum Adrian. quol. 2. & 4. de Reſtit. q.32. pro æſtimatione habita, quam homo habet penes alium de præſtantia virtutis,artis vel doctrina.Sed melius poteſt dici, quòd eſt opinio habita de aliquo,vtilis ei ad aliquid,cui communis contraria non reclamat.¶Com.cap.Inter verba.concl.6.nu.462.

## *Fama.*

FAma ſecundum Caliſtratum Iuriſtam.leg.cognitionem.§.æſtimatio.ff.de uar. & extraord. cogn. eſt dignitatis illęſæ ſtatus legis,ac moribus approbatus, & in nullo diminutus ſecundum glo.Bernard. c. veſtra. de cohab.cleric.& mul. Sed quia ſecundum hanc diffinitionem de nulla alia re haberetur fama,præterquam de virtute, & tamen etiam de alijs rebus habetur.Ideo dicendum,quod fama eſt multorum de aliqua re voce prolatum opinionem.¶Com.capitul.inter verba.2.quæſtio.3.concl.4.nume.6. & concl.6.num.460.

Nõ eſt autem fama quilibet rumor, ſed opinio,quæ colligitur ex eo, quòd maior pars populi ſcit. ¶ Conſil. 4. de hæret.num.4.Et ſi ſumatur in bono,ſi cuti ſumi debet eſt bona exiſtimatio de aliquo,id eſt opinio,& communis, & particularis, qua quis putatur bonus,vel vtilis ad aliquem bonum vsũ propter prudentiam, & alias virtutes intellectuales,vel dotes animi,aut corporis inditas,vel quæſitas.¶ Man.cap. 18.num.19.

Ex dictis ſequitur, quòd fama eſt duplex alia, qua quis putatur eſſe bonus moraliter,altera qua quis putatur

A vtilis ad aliquem finem. ¶ Ibid.

Fama non extimatur pluſquam vita,licet ſic,atque ille compenſetur, illam mulier proba pluſquam libertatẽ æſtimat.arg.l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa.¶Man.c.17.num.90.

Fama bona pluris valet quàm pecunia,& alia bona fortunæ. ¶Com. cap. Inter verba concl.4.nu.216. & concl. 6.num.400.

Famæ conſeruatio utilior Reipub. eſt,quàm criminis punitio, quia plus nocet exemplum delinquendi, quod ex delicto reuelato per punitionẽ probatur, quàm donatio delicti ſecreti

B præteriti facta pœnitentia. c. magnæ. de vot.cap.præcipue.2.q.3. ¶ Rub. de ind.num.56.

Famam ſuam multi honeſti viri defenderunt Paulus, Hieronymus, & alij, qui honeſtas Apologias ſcripſerunt.¶ Com.cap.inter verba,concl.2. nu.2.& ideo.

Famam quiſque ſuam, ſaltem ſi eſt perſona publica, ſeruare debet. Eccl. 41. curam habe de bono nomine. ¶Conſi.4.de renunciat.nume.4.

Et procurare debet vt ſibi reſtituatur,vt ait Greg.hom. 9. ſuper Ezechi. 12.Tho.2.2.q.73.art.3.Debet tamen

C id petere cum animo firmo ſufferendi cum patientia, ſi eam non reſtituant, & dicunt eam ob inanem gloriam ipſam petere.¶Com.c.Inter verba cõcl. 6.num.857.

Famam, qui negligit faciendo opera bona ſpeciem mali habentia gerendo perſonæ publicæ officium,propter quod diminuitur ſua auctoritas credens infamãtem ſe emendari,ſi corripiatur ſecretè, aut publicè negligens ulciſcendi ſe cauſa, vt infamator magis iraſcatur.negligendo,vbi,& quando non oportet, crudelis eſt, iuxta dictum Sapientis,& Auguſtini relati in c.Noto.

c.Noto. 11.quæſt. 1.¶ Com. cap.inter uerba.concl.2.nu.10.

Fama,quæ capitur de rebus,quæ nō habentur,vel de maioribus,quàm habeantur pro maiori, & rectiori teſtimonio uirtutum,quàm re vera ſint,ſiue non indebitum finem relata, malum eſt.1.2.q.131.arti.1.de malo. q.9. & Abul. c.6. Matt.q.3. Anto.2.p.tit. 3.c.5.§.1.¶ De orat.c.6.nu.35.

Famę ablatio non compenſatur ab latio ne reciproca, ſicut nec debitum. l.1.ff.de compenſat. Neque eius debitum tā facile tollitur,ſicut actio minorū.l.non ſoluto.§.1.ff.de iniur.¶Man. c.17.nu.47.

Famæ damnum poteſt eſſe duplex, videlicet leue, & notabile,eſt aūt tale illud,quod eſt cauſa, vt infamato aliquid bono notabile animæ, corporis, vel pecuniarum inferatur, aut putetur tali bono indignus,ſecūdum Caietan. 2.2.q.73.artic.2. leue autem illud eſt, quod nō eſt notabile.¶Man.Ib.nu.20.

Famæ damnum notabile neceſſario reſtituendum eſt à ſe, vel ab eo cuius hæres eſt alteri ab eo non condonati. ¶ D. capit.inter verba. conclu. 4.per cap.quiſquis.5.q. 1. & 2.2.q.62.ar.2. Anto. 2. p.tit.2.ca. 2.§.3.& omnes in 4.d.15.

Fama per æquiualens nequit reſtitui ſecūdum S.Tho.2.2.q.2.ar.2.ad 2.

Famæ damnum condonari poteſt meritorie, ſicut alterius debiti remiſſio cum ſit iuſta de cauſa,& alijs circū ſtantijs.gl.ca.Peccatum de reg. iur.li. 6.¶ Manu. c.18.nu.46. Sentit Anton. 2.par.titul.2. cap.1 §. 3. Adrian.4.de Reſtitut.q.33. & quol. 2. Sotus de ratione tegen.ſecre. memb. 1.q. Caieta. 22.q.73.art.2. Maior.4. diſt.in.15. Idē de omni damno. Verb. Damnum.

Famæ reſtitutionem excuſat vitæ, vel ſalutis periculum, atque obliuio, A quia bona inferioris ordinis, nemo tenetur reſtituere cum iactura bonorum ſuperioris ordinis Caieta. 2. 2.quęſt. 62.artic.6.ad 3.& li.17. reſtitut.reſp. 14. Quo autem ad obliuionem. Antonin.vbi ſupra. ca. ſecundo §.3.quia reuocaretur infamia, ſed obliuio debet eſſe totalis,quod eſt difficile.¶ Manual.vbi ſupra.nu.47.

Famę reſtitutionem facere non tenetur ille, qui non læſit, licet tentauerit lædere famam alterius ut ait Adrian. quol.11. Quia uolens nocere peccat quidē, ſed ad nil tenetur.¶Ibi. nu.44.

Famæ qui mendacio læſit debet reſtituere B aſſerendo ſe eſſe mentitum, aut falſum dixiſſe immo teſtes adducere ſi opus fuerit, quo eis diſſuadeat, quibus contrarium perſuaſit. Sotus. libro quarto de iuſt. & iur. quæſtion. ſexta. articul. tertio. Sed meo iudicio ſufficit tali caſu iurare.¶ Ibidem nu.4.

Et qui læſit reuelando malum verū occultum debet reſtituere dicendo ſe male locutum 2.2.q.62. Maior.4.diſt. 15.q.16.Sed melius eſſet commendare illum de virtutibus,qua in ipſo depræhenduntur,& procurare,vt per tali habeatur.¶Com.capit. Inter verba. concl.6.nu.856.

C Famæ nō creditur etiam ſemiplenæ in criminalibus,quamuis ſic in ciuilibus. glo. frequentius recep. cap.final. de appellation. quia fama, neque in ciuilibus, neque in criminalibus probat,niſi legitime fuerit probata,vt notat Bartol.l. de minore. §. plurimum. ff.de.queſtio. Et raro probatur quia, ut ipſe dicit oportet, quod duo teſtes deponant reddita ratione,quod audierint à maiori parte populi, vel vniuerſitatis,vbi fama illa eſt. ¶Com.rubri. de iudic.nu. 52. Quod ſi oriatur à maleuolis nocere nemini debet.¶Conſi. 66.de ſimonia, numer. quarto.

Q Fama

Fama excommunicationis cum de A nunciatione ſufficit ad hoc, quod denuntiatus excommunicatos, euitare debeamus.¶ Conſi.61.de ſent.excom. num.3.

Fama etſi teneat locum accuſatoris non propterea tamen perdit ſuam virtutem probandi tanquam teſtis ut recte not. A ret.cap. quol.2. de accuſ.nu. 51.¶ nu.692.

Fama adeſt debita ad inquirendum cum teſtes ad id neceſſarij aſſerunt coram iudice iudicialiter deponentes, ut conuenit ſuper illa.¶ 697.

Fama amittitur coram alijs peccando, & non eam tollit qui peccatorē accuſat. Scotus.4.d.15.q.4.ar.1.¶ 840.

Famam non aufert, qui diffamat in alio territorio diffamatum in vno, ſed ſolum publicat eum perdidiſſe illam, & licet ille videatur acquiſiuiſſe nouam famam, non tamen verum eſt, ſi cet de illo habeatur bona opinio, quia fama non eſt opinio bona, cui communis eiuſdem territorij, vel alterius ei repugnat.¶ 843.

Famam reſtituere non debet, qui leuiter eam læſit cum non peccat mort. ob paruitatem.¶ 865.

Neque, qui nequit reſtituere ſine periculo vitæ, aut ſalutis, licet teneatur ad recompenſationem alia via honeſta ſecundum Adrian.4.de reſtitut. q.34.¶ Ibid.

Neque tunc cum infamia iam eſt obliuioni mandata ne reſtituendo renouet infamiam. iuxta Antonin. ſecūda. part. titul. ſecundo. capitul. ſecūdo. §. tertio. Faciat tamen aliquam compenſationē ad arbitriū boni viri. 868.

Fama nō debetur ab eo, qui iuſta de cauſa, quāquam cū mala intentione infamat Adrian. quol.15.¶ 871. Neque ab eo, qui abſtulit reuelādo delicta vera, poſtquam alia via publicata ſunt, licet ille teneatur ad intereſſe intermedij temporis Adrian.4.de reſt.q.32.

Neque ab eo, qui retulit mala, quæ audiuit, quia iuxta Scotum.4.diſt.15. q.4. ille non eſt communiter murmurator.¶ 876.

Fama minor eſt quàm gloria, & ad hoc vt habeatur requiritur vt maior pars vniuerſitatis id offerat iuxta Barto.in l.de minore. §.plurimū.¶ Com. c.inter verba.concl.4.nu.3.

Famam alienam lædere eſt propriè iniuſtitia quia alijs aufert ſuum. Eſt etiam contra charitatē proximi non autem eſt tale lædere famā propriam. B ¶ Ibi.concl.6.nu.567.

Fama vt amittatur pro ſeruāda anima iuſtum eſt. cap. Duo mala diſt.13. ¶ Ibi.nu.624.

## Familia.

Familia licet ſignificet multos, eos tamen collectiue tanquam vnum corpus ſignificat. quare pro vna perſona ficta accipitur. l.1. ff. ſi fam. furt. fec. dicas.¶ Manu.c.6.nu.18.

## Famulus.

Famulus, qui fideliter pecuniam Domini precio iuſto impendit C ſatisfacit, neque tenetur ad auctarium reſtituere.¶ Conſil.3.de donat.nu.4.

Neque ille, qui acceptat mille a Domino, & illa permutando lucratur. ¶ Ibidem.num.1.

Famulus, quidā quinquaginta minutatim accepit, deinde animo recompenſandi illa fecit ne Dominus ſibi ducenta, ſed tantum centum & quinquaginta ſibi relinquat, tenetur illa quinquaginta clā accepta hæredi reſtituere, quia voluntas Heri volentis per teſtamentū illi ducenta relinquere effectum nō fuit ſortita.¶ Conſi.1. de teſtam.per totum.

Famulus

Famulus pro conuento ſalario ſeruire tenetur, cum cognoſcit precium; & eſt potẽs donare operas ſuas, quando id poteſt facere, vel in totum, vel in partem argumen.l.qui de toto.ff.de rei vendit. & argum.l.illud.ff.ad leg. Aquil.¶Conſil.1.de locat.

Famulus ignorantia, vel neceſſitate pro minori precio ſeruiens, quam par eſſet, ſibi compenſari occulte poteſt, id autem arbitrabitur confeſſor. gloſ. ce lebri.c.ius gentium.diſt.1.¶Conſi. 1.& Manual.c.17.nu.114.

Famuli artificum in feſtis laborantes etiam cauſa diſcendi artẽ peccant mortaliter, niſi neceſſitas artificum, vel propria excuſet. ¶Conſil.3.de ferijs.num.1.

## *Ferrum.*

FErrum infectum nõ ſignificat venam ferri vt putat Silueſt. materiam omnium armorum, vt ſentit Caiet. ſed maſſam, vel laminam ferri extenſam. factum vero, illud ex quo aliquid factum eſt. ¶ Com. in c.ita quorundam.de Iudæis.notabil.6.nu.5.

Ferri delatio ad Saracenos prohibita eſt per dictam extrauagant.ita quorundam, & c.ad liberandã, & per Bulla Cœnam, ſiue ſit factum, ſiue infectum.l.2. C.quæ res expen. non deb. ¶Ibi.num.1.

Non ſunt autem prohibita arma, quibus in belli non apte vtuntur.

## *Feſtum.*

FEſti dies omnes etiam Dominici ſolo iure humano, non autem diuino, aut naturali præcepti ſunt in eccleſia.c.licet. de fer. & c.1.de conſ.di. 4.ſentit Card. Turrecrem. ibi. & clarius Archid.in c.ieiunia. de fer. Tho. 2.2.q.122.art.4. Anton.1.p.tit.9.c.7. Maior.3.d.27.q.23. Quo ad dies Do- A minicos contrarium tenent. Panorm. d.c.licet. Angel.& Silueſ.verb. Dominica.q.1.§.7. Sed non obſtant, quia dies, quo tenemur Deo ſeruire non eſt à Deo ſtatutus; ſeptimus autem dies cerimonialé erat, ideo ceſſauit in noua lege, & de conſuetudine obſeruatà ab Apoſtolis introductus eſt dies Dominicus.¶Manua.c.13.nu.1.Ideo.

Feſti obſeruatio nunc non eſt tam ſtricta, vt olim erat, quia neque ſunt tot prohibita, & facilior eſt diſpenſatio circa prohibita, vt ſentit D.Tho. vbi ſupra.artic.4.¶Ibid.

B Feſtis diebus præcipitur diuinus cultus exterior, qui cõſiſtit in audienda Miſſa.c.Miſſas. de conſec.diſt.4. & abſtinẽtia ab operibus ſeruilibus exterioribus. c.ieiunia. cum glo. & Archid.de conſ.diſt.3.¶Ibid.nu.2.

Feſtis diebus prohibentur omnia opera ſeruilia & quinque opera non ſeruilia, vt mercatus, iudicium ciuile, iudicium criminale. Iuramentum, & formatio proceſſuum, niſi pro pace, vel pietate præſtentur.c.1.de fer.

Septem verò non prohibentur. Primò, illa quibus in diuino cultu Deo ſeruimus. Secundò, quibus ſpiritualia exercemus. Tertiò, quæ ad ſalutẽ propriam neceſſaria ſunt. Quartò, quæ ad C ſalutem proximi etiam corporalé conducunt. Quintò, omnia ad vitandum damnum. Sextò, præparatio ciborum, per conſuetudinem eccleſiæ. Septimò, Piſcari quãdoque, & quædam alia ad recreationem ex conſuetudine eccleſiæ. ¶Ibi.num.3.

Feſtum autem diem conſumere in venationibus, bellorum ſimulachris, torneamẽtis, luſibus, choreis, aut otioſe vagari, & ſi non ſit peccatum mortale ex ſe, eſt tamen grauiſſimum veniale, quia etiam in his occurrunt multa mortalia ſecundum Anto. 3. par.

tit.9.c.9.§.5.¶ vbi ſup. num.15.

Feſtum, qui violat ſemper peccat mortaliter, niſi iuſta neceſſitas, cauſæ pietas, operis exiguitas, aut licita conſuetudo excuſet.¶num.5.

Feſtum violat mort. qui emit, & vẽdit commutat multum temporis inſumendo. Qui nundinas adit, nõ audita Miſſa cum audire poſſit. Qui autem audiuit, poteſt vendere, & emere etiam die Dominico, vbi eſt conſuetudo præſcripta, & non adſit noua Epiſcopi prohibitio.¶nu.7.

Etiam qui id facit ex metu, vel præceptum Dominorum, aut coactione, quandoq; vt ſi illi id præciperetur in B contemptum; quia tũc famulus, & inferior obedire nõ tenetur; etiam ſi illi eſſet mors certa propoſita. arg.c.ſacri. de his quæ vi. & cita ne.30.q.5.¶Ibi.

Non violat autem feſtum, qui ob mercedem ea exercet; quæ etiam gratis fieri liceret, quia intentio lucrãdi, non vitiat opus de ſe alias licitum. Caietanus.2.2.& in Summa. Etiamſi Ricard. 3.diſt. 37. contrarium ſentiat. ¶Ibi.num.5.

Feſta potius relaxantur ob neceſſitatem, quàm ob pietatem, non enim ob ſolam miſericordiã licent in feſto prohibita, niſi adſit neceſſitas.¶nu.3. C

Nõ violat operis paruitas, illa enim in omni materia excuſat. iuxt. S.Tho. opinionem.2.2.q.88.ar.5. Ant.2.par. tit.4.ca.§.7. & Adria. quol.8. ¶conſi. 1.de fer.

Feſta inducunt, tollunt, atque moderantur lex, & conſuetudo recepta, & non abrogata, & præſcripta.c.fi. de conſuetud. quæ conſuetudo eſt etiam contra ius commune ab omnibus, qui ibi degunt ſeruari poteſt, etiam ſi ſint alterius diœceſis.¶Man.c.13.nu.5.

Feſtorum, ac ieiuniorũ obſeruantia in locis diuerſis, diuerſa eſt propter diuerſas locorum cõſuetudines. ¶conſi 1.de conſtitut.nu.31.

A

## *Feudatarius.*

Feudatarius, omnis videtur teneri ad præſtandum fundamentum fidelitatis Domino, à quo habuit feudum.c.1.de forma fidel.& melius c.1. de noua for.fidel. in vſib. feudor. & c. de forma.22.q.5.

Qui non petit inueſtituram, perdit feudum.c.1. in princ. & c.1.quo tempore miles in vſibus feudo.¶Conſi.1. de feud. num.8. Et hæc intelliguntur quando ad feudum habet ſubiectum, vt eſt caſus in d.c.1. Poteſt enim feudum concedi ſine onere petendi inueſtituram, & præſtandi iuramentum fidelitatis, vt tradit Panorm.¶Ibi. nu. 13.& conſi.82.nu.7.

Feudum perdit nono modo, ſi diſponit de illo virtute facultatum apoſtolicarũ in filios illegitimos proprios, aut extraneos, vel cognatos eorum, quæ eſt annotatio addenda. c.potuit. de locat. & l.2.de iur.emphyt. & c.1. de feud. ¶ Com. de ſpolia. cler. §.19. num.8.

## *Fides.*

Fides, ſeu credulitas conuenit cum ſcientia, quia vtraque eſt certa, ſine vlla uacillatione. cap.firmiter. de ſumma Trinit. Sed differũt, quia ſcientia eſt clara, fides obſcura cum ſit ex auditu. 1.Cor.13.facit c.in domo. de pœn.diſt.4. iuxta glo. Conuenit cum opinione in obſcuritate, differt, quia habet firmitatem. Bart. l.admonendi. ff.de iureiur. & probare videtur ex l. 3.§.eiuſdem.ff.de teſtibus. ¶Com. in rubr.de iudic.nu.43.

Fidei dantur diuerſi gradus minores, & maiores, euidentiores, & minus euidentes. Nam gradus habitus

per

per præſumptiones etiam ſufficientes ad damnandum minor eſt, quàm habitus per legitima teſtium dicta. ¶ Ibi. num. 50.

Eſt autem fides, ſeu credulitas, ſine hęſitatione duplex. Altera, quæ neque actu, neque virtute illam habet, ſed habet rem pro indubitata. Et hęc ſufficit ad faciendum reum dignum morte. Altera, quæ licet non habeat eam in actu, habet tamen in virtute, & hæc non ſufficit. ¶ Ibi.

Fides vxoris de aliquo impedimento matrimonij alicuius gradus, ſufficit ad arcendum eam a debito exigendo, & non a reddendo. Et ſi eſt maioris gradus ſufficit ad vtrunque, per text. ſingul. cap. fin. de ſecundis nupt. & cap. inquiſitioni. de ſenten. excom. ¶ Ibid.

Fides confitenda eſt, non obſtante metu mortis. 2. 2. quæſt. 3. art. 2. Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam. fidei autem confeſſio fit ad ſalutem. ¶ Com. cap. inter verba. prælud. 3. nu. 3. & con ſil. 3. de claud. diſponſ. nu. 19.

Fidei Chriſti defectus animas mactat, & corpora eneruat de red. eccl. Mon. 3. 8. nu. 5.

Fides etiam hoſtibus ſeruanda eſt. 23. q. 1. Noli æſtimare. c. innocens. 22. q. 4. ¶ Conſi. 5. de pact.

Fides ſeu credulitas non à ſola voluntate, neque à ſolo motiuo, ſed a voluntate, & motiuo, non naturaliter vt ſcientia, ſed libere producitur ut in prologo ſent. omnes, & ſpecialiter Pariſienſes in 30. diſt. 33. q. 11. decernũt. ¶ Com. cau. ſi quis autem de pœn. diſtin. 7. nu. 124.

## *Fideiuſſor.*

Fideiuſſor non obligatur pro non obligato ſaltem naturaliter. l. 1. & 2. ff. de fideiuſſ ¶ Com. 2. de reg. nu. 52.

Ad ſoluendum cenſum dari non poteſt. ¶ conſi. 9. de cenſibus. nu. 5.

Licite recipit vſuras, quas creditori ſoluit, quia non eſt ibi lucrum ſed intereſſe ſecundum Innocen. recep. per c. 2. de vſur. quem commendat Iaſon. leg. Numis. nu. 3. ff. de in litem iurand. ¶ Conſi. 7. de cenſibus. nu. 6.

Obligationes ſuas rogatus præcipue in certo tempore minoris præſenti pecunia redimere poteſt. ¶ conſi. 18. eo. tit. nu. 2.

Aliquid pro ſua fideiuſſione capere poteſt. l. Hoc iure. ff. de donat. ¶ Conſil. 21. eodem tit. & Manua. cap. 17. num. 285.

Fideiuſſorem dare poteſt venditor cenſus pro eius iuſta impoſitione. ¶ Conſi. 9. eod. tit. nu. 5.

Fideiuſſor principalis non obligato, ſaltem naturaliter non poteſt accedere. l. 1. & 2. ff. de fideiuſſ. ¶ Conſi. 2. de regul. nu. 42.

Fideiuſſor, ab eo cui ſecuritatẽ præſtat aliquid accipere poteſt, modo fraus non interueniat, vt ex conuentione cum mutuante de pariendo lucrũ, vel alias lucrandum. ¶ De cambijs. nume. 7.

## *Fideicommiſſum.*

Fideicommiſſum conditionale nõ tranſmittitur ad hęredes, nec etiã ad liberos iux. gloſ. in l. 1. C. de fi l. qui ante aper. tab. ¶ Conſil. 7. de teſtam.

De reſtituendo incapace tacita fide debetur iudicari relictum illi. l. 3. de iure fiſci. Et l. in tacitis de leg. ¶ Conſ. 8. de teſtam. nu. 1.

Fideicommiſſarius, qui occulte incapaci reſtituere promittit debet priuari non autem qui palam. ¶ Conſi. 8. de teſtam. nu. 3.

Iuſte tenet fideicommiſſum quod incapaci reſtituere rogatus eſt donec,

eo priuetur. ¶ Ibidem, numero 4.

Agnoſcēdo legatum caducum eius onera adimplere debet. ¶ Conſ. 14. eo. tit. num. 9.

## *Fidei profeſsio.*

FIdei profeſſionem, quam tenetur facere beneficiarius poſt duos menſes ab obtentione beneficij pro Conc. Trid. Si tunc non fecerit nihilo minus tenetur facere. arg. l. Celſus. ff. recep. arbit. c. Id dilecti. de dol. & contu. ¶ Conſi. 4. de ſumma trin.

Tenentur eam facere etiam regulares poſt duos menſes per extenſionem Pij 4. c. 12. de refor. Conc. Trid. ſeſſ. 2. ¶ Conſi. 2. eod. tit.

Per alium poteſt facere beneficiarius argum. l. 1. ff. de prætor. cap. qui per alium de reg. iur. lib. 6. ¶ Conc. 4. nume. 2.

Facta poſt duos menſes in futurum tantum proficit, quo ad faciendū fructus ſuos, quia regulariter ipſo iure perdita, quæruntur ipſo iure. l. qui res. §. arcam. ff. de ſolut. ibid. nu. 13.

Qui illam omittit Regul. de trien. non iuuatur, quia cum talis reg. a iure communi. exorbitet non debet ad extranea trahi. verbo. ius. ¶ Conc. 1. de ſumm. trinit.

Qui omittunt per ignorantiam, incogitantiam, inaduertentiam non peccant mort. quia lex eſt pœnalis, ideo non ligat in foro conſcientię verſ. lex. ¶ Conſi. 3. eod.

## *Filius.*

FIlius qui patrem odit, vel ſigna amoris, ac dilectionis non oſtendit, ſed torue aſpicit, ac ſi odiret, peccat mortaliter Aug. verb. Filius. ¶ 30. Silu. q. 22. Tabiena. ¶ 16. Manual. ca. 14. num. 2.

Qui percuſſit etiam leuiter Ricard.
A 3. diſt. 37. verbis contumelioſis prouocat Alex. 3. par. de 4. præcept. Maledicit corde. Exor. 21. Contemnit grauiter. Mortem optat. Non liberat à carcere, vel ſeruitute. Accuſat de aliquo crimine præter proditionem in Regē ad quam non tenetur ſecundum Dec. cap. 1. num. 7. de off. deleg. poteſt tamen arg. l. minime de relig. domibus. ¶ Ibi. num. 12.

Qui non ſubuenit parentibus magna neceſſitate oppreſſis. arg. cap. inter cætera. 22. q. 4. & cap. non ſatis. 86. diſtin. Et propterea non poteſt tunc ingredi religionem, ſed debet egredi ſi
B videt poſſe illis ſuccurrere. cap. paſce. 86. diſt. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. Maior. 4. di. 38. q. 16. & Lyranus Matt. 2. qui contrarium videntur innuere debent intelligi de neceſſitate non extrema, licet aliquo modo egeant, & tunc debet filius vt poteſt adiuuare non egrediendo. ¶ Ibid. nu. 13. & 14.

Patrem ægentem alere tenetur. l. ſi quis a liberis. ff. de lib. agno. ¶ Com. 3. de Regul. num. 21.

Qui non ducit vxorem, quam pater vult cauſa ſedandæ diſcordię, vel ſe minime dignam vxorem ducit contra pręceptum paternum. arg. cap. ali-
C ter. 30. q. 5. cap. honorantur. 32. q. 1. cap. 1. de deſponſ. impub. Ita & filia contrauenieus voluntati paternæ in hoc ſine cauſa rationabili. ¶ Ibidem, num. 15.

Qui parentum male parta non reſtituit cap. Michael. de vſu. Et debita ex auaritia aut negligentia diu differt, vel legata non implet. Ant. 2. par. tit. 2. c. 7. §. 3. nu. 16.

Qui de bonis paternis contra eius voluntatem accipit, quia non eſt Dominus illorum niſi quo ad vſum. l. ſi quis à liberis. §. Idem. ff. de liber. agnoſc. Ideo niſi pater viuens illa condonauerit

donauerit tenetur ad reſtitutioné Anton.2.parte.tit.1.c.15.etiam ſi ſint aduẽtitia, aut profectitia, etiam ad eleemoſinam dandam extreme egenti ſi aliter ſubuenire poteſt. ¶ Manu.ca.17. num.156.

Qui fruitur fructibus, aut pecunia ſui patris id neſcientibus cęteris fratribus. ¶ Ibi.nu.158.

Qui ſtudiorum impenſam à patre factam, non diuidit cum alijs, antequã fiat doctor, aut emancipatus, quia illa non ſunt facta quaſi Caſtrenſia, non tamen tenetur accipere illa ſecúdum ęſtimationem, qua empta fuerunt. l. illud. C. de collat. ¶ Ibid.nu.158.

Filius ſub patris poteſtate conſtitutus, dum in ſcolis ſtudet, aut in curia verſatur licite poteſt de ſuo comeatu quatuor, aut quinque de centum, quę ei dantur ludo impendere modo honeſtę, recreationis cauſa id faciat. arg. gl. clem. 2. de vita, & honeſt. ¶ Manua. cap.20.nu.12. Sotus. 4. de iuſt. & iur. q.1.artic.1.

Filij legitimam non minuit, quæ illi à patre ad ornatũ data ſunt, niſi daretur aliqua ſumma, de qua pro libito diſponeret, & ille in illis impendit. ¶ Cap.17.num.160. Neque datam pro alimentis, niſi ille habuiſſet quaſi caſtrenſia, quia pater cenſeretur illorũ adminiſtrator ſecundum Bar. l. 1. C. de dot. promiſ. ¶ Ibi.

Tenetur filius computare in legitima, quę de pecunia patris lucrat⁹ eſt, præter ſuam iuſtam laboris mercedé, quę debet eſſe dimidium lucri ſecundum Bar. l. 1. §. Caſtrenſe. ff. de col. bo. ¶ nu.161.

Idem de eo, quod ſibi donatum, aut relictum eſt patris intuitu, quia eſt peculium profectitium, quod conijciendum eſt ex qualitate perſonarum, & modi relinquendi. ¶ nu.162.

A Filius tenetur computare in ſua legitima ſumptus, quos pater in ſua bona aduentitia, neceſſario fecit, aut qui in eorum perpetuum emolumentum redundabant cum obligatione reſtituendi. Secus ſi pater non habebat animum recuperandi, aut emolumentum in patre redundabat. ¶ nu.163.

Et quod in ludos, & luſus malos, ac vanos inſumpſit cum obligatione reſtituendi. gloſ. l. illud. C. de col. ¶ nu.164. & pęnam quam ſoluit pro ipſius filij delicto ſtatuto ad id compellente.

Fili⁹ clerici nothus incapax beneficij patris, & omniũ, quæ ſita ſunt vbi pater fuit beneficiari⁹. Cõc. Trid. ſeſ. B 25. ca.15. Si autem eſt legitimus non perdit acceſſus, & regreſſus, neq; coadiutorias ante Conc. habitas. c. ad extirpandas, & c. litteras. de fil. præsbyt. ¶ Com. capit. ſi quando. de reſcript. nume.1. & 3.

Illegitimus, qui habet beneficia paterna ante Conc. de rigore iuris, tenetur dimittere poſt Concilium patre mortuo. Sed de æquitate præſtaret, vt Summus Pontif. vel diſpenſaret, vel diſſimularet cum illis. ¶ nu.12.

In Eccleſia, in qua pater beneficiarius eſt, nullo modo miniſtrare poteſt, neque tanquam aduena. ¶ Conſi.1. de C conſt.num.46.

Filius ſpurius non perdit facultatẽ ſuccedendi in bonis à iure commune cõceſſam propter extrauagant. Pij V. verb. facultas.num.2.

Filij, & filiæ clericorum iuſte poſſunt ab eis etiam hodie ali, & dotari. Licet in illos non poſſint diſponere de bonis. ¶ Com. de col. cler. §. 19.num.40.

Filij ax damnato coitu parentibus ab inteſtato, neque ex teſtamento ſuccedunt, Authent. quibus modis nat. ei ſuff. §. illud Panorm. ca. tanta. Qui fil.

ſint leg. Niſi ſint ita legitimati, quod ſint reſtituti natalibus, quod eſt difficile. ¶ Ibid.

Filius adulterinus per ſubſecutum matrimonium nõ legitimatur. c. tãta. qui fil. &c. ¶ Conſ. 21. de ſponſ. nu. 6.

Natus ex matrimonio nullo, neque legitime contracto, & durante amborum, aut alterius coniugis ignorantia legitimus eſt. cap. 2. & cap. apparente, qui fil. &c. Modo matrimon. ſi vere factum ſecundum formam Conc. Trid. ¶ Conſi. 3. de ſponſal. nu. 1. Natus ex matrimonio in peccato contracto legitimus eſt. Conſ. 2. eod. tit. nu. 3.

Natus ex coniugio per commiſſionem de diſpenſando bona fide cõtracto, licet eius forma ſatis ſeruata non fuerit cenſetur legitimus, argument. c. ex tenore, & gl. communiter recept. qui fil. &c. ¶ Conſil. 7. de conſanguin.

Natus eo tempore, quo inter parentes impediebatur matrimon. legitimatur per clauſulã. (Prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam. ¶ Conſil. 1. qui fil. ſint leg. num. 1.

Natus cum vxore viuente marito cenſetur legitimus. l. filium. ff. de his quę ſunt. ¶ Conſ. 3. de conſang. nu. 18.

Natus in figura matrimonij credẽs dicto Matris ſe non eſſe legitimũ, debet deponere iſtam credulitatẽ, ſi vult ordinari ſine diſpenſatione, & nõ ponere ſe in ſtatu dubij, ſed certo credere ſe eſſe legitimum, & habet motiuũ ad hoc faciendum, quia neque Adulter illud ſibi affirmauit, & populus credit eum eſſe legitimum, & Matres ſæpe in ſimilibus decipiuntur, & ſæpe mentiũtur ob multos reſpectus. ¶ Cõſil. 1. de fil. præsbyt. per tot.

Filius non tenetur credere matri ſe ex adulterio natum, eo quod tutius ſit ſuæ conſcientiæ credere id quã contrarium ne lędat in ſuccedendo alios fratres legitimos, vt ait Bart. communiter recep. l. filius. ff. de his qui ſunt. ¶ Conſil. 21. de homicid. num. 2.

Filius matrimonij putatiui, ſi ignorabatur primum matrimonium legitimus eſt. c. ex tenore. iuncta. gl. qui fil. &c. ¶ Cap. 22. Man. num. 53.

Filius ſpem tantum ſuccedendi in boni paternis poſt illius obitum habet. l. 1. §. ſi impubam. ff. de collat. bonor. gloſſ. notab. c. Rainutius. §. legitima de teſta. ¶ Conc. 13. de voto. nu. 1.

Filiusfamilias pubes domiciliũ ſibi cõſtituere poteſt. l. placuit. ff. ad municipalem. ¶ Conſil. 2. de temp. ord. nu. 2. Si autem in domo patris manet ſepeliendus eſt, vbi pater, ſi factus pubes non elegit ſepulturam. cap. licet de ſepul. lib. 6. ¶ Ibid. nu. 4. Impubes autem neque patre mortuo poteſt eligere domicilium habitationis cũ conſtitutio domicilij animũ requirat perpetuo ibi manendi. ¶ Ibid. nu. 8.

Filius naturaliter poteſt patri obligari, etiam lege ciuili. l. frater cũ fratre. ff. de condict. indeb. ¶ Conſil. 3. de pœn. & remiſſ. num. 5.

Filius poteſt iuſte patrem occidere pro defendenda Republ. ¶ Com. c. fraternitatem de lege pœnali. nu. 19.

Filij ſchiſmaticorum ad ſcholas catholicorum admitti poſſunt non contra. ¶ Conc. 1. de conſt. 64.

Filij hæreticorum, & Iudæorũ per bullam Pauli. 4. non ſunt ordinandi. ¶ Conſi. 1. de Iudæis. num. 1.

Filij Iudæorum, & Maurorũ ſi ſponte conuertantur ordinari æquum eſt. ¶ Ibid. num. 4. ab ordinibus tamen arcentur. Ibi. nu. 1.

Filij infidelium ægroti baptizari poſſunt de conſenſu parentum. 2. 2. quæſt. 10. ar. 12.

Nõ autem ſi adulti ſunt, & nolint, ab infidelitate recedere, licet morbi

causa

cauſa id faciant.¶ Conſil.3. de cland. A deſpon.num.20.

Nullo iure à religione arceantur. ¶ Conſil.5.de reg.nu.4.

Filius non tenetur alere patrē,quando ille habet aliunde, vt ſeipſum alat, neq; cōtra. ¶ De ſpol.cle.§.19.nu.12.

Filiusfamilias profeſſus tranſmittit hæreditatē potentia ſuitatis.¶Cōſil.3.de regul.nu.49.

Filios habens etiam legitimos non poteſt in epiſcopum eligi. Authē.quomodo oportet epiſcopos.col.1.l.iuriſconſultæ. ff.de grad.cogna.¶ Com.de ſpolia.cler.§. 19. nume.2.

Filia renuntians legitimam patris, B ipſi ius de illa diſponendi dat, & non matri.¶ Conſi.13.de voto.

Poſt annos vigintiquinque ſtuprū committens exhæredari nequit, quia pater fuit in mora tradendi eam marito Auth. ſed ſi pater. C.de inoſſicioſ. teſtamen.¶ Conſil.31.de ſpon.nu.1.

Filius ſeruiens patri, quod ex ſuo labore, & induſtria quærit mixtū eſt peculium, & eius eſt ſecundum Bar. l.1. §.nec caſtrenſe. ff.de coll.bonorū. Et ſi plus alijs ſeruit, plus alijs poteſt habere, iuxta mentem omnium ſi pro teſtatur ſe velle, iuxta ſuum laborem. ¶ Man.c.ei nu.144.& 148.

Filius familias perinde poteſt C adminiſtrare auctaria ex peculio, ac ipſum peculium arg.l.2. & 3 §. ſi filius familias,& l.etſi duo.ff.de pecul.quia concedens principale videtur etiam concedere acceſſoriū. ¶Com.4.de Regul.Not.16.num.68.

Filium vnicum qui habet non dicitur eſſe ſine liberis.l.nō eſt ſine ff.de verb.ſignif.¶ Com.2.de Regu. nu.47.

Filius non poteſt petere legitimam ſibi debitam in bonis Patris facti religioſi etiam poſt profeſſionē, donec Pater moriatur iure Cæſareo,non autem iure Pōtificio, quo probatur tanquam æquior ſententia contraria in c. Cum ſimus. de Regular. quam & defendit Couar.in c.de teſta. ¶ ibi.n.48.

Filius in cauſa hæreſis tenetur teſtificare contra Parentes dūmodo Inquiſitor prouideat, vt illi non proueniat damnum graue eius nomen occultum tenendo iuxta decretum Bonif. VIII.cap. fi.§.iubemus.De Hæret.lib.6. & non adſint alij teſtes,qui ſufficiant, & tertio ſi pater vere non emendatur ſi adhibita fuit debita admonitio. ¶ Com.c.inter verba. concluſ.6.num.827.

Filius perduelio punitur & Filius hæretici.verſ.Punitio.

## Finis.

Finis(ſecundum intentionē Ariſt. 2.Phyſ.ca.3. & Theol.2.d.38. D. Tho.1.2.q.1.ar.1.) eſt bonum,vel apparens quod propter ſe appetitum facit, vt aliud propter ipſum appetatur. ¶ Com.ca. inter verba concl.5.nu.25. Man.præl.4.nu.2. com. de finib.nu.3.

Finis eſt duplex. Vltimus,qui propter ſe ipſum tātum amatur, & eſt vel vere vltimus, vt Deus, qui ſolus propter ſe tantum amabilis eſt, vel falſo vltimus quem homines ſecundū ſuā falſam imaginationem imprudentiſſime tacite, vel expreſſe fingunt,& adorant. Phil.3. Quorum Deus venter eſt, &c. Alius eſt Medius,qui propter ſe, & propter aliud amatur, & iſte ſimiliter, vel eſt vere medius,vt virtutes, & honeſtum ſecundum Ambr.vel falſo medius,qui non poteſt eſſe amabilis propter ſe vt pecunia,vel non eſt amabilis propter aliud, qualis eſt Deus.¶ Ibid.

Finem vltimum humanę naturæ aliquem eſſe,non ſolum fide catholica tenere, ſed etiam humana ratione probari

bari poteſt ſicut efficaciter probat D. Tho.1.2.q.1.ar.4. & præcipue, quia finis habet rationem boni, quæ infinitum tollit, vt tradit Ariſto. 2.Metaph. illa autem, quam ponit Ariſt. quia omnia, quæ homo agit ob finem vltimum operatur nõ videtur ſolida, quicquid Caiet. ibi dicat contra Scotum.4.d.49.q.10. quoniã peccata non ſunt reſcripta in vltimum finem. Et quia licet operari propter id, quod eſt propter ſe amabile non referendo illud in vltimum finem.¶Com.de finibus num.15.

Operoſa illa inquiſitio de vltimo fine, quam Ariſt.fecit.10.Ethic.& verboſa illa Ciceronis.li.5. de finibus,& aliorum philoſophorum non eſt multum magnifacienda cum certe conſtet Theol. Finem noſtrum vltimũ Deum eſſe,& beatitudinem Dei, ſcilicet, fruitionem Eſa.64.1.Cor.2.¶Ibid.nu.1.

Ad hunc vltimum finem omnium mouentur propter illum agentes homines quidem libere, alia vero naturaliter tanquam à natura, quæ Deus eſt. Ab illo quoque actiones noſtræ ſuam ſpeciem, ſortiuntur, vt bonæ vel malæ ſint, iuxta Augu. lib. de ſtatibus Eccleſiæ. ¶Ibi.nu.10.

Finis vltimus non eſt idem apud omnes: quare multi peccãt mortaliter illum non cognoſcentes, & quidam etiã cognoſcentes illud quod pro fine vltimo eligunt non eſſe tale, licet tentatione victi id agant.¶num.21.

Fines duos vltimos falſos nemo vno,& eodem tempore habere poteſt, quia ſecum pugnat,& pugnantia conſtare nequeunt verſ. Repugnantia. Et tot iſti ſunt, quot falſæ opiniones putant eſſe, quare pro diuerſitate temporum,& ipſæ ſunt mutatæ. ¶Ibi.nu.20.

Finis itẽ, alius dicitur finis cuius, in quo eſt ratio boni, alius finis quo,

A & eſt adeptio, ſeu poſſeſſio, aut vſus, ſeu fruitio eiuſdẽ rei, in qua eſt ratio boni. Vt auari finis eſt pecunia. 1.2.q.1.ar.8. & q.2.ar.7. & totius humanæ naturæ eſt Deus, qui eſt beatitudo noſtra obiectiua. Et eius poſſeſſio eſt beatitudo eſſentialis.¶Vbi ſup.

Fines, & ſcopi vltimi in quos viatores omnia referunt duo ſunt, ideſt, cuius, ſcilicet, Deus,& quo, ideſt, ipſa beatitudo eſſentialis, qua ipſe Deus beatus, & infinitus finite ad perfectã ſatietatem apprehenditur.¶nu.25.

Finis item, Alius eſt operationis, & eſt obiectum in quod ſuapte natura
B dirigitur. Alius operantis, & eſt in quem per operantem dirigitur operatio, vt fabricatio domi eſt finis operis, bonum autem inde eueniens eſt finis operantis. Hac diuiſione vtitur D.Tho.ad multas difficultates diſſoluendas. ¶Com.c.inter verba.concl.5. num.22.& 29.

Finis operantis licet ſit poſterior operationis, ſecundum ordinem executionis, eſt tamen prior intentione, & ita principaliter iuxta illud Ariſto. qui furatur, vt adulteretur magis eſt adulter, quam fur. ¶Com. de finibus. num. 27.

C Finis item alius eſt bonus, id eſt bonum verum aptum, medio, quo quæritur, id eſt obiectum actus in quod ille ſua natura dirigitur. Alius eſt malus, vt malum culpæ, vel bonum, medio, quo quæritur ineptum, vt ſi inferiora ſuperioribus præponimus, quia finis inquantum huiuſmodi ſuperior eſt medio.

Finis bonus non ſufficit ſi aliæ circunſtantiæ deſunt. ¶Com.3.de regul. num. 15.

Finis malus, qui eſt malum culpæ non poteſt eſſe neque minus principalis in opere, qui autem eſt ineptus ſic.

¶Ma-

¶Manual. capitu. 14. nume. 33.

Finis malus, facit actum malũ eiuſdem generis cuius eſt ipſe. 1. 2. q. 7. ¶Com. de veritate reſponſi. q. 3. nu. 2.

Finis item. Alius eſt principalis, propter quem ſolum eſt opus. Alius eſt ſecundarius, id eſt diſpoſitio, ſeu impulſio ad aliquid faciendum propter aliud ſiue ſine illa id fieret, ſiue non. ¶num. 9.

Finis principalis pōt eſſe duplex. Alius totalis, vt ſi quis diligit caſtitatem amore Dei, quia recta ratio præcipit. Amor enim Dei, & rectę rationis præceptũ illius partes ſunt, & ambo ſunt fines principales, quia etiamſi vnus non occurreret alter fieret: & quælibet pars pro ſe eſt finis partialis. Amaret enim caſtitatem quis ob Dei amorem, etiamſi non occurreret recta oratio dictantis præceptum, & contra amaret, quia rectum, etiamſi nihil de Deo occurreret actualiter, vel uirtualiter expreſſe, vel tacite. ¶ Vbi ſupra, & de ora. c. 6. nu. 13. & 14. Deſinit autem eſſe principalis ob relationem in aliud, ut qui ieiunat propter Deum ad ſanitatem quęrendam, ſanitas eſt finis principalis, ſi autem illa quæritur, ut melius Deo ſeruias, non eſt amplius principalis. ¶ De oratione cap. ſexto. numer. 23.

Fines multi poſſunt eſſe principales vnius, & eiuſdem actus, & contra. §. affinitatis inſtit. de Nupt. & l. Librorũ. ff. de his quæ notantur. ¶ Com. cap. inter verba. conclu. 5. num. 34.

Finem principalem non arguit ceſſatio operis illo ceſſante, ſed ex animi æſtimatione id colligitur. ¶ Ibi.

Finis principalis nullius actus virtutis poteſt eſſe bonum temporale, immo ſi fiat, ita erit malum; minus tamẽ principalis ſic, quare pōt quis ita Deo ſeruire, & mutuare. ¶Ibi. nu. 39. & 23.

A Finis principalis actus virtutis nequeũt eſſe bona honoris alioquin eſſet peccatum. Mat. 6. attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis, ob quod dicit Auguſt. l. 5. de Ciu. Dei. c. 14. Amorem gloriæ humanæ fidei Chriſti obuiare. ¶ Ibi. num. 10. & Com. de dat. & promiſs. nume. 44.

Finis præcepti non præcipitur, vt ſubtiliter determinat S. Tho. 1. 2. q. 100. art. 9. q. 96. ar. 2. ad 2. 2. 2. q. 44. Palud. 3. diſt. 37. q. 1. ¶ De oratio. cap. 20. nu. 29. Man. ca. 13. nu. 2.

Finis diuerſus diuerſitatem ſpeciei
B inducit Th. 1. 2. q. 7. & 19. ¶ Conſ. 10. de ſimo.

Finis vtilis animæ, & bonis Domini excuſat a furto, vt cum quis furatur fucos mulieris prouocantis ad peccatum, & gladium furioſo, modo magnum ſcandalum non ſequatur, ſecundum Anton. 2. p. tit. 1. cap. 14. §. 2. ¶ Manual. cap. 17. nu. 5.

Finis legum ſeculariũ, & Canonicarum diuerſus eſt, nam illę emanant à poteſtate laica, hæ vero à ſpirituali, & eccl. hic igitur eſt vita ęterna, ille autem vita bona, ac pacifica gloſ. 2. cap. cum contingat. de iur. iur. ¶ Com. ca.
C nouit de iudic. Not. 3. nu. 9.

Finis conſideratio ſecum habet, & conſiderationem mediorum ad illum tendentium, quia ratio illorum ex fine ſumitur. ¶ Ibi No. 6. nu. 14.

Fine prohibito omnia media ad illum ducentia cenſentur prohibita. ca. tuæ de Procur. cap. nam de conſtit. l. oratio. ff. de ſponſal. ¶ Relec. cap. ſi quãdo de reſcrip. excep. 7. nu. 6.

Finis recipiendi aliquid in dubio ex effectu conijcitur. ¶ Conſ. 3. de Procur. iuxta. l. ſed Iulianus. §. pro inde ff. ad Macc.

# Fiſcus.

FIſcus per confiſcationem non ſuccedit prohibito alienare. l. ſtatius. §. Cornelio. ff. de iure fiſci. Et cũ concurrunt fideicommiſſum, & prohibitio alienandi etiam reo viuente nil aſſequi poteſt, tradunt Barto. Alexan. Angel. l. filius famil. §. diui. ¶ Conſi. 5. de accuſat.

Fiſco nihil tenetur reſtituere teſtis id quod falſe teſtando impedit, ne conſequatur. ver. Teſtis.

# Forma.

FOrma eſt, quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſi quis rem fecerit. ff. de exhib. ¶ Conſ. 1. de feud.

Forma ſubſtantialis actus eſt, quæ habet clauſulam irritãtem. arg. l. non dubium, & l. fi. C. de leg. tradit Fel. & quos ille citat c. cũ dilecta. de reſcrip. ¶ Conſi. 7. de donat. nu. 5.

Forma cum clauſula irritante, vel ſub conditione, æquiparantur. l. præter. ff. de coll. bon. ¶ Ibi. nu. 4.

Forma data de teſtamentis faciẽdis non comprehendit iam facta, etiam ſi teſtatores viuant. l. iubemus. C. de teſtam. ¶ Conſi. 2. qui fil. ſint leg.

Forma orandi præcellens Pater noſter. Aue Maria. Salue Regina. ¶ De orat. c. 19. nu. 188.

# Fornicatio.

FOrnicatio ſpecies eſt luxurię, quę eſt inter ſolutos nõ ſolum à vinculo matrim. ſed etiam conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis, infidelitatis, &c. ¶ Man. c. 23. nu. 113.

Matrimonium præcedens, vxori, neque eius hæredi obeſt, iux. notata in c. quem admodum. de iureiur. ¶ Conſi. 2. de donat. nu. 2. Neque eſt iuſta cauſa A repudij, quia non continet iniuſtitiã contra matrimonium. ¶ Conſi. 2. de diuor. nu. 1.

Cum amica patris peior eſt, quam cum alia, ideo Amos pro grauiſſimo peccato improperat quod pater, & filius ad eandem puellam accedebant. ¶ Conſil. 7. de ſponſal. nu. 1. & 4.

Facta etiam cum multis non facit quem bigamũ ſecundũ omnes. ¶ Conſ. 2. de frig. & malef. nu. 5.

Permittitur ab Eccleſia, ſi fiat in lupanaribus, inquantum illam non caſtigat, ſed non ideo approbatur. ca. meretrices. 32. q. 4. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. B 54. num. 2.

Fornicandi propoſitum, vel deſiderium deliberatum, vel delectatio moroſa de illa tacita, vel expreſſa habita, vel non impedita, peccatum eſt mort. toties quoties. Antonin. 2. p. titul. 5. c. 1. §. 6. ¶ Manual. cap. 16. nume. 9.

Fornicationis euitandę ratio, non ſolũ eſt educationis prauæ prolis euitatio, ſed etiam abuſus corporis, & feminis iuxta illud Theſ. 4. Abſtinete vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, non in paſſione deſiderij. ¶ Com. in rub. de iudic. nu. 76.

C Fornicationem quoties, quis noue committit, toties illi imponenda eſt noua pœnitentia. gl. ſolem. cap. irritare. 6. quæſt. 1. ¶ Com. in c. conſideret. de pœniten. diſt. 5. nume. 121.

Fornicationem notoriam ſi clericus committit ſuſpenſus eſt, & niſi prius pęniteat efficitur irregularis. c. præter. 31. diſt. cap. ſi qui ſunt. 81. di. ¶ Conſ. 1. de cohabit. cle. & mul. Man. cap. 25. nu. 76. Et iure antiquo ob vnicã fornicationẽ deponebatur. ¶ Conſ. 4. de adult. nu. 5. Sed hodie ob fornicationem continuatam, non autem ob momentaneam deponitur. gloſſ. memorab.

motab.ca. presbyter.81.diſt.¶ Com. cap. conſideret. de pœ.d. 5.

Pœnitentia aût, quæ illi debetur, debet eſſe ſecreta pro foro interiori, vt colligitur ex Turrecrem.d. cap. ſi qui ſunt. Quo ad forum vero exterius, exterior eſt, quia in illo de nõ apparentibus, & non exiſtentibus idem eſt iudiciũ.l.duo ſunt. ff. de teſta. ¶ d.conſ. 1. de cohabit.cler.

## *Forum.*

FOrum duplex eſt, alterum ſæculare, alterum eccleſiaſticum, quia ita etiam, & poteſtas diuiditur, quare poteſt quis in vtroque foro ob vnum delictum puniri, quando illud ex mixti fori ob diuerſos reſpectus. Vt pro vulnere illato in eccleſia, vt videre eſt apud Felyn. & citatos ab eo. ca. de his. de accuſa. nu. 13. ¶ Rele. cap. nouit. de iudic. num. 70.

Forum cõſcientiæ veritate, & vera iuſtitia nititur. ¶ de ſpol. cler. §. 1. nume. 3.

Forum exterius multa ad euitanda maiora mala permittit, quæ conſcientiæ non permittit. ¶ Ibi. & red. eccl. q. 1. Mon. 54. nu. 2. vt dictum eſt ſupra. de fornica. nu. 5.

Forum animæ ſeparatæ, aliud eſt à noſtro, quia noſtrum eſt mite quaſi canonicũ, vel ciuile, illum vero rigoroſum, & quaſi ſanguinis, & criminale. ¶ De Iubil. nota. 22. nume. 17.

Forum pœnitentiæ & forum exterius regulariter parificantur c. vt animarum de conſt. lib. 6. ¶ Com. c. ſi quis autem de punit. di. 7. nu. 36.

## *Fortitudo.*

FOrtitudo habet immediatum officium ut réfrenet audacias, & timores, ne ad aliquid ſuſcipiendum, aut omittendum inducát, quod oratio A iubet. ¶ De neceſſaria proximi defenſ. nu. 21. & nu. 27.

Fortitudo animi, & magnanimitas eſt iniurias depellere. ¶ Nu. 2.

## *Franciſcanus.*

FRanciſcanus nihil ſibi aut ſuo ordini quęrere poteſt, quia ſuus ordo eſt ĩcapax Dominij, & poſſeſſionũ omnium bonorum. c. ex his. §. ad hæc. de verbo. ſign. li. 6. & clem. exiui. §. proinde eod. tit. ¶ Conſi. 73. de regul. nu. 1. Ideo contrahendo Papæ ſolum, quęrit, iuxta prolata, quare credita, & debita contrahens debet Papam admonere. ¶ Ibi. nu. 4.

B Nullum Dominium habet rerum donatarum ad ueſcendum, & induendum, & qui contradicit inſolens eſt, quia ille ſeruo comparatur in hoc, qui nullum dominiũ habet. verb. Seruus, & maior eſt illius paupertas, quã ſeruorum damna. Clem. exiui. §. porro. de verb. ſignif. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 12. numer. 1.

Franciſcano relicta ex teſtamento, vel ab inteſtato caduca manent ob dicta. dict. Conſil. 73.

Franciſcani alij præter cappucini, & illi de obſeruantia poſſunt habere C bona immobilia in communi, non tamen in ſpeciali. cap. 1. & 2. ¶ Conſi. Trid. ſeſſ. 25. de regul.

Frãciſcani omnes ſicut, & alij religioſi multa habẽt in ſingulari, abſque vllo tamen dominio per ſolam tantum detentionem naturalem, quam aſininam aliqui uocant, iuxt. verum intellectum illius cap. exijt in clem. exiui. §. cupientes. de verb. ſignif. ¶ De red. vbi ſupra.

Illorum templa, & omnia ornamenta præ ſe ferre debent paupertatem. Conc. Vien. Clem. exiui. &c. ¶ Relec. cap. nouit. de iudic. not. 1. nu. 2.

Franciſcani nihil habet & dicuntur pauperes verſ.pauper.

## Frater.

FRatres ex damnato coitu nati, nõ ſibi mutuo ſuccedũt Vbald.trac. de ſucceſ. ab inteſt. 1.p.nu.45.Panor. c.tanta nu.13. Qui filij.&c. Non autẽ hoc valet in ſpurijs vulgo quæſitis. gl.recep.in Auth.ſi quæ illuſtris.C.ad orficianum. ¶ Conſi. 1. de ſucceſ. ab inteſt.nu.2.

Fratres nos omnes eſſe credimus, quia per orationis Dominicæ præcationem,quam facere debemus, ita admonemur.Paul. ad Phile.1. & Chriſtus. Mat. 6. omnes vos fratres eſtis, ſed tamẽ parũ nos de hoc cogitamus. ¶De oratione.c.19.nu.103.

## Fraus.

FRaus eſt ſpecis doli generaliter ſumpti.iuxt.l. ius gentium.§.ſed ſi fraudandi. iuncta glo. ff. de pact. ¶ Manual.cap. 17.nu. 177.

Fraus ſua, aut turpitudo nemini cõmodare debet ſeu nemini patrocinari. cap. ſedes apoſtolica. de reſcr. & l. itaque fullo.ff.de fur.¶Cõſ.2. de ſent. excom. nu. 3. Conſ. 47. de temp. ord. num.2.Conſil. 1. de Paroch. nume.3.

Fraus,& dolus vicini contraria prudentię ſunt.2.2.quæſt.75.art.1.quę in emptione,venditione,& alijs contractibus committantur,quare & peccatum mortale eſt, niſi ex rei paruitate excuſetur. ¶ Conſil. 3. de emptio. nu. 4.& Man.cap.23.nu.77.

## Fructus.

FRuctus dicuntur,qui deductis expenſis ſuperſunt.l.fructus.ff. ſolut.matrim.¶ Conſi.9.de donat.num. 3. Quos cũ ferre res apta ſit frugifera dicitur etiam ſi non ferat arg. ca.quid

A per nduale de verbo.ſignif. l.ſilua cædua.ff.eod.¶ Com.de vſur.nu.113.

Fructus ſoluere, & alleuamentum oneris fideiuſſorem præſtandi diſparia ſunt.¶ Conſil.1. de vſur.

Fructus rei venditę precio non ſoluto ex cõuẽtione recipi poſſunt. ¶Ib.

Fructus vſufructuarij nomine à ſolo ſeparati illius ſunt.iuxt.leg.ſi quis. ff.de rei uend. & ſecundum veriorem intellectum. l. arboribus. §.Iulianus. alias eſt.l. ſi fur. ff. de vſufruct. & l.ſi vſufructuarius.ff.quibus modis vſufruct.amit. ¶ Conſil.9.de donat.

Fructus induſtriales,& non naturales dicuntur fætus,lac,lana,&c.¶Cõſ. 2.de decim.nu.8. B

Fructus pignoraticij fundi niſi maneant debitoris,vel in ſortem, aut intereſſe computentur, male capiuntur. ¶ Man.c.17.nu.217.

Fructus beneficiorum,vt tales poteſtati laicæ non ſubiacent, quia dependent à re ſpirituali, ſine qua nõ poteſt eſſe illorum,quis capax.cap. cum adeo de præſcri.& c. ex litteris de tranſlat. ¶ Conſil.69.de præbend. num. 1. Qui illos capit tanquam creditor non eſt excommunicatus:ſecus, qui capit tanquam Dominus , auctoritatẽ propria contra legẽ,extat.ff.quod metus cauſ. C & l.ſi quis in tantam.C. vnde vi.Non tamen incurrit excom. Bullæ Cœnæ. ¶ Conſil.35.de ſent.excom.nu.1.Vendi,& locari poſſunt.cap. via. de locat. & cap.querela.ne prælati vic.quia nõ ſunt quid ſpirituale. ¶ Conſil. 52. de præbend.nu.2.

Fructus eccleſiæ vacantis ipſi, vel ſucceſſori debentur. cap. cum vos. de offic.iud. ord.& c.quia ſępe. de elect. lib.6.¶Conſi.1.de reſcrip. nume.2.de ſpol.cler.§.12.num.2.intellige de vacatione plena. verbo vacatio. num.2. Non autem debentur, ei qui ius non habet.

habet.arg.c.1.de reg.iu.li.6.¶ Conſ.7. de ſen. excom. num. 2. Obuenientes tempore vacationis.ſ.non plenæ, etſi poſſint in vtilitatem eccleſię expendi, vel reſeruari futuro ſucceſſori, antequam tamen id fiat pertinet ad Papæ diſpoſitionē, vt Rom. praxis iudicat. ¶ De ſpo.cler.§.12.nu.3.

Fructus benef. per ſimoniam quæſiti potius debentur ſucceſſori, quam eccleſiæ, licet in eius vſum conuerti poſſint. ¶ Conſil.46.cle. ſimonia. numero 2.

Cedentes Beneficio, poſt eius mortem conuertendi ſunt in vtilitatem animæ defuncti, vel in ſolutione nominum, aut debitorum eius, neque valet conſuetudo, vt deferatur perſonis laicis diuitibus. Zenzelinus in gl. extrauagant. ne ſede vacan. de elect. ¶ De red.eccl.q.1.mon.57.num.6.

Fructus malè percepti reſtitutioni obnoxij ſunt. Modus autem reſtituēdi eſt triplex. 1. per compoſitionem cum Camera. 2. expendendo illos in vtilitatem eccleſiæ tertio reſtituendo illos Domino beneficij. ¶ Conſil.1. de reſcrip. num.3. Conſil.61. de præbend. num.1. Conſil.62. de ſimonia. num.1. Quo ad tertium autem modum ſi cū Domino ſe componat, ſatisfacit ille, qui reſtituere tenetur. ¶ Conſil.7. de præben.num.2.

Fructus bona fide perceptos Capellanus ad nutum Patroni poſitus reſtituere non tenetur. L.bona fide. ff.de acquir.rerum dom.& §.ſi quis à nō Domino.inſtit.de rer.diui.Panor. & alij in cap.grau1.de reſtitut.ſpol.¶ Conſi. 6.de off.iud.ord.

Fructus ad quærendos ſufficit, vt mala fides abſit, licet bona fides poſitiue non adſit, ſecundum Bar.Felin.& alios.¶ Conſi.8.de rebus eccl. non alien.nu.6.

A Fructus ſuper quibus imponitur penſio exprimuntur cauſa taxationis, & non demonſtrationis.Pau.de Caſt. conſ.338.num.3.Felin.in ca.ad audiētiam el 2. de reſcrip. nume.7. Gigaſ. tract. de penſio.q.62.¶ conſil. 49. de præbend.nu.3.

Fructus quibus Canonicus ob abſentiā priuatus eſt, poſſunt operi pio iudicis arbitrio applicari, eo quod nihil in iure de illis decernitur. arg.l.1. ff.de iur.delib.cap.de cauſis, de offic. deleg.¶ Conſil.63.de præben. num.1.

B Fructus benef. per datam piccolam per mortem impetratarij vacantes, nō cedunt eius hæredi, ſed remanēt renūcianti.† Sed pro vtraque parte arguit Author in Auct.prælect.c.ſi quādo de reſcrip.nu.23.

Fructus capitulo obuenientes etiā ante capitulariam promotionem inter illos diſtribuendi ſunt. Calder. tit.de præbend. ¶ Conſil, 20. & 21. de ſent. excommun.

Fructus decimandi cauſa à ſolo ſeparati beneficiarijs debentur etiam nondum triturari, quia ille vſufructuario, æquiparatur.¶ Cōſil.9.de donat.num.1.

C Fructuum pars groſſa dicta, quam vnus lucratus non fuit, cedat alteri. ¶ Conſil.52.de præbend. nu.3.

Parochiales eccleſiæ ob abſentiam perditi fabricæ cedunt, vel pauperibus per Conſil.Trid.ſeſſ.23.cap. 1.de refor.¶ Ibid.

Fructus primi anni, vel ſecūdi poſt mortem ex conſuetudine gratia, vel Papa Priuilegio poſſunt pertinere ad defunctum iuxta cap. ſi propter de Reſcript.l.6.¶Com.de ſpol.cler.§.1.n.3.

Fructus Eccleſiaſtici ad hoc vt iuſtæ alienentur requiritur vt id fiat actualiter, vel virtualiter cauſa ſubſtentationis honeſtæ, vel alia pia ratione, &

& licet aliter facta valeret, peccat tamen alienans, & tenetur ad reſtitutionem, vt puta, ſi venderet ad reponendum pretium in Theſauro, vel impēderet in vſus malos. ¶ Com.de ſpol. cler. §.4.nu.2. & De Redit. Eccl.q.1. Mon.41.& q.2.Mon.7.& in Apolog. uide uerſic.Beneficiarius.

## *Fur.*

FVr, qui paruam quantitatem furatur, vt ad magnā perueniat, & notabilem actibus continuatis, tenetus ad reſtitutionem. ¶ Manual.cap. 17.num.289. Conſil.75.de regul.nume.25. & 27.

Fur actione furti, & condictione furtiua conueniri poteſt in foro exteriori. ¶ Conſ.8.de vſur.num.4.& licet tentauerit, vt res ablata ad Dominum rediret, ſi iam non redijt, tenetur iterum reſtituere. ¶ Ibi.nu.3.

Fur, qui ad ſeminandum diſcordias furtum committit, bis peccat. ¶ Ibid. numero 1.

De lucro rei furto ſublatæ, non tenetur reſtituere ſi illa non eſt fructuoſa, & ſi creditor illud acciperet vſurā committeret. c.fin.14.q.3.niſi ex alia cauſa id faceret ut lucri ceſſantis, aut damni emergentis. ¶ Manu. c.17.24.

Fur homicida, & latro a Iudice puniti ad ſoluendum damnū, quod parti intulerunt, tenentur, quia lex naturalis, & diuina eos obligat, & pęna quæ illis à judice iungitur eſt recompenſa iniuriæ publicæ. l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil. & cap.vt famæ de ſen.excom. per quam non obligantur ab altera actione. Verbo. Debitor. Et hoc ſentit Innoc. ſi bene perpendatur. in c.odoard.de ſolut. & licet ob pœnam corporalē excuſetur, quis à pecuniaria, iuxt. illam reg. Qui non habet in ære luat in corpore, vt Felin.c.ad liberandā, de

A Iudæis. Non tamē excuſatur ab intereſſe partis, niſi ipſa conſentiat, quod & Iaſon ſentit. §. pe.nu. 45.de actio. ¶ Manu.cap.15.nu.25.

Fur intrans domum ad furandum, etſi nō puniatur pœna furti, debet puniri pęna extraordinaria per l.ſaccularij.ff.de varijs, & Bald.Ibi.& Felin. ¶ Com.c.ſi quis el 1.de pœnit. diſt. 1. num.13. Quod autem in cap.ſi propterea ea.diſt. dicitur teneri quis furti ēt ſi non furetur, quia fur eſt in ſuo corde: intelligitur quo ad Deum, & forū conſcientiæ. Non tenetur tamen ad reſtitutionem neque ad pęnam dupli. aut tripli. de qua in §.in duplum inſt.
B de Actio. ¶ Com.d.cap.ſi propterea.

## *Furioſus.*

FVrioſus, & mentecaptus, æquantur.l.2.& ibi.Bald. C.de curat.furio. & tex.iunc.gloſ.Verb.extra mentem. ca.ſicut de regul. ¶ Relect. cap.ſi quando de reſcrip.excep.10.num.5.

Furioſus, & maior curatorem habens æquantur. l. fulcinius. §. plane. ff.ex quibus cauſ. in poſſ. eat. & l. furioſi.ff.de reg. iur. nulla enim illorum eſt voluntas, & l.is cui. ff. de verb.oblig. ¶ Ibi.excep.19.nu.3.

C Talis eſt incapax beneficiorū. ¶ Ibi. excep.10.nu.6. Quare furoris dementia expectatiuam tollit. Ibi. furioſitatis exceptio etiam electo in Papā obijcitur.per c.licet de elect. ¶ Ibi.nu.4.

Furioſus nō poteſt baptizare, vt ait Hoſtien. in ſumma de Bapt. §. quæ ſit eius forma. ¶ Conſ.7.de tēp.ord.nu.3.

Furioſum ad quem probandum valere.primo fama. Alex.conſi.3.per l.7. & conſil.54.l.1.nu.3. poſt Bal. §.Item furioſi.inſtitu. quibus modis eſt permiſ.facere teſt. Secundo, quòd pro tale habetur apud cognatos. argu.l.octauum gradum, ff. vnde cognati. Tertio, quan-

quando neſcit exprimere ſuum conceptum. cap. 1. §. ſi vero de cler. ægrot. libr. 6. Quarto quando habet memoriam confuſam. cap. filij de hær. lib. 6. Quinto, quando fatua loquitur. cap. legimus. 43. diſt. Sexto. quādo abſconditus tenetur à curatoribus, & nō admittunt aliquem ad eius congreſſum. Alex. l. ſi cui dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matrim. ¶ Vbi ſupra excep. 10. nume. 1. & 2.

## *Furtum.*

FVrtum eſt doloſa contrectatio rei alienæ inuito Domino ad proprietatem eius, aut poſſeſſionem, aut vſum acquirendum. l. 1. ff. de fur. & §. 1. inſtit. de oblig. quæ ex deb. naſcunt. Et diuiditur vt aliud ſit reale, aliud mentale. i. voluntas cōmittendi illud, quæ prohibetur, & etiam omnium rerum alienarum vſurpatio. cap. pœnale. 14. q. 5. ¶ Manu. c. 17. nu. 1. & de furto notab. nu. 1. voluntas autem furandi, & furtum reale eiuſdem ſunt malitiæ, vt dicit D. Tho. 1. 2. q. 20. ar. 3.

Furtum autem non eſt acceptio de volūtate Domini præſumpta. ¶ Com. 3. de regul. num. 28.

Furtum, & ſi humana lege, aut conſuetudine introduci non poſſit, vt licitum ſit; poteſt tamen introduci ne in certis caſibus rei alienæ vſus nō ſit furtum, nec illicitum. ¶ Com. c. fraternitatem de lege pœnali. nu. 40.

Furtum ex ſuo genere peccatū mortale eſt. 2. 2. q. 66. ar. 6. cap. fin. 14. q. 6. cap. fures. cum tribus ſeq. de fur. excuſatur tamen primo ob rei paruitatem ne ſit mort. etiam in Carthuſiano. ¶ conſi. 75. de reg. nu. 10. & com. cap. inter verba concl. 6. nu. 481. & eſt concluſ. d. Tho. 2. 2. q. 66. ar 6. & Adrian. quol. 8. Secundo per inde liberationē, ſurreptionem, aut defectum iudicij. A Tertio per ignorantiam probabilem. Quarto per extremam neceſſitatem. cap. ſi quis propter de fur. Quinto per probabilem præſumptionem, qua quis credit Dominum rei, æquo animo laturum. l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. Sexto per impotentiam recuperandi ſuum ſine ſcandalo. gloſſ. in cap. ius gentium, & cap. olim de reſt. ſpol. Septimo per propoſitum reſtituendi Domino proprio. Octauo per iuſtam voluntatem proficiendi, ſiue adiuuandi Dominum in ſpiritualibus, aut temporalibus. ¶ Man. c. 17. nu. 2. 5. 6.

Furtum committit mortale, qui furatur pro valore dimidij Iulij ab eo B qui minus habet, nō autem ab eo, qui abundat, & qui accipit hædum, caponem, etiam vnam gallinam mediocrē, quia pro his dari poteſt actio furti. §. gallinarum. inſtit. de rerum diuiſi. ¶ Ibi. nu. 10. conſi. 75. de regul. nu. 18.

Furtum admittit, qui re aliena in alium vſum, quam conceſſum vtitur. §. furtum. inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur, & qui furtum realiter committit tenetur reſtituere. 14. q. 5. c. ſi res. ¶ De red. eccl q. 2. Mon. 7. nu. 5.

Furtum non admittit, qui clam rapit alienum, quod ſi ſciretur Domino C placeret. Quare, qui clam accipit alieno Domino, qui libenter daret illud ſi peteretur, non tenetur reſtituere. Neque peccat ſi probabiliter credat, eo non diſplicuiſſet. ¶ Com. 2. de Regul. num. 20.

Furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem differt à magno, quātitas, autem quæ inducit mortale, debet penſari ad arb. boni viri. arg. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis de offi. deleg. ¶ Conſi. 38. de præben. conſi. 75. de regul. conſi. 3. de empt. & com. de furto notab. num. 5.

Furto auferens rem parui momenti

R etiam

etiam cum moleſtia Domini, ex qua damnum etiam maximum ille conſequitur, ſed neſcit, vel neſcire tenetur, ideo non peccat mortaliter. ſi autem id ſciat, vel credere debeat peccat, & tenetur ad damni reſtit.c.fin.de iniur. l.qui occidit.ff.ad leg. Aquil. ¶Manu. cap.1.num.6. Conſil.72. de regul.nume.2. & 17.

Furtum paruum factum ab eo, qui multum volebat furari inducit peccatum mort.c.fin.14.q.6. ¶De furto notab. num.6.

Furari non licet vt pauperi elargiamur c.forte. 14.q.5. ¶Com.cap.inter verba.concl.2.nu.6.

## De Littera G.

### *Gabellæ.*

GAbellæ appellantur tributa à Principibus, & Gubernatoribus impoſita ſuper rebus ad victum, vel veſtitum pertinentibus, ſiue pro facultate aſportandi, vel vehendi currus, mulos, equos, & alia iumenta vacua, vel onuſta. ¶Manu.c.17.nu.203.

Dicuntur tributa à tribuendo, vectigalia à vehendo, pedagia, & guidagia, quæ abſque authoritate Pontif. aut regia imponi non poſſunt, neque veteres augeri, & qui imponit peccat, & ad reſtitutionem tenetur. Panor. c. ſuper quibuſdam.de verbo.ſignific. & excommunicantur per Bullam Cœnæ. Idem de illis, qui exigunt. arg. c. 1. de offi.deleg. etiam ſi dubitent an ſint licitæ. Secus ſi iuſſu ſuperioris id faciat ob obediétiam, quæ in dubio excuſat. ¶Ibid.num.202.

Gabellæ de rebus ad familiæ, vel perſonæ neceſſitatem pertinentibus, ſecundum ius commune non ſunt ſoluendæ, & conſuetudo contraria ſecundum Ang. ver. pedagium.§.3.non excuſat. At contra tenet Anto. 2.par.tit. c.14. & melius ob ea, quæ dicta ſunt ſupra de conſuetudine. ¶Ibi.nu.103.

A

Gabellas etiam licitas à clericis exigere peccatum eſt mort. & qui id facit eſt excómunicatus ipſo facto.c.quanquam.de cenſ.li.6. nec valet contraria cõſuetudo niſi ipſi ferãt ad negociandum. Cuius erroris tota ferè Italia eſt infecta. ¶Ibid.nu.203.

Gabellas, qui ob merces debet, tenetur pandere verum, ſi iuramentum illi offertur cũ obligatione reſtituendi, ſi ſecus facit. Medina de Reſt.q.25. ad iuramẽtum aũt non tenetur. ¶Ibid.

B

Gabellæ ſi per Chriſtianos exigantur infidelibus etiam locari poſſunt, cap.ex ſpirituali.de Iudæ. ¶Com.1.de conſt. num.57.

Gabella, & datia noua poteſt imponere Marchio Mantuæ ex Priuilegio Federici, & Maximiliani, quæ ſi ſunt iniuſta peccat quidẽ, non aũt cenſuras incurrit. ¶Conſi.13.de cenſ.per tot.

Gabellas nouas, imponit Superior vetans, extrahi triticum integrũ non molitum. Conſi.2.de cenſur.nu.1.

Gabellas perſonales, vel de rebus ſuis non debent clerici, Neque pro frugibus ex prædijs ſuis collectis, & amico dono tranſmiſſis. ¶Conſi.1. de Secrament.Eccleſ.

C

### *Galea.*

GAleæ verbum latinum eſt cum pro capitis munimento accipitur, iux.illud Plin.lib.7.c.56. gladium galeam, haſtam Lacedæmonij inuenerunt: & habet ſillabam penul.breuem. Si autem habeat penul. product. accipitur pro genere Nauigij, quod remis agitur, quales ſunt biremes, triremes, quadriremes, & quinqueremes, ſiue duodecim ordinũ, quales habuit Alexander Magnus, vel quindecim, quales

les Ptolom.Solus.Vel triginta,quales Demetrius Antigoni. Vel 40. quales Ptolomæus Philadelphus.Vel 50.quales Prolom. Philopater. auth. Plinio lib.7.c.59. Sed eſt verbum Barbarum. De vtroque autem eſt gloſſ. Singul. c. ad Apoſtolicæ. de re iud. lib. 6. Vnde verſus.

Armo caput Galea, Pelagus percurro Galea. ¶Com.in c.ita quorundam, de Iudæ.Not.7.nu.5.

Galeæ ad Bellum Nauale in Mari Mediterraneo, in quo ſolo tempore Concil. Lateranenſ. Chriſtiani cum Saracenis pugnabant, aptiores ſunt, quàm Naues onerariæ.Ibid.nu.15.

Galeæ materiam omnem, neque in illo Concilio,neque in proceſſu Bullæ Cœnæ prohibent Patres, ſed ſolum ligna galeis fabricandis apta, & quibuſcunq; machinis bellicis inſtituendis ad offendendum, vel defendẽdum mari,vel terra.¶Ibid.nu.16.

Galeas deferri Saracenis prohibitum cum excommunicatione lata per hoc.c.ita quorundam, & per cap. Ad liberandam, & per Bullam Cœnæ. ¶Ibi. num.20.

## *Gaudium*.

Gaudium, ex tribus coniunctis cauſis naſcitur alicui. Primò, vt cognoſcat aliquod eſſe ſibi bonum. Secundò,vt illud ſit adeptus. Tertiò, vt ſciat ſe illud adeptum eſſe, vt dicitur ab Ariſtot.in Rhet.& 7.Eth. & declarat D.Tho.1.2.q.32.ar.2.¶Com,c. inter verba.concl.2.nu.3.

Gaudium poteſt quis ſumere,atque triſtari de vna, & eadem re, quæ non eſt mortalis diuerſo reſpectu, vt diſcipuli B.Martini faciebant de morte, & vita illius.¶Ibid.num.13.Thom.1.2. q.35.art. 4.3.par.q.46.art.8. ¶Ibid. concl.1.num.5.

A Gaudere de falſo vituperio nobis illato debemus extra illud. Gregor.c. cunctis. 2.q.3. Quem in conſcientia defendit, liber eſt inter accuſationes, & liber eſſe non poteſt, ſi ſola,quæ interius addiſcit conſcientia accuſat.

Cui conſonat illud Auguſtini cap. ſenti eadem cauſ.& quæſt.ſenti de Auguſtino, quicquid libet ſolum me in oculis Dei conſcientia non accuſet. † Quod multis,& exemplis, & rationibus probat Auctor.concl.2.nu.1.Et quia multa opponuntur,tolluntur per ea,quæ de fama ſupradicta ſunt.

Gaudere debemus de iniuria, non B quatenus peccatum, ſed quatenus ex illa bonum naſcitur,& ſic intelligitur auctoritas Gregor.¶Ibid.nu.9.

Gaudere poſſumus de impedimẽtis faciendi aliqua bona opera, vt dolendo,quod ſit excommunicatus, gaudet quis, quod eſt ſolutus ab obligatione faciendi aliquid, quod teneretur facere,niſi eſſet talis.¶Com.c.ſunt qui.de pœn. diſt.1.nu.3.

Gaudere debet quis, qui meminit ſe in magnis periculis verſatum non perijſſe, iuxta illud Aeneid. 1. Hæc olim forſan meminiſſe iuuabit.¶ D. Com. c.inter verba.concl.2.nu.4.

C Gaudere de peccato non ſolum ob malum inde proximo obuentum, ſed etiam ob bonum finem, vel honorem etiam iuſtum, non licet ſine mortali. Licet tamen gaudere de bono conſecuto ex peccato mort. deteſtando ipſum peccatum. ¶Ibid.num.12. & hæc non ſunt contraria.

Gaudere de falſa laude, & inordinata, vana, & mala ſaltem venialiter non debet quis, ſic autem quatenus quoddam bonum eſt naturaliter.¶Ibi. concl. 1.num.4.

## Generalis.

GEneralis ex cauſa poteſt ſubditos de vno loco transferre ad alium. ¶Conſi. 1. vt lite pend. Solus non poteſt profeſſos in vno monaſterio, vt tales in alio recipere. ¶Ibidem.

Iubere poteſt, vt tacite profeſſus pro tali habeatur. ¶Conſi. 62. de Reg.

Generales, nec Diffinitores cum maiore parte capituli, modum eligendi iure communi conformem, nec in parte, neque in totum tollere poſſunt abſque expreſſa Papæ facultate. ¶Conſi. 13. de elect.

Generalis minomorum non poteſt immediate fieri Vicarius, vel procurator generalis, quia non poteſt eſſe Superior, ſed debet eſſe ſubiectus alio triennio. per capit. Regulæ tuæ.

Generalis Vicarius, quatenus Vicarius nulli eſt ſubiectus, quia eandem habet iuriſdictionem, quam & generalis. c. non putamus, de conſuetud. lib. 6. & finito triennio non poteſt fieri generalis, quia illi prohibetur accipere eandem iuriſdictionem, quam habebat. d. cap. non putamus. ¶Conſil. 9. de elect. nu. 3. & non ſubijcitur correctori, ſed illi præeſt. ¶Ibi. nu. 4.

Generalis Vicariatus eſt minor præfectura quàm generalatus, non eſt autem incompatibilis alij benef. incompatibili. Clem. 2. de reſcrip. ¶Dicto conſi. 9. nu. 1.

## Geſta.

GEſta à Capitulo ſuſpenſo, vt à perſona publica valent, donec tollatur. l. Barbarius. ff. de offic. præſid. cap. ad probandum, de re iudic. ¶Cõſ. 23. de ſenten. excom. num. 4.

Geſta ratione publici officij valent, quando conſtat illud officium commiſſum auctoritate Superioris bene,

A vel male ſine notorio defectu, & tollatur, & hoc modo intelligitur illa lex Barbarius, & ca. nonne. 8. quæſt. 4. Et alia iura concordantia, vt reſoluit Barto. poſt alios in cap. Dudum el 2. de elect. & latius in cap. nihil. eodem tit. ¶Conſi. 9. de temp. ord. nu. 5.

Geſta à Vicario Epiſcopi cenſentur geſta ab Epiſcopo, quo ad ea in quæ ſua poteſtas Vicaria extẽditur. capit. Non putamus. de conſuet. lib. 6. & ca. Romana el 1. de appella. lib. 6. & ſimiliter geſta a capitulo Sede vacante in eis, in quibus ſuccedit Epiſcopo. cap. cum olim, de maior. & obed. ¶Conſi 75. de Reg. nu. 62.

B Geſta à poſſeſſore beneficij eo ipſo iure priuato, ſimiliter tenent per eandem legem Barbarius. Et à Prælato, qui habuit titulum à Superiore, & adeptus eſt poſſeſſionem, etiam ſi titulus ſit inualidus, vel perditus ipſo iure. ¶Conſi. 23. de ſen. excom.

Geſta metu ceſſante illo, qui ſciens illa eſſe nulla exercet ratificare videtur. Barto. l. 2. C. quod metus cauſa. ¶Conſi. 2. de his, quæ vi. num. 9.

Geſta per eum, cui adminiſtratio libera Eccleſiæ conceditur, perinde valent, ac facta per eum, eſſet illa collata,

C præterquam in alienatione rerum immobilium. c. is cui, de elec. li. 6. & c. relatio. 21. q. 1. ¶Cõſi. 75. de Reg. nu. 62.

## Geſtus.

GEſtus, aut corporis habitus nullus proponitur nobis iure diuino, aut naturali, vel ſuper naturali nouo, quo orare, aut recitare teneamur. Et licet Paulus. 1. Timoth. 2. dixerit, Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus, ſine ira, & diſceptatione. Id tamen præcipere non intendit, vt exponit D. Thomas. Sed puritatem tantum operum intelligit, & deuo-

deuotionem indicit. Idem dicendum, quo ad genuflexionem, de qua ad Galatas meminit. ¶ De ora. cap. 4. num. 2.

Geſtus exterior, & corporalis, & ſi per ſe Deo, neque placeat, neq; diſpliceat, multum tamen valet ad mouendum affectũ, ut ait Auguſt. & D. Tho. 2. 2. q. 84. ar. 2. quia naturale eſt per res ſenſibiles peruenire ad intelligibilia. ¶ Ib. nu. 3.

Geſtus tales non videntur nobis præſcripti iure Pontificio præter paucos, quorum vnum eſt, ut dum legitur Euangelium, Stemus erecti. cap. Apoſtolica. diſt. 5. Secundo, quod inter Paſcha, & Pentecoſt. non geniculemur. c. quoniam. de fer. & c. quoniam. diſt. 3. de conſec. Tertio, quod ad eleuationem Sacramenti, vel delationem eum veneremur. c. ſane. de celeb. miſſ. Genua flectendo ſecundum gloſſam. Quarto, quod aſſurgamus ad gloria Patri. Côc. Baſil. ſeſſ. 21. Quinto, quod caput inclinemus ad nomen IESV. Conc. Baſil. Ibi. Reuocando ſtatutum. Conc. Lugdu. c. decet, de immun. eccl. li. 6. ¶ Ibi.

Geſtus, multos introduxit cõſuetudo pia vniuerſalis, ut orare ad Orientem. Signum Crucis fronti imprimere. c. eccleſiaſticorum, decima tertia, diſtinctione. Pectus tundere ad eleuationem corporis Chriſti, ad Agnus Dei, Mea culpa, & quia creditur per Apoſtolos ſtatuta. ¶ Ibi. nu. 4.

## *Geniculari.*

GEniculamur ad Te Deum in illa verba. Te ergo quæſumus, &c. Ad. Et homo factus eſt, etiam inter Paſcha, & Pentecoſt quia iura hanc non includunt. Loquuntur. n. de oratione, ut Credo, & Te Deum, nõ eſt oratio. Ad Ver. Et verbum caro factum eſt. Ad verb. Et procidentes adorauerunt

A eum. Ad Verb. Ecce Ancilla Domini, &c. Et ſemper quando adeſt conſuetudo. Ad Aue Maria Mane, Meridie, Sero; ſemper etiam inter Paſcha, & Penteco. quia nullo iure apparet contrarium, hoc tempore magis, quàm alijs Dominicis diebus, & feſtis præcipuis, licet malum non ſit ſeruari conſuetudinem loci, ſi qua ſit. ¶ Com. de oratio. cap. 4. nu. 4.

Geniculatio prohibita inter Paſcha, & Pentecoſt. & omnibus diebus Dominicis, ac feſtis præcipuis per c. ſcire debet. 76. diſtinct. & c. 2. de Fer. & cap. quoniam. de conſec. diſt. 3. &

B cap. ſi quis presbyter. diſt. 50. Non eſt intelligenda, niſi de oratione, & non de omni, ſed de collectis, quas ferè ſolas Miſſale, ac Breuiarium orationes vocat. ¶ Num. 10.

Geniculatio, ſemper debet fieri vtroque genu, ſiue oratio ſit publica, ſiue priuata. Phili. 2. In nomine Ieſu, omne genuflectatur. Et Eſa. 45. Mihi curuabitur omne genu. ¶ De orat. c. 4.

## *Gloria.*

GLoria ſecundum Ambroſ. quem ſequitur Diuus Thom. 1. 2. quæſt. 2. art. 3. & melius. 2. 2. quæſt.

C 103. art. 1. 3. contra Gent. cap. 29. Eſt clara cum laude notitia. Vel ſecundũ communem. Frequens de aliquo fama cum laude. Vel ſecundum Auguſtinũ lib. 15. de ciu. Dei. cap. 12. Indicium hominum bene de hominibus opinantium. ¶ Com. c. inter verba. Conclu. 4. nu. 3. Large autem accepta eſt bonum teſtimonium, id eſt, notitia approbatoria, etiam paucorum, & unius tãtũ, & ſolius conſcientiæ propriæ. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. c. gloria. 12. q. 2. ¶ Ib. nu. 28.

Gloria, filia, quædam eſt laudis, atque honoris; ex laude enim alicuius

extenta venitur in illius bonitatis co A gnitionē. Hanc Rom. pro fine vltimo, & ſua beatitudine habebant, ut teſtatur Auguſtin. vbi ſupra. ¶ Ibid. nu. 13.

Gloriā bonus, atque ignauus æque exoptant; ſed ille vera via nititur, hic vero, quia bonę illi artes deſunt de his, atque fallacijs contendit. Saluſt. in Catilin. relatus a D. Thom. 2. 2. quæſtio. 131. ar. 1. ad 3. ¶ Ibidem. Quę ritur etiam ab humili, ut ſentit. Valer. Maximus. libr. 8. cap. 15. r. ab abiecto, atque vili, ut exponit Anto. 2. p. tit. 4. c. r. quod multis exemplis probat. vbi ſupra. Concl. 5. nu. 3.

Gloria obiectum debet eſſe Domi- B nus, ideo, ut in Domino gloriemur notauit Apoſt. 7. Cor. 10. quod eſt vel cognoſcere, vel diligere eum, vel gaudere de rebus, quatenus eius ſunt, vel referre omnia ad eum, vt exponit D. Tho. ¶ Ibi. nu. 5.

Gloriam autem, qui appetit de re, quæ ſit peccatum mort. ut ex duello, occiſione, & c. peccat mor. uel conſtituit finem in aliqua gloria, fama, vel laude, uel pro ea adipiſcenda, uel non amittenda, proponit frangere aliquā legem ad mort. obligantem. ¶ Man. cap. 23. nu. 12. Et hæc eſt gloria vana.

Gloria vana capitur, quando de re, C quam homo non habet, uel de maiori ſe, quam homo meretur, exoptat. Secundo, quando pro certiori, & maiori teſtimonio uirtutis, quām re vera ſūt. Tertio, quando neque actualiter, neq; uirtualiter in finem debitū refertur.

Gloriæ vana eſt vitium inclinans ad inordinatum gloriæ appetitum. Et eſt vitium capitale habens ſub ſe filias, Iactantiam, inuentionem nouitatum, hypocriſim, pertinaciam, diſcordiam, contentionem, & inobedientiā. Ideo appellatur a Gregorio, Dux primarius ſuperbiæ. ¶ Ibi. nu. 2.

Gloriæ vanę, Amor, hoſtis eſt maxime inſidioſus, ſecretus, nam ſecundum Chryſoſt. ſuper Matth. Occulte ingreditur, & omnia, quę intus ſunt ſubtiliter aufert, etiam charitatem, faciens hominē ſeruum Diaboli, ſi eſt mortalis. Habet autem locum etiam in ſeruis Chriſti, quando eſt venialis. ¶ Ca. inter verba. Concl. 6. nu. 70.

Gloriæ amor patit timorem infamiæ vehementerque repugnat fidei Chriſtianæ, vt ait Auguſt. lib. 5. de Ciuitate Dei. c. 14. ideo perimendus eſt ¶ Ibidem concl. 5. nu. 5.

Gloriam ſtrenuitatis, & exiſtimationis, quæ ad faciendum fructum in animas fidelium auget actionem, lege naturali, atque diuina tenemur conſeruare. r. Cor. 9. ¶ conſ. 4. de Renunc. numero 3.

Gloria non paucis nocuit. Nā Phocionem, & Socratem duro veneno necauit, Epaminundam, & Scipionem capitaliter accuſauit M. Catonem quadragies depellendi oppoſitæ ſibi crimina in neceſſitatē adegit, quod multi referunt. ¶ dicto Com. Concl. 5. n. 5.

## *Graſſator.*

Graſſator dicitur, qui vias, & nemora obſidet ad expoliandū veſtibus, pecunijs, & alijs rebus interficientes, & deriuatur à Graſſor frequētatiuum à gradior. Quare graſſari eſt cum vehementia inuadere; & ſecundum Budæum aliquando ſignant ſęuire, & quandoque in bonam partem accipitur iuxta illud Saluſt. Ad gloriam virtutis via graſſatur. ¶ Com. cap. Aut facta de poen. diſt. 1. nu. 6.

## *Gratia.*

Gratia, quandoque capitur pro auxilio Dei generali, vel ſpeciali, de quo ſupra. Aliquando pro gratia

gratum

gratum faciente. Et eſt qualitas infuſa inhærens, vt dicitur Clem. 1. §. fin. de ſumm. Trin. & can. 7. ſeſſ. 6. Cóc. Trid. ¶ Com. c. conuertimini, de pęn. diſt. 1.

Eſt autem donum ſupernaturale in fuſum a Deo creaturæ rationali, quo eſt illi ad vitam æternam accepta. 1. 2. quęſt. 100. Scot. & alij 2. ſent. d. 26. ¶ Man. prælu. 7. nu. 2.

Gratia eſt duplex. Altera operans, altera vero cooperans, iux. illud Auguſt. lib. 1. de gratia, & lib. arb. cap. 17. Operans eſt illa, qua ſine merito noſtro, de congruo Deus operatur in nobis iuſtitiam. Cooperans vero eſt, quę primo operatur nobis ad merendum de congruo augumentum gratiæ primæ, qua iuſtificamur. ¶ Com. ca. Non poteſt, de pœn. d. 1. num. 3.

Gratia item eſt duplex præueniēs, & ſubſequens pſal. 58. Miſericordia eius præueniet me, miſericordia eius ſubſequetur me. Sunt autem iſtæ diuiſiones diuerſæ propter diuerſos effectus gratiæ, vt dicit D. Tho. 1. 2. q. 111. art. 3. ¶ Ibi.

Gratia, quoniam, vt dictum eſt, eſt habitus, & qualitas, & conſequentur accidens, non poteſt eſſe Spiritus ſanctus cótra Magiſtr. 1. diſt. 17. & 2. diſt. 26. ¶ Man. prælud. 5. nu. 12.

Gratiam non eſſe animæ inhærentē hæreſis eſt Lutherana contra. Cle. 1. §. fin. de fide Cathol. id eſt tradita per S. Tho. communiter recep. 1. 2. q. 100. contra Doctores omnes locis ſupra citatis ſupra Magiſtrum, & contra Conc. Trid. ſeſſ. 6. Inhæret autem eſſentiæ animæ ſecundum D. Th. qua generatur, & fit conſors diuinę naturæ. 2. Pet. 1. 1. 2. q. 50. ar. 12. ¶ Ibi.

Gratia a charitate, an re diſtinguitur, vt tradit S. Thom. 1. 2. q. 100. ar. 3. An vere ratione tantū, vt ſentit Scot. cum ſuis in 2. diſt. 26. eſt res ad animæ

A ſalutem parum pertinens. ¶ Ibid.

Gratiam primam, qua p̄ baptiſmū, vel pœnitentiam iuſtificamur, nemo ſuis operibus de condigno mereri poteſt, vt definit Conc. Trid. c. 5. ſeſſ. 6. docet S. Thom. 1. 2. q. 112. art. 1. quol. 114. art. 2. ¶ Manual. prælud. 1. num. 8. Contradicere error eſt Pelagij damnatus a Concilio Mileuitano relato, de conſec. d. 4. in tribus vltimis ca. & Trid. vbi ſupra, & Aug. lib. de hæret. c. 88. ¶ prælud. 3. nu. 2.

Gratiam, vel gloriam poſſe arbitrio quærere præſumptio eſt, & ideo peccatum. c. placuit, de conſecr. diſt. 4. Et

B qui ſe confidit non priuari ea quantúcunque peccator ſit, peccat, vt dicit Ricard. 9. diſt. 31. ¶ Man. c. 23. nu. 14.

Gratia datur facięti, quod in ſe eſt, iux. illud Zacha. Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Iacob. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. ¶ De Iubil. Not. 17. nu. 12.

Gratiam facienti, quod in ſe eſt, nō datur a Deo neceſſario, & abſolute: eſt enim homo ad Deum, ſicut lutum ad figulum. Hiere. 18. Et quia id gratis a Deo fit, & conſequenter ex libertate. De neceſſitate autē benignæ promiſſionis, debet id facere. Pſ. 88. Quæ procedunt ex labijs meis non faciam irrita. & ex ſua p̄miſſione obligatur Bal. l. 1. ff. de pac. quem ſequitur Dec. ca. 1. de proba. ¶ Com. ca. conuertimini, de pœn. d. 1. nu. 4.

Gratia non poteſt haberi á peccatore, niſi prius purgetur a crimine, vt dicit Chryſoſt. lib. de compunctione, quod fieri non poteſt, niſi per remiſſionem peccati. cap. firmiſſime. 15. q. 1. & c. legatur. 24. q. 2. Non tamen ex hoc ſe quitur, quod peccatorum remiſſio diuerſum quid, ſit á iuſtificatione, & q̄ debeat præcedere gratiæ infuſionem. ¶ Com. c. nō poteſt. de pę. diſt. 1. nu. 1.

Gratiam diuinam ſe habere, aut ſine illa ſe eſſe, niſi diuina, & ſpeciali reuelatione, nemo ſcire poteſt. cap. fin. de Purg. Canon. Sed ſufficit id probabiliter credere, quod facere poteſt, qui ſe probabiliter credit eſſe contritum. ¶ Man. c. 21. n. 49. Com. c. Inter verba. Concl. 3. nu. 12. Concl. 5. nr. 49.

Gratiam ſe habere, qui naturaliter ſcire vult, peccat, quarto modo curioſitatis, quem de illa loquens, ponit S. Thomas 2. 2. q. 1. 13. ar. 1. Nempe velle ſcire id, quod intellectus naturaliter non poteſt: contra illud. Eccl. 3. Altiora te ne quæſieris. ¶ d. Com. conclu. 5. numero 49.

Gratia gratū faciens in genere cauſæ efficientis, & formalis iuſtificationis eſt principium motus, liberi arbitrij in Amorem Dei, licet ille in genere cauſæ materialis, & diſpoſitione poſſit præcedere. ¶ Com. c. conuertimini. de poe. diſt. 1. nu. 5. c. Ecce. nu. 3.

Gratia præſtantior eſt omni naturali bono. c. ex merito. & c. deteriores. 6. q. 1. & Thom. 1. 2. q. 113. art. 9. ad 2. ¶ Com. de finibus. nu. 9.

Gratiæ magnus fructus eſt relatio boni actus in Deum, Maior. 3. diſt. 46. ad quod inclinat. D. Tho. Ibi art. 5. & Caiet. 2. 2. q. 21. ar. 3. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 5. nu. 40.

Gratiæ effectus ſunt quinque in nobis. Primo facit, vt anima ſanetur. Secundo, vt bonum velit. Tertio, vt bonum efficaciter operetur. Quarto, vt in bono perſeueret. Quinto, vt ad gloriam tandem perueniat, ideo gratia ſecūdum quod cauſat in nobis primum effectum dicitur præueniens reſpectu ſecundi, & quod vt cauſat ſecundum vocatur ſubſequens reſpectu primi. ¶ Com. cap. non poteſt. de pœnit. diſt. 1. num. 3.

Gratiæ magnus effectus eſt, quòd omnis actus mortaliter bonus factus dum ſumus in illa, cenſetur ſufficienter relatus in Deum. ¶ Com. de finibus. num. 19.

Gratiæ effectus quinque ſunt primus, vt anima ſanetur. ſecundus, ut bonum velit. tertius, vt bonū quod vult efficaciter operetur. quartus, ut in bono perſeueret. quintus, ut ad gloriam perueniat. ¶ Com. cap. Non poteſt de pœn. diſt. 1. num. 3.

## Gratia humana.

† GRatia quandoq; ſumitur pro humano fauore ab aliquo homine acceptio, ideo de illa dicendum, Quod

Gratia beneficialis tacita etiam bona fide beneficio obtento non ualet, ut late Fely. cap. ſuper litteris. & c. ad audientiam. de reſcript. el 2. & lex irrefragabili. c. ſi motu proprio de præbendis. lib. 6. ¶ Conſ. 13. de præbend.

Gratia exprimenti falſum, ſimiliter eſt nulla c. poſtulaſti, & c. ſuper litteris. de reſcrip. ¶ Conſ. 49. de præbend.

Gratia tacito eo, quod ius exprimi iubet eſt nulla. ¶ Conſil. 2. de conſanguin. & conſil. 5. num. 2.

Gratia cuius cauſa fuit impetratio nulla dolo ad id facta, eo ta cito eſt nulla. ¶ Com. c. ſi quando excep. 6. nu. 2.

Gratia qua cōdonatur delictū non facta mentione de delicto ſibi condonato eſt nulla. facit tex. in l. 3. C. de epiſcop. audien. ubi ait Bald. Nota. 4. qui geminat delictum ueniam ſperare non debet. & Fel. in capit. poſtulaſti. col. 4. de reſcrip. ¶ Com. c. 1. de pœn. diſt. 5. §. tanto. nu. 1.

Gratiam impetratam taciturnitas ueri annihilat, quando duo concurrāt, alterum, quòd iure caueatur eius expreſſio, alterum, ut quod tacetur ſit tale, quod expreſſum retraheret principem

pem a concedenda gratia. ¶ conſil.1. A de feu.nu.1. conſil.2.de conſt.nu. 48. conſil.1.de Reſcrip.nu.5.

Gratiam non uitiat expreſſio eius, quod Principem difficiliorem reddit ad concedendum. ¶ conſi.78.de Reg. nu.2. Neque expreſſio falſi, niſi quatenus eius cauſa eſt. Ibi. & Man.c.22. num. 86. Neque taciturnitas beneficij quæſiti, quando datur gratia ad beneficia uictui neceſſaria. ¶ conſil.3.de hom.num.2.

Gratiæ reualidationē petere debet, qui pro ea obtinenda aliquid dedit, ſeu promiſit. ¶ cōſi.48.de ſent.excom.

Gratia per ſolam ſignaturam perficitur, iuxt.dictum originale. Arch. in procem.lib.6.ſuper ver.per Apoſtolica ſcripta. ¶Com. c.ſi quando, de reſcr.in auct.num.23. Et quoad vtrunque forum data gallis perdurat. ¶conſ.33. de temp.or.num.3.

Gratia per mortem cōcedentis non expirat.c.ſi ſuper gratiam. de offi. deleg.lib.6. & c.ſi cui. de præben. lib.6. Mandatum vero ſit. c.relatum. eo. tit. ¶Conſi.1.de priuile. & de red.eccl.q.3. Mon.8. num.1. Neque etiam ſi ſit Papæ, donec aliud decernat, quia per mortem non videtur aliquid decernere.¶conſi.2. de Priuil.nu.2. Si vero eſt data ad illius beneplacitum per mortem expirat. Non autem ſi fiat ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ. cap. ſi gratioſe, de reſcrip.lib.6. ¶conſi. 18. de præb.num.4.

Gratia Principis ſine præiudicio Tertij intelligenda eſt.l.3.§.ſi quis à Principe.ff.ne quid in loco pub. fiat. c.ſuperior,de offi.deleg.¶Conſi.17.de præb.nu.4. Intellige in dubio quando de morte eius non conſtat. ¶conſi.1. de maior. & obed. num.2. conſ.5. de teſta. num.3.

Gratia, quando ſapit priuilegium non eſt extendenda, vt not. in prin. Inſtit.de actio.& alibi ſæpe. ¶conſi.5. de teſta. num.5.

Gratia, quo ad valorem non requirit ſcripturam.¶conſi.4.de ſponſ.

Gratia ſemel facta durat ver.cruciata.

## *Grauatus.*

Grauatus ab inferiore omiſſo medio, poteſt recurrere ad Papā. ¶conſi.1.de for.comp.nu.4.

Grauatus reſtituere alicui de familia poteſt grauare illum, vt reſtituat alteri eiuſdem familiæ. ¶Conſi.7.de teſta- B men. num.4.

## *Gulla.*

Gulla eſt vitium, inclinans ad comedendum, atque bibendum, & actus eius eſt cibus & potus inordinatus, vel voluntas id facienda. 2.2. q.148.art.1.& 2.ſent.diſt.42.

Gullæ filiæ ſunt quinque poſitæ à D.Gregorio.lib.30. Moral.relatæ in c. quinque. de conſec.diſt.4. declaratæ à D.Tho.vbi ſup.Vnde Verſus.

Præpropere, Laute, Nimis, Ardenter, ſtudioſe.

Et propter hoc dicitur vitium ca- C pitale. Ex quo naſcuntur Mentis hebitudo, immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas,& Spurcitia.

Gulla regulariter veniale peccatū eſt, etiamſi abſque vtilitate, quis ſe ingurgitet etiā vſque ad vomitum, etiā cū intentione. Sentit id Caiet.in Summa, quicquid dicat Angel.Verbo.Mūdicia. & Silueſt. Ver.gulla. incaute allegando Anton.2.par.tit.6.c.4.§.6.

Gulla eſt peccatum mortale, quādo in ea ponitur vltimis finis, violandō aliquod præceptum obligans ad mortale. Vel cum adeſt notabile damnum ſalutis propriæ, vel alterius. Vel cum debita

debita lege iuſtitiæ ob eam nō ſeruantur. ¶ Manual. ca. 23. nu. 119. & 120.

## De Littera H.

### *Habere.*

HAbere, & habere debere paria ſunt, vt tradit Bart. l. penul. §. cum ita. de Au. nu. 9. Similiter habere, & habere poſſe, Angel. in l. Item veniunt. §. petita. de peti. hæred. ¶ Com. c. cum contingat. 2. cauſ. null. nu. 3.

### *Habitatio.*

HAbitatio ad tempus animo redeundi, nō mutat domicilium. Ver. Domicilium.

Habitatio bona fide, & non fraude ſuſcepta facit Parochianum. glo. ſing. Clem. 1. de priuileg. Alioquin Mercatores, & ſtipēdiarij degentes in terris longinquis, carerēt proprio Parocho. ¶ Conſi. 1. de Parochis. nu. 3.

### *Habitus.*

#### Pro Qualitate.

HAbitus animæ eſt qualitas ſubtilis inhærens eſſentiæ ipſius, vel alicui potentiæ eius inclinās eam, ad aliquid agendum. Et eſt quoddam accidens, quod poteſt ſubiecto adeſſe, & abeſſe ſine illius corruptione. Ex quo infertur falſum eſſe illud Magiſtri in 1. diſt. 17. Et in 2. diſt. 26. dicentis gratiam eſſe Spiritum ſanctum. Et hæreſim lutheranam dicere gratiam non eſſe animæ inhærentem, vt ſupra dictum eſt. Verb. gratia.

Habitus eſt duplex infuſus, quem Deus benigniſſimus ſolus infundit, vt probat Cle. 1. §. fi. & cap. minores. de bapt. & Tho. 1. 2. q. 51. ar. 4. Alter acquiſitus productus ab actibus frequētatis bonus, vel malus. ¶ Manual. prælud. 5. nu. 12. & 13.

### *Habitus.*

#### Pro Veſte.

HAbitus Religionis alicuius deuotionis cauſa delatio non facit, quem Religioſum. ¶ Conſ. 41. de Reg. num. 1.

Si eſt Nouitiorum illum deferre, non impedit matrimonium contrahere, quia nō arguit mutationem voluntatis ad effectū, neque ratificationem voti ſolemnis. Ex traditis ab Abbate c. Significaſti. de reg. Neque per illum obligatur quis Religioni in genere, neque in ſpecie, & poteſt redire ad ſæculum. Innoc. c. ex parte, quem ſequitur Ioan. And. & multi alij. ¶ Conſi. 25. de voto. nu. 12. Et ſi eſt diſtinctus ab habitu Profeſſorum qui illum defert non præſumitur profiteri, neque vllatenus vouere Religionem, etiamſi decem annis illum geſtaret. c. ex parte. de Regul. cum ibi annotatis per Innoc. & Clem. eos. eo. tit. Neque vllam inducit profeſſionē voti emiſſi, etiamſi deferatur per duos annos, & vltra. ideo poteſt exire è Monaſterio. c. 1. in prin. & §. 1. de Regul. lib. 6. ¶ Ibi.

Habitus delatio poſt profeſſionem expreſſam non inducit tacitam, quia non præſumitur habere animum profitendi in fine anni Nouitiatus cum expreſſe profeſſus fuerit. ¶ conſi. 5. de his quæ vi. num. 9.

Non facit tacitam profeſſionē, niſi tria concurrant. Primo, ꝙ non ſit diſtinctus ab habitu profeſſorum. c. 1. §. qui verò. de reg. lib. 6. Secundo, ꝙ deferatur in Monaſterio Clem. eos, de Reg. adiuncta gloſ. Tertiò, quod hoc faciat per annum continuum. c. 1. eod. tit.

tit.lib.6.tenet Archid.& alij. ¶Conſi. 41. de Regul..

Habitum Religionis extra Monaſterium deferens ex licentia cenſetur intra deferre. Abb. antiq.c.cum illorũ. de ſent.excomm. quem ſequitur Abb. Iunior. Panor.& Archi.in c.ex reſcripto,de iureiur. ¶Conſ.42.de reg.nu.2.

Ejectus deferre non poteſt, nec debet. Licet non poſſit dimittere authoritate propria etiam deſtructo Monaſterio. Translatio vero ad aliud monaſteriũ, iuſta de cauſa portare tenetur.

Qui illum intendit non portare à Papa, debet licentiam petere. ¶Conſi. 85.de Regul.num.3.

Qui illum dimittit ſine cauſa, eſt excommunicatus. Ibi. Si autem illum eſt cito reſumpturus eſt quidẽ excommunicatus, non autem Apoſtata. c.1. ne Cler. vel Monaci, lib.6. ¶Conſi.1. de Apoſt. Sed ſolũ Apoſtata eſt, quando illum dimittit, vt non ſit amplius Religioſus. Ibi. nu.7.

Habitu dimiſſo regularis extra Monaſterium habitare non poteſt ſine licentia Papæ, etiam cum cauſa. c.2. ne clerici. ¶conſi.55. de reg.nu.3. Com. 3.de reg.num.48.

## *Hæres.*

HÆres ſcriptus cuius negligentia mortuus fuit teſtator non poteſt illi ſuccedere.l.2.ff.de his quib. ¶conſi.2.de diuor.nu.1.

Hæres eius, qui moritur abſolutus à peccatis, & ſuſceptis alijs ſacramentis, & in loco ſacro ſepultus, licet poſtea credat eum obijſſe excommunicatum, nõ tenetur petere abſolutionem. Quia mortuus proprie, quo ad Deum, neque excommunicari, neque abſolui poteſt. ¶Manua.c.27.num.271.

Idem dicendum de hęrede eius, qui cum ſignis tantum contritionis in ex

A communicatione occulta moritur, argument.cap. fina. de ſepul. non autem de hęrede excommunicati, & denunciati. ¶ Ibidem numer.271.

Hæres teſtatoris confeſſario, non tenetur, niſi in veriſimilibus credere. Vnde Bartol. in leg. ſi ita ſcriſpero. ff.de condic.& demonſtra. dixit hæredem non teneri ad ſoluendum legatũ inuentum ſcriptum in manu guardiani, ad quod ſe remittebat teſtator, niſi conſtaret illam ſchedulam eſſe teſtatoris. ¶Cõſi.ſecũdo. de teſtamẽt.nu.1.

Tenetur ad damnum illud, quod iuſſit teſtator ei, de quo coniectura cõ

B ſtat illum locutum. leg. quem hæredi, ff.de rebus dub. Et iuſtam etiam teſtatoris diſpoſitionem ſeruare tenetur, quia illa pro lege habenda eſt Authentic.de nupt.§.diſponat. ¶ Conſi 3.eo. tit.num.3.

Si omittat ſeruare illam diſpoſitionem poteſt compelli, cap. ſi hæres, & capit. Ioannis. de. Teſtament. Etiam per cenſuras eccleſiaſticas, vt notat Couarruuias dicto capitul. ſi hæres. qđ probat capitul. licet, de uoto. ¶ Conſi. primo. de emptio. & vend. num. 15.

Hęredis negligẽtia cauſare poteſt, vt anima teſtatoris in Purgatorio, de-

C tineatur minuendo, uel tardando opera, quæ ei ſuperuentura eſt illarũ operum executione, quàm miſſantes, & alij ei eſſent laturi, ſentit D. Thom. quolib. ſexto. artic.13. ¶ Conſil.13. de pœnitent.& remiſ. numer.10.

Hæres clerici quæſitorum per negociationem de re licita titulum acquirit, modo non ſit contra legem iuſtitiæ ſpecialis, & ſi illicita eſſet ob circunſtantias perſonę loci, & temporis. ¶ Conſil.10. de teſtam.nu.2.

Hæres, & non Camera ſuccedit clerico in Curia mortuo per Bullam Iulij, quæ in hoc cõſonat iuri communi.

Auth.

Auth.de hæredib.ab inteſtat.¶ Conſ. 2.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.1.

Hæreditatis iacentis nondum aditæ,qui rem aliquam ſubtrahit dicitur expilator ¶Com.cap.Aut facta.de pœ. diſt.1.num.6.

## *Hæreſis.*

HAereſis peruerſum eſt dogma fidei chriſtianæ contrarium, iux.gl.fi.& memorab clem.1.de hęre. quam commendat Pan. in Tracta. de Concil.Baſil.dub.2.¶ Relect.c.Nouit de Iudic.Notab.3.nume.42.

Differt autem à ſchiſmate, vt ibi dicetur proprio loco.

Hæreſis omnium infidelitatum peſſima eſt.2.2.q.10.ar.6.¶ Conſi.1.de Iud.num.2.& Com. in c.ita quorundam, de iud.nota.4.nu.20.aduerſatur autem fidei Catholicæ ſicut inceſtus Pudicitiæ,vt patet per eius definitionem relatam in Manu.ca.1.nu.21.ca. Hæc eſt fidei. 23.q.1.¶ Conſi.1.de Hæret.num.2.

Hæreſum cauſæ omnino ſpirituales ſunt,& à iuriſdictione laica omnino exemptæ, cap.Vt inquiſitionis.§. prohibemus, de hære.li.6.¶ Com.in Rubr.de Iud.nu.69.

Hęreſim admittere, uel committenti fauere paria ſunt.cap. Excommunicamus.§. credentes, de hæret.& ca.1. Bullæ Cœnæ.¶ Conſi.16.de hære.

Hæreſis per ſolum actum mentalē interiorem perfecta eſt, & completa. ¶ Com.cap. cogitationis, de pœn.d. 1.num.16.

Hæreſim, qui imponit cui non debet, & qui omittit imponere cui debet excommunicatur per Clemen. 1. §.uerum.de hæret. ¶ Ibid.nu.6.

Hæreſeos in crimine inquiritur ſpecialiter, ſine accuſatore etiā ficto, non tamen ſine aliqua ſuſpicione, c.

A excommunicamus. §. adijcimus, de hære.leg. Apoſtolorum. C. de Apoſt. c.vt officij.de hære.li.6. ¶ Com.in Rubr.de Iud.nu.93.

Hæreſis ſubreptitia, quæ ſine ſufficienti deliberatione oritur, non eſt mortalis.Ioan. And. cōiter recep.c.1. de hær. Maior.3.diſt.25.q.4.¶ c.inter verba.concl.6.nu.490.

Quando ad illam requiratur inquiſitio.Verb.Inquiſitio.

Hæreſis mentalis nullā inducit excommunicationē, niſi aliquo actu exteriori ſit comitata etiam verbo licet nullus audiret tunc enim incipit eſſe

B hęreſis. ¶Com. c.cogitationis de pœn. diſt.1.num.10.

## *Hæreticus.*

HAereticus eſt, qui credit aliquid,quod S.R.E. contrarium eſt, cap.h recta.24.q.1.Rubr.de hæret. Alph.Caſtren.l.1.aduerſus hęres.c.9. Et eſt excommunicatus.c.excommunicamus,de hære.per Bullam cęnæ.Ant. 3.p.tit.23.cap.27.Dummodo errorem illum verbo, vel ſcripto expreſſerit, quia nullus ob actum interiorem incurrit excom.Caie. in ſumma.¶ Man. cap.2.nu.22.Relect. c.noua. de Iudic.

C Not.3.num. 4.Com.ca. cōiunctionis. de pœn.d.1.Com.ca.inter verb.

Item qui dicit peccata omnia eſſe mortalia,vt Lutherani iudicāt.¶conſ. 57.de Regu.num.15.

Item cenſendus eſt ille, qui negat eccleſiā poſſe de omni peccato mort. noſcere ad effectum reuocandi peccatorem, quia eſt contra Euangelium. Matth.18. atque inductionis ex Euangelio,& iuri naturali ei adiecto.¶ Cō. de Iud.not.6.nu.35.

Hęreticus non eſt, qui per ſimplicitatem,vel ignorantiam,credit aliquid Eccleſię contrarium,quia ſibi videtur

eccleſiã id tenere, & paratus eſt errorem deponere, quandocunque veritatem fuerit edoctus. Innocen. iu cap. firmiter, de ſumma trinita. ¶ Locis ſupr. citat.

Limita hoc primo ne procedat quo ad forum exterius in quo puniuntur arg.cap.accuſatus de hæret.l.2.ſecundo quo ad forum conſcientiæ quo ad peccatum in his, qui tenentur ſcire aliqua eſſe de fide licet id ſua culpa ignorent nec animaduertant, neque conſiderent;peccant enim grauiter cũ iuris ignorantia eius, quod quis tenetur ſcire non excuſet vt dicitur verſ. Ignorantia,tradit Innoc.cap.Firmiter de ſumm.trinit.& clarius Panorm. in ea rubr. & ratio id ſuadet, quia paria ſunt ſcire,& ſcire debere. verſ. Scire. ¶Manu.prælud.1.num. 17.

Neque coram Deo ille eſt, qui credit dogma contrarium eccleſiæ ſciens paratus ad corrigendum, dum ignorãter vere id facit,licet ab eccl.vt hæreticus iudicetur. Caie. 2. 2. q. 11. ar. 4. ¶ Ibidem.

Neque ille, qui hæreſim ſine pertinacia tenet, Clem. 1. iunc. gloſſ. in Verb. Pertinacia. de vſur. & Clem. 1. de ſuum. Trin. Pertinaciter autem id tenet, qui adeo affirmat impudenter, vt ſit irreuocabilis, indocilis, & obſtinatus. ¶ Dicta Relect. No.5.nũ.42.

Hæreticus occultus per accidens excommunicatur,cap. excõmunicamus, de hęretic.gl.recep. in ſumm. 24.q.1. ¶ Man.illud.1.nu.15.

Non autem ille, qui per ſe ſuapte natura,nullo effectu,aut ſigno exteriori ſuam hæreſim manifeſtauit.¶Com. ca. cogitationis. de pœn. d.3.nu.8.

Neque ille, qui facit aliqua iure diuino prohibita, niſi credat illa licere, vt vſuram.Clem.1.de vſu. ¶ Conſi.1. de hęre.nu.3.

A Hæreticus in foro exteriori à ſolo Papa abſoluitur, in interiori autem etiam ab Epiſcopo. Concil. Trident. ſeſſion.24. capit.6. ¶ Conſi.primo.de conſtitut.num.88.

Intellige ex priuilegio ſuæ dignitatis vt notat Author.Conſ.15.de ſent. excom.nu.3. Niſi id ſit abrogatum ſicut ex BullæCœnæ vt idem ſentit in Manu.cap.27. num.275.

Non autem poteſt abſolui, neque in articulo mortis, niſi omnes deteſtetur hæreſes & errores ſaltem implicite.nu.170.

Hæretici fautor cenſetur iudex,qui illum auferri permittit per c.vt inquiſitionis, §.prohibemus, de hæret.lib. 6.¶ Conſil. 2.de hæret.num.2.

B Hæretico, vt tali fauere prohibitũ eſt, non autem alio reſpectu, vt quatenus ęgrotus morti proximus, uel indiget extremo cibo: decet enim illum paſcere tunc.capit. paſce. 86.diſt.quià lege naturali, & diuina, licet hominibus cõmunicare cũ ſuis proximis propter naturalẽ cognationẽ. l. vt uim. ff. de iuſtit.& iur. ¶ Conſ.16. de hær.

Hæreticos non denunciatos ducere ad ſepulturam profanam, ſemper licet ſolo affectu humanitatis, ſine intentione fauendi hæreticis. Secus ſi eſt

C denunciatus, & deducunt in loco ſacro, quia peccant, non quod faueant hęretico,ſed quia uetitum eſt ſepeliri in loco ſacro.c.eccleſiam. de conſecra. diſt.1.¶ Ibid.

Hęreticorum oblationes, dum non ſunt denunciati accipere licet.¶Conſ. primo. de conſtitutio. numer. 65. Neque illos clerici in ſuis Eccleſijs uitare debent.¶ Ibidem.

Hæreticos admittere in Patrinos non licet, immo eſt mortale propter periculum fidei,quia contrahunt ſpiritualem affinitatem, ad quã non ſunt

admittendi

admittendi cum ſint excommunicati. A ¶ Ibi.nu.66.

Non licet cum illis contrahere matrimonium, licet contracta valeant, Sanct. Thomas quarto diſtinctio. 39. quæſt. prima art. primo. ¶ Ibidem.

Hæreticorum liberi deſcendentes ab eis per lineam maſculinam, & fœmininam in primo gradu inhabiles ſunt ad ſuſceptionem ordinum, non autem ultra primum gradum.ca. ſtatutum, el 2.de hæret.libr.6. ¶ Conſil.8. de temp.ord.nu.2.

Hæreticorum bona confiſcata cedunt fiſco eccleſiæ, ſi ſunt ſita in territorio eccleſiæ, uel fiſco temporali, ſi B contra.cap. urgentis, de hære.ca.cum ſecundum, eodem tit.lib. 6. ¶ Conſi. 12.de hæret.nu.4.

Hæreticus oīs infamis eſt. l. Quiſquis §.1.C.ad leg.Iul.maieſt. ca. 2. & capitu.Statutum el 2. de hæret. lib.6. ¶ Com. capitul. Inter verba concl. 4. nume.6.

## *Hermaphroditus.*

SI factus eſt regularis, & conſtet potentiam virilem eius, non præ dominari potentiæ muliebri, poteſt expelli è Monaſterio, quia eius profeſſio non valuit, neque potuit valere, ne C que Monaſterium illum accepiſſet, ſi id ſciuiſſet.argum.cap.fin. de ætat. & qual.cap. illiteratis. 36. diſt. Idem de illo cuius potentia virilis eſt maior in monaſterio mulierum. ¶ Conſi. 8. de æta.& qual.num.6.

Iudicandus eſt vir, vel mulier, iuxta magnitudinem potentiæ. l. quæritur. ff. de ſtatu homi. de qua conſtare poterit, vel per eius dicta, vel experimento medicorum. Ideo ſi erit par profeſſio, erit nulla. ¶ Ibi.per tot.

## *Homicidium.*

HOmicidium duobus modis ſumitur. Primo improprie, & figurate pro eo per quod tollitur homi nis vita, improprie quæ eſt fama, vel amicitia, & illud eſt detractio, atque odium, quæ præbent occaſionem occidendi hominem.1.2.q.73.ar.4. ad 2.

Homicidium large, & improprie etiam poteſt appellari omnis iniquitas, & iniuſta oppreſſio, qua quis proximum inducit ad ſui ſanguinis verā effuſionem. Et vniuerſaliter omnis actio, & voluntas eam faciendi, quia inducit mortem ſpiritualem. ¶ Com. cap.omnis, eadem diſt. & ſimiliter ſuaſio hominis ad malum, quę animi mortem inducit. ¶ com. cap. Noli putare. eadem diſtinct.

Homicidium ſecundo, & proprie pro occiſione, vel interfectione accipitur, qua ferro, vel alia vi illata tollitur vera hominis vita, ſiue qua homo cæditur, necatur occiditur. l. vulneratus. ff.ad leg. Aquil. Et hęc homicidia pari pœna debent puniri, quia ſunt ſuo genere peccata mortalia. Th. vbi ſupra, & priuant interius diuina gratia æqualiter. ¶ Com.cap.Homicidiorum.de pœn.diſt.1.

Homicidium eſt duplex uoluntarium, & caſuale, caſuale appellatur illud, quod non eſt uoluntarium, id eſt, quod non eſt uolitum in ſe. Voluntarium autem eſt illud, quod eſt intentum, & uolitum, uel in ſe, & ſimpliciter, & eſt illicitum ſimpliciter, uel in ſe cauſa deſenſionis, & eſt illicitum non ſimpliciter, ſed propter exceſſum inculpatæ tutelę. ¶ Man. cap.27. num. 239. & 240.

Homicidium uoluntarium, eſt quadruplex. Primum, quod nullatenus eſt peccatum, neque ullam penitus irregulari-

gularitatem infligit, quale eſt commiſſum à furioſo, uel ab infante, uel ab eo, qui aliter mortem ſuam uitare non ualet. Clemen. 1. de homic. ¶ cóſ. 38. de temp. ord.

Alterum homicidium Voluntariū eſt illud, quod committitur a iudice à Miniſtro, a Milite in bello iuſto. 51. d. cap. 1. & cap. ſententiam ſanguinis. ne cler. vel Monac. ¶ Ibid. Et dicitur factum de voluntate legis, & iuſta de cauſa, & non eſt peccatum, neque irregularitatem indiſpenſabilem parit, Concil. Triden. ſeſſ. 25. c. 5. Niſi ſit iniuſtum ratione alicuius circunſtantię. ¶ com. in Rub. de iud. num. 109.

Homicidiū tertium eſt illud, quod committitur ſine voluntate occidendi, vt quando quis defenſionis cauſa ſine moderamine inculpatæ tutelæ occidit, uel alias iniuſte, de quo Concil. Trid. ſeſ. 14. c. 7. & illud eſt peccatum, & inducit irregularitatem.

Homicidium quartum eſt, quando quis per inſidias voluntate directa occidit, & eſt peccatum grauiſſimum, & inducit irregularitatem indiſpenſabilem. ¶ Conſi. 38. de tempo. ord. & eſt depoſitione dignum. ¶ conſi. 50. de Regul. num. 5.

Homicidium caſuale ex ludo licito ſecutum, non facit hominem irregularem. cap. Ioannes. de homic. Secus ſi ſequatur ex opere illicito. cap. continebatur. & c. presbytero, eo. tit. ¶ cóſi. 7. de homi. nu. 2.

Tale nó punitur pœna legis Corn. de ſicar. per dicta Anchar. conſil. 283. & c. cum venerabilibus de conſuetudin. quem ſequuntur plures, quos refert Hyppol. leg. 1. num. 101. ff. ad leg. Corn. Punitur tamen pœna legis ſpiritualis ab eccleſia, quando talis conſuetudo ludendi non eſt licita. ¶ Ibid. nume. 3.

A Commiſſum a presbytero curato ob delictum commiſſum in omittēdo ex negligentia facere, quod debebat, puta non flectendo rotam archibuſij, quod depoſuerat, ex quo occiſus fuit puer, cauſam habet maximam ſuæ diſpenſabilitatis. ¶ conſi. 68. de ſent. excomm. num. 2.

Homicidium, qui commiſit voluntariè debet patienter ſufferre mortis pœnam ſibi. iux. legem inflictam, non autem eam ſibi conſciſcere. Scotus 4. d. 15. q. 3. arg. gl. ſing. ca. fraternitatis. 12. q. 2. Neque tenetur ſe vinculis, carceribus, aut morti inferendæ offerre, B etiam ſi hoc facere ſaluti ſuæ valde códuceret. Et ſi pęnā mortis non ſubeat, ait Scotus, expediret ei, vt reliquum vitæ ſuæ contra infideles tranſigeret, aut ad iudicium boni viri, homicidiū compenſare ſatisfaciendo, operibus ſpiritualibus. ¶ Man. c. 15. nu. 23.

Homicidium committens liberum hominem occidens, non tenetur ad ſoluendum, quicquam pro vita, quam uis ſic, quod in medicando ſe impendit, antequam ille obiret. Et pro damno filiorum, & hęredum, & quod in moderato funere, iuxt. patriæ morem expenſum eſt, quia cauſa fuit damni, C & ſumptus. argum. cap. fin. de iniu. & damno dato, & leg. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. ¶ Ibid. nu. 22.

Tenetur etiam ſatisfacere filijs, parentibus, & cognatis occiſi quamcunque iacturam, quam illi ratione necis perpeſſi ſunt, quod iuſtum eſt. Immo ſecundum Panor. cap. 1. de iniur. poſt Specul. tit. eod. §. ſequitur, nu. 26. tenetur tantum hæredibus reſtituere, quãtum ille viuens ſuo labore, aut arte lucrari poſſet, quod quidem videtur iure quinquaginta aureis ęſtimatum eſſe. l. 2. §. 1. ff. de his qui deiect. vel effud. ¶ Ibid. num. 24. Neque excuſatur

à reſti-

à reſtitutione, & compenſatione ob A id, quod a Iudice etiam in corpore puniatur, quia id fit pro compenſatione publicæ vindictæ, & iniuriæ Reip. irrogatæ.¶ Ibi.nu.25.

Homicidium faciens non excommunicatur ipſo iure priuatur beneficio iam habito, licet fiat inhabilis ad habenda beneficia iuxta Innoc. recep. in ca.Cum noſtris de conceſ. præbēd. & per cap.clericis. Ne cler. vel Monach. & Panor. cum communi & Felin. in cap.Inquiſit.de Accuſ.¶ Com.4.de Reg.num.12.

Homicida omnis dicitur, qui manibus proprijs occidit, & qui conſulit. B cap.Periculoſæ de pœn.diſt.1. & qui præcipit, & defendit cap.ſi quis viduā diſt.50. qui hortatur, comitatur, adiuuat cap.Sicut dignum de homic.qui non defendit eum poteſt, & tenetur. c. Quantæ de ſent. excomm. Qui ratum habet gloſ.d.capitul. ſi quis viduam. ¶ Com.c.Periculoſæ de pœ.d.1. nu.2.

## *Homo.*

HOmo eſt imago Dei. Primo, quo ad natura intellectualem, qua præſtat cæteris animantibus ſecundū d.Auguſtinum lib.83.quæſtion. q.51. Secundo, quo ad potentias. Tertio, C quo ad actus, quia non ſolum inquantum habet potentiam ad agnoſcendū, vel amandum Deum eſt illi ſimilis, ſed etiam quatenus vim memorādi, intelligendi, atque amandi habet.¶ Manu. prælud 9. num.16.

Optima via peruenit ad Dei Trini, & Vni, cognitionem ex exteriori, & vaga ad interiorem ſui ſtabilem penetrando, vt ait Auguſtin. lib. Soliloqu. cap.31.& Bernard.cap.1.lib.Meditat. Conſiderando Vnicam animæ eſſentiæ & potentiarum Trinitatem.¶Ibidem num. 19.

Homo, vt homo licet peccator ſit, eſt ſemper iuuandus ab homine, quatenus homo, licet caſtigandus, quatenus peccator. cap. duo iſta nomina. 2. 3.q.4.¶ Conſ.16.de hære. nu.4. Fallit autem regula, quando lege iuſta id nobis vetatur, vt cum iuſſu iudicis trahitur ad ſupplicium.arg.ca. non eſt crudelis.23.q.5.¶ Ibi.num.10.

Homo liber, dari non debet in pignus ob debitum ciuile. cap. 2. de pigno.l.ob æs alienum. C. de obliga. & act.l.2.C.quæ res pigno.obl.poſſ.

Et qui tale pignus accipit pœnam incurrit. Auth.Immo C. de obliga. & act.§.quia vero.¶Com.de vſu. nu.81.

Homo non eſt infans, nondum natus. Verb.infans.

Hominis liberi emptio illicita eſt, niſi ille ſit conſtitutus in extrema neceſſitate ſe vendendi, vel niſi quis credat illum eſſe poſſeſſum pro ſeruo, vel eſſe captum in bello iuſto. ¶ Manual. cap.23.num.95.

Homo per aliquod tempus peccare non poteſt facit capi. ſi quis autem de pœn.diſt.7.& cap. Aliquos. 15. q. 1. Attamen contrarium videtur habere fides catholica, quia homo quolibet tempore poteſt pœnitere capit. 1. cad. diſt. & quolibet tempore poteſt non mereri Clem. Ad noſtram de Hæret. Ideo cap.ſi quis autem intelligitur de peccatis exterioribus, quæ ſine corporis viribus exerceri non poſſunt. Cum ergo ægrotus homo vires non habeat, ideo de illo dicit, quòd tunc temporis non poteſt peccare. & cap. Aliquos, loquitur de Infantibus, & inſanis, in quibus non viget vſus lib. arb.¶ Com.d.c.ſi quis nu. 20.

## *Honor.*

HOnor ſecūdum Ariſt. in Ethic. & S.Tho.1.2.q.2.ar.2. & 2. 2. q.63.

q. 63. ar. 3. & alios quos refert Anto. 4.par.titu.5.c.10. §. 10. Eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ ( adde ) ſine eius in alium finem relatione.¶ Com.c.inter verba. concl.4.nu.5.& Man.c.18.nu.2.

Poteſt ſumi large pro quocunque ſigno exteriori ſiue verbis, ſiue alio modo exhibito. Et tunc, vt ait S. Thom. 2.2. q. 103. art. 1. ad 3. Complectitur ſub ſe laudem. Et magis large complectitur publica munera, & Reip. adminiſtrationes, vt in multis legibus Romanis. Rubr. & ff. de muner. & honor. l.2. & l.honorem, mercedem, aut præmium. l. Remunerandi, in princ. cum gl. ff. mandat. Pulchritudinem Aeneid. 1. & lętos oculis afflarat honores. Caſtitatem Raptos Ganimedis honores. Funus. Aeneid. 6. Mortis honore carentes, & aliquãdo ſolam interiorem reuerentiã, quam mente ſola ſine exteriori ſigno Deo, vel alteri exhibemus.

Differt à laude, quia conſtat ex ſignis exterioribus alijs, quàm verbis, ex quibus ſolis conſtat laus. Secundò, quia laus eſt teſtimonium alicuius rei referendo eam in alium finem. Honor verò eſt teſtimonium abſoluti boni, abſque vlla relatione in alium finem, qui bonum illud conſequatur. ¶Ibi. num.2.

Honor deberi poteſt multis, etiamſi illi non ſint virtuoſi, nô quidem propter ſe, ſed propter multos ad virtutẽ reſpectus. Quidam enim honorantur propter Deum, quem reprȩſentant, vt præſules tam eccleſiaſtici, quàm ſæculares, & ſenes. Alij propter apparatũ, & inſtrumenta exercendæ virtutis, puta nobilitatem, potentiam, & diuitias. Itaque honor, vt alieno deferatur iuſte, debet ſemper deferri ob virtutem, vel propriam, vel propter maiorem aptitudinem, aut apparatũ ad illam exercendam.¶Ibid.conclu.5.nu.63.

Honoris appetitus de re inepta Nobiles, & Monachi ſic reformare debent, vt ſe honoratos per ſe non putent, ſi non habent virtutes, ſed ſic ob aptitudinem, quam habent ad illam, quia referunt maiores ſuos, qui virtutibus claruerunt. Tho. 2.2. q.63. ar.3. & quol.10.ar.12.& Caiet. Ibidem. & ſuper c.3. Epiſt. Iacobi.¶Ibid. nu.64.

Honor non eſt quærendus à clero, ob ſtaturæ bonam habitudinem pulchram, vultum honorabilem. Neque ob veſtes præcioſas, aut exteriorem ornatum, ſed ob interius virtutum, ornamentum. Et qui contrarium faciunt peccant, & multo magis Monachi, & Moniales, qui ob iactantia, ſeu hypocriſim honorem quærunt. ¶Ibi. num. 65. & 66.

Honor bene quęritur, ſi ob gloriam Dei. Secundò, ob bonum ſui, aut proximi. Tertiò, ſi ob bonum etiam corporale ſui, vel aliorum, dummodo referatur actualiter, vel virtualiter in obſequium Dei, aut honeſtam vitam, Quartò, ob humilitatem, obediẽtiam, charitatem, ne, ſcilicet laudantem exuperet, aut fiat illi ingratus. ¶De ora. c.6.num.36.

Honore duplici, quo honorãdi ſunt prȩsbyteri ſecundum Apoſt. 1. Tim. 5. Et ſi intelligatur de ſtipendio, & reuerentia, recte tamen intelligi poteſt de ſalario, vel maiori, vt Gelaſ. in c.conſuluit. 74. diſt. ¶De red.eccl. quæſt. 1. Mon.29. ar.2.

Honorem ſuum ad defendendũ licet occidere hominem etiam ſi aliter propriam vitam defendere poſſet. Irregularitatem tamen contrahit vt dicit gl. ſing. quæ eſt penul. Clem. 1. de: Homic. recepta ibi per omnes. & Silueſt. ver. Homicidium.q.9. Cõtrarium tamen tenet Didacus à Lyeua, ſequu-

tus fortunium in l.& vim.ff.de iuſt.& iur. Ex eo quia non peccat. ſed eſt ratio fragilis,quia multi occidenda non peccant, qui tamen fiunt irregulares, vt dicitur Chriſto irregularitas. ¶Manu.c.15.num.4.

Honorem quando quis interpretatiue videatur præponere Deo. Chriſto. Gloria.

## *Hora.*

HOrarũ nomine orationes quædam principales Eccleſiæ, ſeu preces horariæ intelliguntur, quæ certis horis ſunt deputatæ. ¶De ora. c.3. num.27.& c.21.num.5.Seu,vt inquit Card.S.Crucis.§.1.91.diſt.

Horæ,quæ Canonicæ dicũtur, ſunt oratio publica ſub certo numero pſalmorum,lectionum, & aliorum huiuſmodi à ſanctis Patribus ad Dei laudẽ ordinata. Et per ſeptem horarum interſtitia diſtincta. ¶ca.7. num.1. Ideo ab illis horis ſua nomina deſumpſerunt, quæ ſunt.

Matutini,Prima,Tertia,Sexta,Nona, Veſpera, Completorium, dicunturq; Canonicæ, ſeu Regulares, vel quia ſunt inuentũ Canonum, vel quia omnes, qui Canonibus recitare obligentur ad eas recitandas tenẽtur. Determinanturq; numero Septenario, iuxta illud Pſalm. Septies in die laudem dixi tibi. Quarum miſteria, ita exprimuntur.

Hæc ſunt ſeptenis,propter quę pſallimus horis. Matutina ligat Chriſtũ, qui crimina purgat.

Prima explet ſputis, Cauſam dat Tertia mortis.

Sexta Cruci nectit, Latus eius Nona bipartit.

Veſpera deponit.Tumulo Completa reponit.

Siue ſeptem ſunt, vt reprę́ſentent

A creationẽ Mundi ſeptem diebus completam & Redemptionis ſeptẽ horis conſummatam.¶Ibi.c.3.nu.27.

Aliqui volunt eas eſſe octo,propter laudes, quæ annectuntur ad Matutinũ, Conc. Agath. c.presbyteri.91.diſ. & c.2.de celebr.miſſ.quod & ratio dictat. Nam laudes differre a Matutino patet, quia incipiuntur per Deus in Adiutorium,&c. Sicut omnes aliæ horæ incipiunt. Et Miſſa in nocte Natiu. interponitur matutino, & Laudibus. Et olim tres nocturni, in tribus vigiliis ſolebant dici in quarta autem laudes: vt teſtatur Iſid.l.de off.eccl.c.19. & Vvaldenſ. de ſacramen. altar. c.24.

B Duran.in Rational.li.5.Anto.2.par.c. 12.ti.9.¶Ib.nu.28.

Horarum Canonicarum,inſtitutionem fuiſſe antichiſſimã, pariterve decentiſſimam, tradit D.Sot. lib.10. de iuſtit.& iu.q.5.ar.1. Munuſq. hoc eſſe munus præcipuum,ac geminum. ¶Ib. c.20.num.31.

Horæ ſtatæ, quæ ſint, in quibus teneamur recitare, non eſt facile determinare propter varietatem Doctorũ, & præſertim nocturnæ, vt colligitur ex Iſido. lib. de offi. eccl.c.14. Innoc. c.1.de celeb. miſſa, Differentiaq; maxima reperitur inter Antiquos, atque

C modernos.¶Ibi.nu.30.

Intelliguntur autem ſic, per mediũ noctis,pro matutino,hora duodecima horologij Hiſpani:pro prima vna hora poſt Solis ortum, quando dies ſunt pares noctibus paulo plus, vel minus, prout ſunt longiores, aut breuiores. Pro Tertia,Sexta,& Nona,illud tempus, quod iuxta antiquam conſuetudinem obſeruatur.¶nu.39.

Horæ iſtæ ſtatę,etiam quo ad horas priuatas ſeruãdæ ſunt, quia id ita fieri iubetur.Clem.1.de celeb.miſſ.Et ſatis probatur c.1. eo.tit. vbi Innoc. Hoſti.

& alij

& alij id notant. Et quia id præcipitur in fauorem, non tantum recitantium, quam cultus diuini. Et quia dictum illud Hugonis de S. Victor. cap. 3. Reg. S. Auguſt. relatum à Paluda. 4. diſt. 15. q. 5. Ante horam orare prudentiæ, poſt negligentiæ, debita obedientiæ intelligendum eſt de eo, qui præuenit iuſta de cauſa. ¶num. 45.

Horæ iſtæ ſtatæ mutari poſſunt etiã ob ludos publicos, quando illi, qui ſolent eas audire, non venirent ad audiendũ ſi in alia quam debita hora non celebrarentur. ſine autem iuſta cauſa non licet eas mutare. c. cum decorem, & c. penul. De vita & honeſt. c. 1. de Torneam. ¶Ib. nu. 50.

Non licet autem id facere ob interdictum. Neque etiam ſi nullus adeſſet, qui audiret ſecundum opin. Innoc. c. 1. de celeb. miſſ. per tot. & Ioan. And. ¶Ibi. num. 53.

Horæ ſtatæ poſſunt præueniri, non vt molliter dormias, vel vt ſine moleſtia luſibus, aut alijs vanis occuperis, quia id peccatum eſt, iux. S. Tho. quol. 5. art. 28. Anton. 2. par. tit. 14. cap. 4. ¶num. 54.

Sed non, ſi fiat iuſta de cauſa etiam in horis publicis in choro, vt probatur per c. 1. de celebr. miſſa. & c. presbyteri. 91. diſt. quod ſolet fieri, quando faciendæ ſunt publicæ ſupplicationes, aut cõcionem inſignem. 66. Regis aduetum, &c. Sed ſemper debet adeſſe auctoritas Superioris. ¶nu. 55.

In priuatis autem licita cauſa poteſt eſſe litterarum ſtudium, aut alia negocia, quibus Religioſus iuſte ſolet occupari, quare vſque ad veſperas, quia tunc præſumitur eas dicere maiori cum attentione. ¶nu. 56.

Statas horas prælatus, qui obſeruare non facit in recitãdo lethaliter peccat, ſecundum Ang. Ver. hora: §. 2. &

A Silueſt. q. 9. Caie. in ſumma id non concedit, cuius opinio de rigore poteſt procedere: tamen ex æquo reprobatur per Conc. Baſil. ſeſſ. 21. ca. presbyter. d. 91. ¶num. 61.

Horas ſtatas mutare ad recitandũ publice maiorẽ cauſam requirit, quã priuatim quia maior effectus, maiorẽ cauſam requirit. Similiter, vt mutet perpetuo de vna hora in aliam, quam vt mutetur ſemel, aut iterum. ¶nu. 71.

Horarum ordinem inuertere iuſta de cauſa peccatum non eſt, vt quando chorus incipit horam, quam nondum dixi. Anton. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 4. Si

B autem id fiat per negligentiam, vel in curiam etiam ſcienter, non eſt etiam veniale, & non inducitur obligationẽ iterum recitandi. Angel. §. 18. Silueſt. q. 9. §. 3. Et ſatis colligitur ex c. Dolentes, de celebr. miſſ. ¶Ibi. nu. 66.

Horæ ſtatæ, ſiue debitæ recitandi aliqua latitudo eſt, poſſet enim paulo ante, vel paulo poſt recitari, iuxta Angel. §. 22. Et Silueſt. q. 9.

Si autẽ labatur hora, reſtat obligatio, donec durat dies vſque ad mediã noctẽ, & non parit peccatũ mor. Contra vero ſi labatur dies, quia, & tollitur obligatio, & peccatum incurritur.

C ¶ numero 78.

Hora publica publice dicenda ſacrũ locum requirit regulariter, neq; ſine cauſa, aut diſpenſatione, vel commutatione legitima temporaria, vel perpetua iuſte contrarium fieri poſſet. Clem. 1. §. ne igitur, de celebra. Miſſ. & cap. 1. adiuncta gloſſ. eod. tit. ¶ De ora, cap. 5. nu. 2.

Horas dicere pro quæſtu æquæ, ac pro Deo malum eſt. Principaliter autem ob Deum, licet ſecundario ob lucrum, non eſt peccatum, ſecundũ Maior. 4. d. 15. q. 2. ¶ Ibid. c. 6. num. 16. & Com. c. Miniſter. de finibus. nu. 36.

Hora recitare tria genera hominũ obligantur. Primo, ſacris Initiati. Deinde beneficia Eccleſiaſtica obtinentes. Tertio, Religioſi profeſſi. Palu. 4. d. 15. q. 5. Anto. 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 4. Abulenſ. cap. 6. ſuper Matth. Maior. 4. d. 12. ¶ Ibi. c. 7. nu. 1. De presb. eſt tex. cap. presbyter. 91. diſt. Diaconi verò, ac Subdiaconi, non tam iure humano ſcripto, quam naturali, & diuino per conſuetudinem determinato. num. 2. De beneficiarijs eſt tex. in Conc. Martini Papæ. cap. fin. 92. d. cap. diuerſi fallacijs. de cler. coniuga. nu. 3. De Religioſis, non eſt tex. Sed ratio Paludani, vbi ſupra id ꝑſuadit, quia ſunt miniſtri Eccleſiæ, atque vt tales ſubſtentantur. Hunc refutat Caie. in ſumma. Sed ſolidiorem affert Anton. 3. p. tit. 14. cap. 4. §. 1. quia ſunt ordinati ad vitam contemplatiuam. ¶ num. 4. Ver. Monacus.

Horas recitare tenentur excommunicati, immo, & degradati, quia nõ liberantur ab oneribus ordinum, cum ſemper habeant characterem, iux. glo. cap. licite. 32. q. ¶ Ibi. nu. 17.

Tenentur beneficiarij, quantumcunque ſimplex ſit beneficium, quia & ſi inſufficiens ſit, eſt tamen beneficium c. ſi motu proprio. De præben. l. 6. & per illud deputantur ad laudandum Deum, & ei inſeruiendum. ¶ nu. 27. Etiamſi non percipiant. Si autem neque per ſe, neque per alios percipiunt ceſſat cauſa recitandi. Anton. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 1. Albericus cap. 1. de celeb. Miſſa. ¶ Ibi. nu. 28.

Horas recitare non tenentur Nouitij. Anto. vbi ſupra. Etiamſi gaudeant priuilegio. cap. ſi quis ſuadente, ſicut etiam clerici Minores. ¶ Ibi. nu. 23.

Similiter, neque Tertiarij. ſ. Franciſcani. Quia illorum Regula non eſt Religio, ſed modus viuendi. ¶ nu. 24.

A Neque Penſionarij. Quia penſio non eſt beneficium. c. quamuis. de præbẽd. Niſi habeant omnes fructus beneficij reſeruatos loco penſionis. ¶ num. 26. Neque Magiſtri Grammaticæ, aut aliarum facultatum accipientes præbendam, aut penſionem pro docendis clericis ſecundum ius commune. ca. 1. de magiſt. Non bideli, non clauigeri, non campanarij, non Sacriſtæ. ¶ num. 26.

† Intellige niſi ſint clerici in ſacris, quia tunc tenerentur ratione ordinũ.

Neque prouiſi, qui non dum poſſeſſionem beneficij acceperunt. Neq; qui expectatiuam habent, de qua Clem. 2. de reſcrip. ¶ conſ. 14. de celebr. miſſar.

B Horæ integræ ſunt dicendæ, & nõ interrumpendæ, faciunt multa argumenta cap. Miſſas, & cap. cum ad celebrandum. d. 93. l. plane. ff. fam. erciſcund. l. tutior. §. laicus. ff de viſit. ¶ de orat. ca. 10. nu. 2.

Quare quoties Breuiarium ponit offic. Beatæ Virg. vel Defunctorum dicendum, chorus tenetur ad illud, quia tunc eſt pars Horarum, non autem priuati. ¶ Ibi. num. 3. & infr. Et qui recitat anticipando, ſincopando, interrumpendo, peccat. ca. Dolentes, de celebr. miſſ. ¶ num. 10.

C Et qui tarde ad chorum veniunt, & cito abeunt ſine iuſta cauſa, tenentur ſupplere. ¶ nu. 2. Si partem etiam notabilem non dimittant, licet non peccent, qualis eſt primus pſalmus. Peccant autem ſi non ſupplent, & multo magis ſi partem notabilem dimittant etiamſi ſuppleant. ¶ nu. 44.

Horarum dimidium in choro dicere ſufficit, quia & ſi id nullo iure ꝓbetur, valet tamen conſuetudo recepta. Et ſufficit audire orationes, c. antiphonas, quia conſuetudo habet vim legis. Etiam in hac materia. c. eccleſia. 2. d. & ita ſentiunt Gandau. quol. 29. q. 30.

q.30.Anto.2.p.tit.9. cap.22.Palu.4.d. 45.q.2.¶ Ibi. num.14.

Horas publicas, non expedit dicere ſecrete, reputando id eſſe melius cum contrarium verum ſit, id enim ab Eccleſia pro meliori ſemper habitũ eſt, & quia deuoti ſua deuotione calefaciunt frigidos, & per ſanctam illam communionem creſcit amicitia. Vnanimiter etiã orabant Apoſtoli, & per multas alias orationes relatas. ca.17. de ora.nu. 24. vbi etiam tollit argum. in contrarium adducta.

Horæ in choro clare, non ſubmiſſe, dicendæ ſunt, quia diſtributiones quotidianæ recitantibus conceduntur, non autem aſſiſtentibus tantum: pſallendi enim gratia ibi conueniunt etiã Canonici, & maiores chori, & quod dicit Caie.lib.17.Reſp.2.Illos non debere cantare, ſed meditari cantata, eſt expreſſe contra Conc. Baſil.& contra ſeipſum in ſumma. Quod ſi ſtatuto aliquo alicuius Eccleſiæ contrariũ fiat, ita vt ob ſolam præſentiam illi diſtributiones lucrẽtut, ſtatutum illud nulla iuſtificatione poteſt obſeruari. ¶ d. cap.17.num.47.

Horæ dicendæ ſunt attente infra numero 35.

Horas, qui omittit, non ob iuſtam cauſam ſemper peccat mor. Gandau. quol. 29.q.30. & omnes: idem dicendum de eo, qui omittit partem notabilem, vt ſentit Palud.¶ Cap.7.nu.5.

Et non peccat plures, ſed ſemel tantum, vt ſentit Nicolaus de Ploue in Tract.de horis.q.8.quia ſunt vna tantum oratio grauius tamen peccat, qui totum, quam qui dimidium, vel tertiã partem, & intelligitur de illo, qui non non pronunciat, nõ autem de illo, qui proponit non pronunciare, quia iſte toties peccat, quoties id ꝓponit omittere totum, vel partem, licet intra tem-

A pus propoſitum remouet.¶Ibi.nu.6.

Omittere per ignorantiam, incogitantiam, obliuionem, veniale tantum peccatum eſt, etiamſi omittatur pars notabilis, & grauius, vel leuius, prout illa magis, vel minus culpabilis eſt.

Per negligentiam autem, & contẽptum mortale eſt, ſi omittatur pars notabilis.Anton.3.par.tit.12.c.4.Angelus.§.16.Silue.q.12.¶ Cap.10.nu.48.

Horas omnes, vel partem, qui vno die omiſit, non tenetur lapſo die amplius dicere illas.Tho.quol.3.art.29. quem ſequuntur omnes Theol. Inno. probatur ab omnibus Canoniſtæ. c.1.

B de celeb. miſſ.Cuius veram rationem tradit Anch. in d.ca.nu.20. quia illud pręceptum, ita eſt annexum diei, vt eo elapſo non poſſit impleri.¶ nu.52.

Qui omittit in choro ſufficit, vt ſuppleat extra chorum, licet ſatius eſſet, ſi ſine ſcandalo id fieri poſſet, ſupplere in choro conuentualiter, iuxta deciſionem Cardin. in cap. Clerici victum.d.91.¶ nu.58.

Et non poteſt quis dicere horas alterius Breuiarij in choro, etiam ex diſpenſatione, quia non diſpenſatur ad formam ſui chori.¶ nu.60.

Horis a dicendis cauſæ, quædam

C ſunt, quæ excuſant. Prima eſt aduerſa valetudo. Inn.c.1.de celeb.miſſ.Cõc. Carthagin.91.diſt.quia Aegrotus nõ poteſt, & nemo ad impoſſibile tenetur.l.impoſſibile.ff.de reg.iur.cap. nemo. eodem tit. lib.6.Illa ſcilicet, quæ notabiliter obeſt plus, vel minus, prout infirmitas plus, vel minus durat. ¶ De ora. c.11. nu.1. Et talis non tenetur audire licet benefaceret ſi audiret, contra tamen, & male tenet Gerard.Tract.de Aſſiduit.orandi.q.4.nõ enim obligamur ad omnia, quæ poſſumus, ſed ad quæ iubemur.nu.6.Neque ad aliquid aliud tenetur de rigore iu-

ris humani.¶ nu.19.Neque talis indi-
get diſpenſatione vlla ob hoc. ¶ cõſil.
15.de celeb.miſſ.

Infirmitatis autem cuiuſcunq; im-
potentia excuſat, vel a toto, vel a par-
te,prout talis infirmus nõ poteſt, ne-
que ſolus, neque cum alio dicere. Qui
enim non poteſt ſolus, ſed bene cum
alio, tenetur dicere cum alio ſi illum
commode habere poteſt,vt cæcus,qui
habet redditus ſufficiẽtes, ita ut poſ-
ſit ſecum adhibere ſocium,ſecus ſi nõ
habet tales redditus, vel ſufficiens Pa
trimonium, ad quod ſit ordinatus, li-
cet habeat alios redditus prophanos.
¶ Cap.10.num.13.& 14.

Qui autem excuſatur a parte, qui
etiam dicere nequit, vel ob defectum
Breuiarij,vel ob caliginem oculorum,
aut alterius impotentia, non propte-
rea excuſatur a dicendo illud quod
memoriter dicere poteſt. Qui autem
excuſatur a parte, quam dicere non
poteſt excuſatur a toto. Quia impotẽ-
tia dicendi maiorem partem tollit to-
tum, quia regulariter maior pars tra-
hit ad ſe minorem. ¶ nu.15.

Altera cauſa excuſans eſt diſpenſa-
tio. Non epiſcopi,vt male ſentit Gerar
dus contra Archidiac.& Card.in cap.
Eleutherius.91.diſt.& Panorm.in ca.
1.de celebr.miſ. Multa præſupponẽdo
falſa, ut deducit Auctor cap. 10. nu.
24. & 25. Licet iuſta de cauſa, potuiſ-
ſet olim diſpenſare ſuper formam ho-
rarum in ſuis Eccleſijs, & illam muta
re facit. gloſſ. ca. 1. 91. diſt. & Conc.
Lugdunenſ. in ca. pronunciandum.de
conſecr.diſt.3. Gregor.in cap. Nouit.
12.diſtinct. Quod, & nunc facere poſ-
ſet, vbi Conc. Trident. nõ eſt receptũ,
vel ab his, qui formas proprias ante
200. annos inſtitutas habent. ¶ Ibid.
a nu.25.

Poteſt autẽ diſpenſatio Papæ, quia

A id eſt ius humanum.cap.propoſuit.de
de conce.præb.num.31.

Tertia cauſa, ſecundum Gerardum
de Aſſiduitat. orand. quæſt.6. Eſt ſtu-
dium,ſed non acceptatur, immo ab ea,
opinio cõmunis diſſentit,quia melius
eſt orare,quam ſtudere, iuxta glo.in c.
licet.8.q.1.¶ hume.32.

Quarta cauſa ſecundum aliquos eſt
iuſta a beneficio abſentis. Sed eſt con-
tra communem; quia onus recitandi,
eſt perſonale.¶ num.33.

Quinta,ſub ita occupatio, quæ nec
poteſt omitti, neque illi aliter proui-
deri. Henricus Gandan.quol.13.q.10.
B Maior.4.diſt.12. quæſt.2. Silue.q.fi.
¶ num.34.

Sexta, neceſſaria occupatio circa re
citationẽ in choro, vel cantũ. Anton.
2.par.titu.nono.cap.12. Limita, quan
do deputatus non potuit ante præpa-
rare ea, quæ canenda erant, aut id fa-
cit ille, qui non tenebatur, propterea
qđ omiſſũ fuerat a deputato. ¶ nu.36.

Horæ initium requirit propoſitum
attendendi, quia nullus actus eſt meri
toriꝰ, niſi fiat animo deliberato.¶ Ca.
13.num.13.

Attendendi propoſitum habet,qui
animo deliberato accipit Breuiarium,
C vt Deo vacet ſiue ad Eccleſiam ſe con
fert. Et qui tale animum non habet,
aut cum prius habebat actualiter, uel
virtualiter mutat, tenetur ad reſtitu-
tionem fructuum, ſeu diſtributionum
¶ Ca.13.nu.17.

Horas,qui dicit ſine attentione te-
netur repetere,quia non facit id,quod
præcipit Eccleſia,c.dolentes, de celeb.
miſſ. & opinio cõis habet hunc pecca
re mor. & expreſſe ſic determinat Pa-
lud.4.d.15.q.5. Gabr.in Can.lect.62.
Gerſon.3.p.Alphab.Verb.orationem.
Maior.4.d.12.q.7. Adria.quol.8. Me-
dina tenet contrarium in Man.de ora.
q.26.

q. 26. ¶ cap. 20. nu. 31. Vide in Ver. Recitare.

## *Hoſpes.*

HOſpita, quæ ſolet pollui ſecrete cum quodam ad hoſpitiū ſuū ueniēte, poteſt abſolui modo pollicea tur ſe in poſterum, nunquam receptu-rum eum, etiam ſine cautione, quod ſi non poſſet ſine maximo ſuo detrimen to, aut ſcandalo eum ab hoſpicio ſuo prohibere poſſet, ſine tali propoſito abſolui quatuor. concurrentib. Primo vera delicti pœnitudo. Secundo verū propoſitum non peccandi cum ſe inue nerit cum eo. Tertio, credulitas, quod Deo adiuuante non peccabit tunc. Quarto rōnabilis cauſa non prohibē-di eum ab hoſpitio. ¶ Man. cap. 3. nu. 15. & 20.

Hoſpitans gratis peccat ſordide ho ſpitando. ¶ Com. de ſilent. in diu. off. num. 23.

Hoſpites gratis recepti, & omnes inuitati de copioſis ferculis amicis mittentes ob inanem gloriam bis pec cant, & quia uana gloria eſt peccatū, & quia noceat alijs. ¶ nu. 80.

## *Hoſpitale.*

HOſpitale iudicetur beneficium, uel ea fundatione, vel ſi per electionem, & cōfirmationem prælati dicitur. Clem. quia contingit. §. quod aūt, de rel. dom. Eſſe, & nō eſſe benef. ex multis conijcitur ex copia conceſ-ſionis. Quod aūt clericis, & laicis ſo-let commendari non eſt benef. ¶ Conſ. 1. de rel. dom. per tot.

Hoſpitalarius, qui reditus hoſpita-lis, non inſumit in ea, ad quæ ſunt de-ſtinati, & qui ſciuit eos perdi, aut in alia inſumit peccat, d. Clement. Quia contingit, Archiep. 3. p. titu. ſecundo. Et ſi minus tarde recuperat alienata. A cap. quicunque. 12. q. 2. Et qui adeò negligit reficere edificia, quòd ob id cadant cum obligatione reſtituendi Hoſpitaliū, onera debeat implere per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 8. Et poſſunt ab Epiſcop. ad id compelli, etiā ſi ſint laici, non autem quando ſunt clerici Regularibus ſubiecti. ¶ Manu. cap. 25. num. 61.

## *Humilitas.*

VErbum hoc latinis Ethnicis nō ſignificat virtutem humilita-tis, quæ etiam Ariſtot. fuit incognita, ſed abiectionem, & vilitatem. ¶ Com. cap. inter verba. Concl. quinta. num. 3.

B Virtus eſt Deo præclara, & dilecta, præſertim in Regularibus cum ſine illa parū in Religione illi proficiant. argum. cap. 1. de pœ. d. 1. ¶ Com. 4. de Reg. num. 8.

Ad ſui exercitium non requirit ex-preſſam ad Deum ſubiectionem, ſed ſufficit ſubijcere ſua bona naturalia minora maioribus, & minora diuina maioribus donis diuinis alterius. Et bona animi naturalia diuinæ gratiæ alterius. 2. 2. queſt. 162. art. 1. ¶ Manu. cap. 23. nu. 6.

C Humilitas, ſeu modeſtia exterior non videtur ſubſtantialis compaſſio-ni. ¶ Com. ca. Fratres, de pœ. d. 5.

## De Littera I.

## *Ieiunium.*

† IEiunium duobus modis poteſt ſumi ſcilicet improprie, & ſic ſignificat abſtinentiā à vitijs, & dici-tur ieiuniū ſpirituale. Eſa. 58. Nonne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi, diſſolue colligationes impietatis.

Secundo Proprie, & ſic eſt ſubtra-ctio, vel priuatio cibi, & potus.

Diuiditur autē dupliciter, primo,

ſecūdum cauſam,& eſt duplex, primo ieiunium luctus, vt quando fit talis ſubtractio ad ſatisfactionem pro peccatis præteritis,vel cauendum pro futuris.Secundo, ieiunium exultationis cum fit ad leuandum mentem in diui norum contemplatione.Secundo diuiditur ſecundum modos. Et ſic eſt duplex, ſcilicet ieiunium Naturæ, quo quis ieiunus dicitur ante cibum ſumptum illa die, etiamſi poſtea pluries comeſturus ſit. Et ieiunium Eccleſiæ, quo quis ieiunat ſecundum modum ab Eccleſia præſcriptū ad carnis afflictionem.¶ Silue.Ver.ieiuniū, in prin.

Ieiuniorum dies ſūt quadrageſima quatuor temporum, vigiliarum, in quibus à media nocte, in mediam noctem nō licet pluries comedere,quàm ſemel,& non ciboſum vetitos,ſine cau ſa vera,aut putatiua, vel cum diſpenſatione.Thom.& communis in 4.diſt. 15.Innoc.& communis in Rub.de ob ſeru.ieiun.¶ Man.c.21.nu.2.

Inter dies ieiunij de præcepto eſt vigilia Pentecoſtes,cap.noſce, & cap. de ieiunio, diſt.76. & gloſſ.cap.ſcire, eadem diſt. reprehendit Gratianum, qui eodem cap.videtur tenere contrarium. Cum conſuetudo generalis ſit ieiunādi.¶ Cōſ.10.de obſeruat.ieiun.

Ieiunia omnia Chriſtianorum ſūt de iure poſitiuo humano, non autem diuino, nec naturali, & hæc eſt communis opinio, quicquid dicant nonnulli.¶ Man.c.21.nu.12.

Ieiunium Eccleſiaſticum iure com muni inductum, aliud eſt à ieiunio ex voto, & aliud ieiunium à Confeſſore in pœnitentia iniunctum, & aliud alio reſpectu ſuſceptum, & diſpenſatum ab vno, non cenſetur diſpenſatū ab alio.¶ Conſi.4.de obſer.ieiu.nu.4.

Ieiuniorum obſeruantia ſicut, & feſtorum locis diuerſis,diuerſa eſt.ca.

A pronunciandum.de conſecr. diſt. 3.& argum. cap. concilium. de obſeruat. ieiun.¶ Conſil.1.de conſtitut.nu.31.

Ieiunium frangit, qui horam præuenit notabiliter abſque iuſta cauſa, iuxta gloſſ.cap. vnum, 25.d.Palud.4. d. 15. q. 4. art.5.Scias,qui iuſta cauſa ſecundū Innocen. in Rubr.de obſeru. ieiun.Quam horam differre ſemper licet, modo non fiat cum ſuperſtitione. iuxt.S.Anton.2.par.titu.6.c.2.¶ Man. c. 21. Frangit ſecunda comeſtio, non autem tertia, aut quarta, ſecundum Duran.4.d.16.Angel.§.22. Silueſt.q. 4. quicquid dicat Maior. 4. d. 15.q.6.

B Non frangit potus & frequens vinū, aut aqua quacunque hora,& quocunque reſpectu ſecundū Tho.2.2.q.147. art.6.quamuis ad famem, & ſitim ſedandam,quicquid dicant alij ſine tex. aut iuſta ratione.¶ Ibid.nu.12. Neque guſtare etiam carnem ad guſtandum, nec præſumere medicinas, modo non ſumat quis tanquam cibum. Neque collatio in ſero facta, iuxta mortem regionis,etiam ad ſuſtentationem,ſecundum Innoc. & Caiet. modo non fiat in fraudem ieiunij. Non autem licet ſumere illam in mane differendo prandium vſque ad ſero, quia eſſet cō

C tra ius.¶ nu.13.

A Ieiunio excuſant primo impotētia, vt pueri vſque ad annum 21. Senes ſexagenarij,iuxt. communem, de quibus tamen D. Thom. nihil dicat. Mulieres grauidæ lactantes. Pauperes non valentes quærere cibum ad vnicam comeſtionem ſufficientem. num. 15. Secundo, Neceſſitas, vt quoties quis tenetur facere aliquid incompatibile illi ad vitæ,vel ſui ſtatus decentem conſeruationem neceſſariam, aut alia, quæ à ſeruando feſto excuſant. ¶ nu.16.Tertio,maius bonum, vt hi, qui non poſſunt ieiunando ſanctioribus,

bus,

bus, & melioribus operibus vacare, A quibus non ieiunando vacarent. arg. cap.non mediocriter,de conſec.diſt.5. Intellige de illis, qui ex charitate, & non ex mercede ea faciunt principaliter, ſecus ſi minus principaliter. ¶ Nume.17.

Ieiunium tollit peregrinatio cum propter perſonæ auctoritatem aliorũ deuotionem illa auget,& ille, qui peregrinatur, non poteſt vtrunque adimplere. Caiet. in ſumma. Et etiam quando eſt præcepta, aut voto ſuſcepta,aut iniuncta, non poteſt commode differri. Gabriel. 4.diſt.15.q.3.art. 1. ¶ Num.18.

B

Secundo, tollit illud cauſa, non tantum iuſta,ſed etiam,quę putatur talis. Palud.4.diſt.15.q.4.art.1. Anto. 2.p. tit.6.cap.2.Silueſt.& Caiet.vbi ſupra. Et qui credit non poſſe debet experiri,& ſi non eſt plene reſolutus, debet diſpenſationem petere. Quod ſi noluerit, non eſt abſoluendus tanquam non contritus. Et qui non poteſt quo ad totum,tenetur quo ad partem, quã poteſt, & qui non poteſt totam Quadrageſimã, tenetur ieiunare illos dies quos poteſt. ¶ nu.20.

In ieiunio generali diſpenſat ſolus Papa abſolute,argum.Clem. ne Romani.de elec.& c. ex inſinuatione.de appellat. in diurnalibus videtur poſſe Epiſcopus,& eo abſente parochus,& quilibet prælatus cum ſuis Religioſis. ¶Num.21.

C

Ieiuniũ,qui cauſam dat, vt aliquis frangat peccat, vt qui inuitat ad cęnã ſine iuſta cauſa, aut conſentit ad actũ cænandi,vel cum cauſa, quatenus eſt peccatum. Caietan.2.2.q. 146. art. 4. ¶Ibi.num.25.

Et qui cibos vetitos miniſtrat, niſi appareat eos teneri ad non ieiunandũ, aut diſpenſatione, ſiue conſuetudine id permittente. ¶ Nu.26.

Et Dominus, qui famulis ieiunare potentibus cœnam tribuit. ¶ conſi.2. de obſ. ieiu.

Ieiunare tenetur iure naturali, qui probabiliter credit ſe victum iri a tentatione carnis,niſi ſe ieiunio communicat.Th.2.2.q.174.art.3. ¶ Conſi.1. de pœn.& remiſſ. num.6.

Et qui mane edit ob incogitantiã, ignorantiam,inaduertentiam. Palud. 4.diſt.15.q.4.art.5. niſi comeſtio fuerit talis, quæ ieiunium fregerit, quia tunc non poteſt reparari. ¶Man.capit. 21.num. 27.

## *Ignorantia.*

IGnorantia triplex eſt, prima eſt affectata,ſiue optata,qua quis ignorat, quæ ſcire tenetur, & non vult ſcire, vt liberius peccet, iuxta illud pſal. Noluit intelligere vt bene ageret: relatum in c.Ideo.37.diſt. auget autem hæc peccatũ ex circunſtantia mali deſiderij. Altera eſt craſſa, ſeu ſupina, qua quis ignorat id, quod cõmuniter omnes ſui ordinis ſciunt,quod contingit ex culpa lata. Excuſat hæc à toto, ſed non à tanto. Tertia eſt iuſta,quam Theologi inuincibilem, Canoniſtæ autem probabilem appellant. Et eſt qua quis ignorat, quod non oportet eum ſcire. 1.q.4.§.notandum, & qua communiter omnes eiuſdem ordinis adhibita debita diligentia laborant.Th. 1.2.q.76. ar.3. Hæc omnino excuſat, quando eſt cauſa actus, ideſt, quando non fieret ille,niſi ignoraretur, ſi autẽ ſit Comes non excuſatur. ¶Man.c.23. nu.45.& conſi.1.de Conſtit.q.1.

Ignorantia iuris obſcuri excuſat, tanquam ignorantia facti, iux. gl. ſolemn. c.1. de poſtulat.lib.6.recep. per Dominicum, & alios, & per Fely. & citatos ab eo in cap.de quarta. de præſcript.

ſcript.nu.27. Conſil.2.de his, quæ vi. mu.2. Iuris dubij diuini, & naturalis. ¶conſi.20.de vſur.nu.2.

Iuris non frequentari, quia dicitur probabilis.c.ignorantia, de reg.iur.li. 6. ¶Ib.nu.7. Et iuris probabilis, quia æquiparatur ignorantiæ facti, iuxta glo.recep.cap.vnico, de poſtul. prælator.lib.6. ¶conſi.42.de ſenten.excom. num.8.

Ignorantia probabilis excuſat male ordinatum à ſuſpenſione, quia lex imponit pœnam præſumenti facere, & conſequenter doloſe agenti.¶Conſil.9.de temp.ord.num. 3. Et in Repet. cap.Accepta, de Reſtitut. ſpolia. oppoſ.8.

Ignorantia iuris excuſat Religioſos,qui illud ſcire non tenentur,& maxime ſi ius ſit obſcurum, & non multum frequentatum.¶Conſ.48.de ſent. excomm.Conſ.20. de vſur.

Ignorantia extrauagantis in foro tantum conſcientiæ,quo ad pœnas excuſat.¶conſ.52.de ſent.excom. Et quo ad peccatum mor.Innoc.c. per tuas, el 2.de ſim.¶conſ. 32.eo.titul.& in foro fori excuſat eos, qui extra Curiam à pœnis grauibus & excedentibus delicti naturam.¶Conſ.47.

Ignorantia iuris naturalis, diuini, vel humani clari, quod quis ſcire tenetur non excuſat.cap. ignorantia.de reg.iur.lib.6.cum ſuis concordantijs. ¶conſi.8.de pœn.& remiſ.nu.2. cõſi. 42.de ſent.excomm.nu.2. Manu. prælud.1.nu.17. Et quando eſt cauſa peccati tollit,vel minuit in totum, vel in partem,prout tollit, vel minuit voluntarium.1.2.quęſt.76.ar.1.¶conſi.5.de ſumm.trin.

Ignorantia probabilis iuris diuini naturalis non datur,tamen iuris diuini poſitiui dari poteſt,vt probat Caie. tom.primo,opuſ.tract.quinto, quæſt. quinta. ¶Com. capit. primo de pœn. diſt.6.num.92.

Ignorantia excommunicationis excuſat ab ea,licet non a peccato.¶conſ. 50. de ſen. exc. nu.4.conſ.48.nu.1.Et licet nõ excuſet à toto excuſat a tanto Et quę excuſet a pœna non intelligitur de ordine, ſed de extraordinaria ſecũdũ Anto.c.a nobis, de ſen.excom. & ca. 2. de conſt. lib. 6. ¶ Conſi. 54. eodem.& conſ.52.eod.

Ignorantia facti excuſat a pœnis.c. ita quorundam. de Iud. omnes. Iuris vero quoſdam ſic, vt paruulos,& rudiores, quoſdam non, iux.ca,quæ habentur. c. ignorantia. de reg. iu. li. 6. ¶ Com.d.c.ita quorũdã.No.8. nu.25.

Ignorantia probatur,quo ad forum exterius primo per præſumptiones iuris, quia regulariter præſumitur, donec ſcientia probetur. cap. præſumit, de reg.iu.lib.6. Secundo,per iuramentum.c.paſtoralis,de excep. Tertio,probando aliquid,quod neceſſario conſequitur illam,vt quòd erat infans, vel furioſus.cap. indutus. 3.q.9. Quarto probando aliquid, quod veriſimilis ignorantia conſequitur, vt probando abſentiam. capi. ſi qui matrimonium accuſa. non poteſt. ¶ conſil. primo de conſt. num.6.

Ignorantia præſumitur vbi nõ probatur ſcientia ca.præſumitur. De reg. iuris.lib.6. ¶ conſ.54. de ſent. excommunic.num.3.

## *Illegitimus.*

ILlegitimus ille dicitur, qui defectũ natalium patitur, quocunque modo, & ad defectum corporalem reducitur,& includit omne illegitimorum genus.gl.c.niſi cum pridem.de renũc. Et ſi eſt occultus, & creditur legitimus debet legitimationem procurare occulte, quæ facile illi conceditur ſecun-

ſecundum Anton. & ſecum ſolus Papa diſpenſat ad ordinem ſacrum dignitatem, & beneficium Curatum. ¶ Man.c.27.nu.201.

Credens ſe eſſe talem ex dicto matris debet deponere ſuam credulitatē, ſi vult ordinari, alloquin contra conſcientiam ageret, & conſequenter peccaret, cap.fin. de præſcrip.

Nec ſufficit deponere illam, & ponere ſe in ſtatu dubij, quia etiam contrairet propriæ conſcientiæ. ca.ad audientiam.de hær. Debet igitur credere firmiter ſe eſſe legitimum, & præſertim quando habet iuſtum motiuum, tum quia lex iuſta præſumit illud.l.filium.ff. de ſtatu hominum, tum quia adulter, nihil vnquam ei dixit, & populus credit eum eſſe legitimum, & matres in ſimilibus caſibus ſæpe falluntur, & mentiuntur ob multos reſpectus. ¶ Conſil. 1.de fil.presb. nume. 1.& 5.

Illegitimus irregularis eſt cap.1. & fi. de fil. presb. non eſt tamen ſuſpenſus, quia nemo ſuſpenditur ſine culpa propria, ſecundum omnes. ¶ conſi. 40. de temp.or.

Capiens beneficium ſine diſpēſatione, vel penſionem, peccat mort.c.1. de fil.præsb.lib.6. & acceptio eſt nulla, ideo tenetur relinquere, niſi ſecum diſpenſetur. Conc. Trid.ſeſſ.28.c.15. ¶ Man.c.25.nu.17.

Ordinatus ordinibus minoribus non eſt ſuſpenſus, poteſt autē ſuſpendi. cap.vel non compoſ. de temp. ord. ¶ conſil.5.eod.tit. Nec valet illi legitimatio a Comite Palatino facta quo ad hoc. ¶ Ibi.

Illegitimus ordinatus in ſubdiaconum, & ſuſpenſus, ideo ſibi conſulere debet in vtroque foro. ¶ Conſil.39.de temp.ord. Si autem bona fide credit ſecum deſponſatum, & ordinetur cum

A dimiſſoria ſuam prælati, non eſt ſuſpenſus, quia non ſumit præſumptuoſe, & cum dolo. ¶ Conſil.3.de æta.& qual.num.1.

Factus Canonicus Regularis, & regulariter factus Religioſus, poteſt ordines ſacros ſuſcipere, ſed non prælaturam. ¶ conſi.3.de fil.presb.nu.2.

† Intellige de illegitime nato aliter, quā ex ſacrilegio, & inceſtu, quia iſte poteſt quidem fieri religioſus, profeſſus, laicus, ſed non clericus, vt decernit Sixtus V. in ſua extrauag. quæ incipit, Cum de omnibus, lata anno 1587. Et conſequenter non poteſt ordine ſuſcipere, niſi ſecum [illegible] ſpecialiter diſpenſatum.

B Diſpenſatus ad ordines per religionis ingreſſum, non cenſetur diſpenſatus ad beneficium perpetuum, quale eſt dignitas, officium, vel perſonatus perpetuus. Neque ad beneficium curatum, etiamſi ſit manuale Card.cum communi. cap.1.de fil.presb. quæſt.8. ¶ Vbi ſup.

Quare factus Religioſus, & ſanctæ profeſſus indiget diſpēſatione Apoſtolica, quo fieri poſſit Prælatus. ¶ Com. 1.de Regular.nu.6.

C Cum promoto ad Subdiaconatum ſine Papæ diſpenſatione, poteſt epiſcopus originis diſpenſare ſecundum Gratianum.c.non irritati, 9.q.2.§.his authoritatibus. Quia poteſt abſoluere ab omni ſuſpenſione lata a iure regulariter, & poſt alios reſoluit. Sifueſt. Verb. Suſpenſio.q.8. ¶ Conſil.3. de æta.& qual.num.2.

Poteſt liberari a ſuſpēſione per virtutem Iubilæi, quo ad forum conſcientiæ tantum non autem quo ad forum exterius, neque quo ad irregularitatem incurſam. ¶ Ibi.

Illi-

## Illiteratus.

A

ILliteratus appellatur ille, qui licet ſciat vtrunque legere, neſcit tamen latine. c. illiteratos. 36. d. & c. fi. de tēp. ord. lib. 2. Intelligitur imperitus ille, ſcilicet, qui & ſi ſciat latine, parum tamen de illo ſcit, & non competenter, vt d. Archid. ſuper illo cap. Tertio ſignificat illum, qui penitus illiteratus eſt, vel mediocriter caret litteris, vt gloſ. illius cap. ſentit, & Card. Quarto, ſignificat illum, qui non nouit penitus ſacras litteras. Card. S. Sixti. ¶ Releƈt. capit. ſi quando, de reſcript. excep. 13.

B

Illiteratus nō eſt penitus, qui Grāmaticam quidem non dedicit, ſed ex vſu pfeƈte loquitur litteraliter Card. Alex. in c. 2. d. 38. facit c. cum in cunƈtis, de eleƈtion. Bart. in Auth. ſed nouo iure. C. ſi cerium petat. dixit, quod qui legere, vulgariter nouit, ſed non callet latine, litterarum dicitur imperitus, quamquam Fel. in cap. ſciſcitatus, aliter ſentiat. Et Rebuff. in libro de pacific. poſſeſſ. nu. 214. ait, illiteratum eſſe, qui nullas ſcit litteras, aut qui ſcit modicas, vtpote, qui ſcit legere, ſcribere, ſermone vulgari. ¶ Ibi.

C

Illiteratis non poſſe, neq; ordines, neque beneficia cōferri, ſatis probat. cap. prædiƈtus illiteratos. 36. d. & c. fi. de temp. ord. l. 6. Eſt enim irregularis ſecundum Alua. lib. 1. de planƈtu Eccleſiæ. ar. 48. & affirmat Innoc. & recep. ab omnibus in c. cum miniſter, de conceſſ præb. Quod intelligitur de illo, qui nullas dedicit litteras. Vbi ſupra. excep. 12. Et eſt beneficij incapax. Qui autem ſcit legere, & ſcribere reponendus eſt in numero litteratorū, quo ad hoc ſecūdum ius nouum. Côc. Trid. & de conſuetudine, & praxi noua Vrbis. ¶ Ibi. except. 13. nu. 8.

## Imago.

IMago Dei in homine eſt. Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. c. Hæc imago. 33. q. 5. Th. 1. p. q. 93. art. 1. Atque vt tradit ibi art. 4. Illa eſt triplex, iuxta gloſſ. pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. prima creationis, qua homo ſecundum intelleƈtualem naturam eſt aptus ad cognoſcendum, & amandum Deum. Secunda recreationis, qua diligit Deum in hac vita imperfeƈte tamen, & dicitur imago gratiæ. Tertia appellatur gloriæ. Non primam, ſed ſecūdam homo perdidit per peccatum. Thom. 1. 2. quæſt. 85. artic 1.

Imago Dei eſt in animaa etiam ſecundum alias ſuas potentias, vt dicitur verſ. Anima. Cum ſint autem in homine non conſiſtit in naturali figura, neque in eſſe, vel ſentire, ſed in eſſe intelleƈtuali quo præſtat cæteris animalibus iuxt. Aug. lib. 83. quæſt. q. 51. & in ſapere, & intelligere, & aptitudine ad cognoſcendum, & amandum eum. iuxt. D. Tho. 1. p. q. 93. ar. 2. quare quo ad mentem ſolam gerit prędiƈtam imaginem. ¶ Manu. prælud. 3. nume. 16.

Imago Dei non eſt mulier, ſecundum Apoſtol. 1. Cor. 2. Quod intelligitur ſecundum Auguſt. vt declarat D. Tho. vbi ſup. quia ex illa non procedunt omnia, ſicut ex Adam, qui fuit origo omnium hominum, ſicut Deus omnium abſolute. ¶ Com. ca. primus. de pœnit. d. 2. per totum, & in Manu. prælud. 3. numero 17.

Imago deficit à ſimilitudine, quia hæc tantum attenditur, ſecundum iuſtitiam, & bonam operationem, & in ſolis iuſtis inuenitur. ¶ Com. Sed nec Adam. ead. diſt.

Ima-

Imago differt à veſtiogio, quia illa inuenitur in ſolis creaturis rationalibus. Hoc autem in omnibus abſolute ſecundum Magiſtr.& D.Tho.& alios in 1. ſent.d.3.Ibidem Tho. 1.p.q. 45. ar.7.¶ Com.cap.princ.eadem d.

## *Impediens.*

IMpediens aliquem à conſequẽdo officio beneficio, aut alio bono, ita ei debito, vt haberet in eo ius perfectum, appellatum ius in re, quæſitum per diſpoſitionem inter viuos, aut vltimam voluntatem, collationem, aut alterum modum legitimum, vel etiam ſi eſſet ius imperfectum,& ad rem per iuſtam promiſſionem, emptionem, electionem, expectatiuam,&c.tenetur reſtituere regulariter damnum paſſo ſecundum Adrian.4.de reſtit.q.4. Alias non niſi impediat per modos iuſtitiæ contrarios, videlicet per vim, dolum, metum, mendacium, aut aliam fraudẽ etiam ſi dolo, aut alia mala intentione impediat, quia per illos modus impediens tenetur ſecundum omnes per l.1. & 2. C.ſi quis aliquem & l.fina. ff.de hæred.inſt.¶ Manu.cap.17.num. 69.& 32.

Impediens curſum cauſarum ad curiam, vel in curia excommunicatur. Et executionem litterarum Apoſtolicarum, & impetrationis gratiæ, vel iuſtitiæ litterarum, etiam ſi impedimenta fiant auctoritate priuata laica, vel Eccleſiaſtica, & eſt excommunicatio Bullæ Cœnæ.¶ Man.c.27.nu.68.

Impedientes ſimiliter Archiepiſcopos, Epiſcopus, aut alios prælatos Superiores, vel Inferiores, & quoſcunque iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quo minus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, vtantur contra quoſcunque, ſunt excommunicati per dictam Bullam.¶ Ibi.nu.69.

A Impedire mala, quæ præparari contra proximum videt, cum ſaltem caute poteſt, tenetur quiſque cap. Quantæ de ſent.excom. cap. Error. 23.q.3. ¶Com.c.inter verba.concl.6.nu. 549.

## *Impedimentum.*

IMpedimenta matrimonij. Verbo matrimonium.nu.15.

Impedimentum dirimens matrimonium imponere non poteſt Synodus, aut Conc.Prouinciale.¶ Conſil.5.de Reg.num.8.

Impedimẽtum nullum iuſtius, quá facti, per quod non poteſt quis facere B etiam de facto, quod ei iubetur, argumen.ca.nemo.de reg.iur.lib.6.¶ Cóſ. 9. de cle.non reſid.nu.7.

Impedimentum, quod præuideri non potuit, non præiudicat; ſed excuſat promittentem. c.communiter. 35. d.cap.quemadmodum.de iure iurand. ¶ Conſi.51.de præb.nu.3.

Impedimentum non præſtat, quod eius non ſortitur effectum per regulã. lib.6.¶ conſi.5.de conſt.nu.19. Com. de reb.Eccl.nu.19. Habet etiã hæc regula multas fallatias primo ĩ delictis & ĩ maleficijs,& quo ad impedimẽta, quæ expreſſo iure producuntur.c.Di-C ſcretionẽ. de cogn.ſpir.¶ Ibi. nu. 10.

Impedimento vno de duobus ſublato, non cenſetur ſublatum alterum. l.ſi domus. ff.de ſeruit.vrb.prædio ca. ex tuarum de vſu, & auctor. palij. ¶ conſil. 28. de temp. ordin. conſil. 2. de conſangu.

Impedimento vno, ex dependentibus ſublato remanet alterum. cap.ex tuarum, de vſu palij.¶ conſil.4.de conſangu.num.3.

## *Impeditus.*

IMpedito legitime non currit tempus.ca. Quia diuerſitatem. de conceſſion.

ceſſion. præbend. Legitime autem impeditos dicitur, qui ex obedientia paterna id facit. ¶Conſil. 3. de Renunc. nu. 3. conſ. 6. De his, quæ ui, nu. 2.

Impeditus reſtituetur ad tantũ tẽpus, ad quantũ lex ſtatuit, aliàs ſolum ad illud in quo fuit impeditus. ¶Cõſi. 17. de temp. ord. nu. 3.

Impedito propter ſuam culpam nõ currit præſcriptio. ¶conſi. 50. de ſpon. num. 6.

Impeditus non dicitur, qui impedimentum tollere poteſt. argũm. c. fin. de elec. li. 6. ¶Miſc. de ora. c. 22. nu. 132.

## *Impenſa.*

IMpenſa omnis inordinata. id eſt ſacta contra rectam rationem naturalem, diuinam, vel humanam, peccatum eſt ſaltem veniale, quia eſt prodigalitas, vt probat D. Tho. 2. 2. q. 118. ar. 1. Et magis peccatum eſt facta à clerico, quàm à laico. Et ſi clericus eſt regularis, magis peccat faciendo illam de bonis eccleſiaſticis acquiſitis ante. Et quæ ſint illa. ¶De red. eccleſ. q. 1. Mon. 10. 56. & 62. & de Reſt. eorum. q. 2. Mon. 20.

Impenſa facta à Clerico ſęculari de bonis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus, vel etiam eccleſiaſticis ex illa parte, quæ illi ad decentem vitam ſunt deſtinatis non magis peccatum, quam facta à laico inducit. ¶Ibi. q. 1. mon. 30. & mon. 77.

Impenſa bene eſſe intelliguntur bona, quæ data ſunt pauperibus, quibuſcunq; etiam alienigenis, & locis pijs, etiam extra parochiam. ¶Man. cap. 17. num. 94.

Impenſa maior facienda non eſt, quam ipſa res valet. l. meditare. C. de vino, & tribu. lib. 6. ¶Conſi. 2. de Decimis. num. 3.

Impenſas, quas commodatarius facere iure tenetur, vt victus, & A curationes exigui precij petere non poteſt ſine peccato. l. in rebus. §. poſſunt. ff. commod. & Bart. in l. Diuortia. §. impendia. ff. ſolu. matrim. ¶Manu. c. 17. num. 186.

## *Imperator.*

IMperatorem etiam Romanorum, eſſe Dominum, & Regem totius mundi, qui dicit errat, & ſtulte dicit contra Bart. in extrauagant. ad reprimendum. ¶Com. cap. Nouit. de Iudic. Not. 3. num. 156.

Imperatorem omnia, quæ habet iniuſte quæſiſſe, aut tenere falſum eſt, B teneretur enim reſtituere. argum. c. ſi res aliena. 14. q. 6. & Reg. peccatum. li. 6. quod falſum eſt, neque id aliquis diceret. Secundò, quod Romani multa bellis ſuis iuſtis, ſuo Imperio adiecerunt. Tertiò, quod multi eorum, quos cum ſibi ab initio ſubiecerunt Imperio, vt ex Liuio colligitur, vere, & libere, & ſponte coram Deo eis conſenſerunt, quod ſufficit ad hoc, ut male occupata iuſte poſſint teneri, vt expreſſe determinauit Ioan. Pariſ. de poteſtat. reg. & Papæ, c. 5. & multi Impe. Roman. in cathalogo Sãctorum relati ſunt, vt Carol. Magnus. ¶Ib. nũ. 158.

C Imperatorem eligere ius habent ſeptem Germaniæ magnates, qui recenſentur a gl. ſingul. & recep. in cap. Ad Apoſtolicæ, ſub finem, de re Iud. lib. 6. quod ius habent a Summo Pontif. De cuius electione an recta nec ne ſit, vel cenſenda ipſe iudicat, confirmat, aut caſſat per cap. Venerabilem. de electio. Et ipſe Imperator fidelitatem iurat. c. tibi. 63. d. Clement. 1. de iureiur. & iuſtis de cauſis ab illo deponitur per d. c. ad Apoſtolicæ. ¶Vbi ſup. nu. 3.

Imperator inſulam, ſiue diadema à Papa accipit. l. bene à Zenone. C. de quadr.

quadr. præſcrip. l. omnes dies. C. de ſer. & iure, quia quando coronatur Imperium oritur, vt probat glo. fin. verb. ortus. ¶Ibi. nu. 7.

Diſcere, & non docere debet, quæ religionem tangunt. c. ſi Imperator. d. 96. ¶conſ. 25. de ſent. excom. nu. 2.

## Imperium.

IMperia celeberrima, quatuor fuerunt primum Aſſiriorum, & Caldeorũ. Alterum Medorum, atque Perſarum. Tertium Græcorum. Quartum Romanorum. Sed vt ait Auguſtinus 18. de Ciuit. Dei. c. 7. per violentiam ceperũt. Non tamen propterea ſequitur ea non fuiſſe talia. ¶ Relect. c. Nouit. de Iudic. notab. 3. nu. 132.

Imperium laicum vnum eſſe, ſicut & Imperium Eccleſiaſticum, qui credit errat, quia primo id nullo iure diuino ſupernaturaliter dato, ſiue reuelato probatur. Secundò nulla ratione naturali concludi poteſt. ¶ num. 153. Neque id probat. c. in apibus. 7. q. 1. vt multi exiſtimant, ſed tantum probat vni Ciuitati, ſeu vnigeniti, vnum debere præeſſe. ¶nu. 155.

Imperium tranſlatum fuit à Græcis ad Romanos à Papa anno Domini 776. ſecundum gl. ſing. & recep. c. Venerabilem. de elect. ¶nu. 158.

Imperium non habet par in parem. c. innotuit. de elect. col. penult. ff. de recept. arb. ¶Com. 3. de Regul. nu. 8.

## Impetratio.

IMpetratio beneficiorum poteſt fieri pro aliquo, ſine mandato eius, vt eſt caſus in c. ex ore, & glo. cap. ſed aures, & c. Nonnulli. de reſcrip. Idem de impetratione priuilegiorum, & immunitatum, ſecundum Ludo. Roman. quem ſequitur Fel. Idem de omnibus litteris gratiæ, quæ non dantur ad lites, vt definit Rebuff. in prax. benefic. tit. de diff. inter reſcrip. Gratiæ, & Iuſtit. ¶conſi. 4. de priuil. nu. 3. 4. & 5.

A

Impetratio diſpẽſationis, tacita copula inceſtuoſa, videri poteſt ſubreptitia; at tenendum eſt contrariũ ex Deciſio. Rotæ 32. de reſcrip. in nouis, quã ſequitur Fel. ¶conſi. 5. de conſang.

Impetratio ſubreptitia non valet c. Poſtulaſti, & c. ſuper litteris, de Reſcrip. ſubreptitia autem cẽſetur, quando conceditur id, quod nullatenus, aut difficilius cõceſſiſſet Papa ſi veritas ei narrata fuiſſet d. c. Poſtulaſti. ¶ Com. 3. de Regul. num. 8.

B

Impetratio non requirit expreſſionem qualitatum communi iure inhærentiũ, eſt deciſ. Rotæ 75. in antiquis. ¶Ibi. num. 13.

Impetratio diſpẽſationis ſuper vno impedimento tacito alio, valet, quo ad hoc, vt illud ſublatum ſit. Si autem copula eſt facta ad finem, vt facilior ſit diſpenſatio nihil valet per Conc. Trid. c. 4. de refor. matrim. ſeſſ. 24. niſi de illa fiat mentio: & ſi fiet non dabitur hodie. ¶conſi. eo.

Impetratio eius, quod iure conceditur fruſtratoria eſt, l. 1. ff. ad municipalem, ttadit glo. recep. c. 1. de Reſcrip. Vtilis tamen eſt ad tollenda dubia, & ſcrupulos. ¶cõſi. 48. de Reg. nu. 2. & 5.

C

Impetrare quis non poteſt diſpenſationẽ pro alio ſine ſpeciali eius mandato, vt videtur expreſſum in c. innotuit. de elect. quod ad hoc putat eſſe ſingulare Panor. ibi, & in c. ſubſtituta, de reſt. in integrum. Idem de reſcripto, vt patet in cap. Nonnulli. §. ſunt & alij. de Reſcrip. ¶conſi. 4. de priuileg. num. 2.

Impetratum à quo ſit, modo à Principe ſit conceſſum, nihil refert ſecundum Bald. communiter recep. in l. vniuerſis. C. de precib. imp. off. ¶Ibi.

Impo-

## *Impotentia.*

IMpotentia à reſtitutione excuſat; quando quis omnia fecit, quæ potuit ad reſtituendum iuxta conſilium Confeſſoris. c. Odoardus, de ſolu. & l. nam & is. ff. de dolo, & doli excep. & tradita per D. Thom. 2. 2. q. 62. ar. fi. ¶ conſi. 4. de iniur. nu. 4. Man. c. 17. nu. 75. c. 75. de Reg. num. 25.

## *Inaduertentia.*

QVando eſt cauſa actus excuſat à peccato, ſicut & incogitantia. ¶ Conſi. 34. de Homic. nu. 1. Et conſ. 3. de ſumma Trinit. nu. 1. per notata à S. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 5.

## *Incapax.*

CVi aliquid tacita fide relictum eſt illud renūciando lucratur dimidiam, alij vero tertiam, iuxta l. Senatus. §. Seruatus. ff. de iure fiſc. Et tradita ibi per Bald. ¶ conſi. 8. de teſtam. num. 6.

## *Incantatio.*

INcantationes, qui adhibet ad animalia ſeruanda, vel inuenienda vtendo verbis ſacris, aut prophanis, vel aliqua vana obſeruatione peccat mor. S. Tho. 2. 2. q. 96. ar. 4. ad 2. ¶ Man. c. 2. num. 31.

## *Inceſtus.*

INceſtus quid. Verb. Luxuria. nu. 4. Cum matre, & filia carnali crimen eſt maius adulterio. c. Adulterij malum 32. q. 1. Alius tamen in gradu remotiori, vel cum cognata ſpirituali, non videtur eſſe tam grādis ſicut adulterium. argum. l. ſi adulterium. §. 1. ff. ad leg. Iul. de Adulter. & D. Tho. 22. q. 154. ar. 9. ad 3. quicquid gloſſ. dixerit. in dicto cap. & §. de adulter. ¶ con-

A ſi. r. de teſt. in integ. nu. 1. & 2.

Inceſtus ſpiritualis, non eſt proprie inceſtus, quia ſola coniunctio con ſanguineorum talis eſt, aut affinium. 36. q. 1. ¶ Ibi.

Non eſt hæreſis, neque quid illi annexū. eſt enim contra uirtutem caſtitatis; non autem fidei. 2. 2. quæſt. 154. ar. 9. ¶ Conſil. 1. de hære. num. 2.

Inceſtus, inpedimentum eſt matrimonij; non aūt ex his, quæ dirimunt ſecūndum omnes præcipue Palu. 4. d. 34. quem ſequitur Archiepiſcopus. 3. p. ti. 1. c. 15. §. 4. ¶ Cōſi. 2. de conſangu. & affin.

B Tale autem impedimentum adducit inceſtus cum Affine admiſſus durante matrimonio ita vt non poſſit contrahere cum quacunque alia c. 1. & 2. & c. tranſmiſſę, de eo qui cogn. conſang. vxo. ¶ Man. c. 22. nu. 74. Inceſtus cum conſanguinea, non impedit matrimonium contrahendo cum quacunque alio, ut impedit inceſtus cum affine, ita tenent Theol. in 4. d. 37. Tho. Ibi. Archiepiſ. 3. p. ti. 1. c. 26. Silu. verb. Matrim. 7. imp. vlt. Primo, quia nullo iure id cauetur. Secundo, quia videtur hoc inductum, non ob criminis grauitatem ſed ob iniuriam
C facta matrimonio per coitū cum eius cognata, vt ait Ricar. Sed contrarium tenent Canoniſ. Panor. & Præpoſ. c. 1. & 2. de eo, qui cogn. conſang. vxo. Ang. verb inceſtus. §. 5. & ſtilus Curiæ id ſeruat, facit ca. ſi duo. 35. q. 6. & c. ſi 35. q. 8. ¶ Man. c. 22. nu. 74. & cōſi. 17. de ſponſ. per tot.

Inceſtus impedimentum tollere Poteſt Epiſcopus ex iuſta cauſa. c. ſi duo. 35. q. 6. ¶ Conſi. 5. de conſang. Et ſi eſt ſecretus non debet reuelari in literis Apoſtolicis cum grandi opprobrio volentium contrahere, ſed ſufficit impetrare diſpenſationē clam a ſacra Pœnitentia,

nitentia,vel à ſuo epiſcopo.¶ Ibi.

Inceſtus occulte poſt commiſſioné ad diſpenſandum commiſſus commiſſario interroganti cõtrahentes fateri non tenentur, quia eius manifeſtatio non eſt ad ſubiectam diſpenſationis neceſſaria per iura vulgata.¶ Conſi.2. de ſponſ.nu.5.

† Videant tamen ne mentiantur,& magis ne ſint periuri ſi iuramento interrogentur, an inceſtum commiſſerint. Quia aliud eſt ſe non teneri ad non propalandum occultum inceſtũ, aliud mentiri dicendo ſe nõ admiſiſſe. Colligitur ex eodem conſilio.

Inceſtuoſus ordine naturę fit, qui cognoſcit à cognato cognitam. c. nec eam.35.q.3.¶ Conſi.7.de ſponſ.& nõ poteſt contrahere,neque cum illa,neque cum alia.¶ Conſi.5.de conſangu.

## *Indicium.*

INdiciũ dupliciter ſumitur. Primo, communiter,vt frequenti caſu ſigna indicia vocamus. Secundo proprie,vt ſumunt Iuriſtæ, & eſt duplex, perfectum, & imperfectum. Perfectũ ad quod duo requiruntur teſtes, neque ſufficit unus, niſi ſit omni exceptione maior, uel niſi teſtificetur de maleficio ipſo ſecundum Bar. communiter recep.in l.fi.ff.de quęſt.nu.7. Cũ autem teſtificatur de aliquo iudicio non ſufficit,ſed debent eſſe duo,vt no. in l.fi.C.fam. erciſ. Imperfectum autẽ indicium eſt, quando teſtis eſt ſingularis.Caie.2.q.69.ar.2. ¶ Cõ. in Rub. de Iud.nu.38.

Indicia ad interrogandum reum requiſita debent eſſe non qualia,qualia, ſed perfecta.¶ Ibid.

Indicia ad inquirendum non ſufficiunt extraiudicialia. ca. inquiſitionis. de accuſ. licet Sot. contra ſenſerit de ratione reg.ſecr.mẽ.2.q.6.& Caie.

A 2.2.q.60.ar.4. Iudicialiter autem probata ſufficere poſſent, quia ęquipollẽt infamiæ,quatenus pariunt quandã delicti notorietatem,& ideo poſſunt loco accuſatoris haberi per quod ſaluatur Caieta. non autem Sot. qui negat ſemiplenam probationem in id ſufficere.¶ Vbi ſup.nu.79.& com.cap.inter verba concl.6.nu.370. Neque ſufficiunt leuia ad inquirendũ de hæreſi, quia ex tali occaſione magnũ,& acerbum præiudicium fieret.¶ Conſi.1.de hęre.num.8.

Indicia ſufficientia faciunt capturam iuſtam, quo ad hoc, ut iudex capiens excuſetur à delicto,& culpa male capiendi, non tamen ſufficiunt, vt ſit iuſta, quo ad id, ob qđ eſt captus, alioquin nemo diceretur captus iniuſte, cum non capiatur ſine indicijs. ¶ Conſi.9. de cler.non reſid.nu.9.

B

## *Indulgentia.*

INdulgentiæ verbum æquiuocum eſt, & varia ſignificat.Apud Latinos enim importat mollem permiſſioné,& educationé, vt apud Quinct. lib.1.Inſt.& in cap. cum ad monaſterium de ſta.monac. Secundo, ſignificat dare operam,& ferè ſemper ſumitur in malam partem,indulgere gulæ, ventri, &c. vt apud Caton. de Amic. Tertiò,ſignificat ignoſcere apud Barbaros tantum ſecundum Vall.li.4. ca. 18. Quartò, ſignificat remiſſionem pœnæ in foro exteriori, vt l. fina. C. de Aboli.

C

Quintò, gratiam, priuilegium,& diſpenſationem. capit. 1. de Reſcrip. Clem.2.de cęleb.miſſa.

Et tandẽ apud Theolo. & Canon. importat remiſſionem pœnæ, in foro pœnitentiali.

Eſt igitur Indulgentia remiſſio pę nę temporariæ debitæ actuali peccato

A pœnitentis extra ſacramentalem abſolutionem, facta à prælato Eccleſiæ ob rationabilem cauſam, eam de Theſſauro ſatisfactionum Eccleſiæ compenſante. ¶ De Iub. noi. 20. & not.5.

Indulgentię inuentū non eſt nouū, vt Hæretici ſomniant, vt patet in extrauag. Antiquorum, quæ condita fuit anno 1300. Et ante illam Honor. 3. in cap. noſtro. de pęnit. & remiſſ. Ante Honor. Innoc. 3. ca. cum ex eo, eodem titu. Sed pręcipue Greg. Magnus anno 619. ſtationes, ſeu ceremonias ſtatas Indulgentias quęrendas Romæ ſtatuit, ſecundū Sanct. Thom. 5. d. 20. q. 1. ar. 3. Et licet nullum ſit in Sacris

B ſcripturis de illis teſtimonium apertum, nullū ſacrorum Doctorum, Græcorum, aut Latinorum antiquorum, expreſſum verbum, vt ait D. Anton. 1. p. ti. 10. cap. 3. Ratio fuit, vt exprimit Roffenſis ar. octauo. contra Luth. quia non forte cōſtat a quo ſtatui cęperint, & quod non fuit illarum fides explicita, tam neceſſaria in Eccleſia, atque nunc eſt propter charitatis ardorem, & criminum raritatem, quia tunc magna canonica vindicta puniebantur. Poſtquam igitur de Purgatorij pœnis cœperunt homines trepidare, Indulgentiarū vſus, qui tunc rarus erat,

C cœpit ī Eccleſia frequētari. ¶ Notab. 7.

Indulgentia peccati, & remiſſio eiuſdem, idem ſignificat, facta tamen ſine ſacramento, iux. extrauagan. 2. de pœn. & remiſſ. & pro remiſſione pœnę ponitur, quicquid dicat Valla lib. 4. cap. 8. l. final. C. de abol. cri. differt tamen indulgētia plenaria à remiſſione omnium peccatorum, cū ſit genus ad hanc. Quare ſequitur, quod ſignificat remiſſionem per tranſlationem ſaltem. Neque ſunt piæ Chriſtianorū fraudes vt ſomniant Hæretici impij damnati à Concil. Lugdun. ca. fin. de pœ. li. 6. & Conc. Conſtan. ſeſſ. 8. & Trid. ¶ notab. 8.

Indulgentia eſt duplex: prima, non plena illa. ſ. quæ partem pœnitentiæ iniunctæ, vel iniungendæ per ſe condonat, vel etiam per accidens condonat totam, vt indulgentia decem dierum applicata ei, cui non eſt maior iniuncta, neque iniungenda.

Secundo plena, quæ per ſe totam pœnam pro peccatis confeſſis iniunctam, vel iniungendam, uel pro omnibus etiam lætalibus non Confeſſis & venialibus, tollit.

Et per has tres particulas, tres Indulgentiæ plenæ, ſpecies diſtinguuntur, vt quædam ſit plena, quędam plenior, quædam pleniſſima, quæ quidem membra aliter definit Palud. 4. d. 20. quęſtio. 4. aliter Archiep. 3. par. ti. 10. cap. 3. & Adrian. de indulg. & Maior. Ibi. quęſt. ſecunda. Qui etiam contra ſeipſos pugnant.

Plena conceſſa, non cenſetur conceſſa pleniſſima, neque plenior, quia cum ſit ſtricti iuris; ideo ſtricte eſt interpretanda. & plenaria conceſſa viſitantibus certum locum non eſt pleniſſima, eſt aūt talis, quando datur ad inſtar. ¶ Iubil. no. 3.

Indulgentia veniam peccati dat, nō quo ad culpam, ſed quo ad pœnam nō æternam, ſed temporalem, quia conceditur ſine ſacramento. Ideo nulla indulgentia proprie appellatur a culpa, & pœna, ut ait Ant. 3. par. ti. 10. ca. 3. niſi improprie, quod colligitur Clem. 1. §. 1. de priuileg. & Clem. 2. de pœnit. & remiſſ. quia remiſſionem præſupponit maculæ, ac culpæ ui contritionis aut ſacramenti habitæ. Quod verificatur etiam de illa, quę eſt vnius diei, quia directe aliquam pœnam temporariam, quæ ſaltem imperfecta pœna eſt, tollit. Non tamen verificatur

ficatur de omni, quia non totam pœnam condonat, talis autem remiſſio differt ab ea, quæ in ſacramento fit cũ fiat per compenſationem ſoluendo de Theſauro Eccleſiæ, tantum quantum remittitur, quærenti: ſacramentalis autem remiſſio per diuinam liberalitatem. ¶ No. 10.

Indulgentiam vnam, & eandem alius plenius, quàm alius quærit, licet partem tantum cauſæ eius implens, nihil conſequatur, prout plura, vel pauciora fecerit requiſita. Et hoc prouenit non prout ait gloſſ. propter maiorem meritum, quia efficacius indulgentiam conſequi non eſt mereri, ſed propter maiorem deuotionem, qua ad iuſtam cauſam indulgentiæ magis accedit aliquis, quam alius. Indulgentiæ enim eiuſdem cauſa iuſta ab vno impleta, cum maiore deuotione erit ſufficiens, & alia inſufficiens. Et quod plus, vel minus propoſuerit quis ſatisfacere ſecundum Caiet. Tractat. de Indulgen. & prout quis plus, vel minus eſt in ſtatu gratiæ, dum adimplet ea, quæ facienda ſunt ad illam quærendam.

Indulgentias tantum valere, quantum ſonant communis eſt ſententia, & recepta ſecundum Raymund. in ſũma de pœn. & Ioan. And. in ca. quod autem. de pœn. & remiſſio. & Theolog. 4. d. 20. Et intelligitur ſecundum ſe, quia ſi tantum non valet, id ſequitur ex defectu alicuius requiſiti. Et ſi abſolute ſine mentione iniunctionis pœnitentiæ conceduntur, intelliguntur etiam de iniungendis, concedere autem illam pro vno die, vel anno eſt remittere tantam pœnam Purgatorij, quanta remitteretur per pœnitentiam vno die, vel anno factam. Innocent. in cap. quod autem. de pœn. & remiſſio. quem communis ſequitur. Sentit in

A contrarium Caie. Tract. ſecundo, de Indulgen. cap. 7. ſed fallitur, quoniam etiam Epiſcopi poſſunt concedere Indulg. de iniungendis, cum ſit difficilius tollere iniunctam, quæ iudicio Dei, & hominis debetur, quam iniungendam, quæ Iudicio Dei tantum: ergo poterit, & iniungendam, argum. cap. cui plus. de reg. iur. lib. 6. Neque obſtat, quod Papa ſolet condonare iniunctas, & quod ſecundum Durandũ ſonat, Indulgen. de iniunctis, quia hoc non tollit, quòd quando abſolute dantur, ac ſine aliqua expreſſione de iniũctis tantum, non poſſint intelligi etiã

B de iniungendis in defectu ſaltem iniunctarum: quo ad peccata. Verum tamen eſt, quòd quæ dantur expreſſe de iniunctis, non ſunt extendendæ ad iniungendas, quia ſtricte interpretanda eſt talis conceſſio. Et cui verba diſpoſitionis non conueniunt, neque ipſa diſpoſitio ſimiliter conuenit cap. indemnitatibus. §. ſupradicta. De elect. lib. 6. Neque eſt eadem ratio de vtriſque, quo ad hoc. Ex quo ſequitur, quod ſi detur plena de iniunctis, de illis tantum intelligenda eſt, ſi vero detur plenaria ſimpliciter tam de iniunctis, quam de iniungendis debet intel

C ligi. Plenarias vero olim conceſſas in dubio credendum eſt, comprehendiſſe tantum iniunctas, & de his verificatur ſententia Caie. Si autem detur Indulgentia certi temporis quo ad varios, varie eſt intelligenda, vel de iniunctis quo ad eos, qui iniunctas habent. Vel ſi non habent de iniungendis, quia in dubio interpretanda eſt, vt valeat. l. quoties. ff. de reg. iur. Et ei plus prodeſt cum maior fuerat pœnitentia iniuncta, tam quo ad hoc ſæculum, quam quo ad futurum, niſi ille cui minor fuerat impoſita, fuerit magis in gratia, quia ſua fuiſſet magis ſa-

tiſfactoria,licet leuis ſecundum Palu. 4.diſt.20.q.4.

A Indulgentiæ non tollit pœnam fori exterioris,quare caſtigari poteſt per Iudicem ſæcularem ille, qui quamlibet etiam pleniſſimam Indulgentiam delicti eſt conſecutus, quia illa reſpicit tantum forum interius.ca. Admonere. 32.quæſt.2. glo.cap. 2. de ſciſm. & gloſſ.in capit. gaudemus. de diuor. ¶ Notab.11.

Indulgentiæ Theſaurum,vnde Prælati ſumunt. quo pœnas, quas relaxãt compenſent,aliud non eſt, quam merita Chriſti, & Sanctorum, quatenus ſatisfactoria ſunt, quod quidem monſtratur ex eo, quòd eodem actu poteſt quis mereri pro ſe præmium, & pro quouis altero ſatisfacere, abſque vllo ſui præmij diſpendio, omne enim opus,& meritorium, & ſatisfactorium poteſt eſſe, quod, & ſi quatenus meritorium non excedat præmium merentis;excedit tamen quatenus eſt ſatisfactorium,vt di ctum eſt.ver. Actus ¶ Notab. 13. Eſt autem diſpenſabile per prælatos Eccleſiæ aliter,quam per Sacramenti applicationem vni, vel al teri,vel generaliter multis. Si fiat autem per Sacraméti applicationem nõ pendet à voluntate applicantis, ſed Dei,& quantitatis contritionis. Si au tem ſine,pendet ex ea,& per illam cõdonatur obligatio exequendi pęnitentiam iniunctam, & remittitur pœna Purgatorij per eiuſmodi pœnitentiæ executionem remittenda.¶ Notab.14. Eſt vere Theſaurus diuinæ Sapientiæ, quia Chriſtus eſt diuina ſapientia, quo qui perſeueranter, vbi ſunt participes amicitię Dei cõſumatę sũt effecti, tanto citius, quanto tardius fuiſſent effecti,ſi eo Theſauro nõ fuiſſent adiuti. ¶ No. 23. nu.7.

Indulgentia ſine cauſa non eſt concedenda,ſed cum cauſa,& rationabili, quia id fuit Petro, & alijs à Chriſto impoſitum . facit extrauagan. Vnigenitus.de pœn.& remiſſ. & ca. cum ex eo.eodem ti.& quia relaxatio voti,& iuramenti ſine cauſa non valebit, vt affirmat Auguſt.de Ancho. de poteſt. Eccleſ. q.3. & 29. Felyn. in ſumm. de Indulgen.Gabr. in Can.lect.57. Contrarium videtur tenere Anton.3.p.tit. 10.c.3.Dion.4.d.20.q.3.Tabien.Verbo Indulgen.§.10.

Cauſa iſta non oportet, vt ſit æquipollens, ſed ſufficiens, quæ autem ſit talis Deus ſolus nouit. Et licet Papa

B pro eodem opere minorem aliquando concedat,id tñ fieri pót pro cauſa merente maiorem. Et quando grauiſſimá concedit pro leuibus rebus, mens eſt, quòd quilibet quærat tantam,ad quãtam concedendum implementum illius paruæ rei ſufficiat, ita quod licet vulgaris impletio illius rei leuis, non ſit cauſa tantæ indulgentiæ, tamen cũ tanta peccatorum contritione, & tanta in Deum reuerentia, & tanto charitatis feruore poſſet illam rem paruá facere, quod efficeret iuſtam cauſam tantæ indulgentiæ ſoli concedendæ ¶ notab.15.

C Non omnis autem cauſa, quæ iuſtificat vnam indulgentiam ſufficit ad iuſtificandum aliam etiam maiorem, & cauſa,quæ non ſufficit ad iuſtificandum totam, ſufficiet tamen ad iuſtificandum partem, reſpectu cuius ſufficiens eſſet. Et paruitas pœnæ debitæ efficere poteſt, vt quæ cauſa tibi iuſta fuerit ad quærendam Indulgentiam, quæ tibi erit pleniſſima, mihi vix erit ſemiplena. Quare Indulgentia etiam magna pro re leui eſt vtilis. Vt ſi detur Indulgétia liberandi aliquam animam ex Purgatorio quamcunque voles etiamſi leuis ſit res, quæ per illud

agitur,

agitur, attamen poſſet eſſe animæ illius, tam leuis pœna, vel tanto charitatis ardore opus pro ea liberanda fieri poſſet, vt anima illa liberaretur. Et ideo Indulgentiarum denunciatores, nedum indulgentiæ valorem, ſed modū etiam illas acquirendi debent proponere.¶ Notab. 15. & de oratione. c. 19. num. 163.

Indulgentiæ omnes vere pœnitentibus conceduntur, quia venia non conceditur, niſi correcto. cap. venia. de reg. iur. lib. 6. Ideo de iure diuino requiritur contritio, & de iure humano confeſſio, ſecundum Caietanum de indulg. q. 10. Et ideo nihil proſunt infecto culpa mortali. Palud. 4. d. 20. Calde. & alij. Neque etiam pro tempore, quo ſunt in gratia contra Silueſt. q. 7. Neque ratio ex ſatisfactione ſumpta ex Scoto 4. diſt. 15. q. 1. & D. Thomas 4. q. 16. id probat, quia alia eſt ratio de Indulgen. quibus applicatur ſatisfactio Chriſti, & Sanctorum, quam nō vult Chriſtus applicari, niſi iuſtis, & amicis. Requiritur igitur vera pœnitentia, quæ difficile attingitur, & ſecundum aliquos vera confeſſio.

Tertiò, quod opus pro quo conceditur in gratia fiat, & bene moraliter infra.

Quartò, quod pœnitentiam condonatione dignam a Confeſſore iam acceptauerit, vel agere propoſuerit. infra.

Quare facile creditum eſt multos eſſe Indulgentias quærentes, qui nullas ſibi acquirant. ¶ notab. 17.

Requiritur etiam Cōfeſſio actualis, quando conceditur cum hac particula vere pœnitentibus, & confeſſis. tenet glo. 8. in extrauag. Vnigenitus. Caiet. Tract. de Indulg. c. 10. Et quia diſpoſitio copulata vtriuſq; copulatæ veritatem exigit. nu. 51. Verbo Diſpo-

A ſitio. Et forma diligenter ſeruanda eſt. l. diligenter. ff. manda. cap. piſanis. de reſt. ſpol. Sed pręcipua ratio, quia cum debeat quis neceſſario eſſe vere pœnitens ſunt multi, qui non niſi raro iuſtum de peccatis accipiunt dolorem, niſi cum actualiter confitētur. Tutior eſt hæc opinio, & maiorem pietatem præſefert. Neque iuuat dicere, ꝙ qui eſt confeſſus ſemel in anno, intelligitur vere confeſſus, ſecundum Iuris interpretationem, quia id valet tantum, quo ad iuris communis effectum, non autem, quo ad effectum priuilegiorum ſuas priuatas formas habentium, &

B quia, qui non eſſet confeſſus præterita quadrageſima, Iubilęum poſtea conceſſum non poſſet accipere, quod eſt abſurdum.¶ no. 18.

Contrarium tenuit Palud. 4. d. 20. q. 3. Card. clem. 1. de reliq. & vener. 5. Panor. in c. omnes. de pęn. & rem. Poteſt tamen Papa concedere eam contrito tantum, & niſi exprimat, & confeſſis, dicendo vere pœnitentibus de contritis tantum nondum actualiter confeſſis, intelligere videtur.

Fallit confeſſio actualis in eo, qui non potuit iuſto impedimento detentus, vel ob defectum Confeſſarij, vel

C ob ægritudinem, vel ob excommunicationem, vel ob aliam legitimam cauſam. poteſt enim acquirere indulg. dū voluit confiteri. Idem dicēdum de eo, qui probabili ignorantia Iuris, vel facti, putat ſe legitime confeſſum, cum tamē non ſit ob aliquam illi occultam cauſam. Idem de illo, qui in art. mortis, ex defectu vocis, memoriæ, vel iudicij non potuit cōfiteri ſi indulgent. eſt ſimpliciter conceſſa, non autem ſi fuit data facultas eligendi Confeſſorem, qui eum plenarie à peccatis abſoluat.¶ Ibid.

Sufficit autem cōfeſſio peccatorum

 mortal.

mortal. de quibus alia confeſſio facta A non fuit, cuius defectus aliquando, vt diximus, valet: non autē defectus contritionis. ¶ Vbi ſup.

Tertiò, ad indulg. acquirendam requiritur vt ſubeat quis opus per quod conceditur, & onus pium quod imponitur. Palu. 4. d. 20. q. 4. Et non ſufficit partem implere, vt partem conſequaris. Ant. 1. p. ti. 10. c. 3. Etiam ſi impotentia, paupertas, aut aliud impediret, niſi expreſſe caueatur in forma conceſſionis. Ricar. 4. d. 20. ar. 3. q. 3. Palud. q. 4. Maior. q. 2. Anto. vbi ſup. Fel. de Indulg. Nec ſufficit illud quocunq; modo facere, ſed requiritur vt fiat bene B moraliter; ita vt nullum interueniat peccatum, neque veniale ſecundum Adr. Et debet in ſtatu gratiæ fieri. Caie. Tract. de Indulg. c. 9. quia tale opus debet eſſe viuum, & meritorium. Et quoniā opera requiſita plurima ſunt, eſt magna altercatio inter Caiet. & alios, an omnia fieri debeāt in gratia, an pars illorum. † Cuius rationes ponit Auctor ad longum cum annotationibus & reſpōſionibus, & tandem reſoluit, ꝙ illa tantum opera, & illo modo, ideſt, in gratia facta ſufficiūt, quæ, & quomodo illa neceſſariò ad Indulg. quærendam voluit concedens eſſe fa- C cta: modo illa moraliter ſaltem bene fiant. Et perfectio eorum vltima per quam eſt quærenda Indulg. in bono ſtatu fiat. Quare qui per hebdomadā ieiunauit, eleemoſinas erogauit, Eccleſias viſitauit, orationes fecit, & poſtquam legitime confeſſus eſt die Dominico, non peccauit mortal. ſed in bono ſtatu communicauit, Indulgen. fructum conſequitur. ¶ notab. 19.

Maxima eſt difficultas inter Doctor. An Indulgen. ſit abſolutio, an vero ſolutio, id eſt, liberatio à pœna per viam cauſæ iuſtificantis principalis, vel ſolutio per compenſationem factam ab alio.

Quòd principalis ſit abſolutio, ſuſtinet Caie: pro quo facit cap. quod autem. de pe. & remiſſ. quatenus probat; quod Indulgentiam concedere, cum non ſit ligare, eſſet abſoluere, & quòd concedere illā ſit actus iuriſdictionis, ſoluere autem non eſt actus talis. l. iniuncta. C. de ſolu.

Neque eſt actus Iuſtitiæ diſtributiuæ, ſed Iuriſdictionis non condemnatio, ergo abſolutio; & iuriſdictio talis cum ſit voluntaria, etiam redditur in inuitum, &c.

Quòd vero ſit ſolutio, tenet Palud. vbi ſupra, quia niſi eſſet, non concederetur animabus Purgatorij. Neque ille, qui eam concedit poſſet eius fieri particeps ſi eſſet abſolutio, quia nemo poteſt ſeipſum abſoluere, vt dictum eſt Verbo Abſolutio.

Verum concordantur illæ opiniones extremæ dicendo, ꝙ aliquæ indulgentiæ poſſunt compēſationes illę, ſcilicet, per quas principaliter, & immediate tollitur pœnitentia iniuncta, & acceptata, ita vt ad eam implendā non teneatur ſiue pęna in foro Dei debeatur, ſiue non, licet mediate, & conſequenter etiā condonetur ei pęna correſpondēns pęnitētiæ iniunctę in Purgatorio luenda, ſi ea debetur, & alia neceſſaria concurrant.

Aliqua vero indulg. eſt principaliter abſolutio illa, ſcilicet per quam immediate, & principaliter condonatur pœna in purgatorio luenda, licet mediate, & per cōſequutionem tollatur, quandoq; etiam pęnitenria iniuncta. Et hæc differētia etiam oritur ex dict. Caiet. licet illam nolit ille admittere. Hinc ſequitur, ꝙ verbum abſolutio, non eſt genus ad indnlgētiam contra Caiet. verbum vero remiſſio tantum valet,

valet, atque hoc diſiũctum, abſolutio, vel compenſatio, & comprehẽdit omnes indulgentias. Verbum pœna ſignificat tam iniunctam quàm in Purgatorio luendam. Ideo indulg. vno reſpectu, poteſt dici abſolutio, alio reſpectu compenſatio. Quare definitio Caiet. non erit bona, quia non omnem comprehendit. Et definitio Calderini eſt nimis redundans. ¶ Not. 20.

Quartum, & quintum ad indulgentiam conſequendam, eſt acceptaſſe à Confeſſionario, aut animo diſpoſuiſſe agere tantam pœnitentiam, quantam illi pœnæ delendæ ſufficere, aut velle per opera pia Deo in hoc ſæculo ſatisfacere. hæc eſt opin. Caie. vbi ſupra, & multis defenſa, quia indignus eſt aliena ope, quia ſibi non curat opitulari cum poſſit. l. bona fides. ff. depoſi. Neque Chriſtus iuuaret ſuis ſatisfactionibus eum, qui ſibi ſubuenire negligeret. Et eſſet irrationabile velle Chriſtum, & ſeruos eius pro ſe pati, reſpuendo laborem perferre pro pœna perſonaliter luenda. Neque debet ex publico Theſauro Eccleſię fieri ſolutio pro illo, qui nolit cum poſſit pro ſe ſoluere. Et indulgentia videtur conceſſa illis diligentibus, qui non contẽti diuina gratia proponunt in hac vita ſatisfacere diuinæ iuſtitiæ, & hi proprie dicuntur vere pœnitentes.

Neque obſtat dicere, quod non reperitur aliquis Canon, qui præter grãtiam pœnitentiam, & operis executionem aliquid aliud requirat. Quia extrauag. vnigenitus cum dicat dari vere pœnitentibus totum, hoc etiam innuit. Et antiquiores Canones, qui de relaxatione iniunctarum pœnitentiarum ſecundum formam antiquam agunt id videntur ſignificare. Et hæc ſententia ſuum honorem indulg. ſeruat, homines Chriſtianos ad pœnitentiæ opera ſubeũda excitat, obſtruit ora in indulgentias debacantium dignaque eſt ſatis, quæ ab omnibus defendatur. ¶ Notab. 21.

Indulg. nulla cõceditur ad mortuos niſi concedens expreſſe illam ad illos extendat. Tho. 4. d. 45. q. 2. art. 3. Non poſſunt dari per illos, qui ſunt in cœlo. cap. cum Marthæ. de celeb. miſſ. ca. tempus. 13. q. 2. Neque pro illis, qui ſunt in Limbo, quia non habent charitatem. Neque damnatis, quia in inferno nulla eſt redemptio. Sed conceditur tantum exiſtentibus in Purgatorio, extenſio autem iſta, non poteſt fieri ab alio inferiori à Papa argum. cap. cum ex eo. de pœn. & rem.

Et nunquam videtur factum. Neque à Papa per modum auctoritatis iudiciariæ poteſtatis abſoluendo illos directe Calderin. Card. & Ricard. collect. recep. quia illi de iure non ſunt Papæ ſubiecti. Et contrarium directe ſecundum Maior. 4. d. 20. q. 2. Scandaloſum eſt, atque de veritate ſuſpectũ. Prodeſt autem ſolum per modum ſuffragij, & ſic ſemper fuerunt indulgentiæ pro mortuis conceſſæ à Sum. Pontif. & hodie conceduntur. Quia non eſt negandum illis prodeſſe, vt ait Innoc. cap. quod autem, de pœni. & rem. Et quia illi communicant cum Eccleſia militante in ſuſtinenda pęna, ideo poſſunt iuuari etiam per Theſaurum Chriſti, & Sanctorum, quorum meritum maius eſt quàm merita ſingularis perſonæ, per quæ communiter iuuantur. ¶ Not. 22.

Verbum autem per modum ſuffragij, quo iuuantur animæ per indulgẽ. intelligitur varie. Calde. Quod viuus prodeſſe mortuo, põteſt per acquiſitionem indulgentiæ, ac per aliud opus pium applicando, ſcilicet eam illi. Sed hoc falsũ eſt, quia nimirũ reſtringit.

Primo, quia nulla indulgẽtia plena ꝑdeſſet mortuis contra conceſſionem multorum Summ. Pont.

Secundo, quia indulg. plena cõceſſa per modum ſuffragij tam grandis eſt, atq. conceſſa directe per modum auctoritatis, quo ad effectum ſecundum Gabr. in Can. lect. 57.

Et Caie. intelligit per modum ſuffragij. Quod indulg. auxilium deducitur ad defunctos non uia iuſtitiæ, ſed gratiæ tantũ, atque miſericordiæ. Primo, quia ſic ſemper eccleſia orat Deũ pro defunctis. Secundò, quia pœnæ huius ſæculi alterius generis ſunt à pœnis alterius ſæculi, ideo non redimuntur niſi ſecundum diuinæ miſericordiæ acceptationem. Tertiò, quia illud eſt forum rigoroſum, quaſi ſanguinis, & criminale, non aut ciuile, aut canonicum, quare pœnæ noſtrę non ſufficiunt ſecundum iuſtitiæ rigorem. Hæc eſt opinio noua contra mentem omnium, ideo relinquenda. Et maxime, quia D. Gregor. c. animæ. 13. q. 2. & Aug. ca. tempus. ea. cauſa, & quæſt. & omnes fatentur animas defunctorum, poſſe multis modis a pęnis releuari, & Caie. ipſe fatetur, quod vnus viuus poteſt pro alio ſatisfacere, ergo & pro mortuo, cum in utroque ſit eadem oratio charitatis, & amicitiæ. Verum tamen eſt, quod ſuffragia ſecundum ſe conſiderata de cõdigno, & uia iuſtitiæ non ſatisfaciunt, ſed tã tum ex diuina acceptatione, prout tamen emanant ex gratia via iuſtitiæ ſatisfaciunt.

Tertiò, igitur dictũ, quod Indulg. proſunt defunctis uia iuſtitiæ per modum ſuffragij, ideſt eo modo, quo ſuffragium eccleſiaſticum ſatisfactoriũ prodeſt. ſ. ſatisfaciendo pro debito illorum, & ſoluendo pœnas illis debitas Chriſti, atque Sanctorum ſatisfa-

A ctionibus in Eccleſiæ Theſauro recõditis. Non tamen vt abſolutio iudiciaria, ſed ut cõpenſatio extraiudiciaria.

Et hinc eſt, qđ Summ. Pont. addũt in ſuis conceſſionib. pro defunctis, illam particulam ( Per modum ſuffragij, ) ut innuãt ſe non poſſe concedere illis auxilium Indulg. per modum abſolutionis indiciarię, ſicut viuis, ſed per modum cõpenſationis extraordinariæ, per quem poſſunt etiam viuis ſi volunt indulg. concedere, quod & communiter faciunt, dum liberant à condemnatione Dei, damnãtis ad tantam Purgatorij pęnã, id enim eſt prin-

B cipaliter compenſare, & ſoluere, licet conſequenter, & ſecundario ſit abſoluere. ¶ Vbi ſup.

Indulg. defunctis conceſſa, vt per Miſſæ celebrationem liberẽtur à Purgatorio per quamlibet Miſſam de Sancto, & de feria, & de defunctis poteſt quæri, quia beneficium principis late interpretandum eſt. l. 1. ff. de conſt. Et quia omnes Miſſæ ſunt æqualis valoris ex opere operato. ca. infra. 1. q. 1. ¶ conſ. 14. de priuileg.

Mortuis conceſſa ad viuos, non extẽditur, quia rariſſime cõceditur cuiquã, vt ſuo ſolo facto quærat Indulg.

C animæ alterius adhuc viuentis, & huiuſmodi rara, neque lex ipſa reſpicit l. 3. ff. de leg. ¶ Conſi. 8. eo. tit.

Indulgentia plenaria ad inſtar Iubilei conceſſa pleniſſima eſt, cum ad ſimilitudinem illius concedatur, quæ in alio non poteſt aſſignari, quam in plenitudine. Ideo maior eſt indulg. plenaria ad inſtar Iubilei, quam plenaria ſimplex. ¶ Not. 26.

Indulgentiarum plenarum formæ, variæ ſunt. Alia enim conceditur viſitantibus certum locum, quocunq; tempore. Alia viſitãti certum locum, certa die anni. Alia omnibus faciẽtibus

bus certam opus pium. Alia vt extra A mortis articulum fieri poſſit. Alia vero in mortis articulo tantum.

Hac poteſt vti probabiliter moriturus, & lucrabitur eam, quamuis non moriatur, ſed poſtea vti non poterit, niſi in priuilegio exprimatur, ꝙ toties vti poſſit, quoties in articulũ mortis deuenerit. Sed ſi daretur pro articulo mortis vero, nihil prodeſſet uſus in articulo mortis præſumpto, neque conſumeret gratiam, quę etiam vtilis eſſet cum peruenerit ad articulũ mortis verum. Quare nihil refert, vt Con- B feſſor dicat (Si non morieris reſeruo tibi indulg. &c. ¶ Not. 30.

Indulg. plenariæ forma illa eſt, quã concedens indulg. decreuit, quia mandati firma ſeruanda eſt. l. diligenter. ff. manda. cap. Piſanis. de reſt. ſpol. Neque eſt neceſſarium, vt faciens hanc remiſſionem ſit Sacerdos, niſi exprimatur in conceſſione ſecundum Tho. 4. d. 20. Io. And. Panorm. & alij in c. accedentib. de exceſ. præl. Sicut non oportet, quod cõcedens, ſit Sacerdos, ergo neque exequens. Et ſi conceſſio diceret, quòd ſit idoneus cõfeſſarius, niſi poſſet haberi ſacerdos ſufficeret C alius clericus, vel eo deficiente laicus. Et eſt concluſio quotidiana D. Anto. quam omnes ſequuntur, Niſi quis cõtenderet, quod per idoneum Confeſſorem Papa intelligat ſacerdotem, cui tamen poſſet reſponderi illum eſſe idoneum, quoad hoc, licet minime, quo ad alia. ¶ Ib.

Indulgentia hęc extenditur ad peccata oblita, neque vnquam detecta, modo adſit debitus dolor de illis. Et poteſt abſolui etiam mentecaptus, & freneticus, ſi cũ eſſet ſana mente declarauit ſe velle abſolui, quando huiuſmodi caſus cõtingeret ſecũdũ Anton. Felyn. & Siluestr. Quod etiam fieri poteſt, ſi id non declarauit, ſed tamen tali mente fuit virtualiter. Quare illam indulgentiam non videtur conſequi poſſe ægrotus, qui vſum loquelæ iam amiſit, & intimare ſua peccata nõ valuit: quę concluſio non eſt vera ſecundum communem, quia ceſſat obligatio confeſſionis cum adeſt impotentia. ver.

Indulgentiarum harum beneficiũ petere debent illi, qui diplomata habent, quod niſi petant tempore mortis amittunt, ideo Confeſſores debent infirmos ĩterrogare, an talia diplomata habẽt. Et abſolutio eo erit vtiliter, quo tardior collata fuerit, & tempore morti ptopriore, ne contingat poſtea eum peccare mortaliter, vel uenialiter & deinde teneatur in Purgatorio pœnam ſubire. ¶ Vbi ſup.

Indulgentias concedere pertinet ad prælatos Eccleſiæ, hi autem ſunt principaliter Papa, qui ſummus eſt Theſauri diſpenſator, ſoluſq. poteſt plenam indulgen. concedere. ca. quod autem. de pœn. & remiſſio. non excluſo tamen Concil. Oecumeno legitime congregato. iux. Panorm. quem ſequitur Fel. Alij inferiores prælati poſſũt concedere non plenam, infra fines ſuarum Diœceſum, modo nõ exeant ſummam dierum 40. vel anni in Baſilicarum dedicatione etiam ſi illa fiat à plurib. c. cũ ex eo, & c. noſtro. de pęn. & remiſſ. quod facere etiam poſſunt, licet non ſint conſecrati, etiam non presbyteri, modo ſint electi. iux. text. & omnes in cap. tranſmiſſa. probat Thom. in quarta d. 20. & Panorm. in cap. Accedentibus. de exceſſion. prælato. Et etiã prouiſus per literas Apoſtolicas cũ præſentatione, vel abſque illa, quia æquatur electo, & confirmato. gl. c. 1. de elect. & li. 6. ¶ Not. 31.

Et ſi ſunt extra ſuum Epiſcopatum poſ-

poſſunt concedere illam exiſtentibus intra illum etiam non ſubditis primo exemptis ſui Epiſcopatus. Palud. 4.d. 20.q.4. Secundò, quibus à ſuperiorib. ſuis facta eſt facultas illas quærendi cap. quod autem. de pœn. & rem. Tertiò, ſubiectis immediate ſubiectis, quales non ſunt ſubditi ſuffraganeorum reſpectu Archiepiſcopi. cap. paſtoralis. de offic. ordin. Sed ſi concedant vltra modum non valent per c. fi. de pœ. & rem. lib. 6. niſi quo ad id quod concedere potuerunt, ſecundũ glo. Arch. Io. And. & communis. ¶ Vbi ſup.

Indulg. autem non poſſunt concedere inferiores Epiſcopis, vt patet per c. accedentib. de exceſ. præl. Neque Vicarius generalis epiſcopi, neque capitulum ſede vacante ſecundum Calder. in d. c. noſtro. de pœn. & rem. Etiamſi conſuetudo haberet contrarium. Neque parochus etiam cum pœnitentem à peccatis abſoluit ſecundum omnes. Neque Epiſcopi excõmunicati, ſchiſmatici, vel hæretici, quia tanquam ſuſpenſi omni carent iuriſdictione. c. contradicimus. 24. quæſt. 1. Vbi ſupra.

Indulg. non reuocatur per mortem concedentis ſecundum Inn. cap. quod translationem. de reg. iu. li. 6. pro quo ibi eſt regula. &c. ſi ſuper gratia. de of. deleg. li. 6. & gl. ſing. in c. fi. de of. leg. cõiter recepta. Deſtructo tamen loco cui conceditur cenſetur reuocata ſecũdum Palud. 4. d. 20. q. 4. Reuocatio vero expreſſa ſuſpendit illam. ar. Clem. dudum. §. his etenim, de ſepult. Non tamen nocent, donec ſcit, vt ſecundũ Domin. c. 1. de conceſ. præb. li. 6. ¶ Ib.

Indulg. proſunt etiam perfectis, & per conceſſionẽ etiam Religioſis, qui de prælatorum ſuorum licentia, dicunt, faciunt, ſubeunt id, quod pro ea quærenda, ſecundum tenorem Bullę neceſſariũ eſt, propter quas tamẽ quę-

A rendas non eſt dimittenda obſeruantia regularis. Proſunt concedentibus proſunt vni viuo per miniſterium alterius viui ſi id continet gratia, ſed nunquam id credimus, aut audiuimus factum, quare malefaciunt illi, qui per alios illas ſibi quærunt, vt ait Abul. ſuper Mat. c. 16. q. 60. licet meritum ſibi acquirat. Non proſunt peccato mor. infectis, quo ad remiſſionem pœnæ ſecundum omnes, immo neque quo ad acquirendam gratiam ſecundum S. Tho. Proſunt danti, vel facienti, quod bulla præcipit, & ſi illud indeterminatum eſt, prout danti, quod

B ſuæ perſonæ congruit. Et qui minus, quam decet dat, minus de illa quærit, nullo habito reſpectu laboris magni, aut parui. ¶ Ibi.

Indulgentia perennis, puta 40. dierum conceſſa alicui loco ſæpius quæri poteſt, conceſſa verò pro certo tempore, & determinato ſemel tantum acquiritur ſecundum Tho. 4. d. 20. q. 3. art. 2. & eſt opinio, quæ vſu recipitur, quam ſequitur Palu. vbi ſup. Domi. & Franc. c. fi. de pœn. & remiſſ. lib. 6. licet Arch. illi, & aliqui alij contradicant. Et licet prima bis eodẽ die quęri nequeat ſecundum Palud. ne ludibrio

C ſit, & ſine vlla cauſa conceſſa videatur: attamen contrarium eſt verius ſecundum Fel. poſt Lyranum, non tamẽ tali modo, & toties, vt fraus quędam, & irriſio videatur.

Indulgentia certi numeri dierum ſimpliciter conceſſa tollit pœnitentiam totidẽ dierum, etiam ſi illi dies pœnitentiæ non eſſent continui. Indulgentia autem vnius anni non tollit pœnitentiã, niſi vno anno implendam, etiamſi ſolis quinquaginta diebus eſſet penitendum in eo. quare plurimum differt, an indulgentia vnius anni ſimpliciter concedatur, an vero

de

de iniunctis pęnitentijs, quia hæc ponitentijs, quia hæc poteſt continere plures, vel pauciores dies, prout pluribus, vel paucioribus diebus anni iniunctum fuiſſet a Confeſſario pœnitendum. Illa verò videtur continere 365. dies, quia totidem continet annus. ¶ Ibi.

Idulgentiam, qui recte eſt conſecutus, non tenetur explere pęnitentiam certorum dierum, aut annorū ſibi iniunctorum, ſi totidem illa fuit, quia indulg. æquipollet ſatisfactioni pęnitentiali. ca. cum ex eo. de pœn. & rem. Et licet neſciat homo vtrum amore, an odio dignus ſit. Eccl. 9. & qui non eſt in charitate, non quærit indulg. valet tamen, quo ad tollēdum ſaltē obligationem faciendi pœnitentiam ſibi iniunctam, & ſi non quo ad pœnam Purgatorij. ¶ Ibid.

Indiſcretæ Indulgentiæ dicuntur. Primo, quando non ſunt conceſſæ. gl. clem. Vnigenitus. de pœn. recepta per omnes. Secundò, illæ quæ concedi nō potuerunt ab eo, qui conceſſit. ca. cum ex eo. eodem tit. Tertiò, quæ probari non poſſunt, vel litteris Papæ ſi ab eo ſunt conceſſæ, aut alterius concedentis, vel teſtibus. Quarto, quæ ſine cauſa cōceduntur per ſupradicta. Has indiſcretas Indulgentias, qui prædicat peccat mortaliter, præterquam in tertio caſu ſi in conſcientia ſua, ſeu illas eſſe conceſſas, aut indicijs probabilibus id credat. Et quarto, quia Religio ſi de Superiorum ſuorum facto iudicare non debent. capit. inferior. d. 21. ¶ eod. not. 31.

Indulgentia vt ſit valida quinque requirit. Primo, auctoritatem in conferente. Secundo, habilitatem in quærente. Tertiò, pietatem in fine. Quarto, vtilitatem in opere. Quinto, congruitatem in tempore. gl. extrauag. 1.

A de pę. & remiſſ. Tho. 4. d. 20. q. 1. ar. 1. Tria tantum requiſita ponit ſcilicet auctoritatem ex parte dantis. Charitatem ex parte recipientis. Pietatem ex parte cauſæ, quæ comprehendit amorem Dei & proximi vtilitatem. ¶ Not. 32.

Indulgentia conceſſa pro peccatis, includit etiam illa, quæ poſt conceſſionem omiſſa ſunt, nam cum diſpenſatio generalis ſit omnes ſpecies includit. Et eſt beneficium Principis ob magnam cauſam, ad magnum gaudium conceſſum, & ideo late, & alacriter eſt ſuſcipiendum. ¶ Not. 34. nu. 4.

B Indulg. qui quærit ſeruare debet formam in Bulla præſcriptam. extrauag. Vnigenitus, de pę. Quare ſi bulla continet, vt quis tribus diebus oret, ieiunet, eleemoſinas eroget non ſufficit vnam facere pro tribus etiam ſi tanta ſit, quia tempus non eſt additum in fauorem illius, ſed animæ, & conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, & non in æquipollēti. l. qui hæredi, ff. de condict. & demonſt. ¶ Miſcel. 58. de orat. nu. 128. & conſil. 9. de priuileg. Et eo præcipue, quia indulgent. conceſſio eſt reſtringenda, maxime quando non exprimitur quantitas.

C Indulgentiæ quæſtuaria omnes in quibus adeſt particula porrigentibus manus adiutrices reuocatam fuerunt per Pium V. ¶ Conſil. 2. de pœn. & remiſs. num. 7.

Indulgentia Iubilæi quærenda ab eo, qui prima hebdomada, poſtquam ſciuerit cōceſſam, vel publicatam per illa, & illa pietatis opera. Id non intelligitur de prima hebdomada, quæ ſequitur quamlibet primam ſcientiam illius conceſſionis, & publicationis, ſed de illa quæ eſt prima, poſtquam ſciuit per publicationem factā iuſſu Epiſcopi ſui in Ciuitate, vel oppido, in

quo

quo manet, ſeu inuenitur. ¶ Conſil. 1. de conſt. num. 9.

† Sed ego dico, quo ad hoc, quod obſeruanda eſt forma conceſſionis, vt etiam dicit Auctor in multis alijs caſibus. Quare ſi Bulla habet poſſe quẽ quærere illam prima, vel ſecunda heb domada, poſtquam horum notitiam habuerit, vt legitur in Iubil. Pap. Gregor. 14. dato anno 1590. de menſe Ianuar. ſufficit quæcunq; notitia ad quærendum etiam particularis, modo illa ſit certa, id eſt talis, quæ poſſit inducere credulitatem, nec requiritur generalis publicatio facta in Ciuitate, aut oppido iuſſu Epiſcopi. Quia verba generalia conceſſionis, generaliter intelligenda ſunt. cap. ſolitæ. de maior. & & obed. Si autem forma conceſſionis habet aliter, vt in Iubil. Clem. 8. apparet conceſſum anno Domini 1595. aliter dicendum eſt.

## *Infamia.*

† INfamia eſt læſæ dignitatis, qualitas, vita, & moribus deprauata. Et eſt duplex facti proueniens ex communi hominum locutione, & iuris tam canonici, quam ciuilis. Silueſ. Verbo Infamia. in princ.

Infamia non eſt, idem cum inſinuatione clamoroſa, quia ponuntur pro diuerſis cap. qualiter, & quando. de accuſ. & ibi Ioann. And. ¶ Com. in Rub. de iud. num. 82.

Infamia vt oriatur nõ ſufficit vnũ, duo, vel plures ſcire, ſed oportet vt omnes, aut maior pars viciniæ, collegij, aut vniuerſitatis in qua morat̃ ſciat. Bart. in cap. Inquiſitionis, §. Quæſiuiſti de Accuſat. ¶ Com. cap. intra verba. concl. 6. nu. 500.

Nata poſt capturam non ſufficit ad inquirendum, neque antea nata, ſi nõ habet ortum à perſonis honeſtis. Ne-

A que tunc ſola ſufficit ad torquendum ſecundum Petr. de Anch. conſil. 253. Non tamen amiſit viam probandi eo ſolo, quod fuit cauſa inquirendi, & quandam accuſatoris perſonam geſſerit, vt annotauit Aret. d. c. qualiter. nu. 51. contra Panor. ¶ Ibi. nu. 91.

Non omnis cogit reum ad reſpondendum iudici interroganti, ſed talis, vt apud probos, & prouidos viros redatur Reus perſona de tali crimine rationabiliter ſuſpecta. ¶ Ibi. nu. 58.

Infamiæ cauſam præbens infamare cenſetur, & peccat, etiam ſi ſit iudex inordinate, ſine præuia infamia procedens ad inquirendum, vel alio æqui
B pollente. ¶ Ibi. nu. 77.

Infamans alium, qui alias famam ablatam reſtituere non poteſt, tenetur infamare ſeipſum, vt illam reſtituat Sco. 4. d. 15. q. 4. Caiet. 2. 2. q. 72. art. 6. ad 3. & li. 17. Reſp. 14. tom 1. 1. Tract. vlt. ¶ Rub. de iud. nu. 61. Com. cap. inter verba. concl. 6. corrol. 12. num. 16. Manu. c. 18.

Infamãtes ordines approbatos Religionis, ſunt excommunicati. Caiet. in ſumma. Anton. 3. p. tit. 24. ca. 7. non tamen comprehenduntur illi, qui infamant perſonas particulares dictorũ
C ordinum. Et ad illam incurrendã, non ſufficit infamare indirecte, ſed directe infamia debet redundare in ipſos ordines. ¶ Com. c. inter verba. concluſ. 2. num. 16.

Infamat ſe ille, qui peccatum mortale ſibi falſo imponit, niſi per aliquã circunſtantiam damnum famæ notabile, & periculum eius probabile excuſetur. ¶ Manu. c. 18. nu. 24.

Et qui peccatum mortale commiſit adeo publice, vt ei probari poſſit. Scot. 4. diſt. 15. q. 4. art. 1. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 6. nu. 839.

Infamare ſe, quis non poteſt ſine pec-

peccato mortali.cap. non ſunt audien A di.2.q.3.Anton.3.p.tit.8.cap.1. Caie. 2.2.q.73.ar.7.Etiamſi faciat metu tormentorum. ¶ Com.c.quis aliquando, §.non ſibi dico. de poen. diſt.1.ca.inter verba.Concl.6.nu.428.Quomodo intelligatur vide verſ. Murmuratio. numero 27.

Infamis,& criminoſus non permittitur ad accuſandum. l.accuſare. ff.de accuſ. cap.prohibeantur. 2.q.1. gloſſ. ca.1.de accuſa.Etiam ſi ſit infamis infamia facti. & ibi Panorm.communiter recep.& Goffred.ca.omnipotens.de accuſat. ¶ Conſil.1.de accuſat.

Infamia eſt actus perſonalis, & ſe- B quitur infamatum quocunque vadit, vt lepra leproſum, iuxta gloſſ. ſingular. leg. ex ead. ff.de poſtulat. Scotus. 4.diſt.15.q.4.ar.1.¶ Cap.inter verba. Concl.6.num.837.

Infamia probata, poteſt probari bona fama, & ita duæ contrariæ famę, per c.cum tua.de ſpõſalib. ¶ De fama, & infamia.num.10.

Infamare alios, ſecundum ius, non eſt peccatum, ſed meritum. Anton.2. p.tit.8.c.4. ¶ Cap. inter veba. Concl. 6.num.427.

Infamare latine, dicitur detrahere, & infamator detractor, quia ſemper C intendit aliquid de fama auferre,quæ ad aliquid vtilis eſt.¶num.473.

Infamatus de vno delicto,non propterea poteſt interrogari de alio occulto.Adrian.quol.11.q.1.in quo frequenter peccant prælati Religioſorũ, vt ait Caiet.2.2.q.69.ar.1. ¶ nu. 588.

Infamator licet nõ ſemper auferat, nec velit auferre famam ab eo,de quo loquitur, ſemper tamen aufert, vel auferre intendit de fama, vel opinione, quæ ad aliquid vtilis eſt ei,cui detrahitur. ¶ Com.cap.intra verba.Concl. 6.num.473.

Infamis,& criminoſus ad accuſandum non admittitur vide verſic. Accuſatio.

Infamatus aliquis dicitur ſecundũ Sotum de rat.teg.nu.2.q.6. quãdo mala opinio,ac fama ſparſa eſt per maiorem partem viciniæ, collegij, aut vniuerſitatis in qua quis moratur. Sed Bart. in l.de minore. §.plurimũ, ff.de quæſt.ait quòd ſufficit communis opinio illorum, ad quos ſpectat illud ſcire iux.ll.quas ipſe ibi adducit.¶Com. c.intra uerba.concl.6.nu.583.

Infamare de aliquo peccato illum, qui ob alia peccata notoria infamis eſt, peccatum eſt obligans ad reſtitutionem famæ iuxta Adrian. quol. 2. & Tho.2.2.q.70.art.1.quicquid dicat Palud.4. d.19.& Silu. ¶ Ibi.nu.858.

Infamiam, & clamoroſam inſinuationem pro eodem accipiunt Sotus.de rat.teg.m.2.q.6. Innoc. cap. Qualiter de Accuſat. Panor.& Io.de Anna.ibi. At contrarium uerius eſt:quia ca. Inquiſitionis & ca. Qualibet de Acceſſ. aperte eas pro diuerſis rebus ponit. ¶ num.696.

Infamare nocentem de delicto uero non eſt malum aut iniurioſum, uocando falſarium, homicidam, latronem, &c.l.Eum qui ff.de iniur. modo id non faciat animo iniuriandi, infamandi, vel vituperandi.oltrand.cõſil. 53.Ludou.Rom. in Conſil.96. Panor. in cap. Cum te de re iudic. Nam cum tali animo ſiue id fiat in iure, ſiue extra ſiue via defenſionis ſiue accuſationis ſemper eſt peccatum cap.ſuper his de Accuſ.¶ Ibi.nu.848.49.50.

## *Infans.*

INfans nondum natus, non eſt homo,ſecundum Bald.quem multi ſequuntur,& præſertim Dec.conſi.335. l.cum inter veteres. C.de fideicomm. liber.

liber. trahit autem hoc ex illa lege, videlicet, non ſolum natum non eſſe hominem re, ſed ſolum ſpe. Et ideo ſtatutum loquens de homicida, non includere eum, qui occidit nondum natum, ſed ſine diſputatione dicendum eſt, quod fœtus ante animæ rationalis infuſionem, quam fit in mare die quadrageſimo, in fœmina die octuageſimo, non eſt homo. cap. quod verò non informatum. 32. q. 2. Poſt verò ſic, quare error eſt dicere contrarium per ca. Moyſes. 37. q. 2. quia eſt compoſitum, ex anima, & corpore. c. in quadam. de celeb. miſſ. Et qui huiuſmodi fœtum, occidit eſſe vere homicida, vt tractat Panor. d. cap. ſicut. ¶ Com. c. ſi quis ne- B candi. de pęn. diſt. 1.

Et talis infans antequam naſcatur, habetur pro nato quo ad ea, quæ ſibi proſunt. l. Qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. non autem quo ad ea, quæ alijs proſunt iuxta. l. Quod dicamus. ff. de verb. ſignific. Quare Bald. in l. illa de tali fœtu loquens, & dicat non eſſe hominem; intelligendus eſt quo ad vtilitatem, vel nocumentum aliorum. ¶ Ibi ſupra.

Infans præſumitur imprudens, doli minime capax. §. pupillus. Inſt. de inut. ſtipu. Ideo ſtipulari nequit; quia iudicio caret. glo. Ibid. & Angel. nu. 8. C & cõmunis opinio atteſtãtib. Socino, & Iaſone, in prin. l. 1. ff. de verb. oblig. probatur per l. mulier. ff. eodem. Legitimari quidem poteſt non tamen poteſt legitimationi conſentire Azon. in ſumm. de emancip. liber. quod alij aiũt nõ requiri, vt Bar. in l. iubemus. eiuſdem tit. Alij vero dicunt requiri, ſed ſufficere ratificationem. Auth. quibus modis nat. effic. ſui. §. & generaliter, quæ ratificatio colligitur cum primũ infans grandior effectus eam reſcierit, neq; contradixerit. Dec. conſi. 55.

A per gl. ſing. in l. in adoptionibus. ff. de adoption. Verbo. non contradicendo. ¶ Relect. cap. ſi quando. de reſcrip. excep. 7. num. 5.

Infans iure communi ab omni ordine, etiam Primæ tonſuræ arcetur. c. final. de temp. ord. lib. 6. Quare, & illi expectatiuã concedere erit contra ius humanũ, & ſi ille eã concedit Summ. Pontifex, ſciens illum eſſe talem, videtur cum illo diſpenſare. ¶ Ibi.

Infans, & amens ſi ordinetur ſine vllo conſenſu characterem ſuſcipit. ¶ conſil. 41. temp. ord. nu. 2.

Licet non præſumatur doli capax, & communiter non ſit talis frequen- B ter, tamen eſt talis, quia multi in quinto, ſexto, & ſeptimo anno multas malitias exercent hodie, vt recitat B. Greg. lib. 4. Dialog. Panorm. & alij. cap. 1. de delict. puerorum.

Et ſi ſit talis peccat, & aſtringitur iuramẽto, & voto, quia iudicium ſufficiens ad obligandum diabolo, ſufficit etiam ad obligandum Deo, iuxt. gloſ. celebrem. cap. mulier. 32. q. 2. Et ideo ſi occidit peccat, & efficitur irregularis, ſecundum Ioan. And. vbi ſup. & eſt communis opinio recepta per Didacum. Cle. 1. 3. p. relect. §. 1. nu. 5. ¶ Cõſi. 1. de cogna. ſpirituali. per totũ.

C Infans, qui non eſt doli capax occidens aliquem, non incurrit pęnam legis Corneliæ, de ſicar. neq; irregular. Clemen. 1. de Homic. quia cum caret ratione, & iudicio comparatur Furioſo. l. infans. ff. ad l. Corn. & d. Clem. 1. Neque talis poteſt eſſe patrinus, neq; contrahere ſponſalia. Th. 4. d. 26. q. 2. art. 2. non obligare ſe voto etiam iuramento, &c. ¶ Vbi ſup.

Infans mortuo patre apud matrem infidelem eſt educandus. Et ſi qui contra voluntatem parentum, & cognatorum volunt, vt baptizetur illis de

alimen-

alimentis prouideant. ¶ Conſil. 4. de bapr. paruul.

Si exponatur hoſpitali ille tenetur ſoluere expenſas, qui fecit illum exponere, niſi paupertas excuſet. cap. de Xenodochio, & Lupus in Repertorio. de relig. dom. ¶ Man. c. 16. nu. 48.

Infantem tenellum ante anni ætatem ſecum in lecto tenere cum periculo ſuffocandi, ſiue id accidat, ſiue ſecus, peccatum eſt. arg. cap. conſuluiſti. 2. q. 4. & c. fi. de his qui fil. occid. ſi nõ eſt tale periculum veriſimile, nõ peccat ſaltem mortaliter, etiamſi ſuffocetur caſu. inx. Panor. in d. c. fin. & Tho. 2. 2. q. 64. ar. 8. ¶ Man. c. 15. nũ. 13.

## *Infidelis.*

INfidelis dupliciter dicitur. Primo, poſitiue, & eſt omnis, qui non vult credere poſt fidem ſibi ſatis notificatam. Secundo, negatiue, vt qui non credit eo, quòd non eſt fides ſibi ſatis notificata: primus peccat peccato infidelitatis per quod damnatur. Secundus non peccat non credendo, damnatur tamen ob alia peccata commiſſa. D. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 1. ¶ Manual. c. 2. num. 21.

Infidelis legibus Chriſtianis non ſubditus non comprehenditur in c. ita quorundam, de Iud. Quia non eſt capax excommunicationis. Qui autem ſub ſubiecti Catholicis, & talia ſibi prohibita fecerunt, poterunt puniri à Cæſare in ſuis tetris pœnis inductis per l. 2. C. quæ res expor. non deb. & ab alijs regibus penis legum ſuarum, per ea quæ dicit Cald. conſ. 2. & Fel. c. 5. de conſt. limit. 5. ¶ Com. in ca. ita quorundam. Not. 8. num. 8.

Infideles coniugati ſi conuertantur ad fidem ambo, non debent cõtrahere denuo cum ſolemnitate eccleſiæ, neque abſque illa, quia illud matrimo-

A nium ex libero conſenſu, & alia ad eſſentiã eius requiſita fuit vere, & realiter validum, & indiſſolubile. Et non redditur nullum ob alias requiſitas, ex eccleſiæ auctoritate, ſolemnitates. ¶ conſi. 4. de pact. num. 6. Manu. c. 27. num. 48.

Infidelis ſi vxore conuerſa ducat aliam, & poſtea cum illa conuertatur, ſi prior vxor alicui nõ nupſit ad illam redire debet relicta Secunda, quia matrimon. non diſſoluitur per conuerſio nem ſolam, ſed per illum actum cum contractu alio matrimoniali cum fideli. Quare ſecundum matrim. non

B fuit validum. Sot. 4. diſt. 39. q. 1. art. 5. ¶ conſi. 1. de conuerſ. infid.

Infidelis, qui plures vxores habet, & conuertitur antequã cum vna aliarum cõtrahat primam monere debet, quia aliæ non ſunt legitimæ c. gaudemus. de diuor. monita autẽ ſi non vult ſe conuertere poterit accipere vnam ex alijs, quæ velit ſe conuertere, niſi aliud ob ſit impedimentum. ¶ conſil. 2. eod. titu.

Non requiſita autem prima, neque votum continentiæ emittere, neq; ad aliud matrim. tranſire poteſt. ſecundũ Tho. 4. d. 59. ar. 5. ad 4. & Sot. vbi ſup.

C ¶ Ibid. num. 3.

Infideles ſpõſi, qui ſe carnaliter cognouerunt, ſi conuertantur matrimonium contrahere debent ſecundũ formam Conc. Trid. ¶ conſi. 46. de ſponſal. num. 1.

Infidelitas præcedens ordinationẽ regulariter non impedit, hoc habet c. 1. de reſcrip. ¶ conſi. 8. de temp. ord. num. 2. Etiamſi illa ſit propria, niſi ſit hæreſiæ. ¶ conſi. 5. de regu. nu. 5.

Baptiſmum præcedens non nocet, niſi fuerit hæreſis, vel conuerſio recẽs. ¶ conſi. 1. de Iud. nu. 1.

Infideles infirmi volentes perma-

nere

nere in infidelitate, non erunt baptizandi. 1. par. q. 68. ar. 8. Secus ſi volunt cathechizari, & credũt. Si autem ſunt paruuli poſſunt de conſenſu parentũ. 2. 2. quæſt. 10. ar. 2. ¶ conſi. 2. de cland. deſpon.

Infidelium terras inhabitantes poſſunt eis vendere equos ad vſum licitum. ¶ conſi. 13. eo. tit.

## Infirmitas.

INfirmitas iuſta cauſa eſt diſpenſandi, vt Monialis extra monaſteriũ maneat, ſecundum ius commune naturale diuinum, & humanum, de quo c. 1. de ſtat. mon. quod innouat Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regu. Non tamen videtur talis, iux. ius nouum editum in extrauag. Pij V. & Gregor. XIII. ¶ Conſi. 24. de Regul.

Infirmitas ad mortem eſt iuſta cauſa communicandi poſt prandium. Th. 4. d. 9. & 12. c. presbyter. de conſecr. d. 2. c. ſane, de cele. miſſ. c. quod in te. de pœnit. & remiſ. ¶ conſi. 16. de pœn. & remiſſ. num. 7.

Infirmitas, quando manifeſtum periculum parit ad recitandum officium auctoritate propria poteſt quis illud omittere. Si autem eſt dubia cõſilium Medici requiritur cũ auctoritate prælati ſecundum Sot. Sed etiam ſine illa poteſt per c. contraria. de conſecr. diſt. 5. ¶ de oratione. c. 21. num. 6. Non eſt talis cæcitas, aut ſurditas pro diſtributionibus lucri faciendis. ¶ c. 19. nu. 82.

Infirmitas, quæ notabile ſcãdalum ordinum vſui præbet irregularitatem inducit, vt lepra, epilepſia. ver. Irregularitas.

## Ingratitudo.

INgratitudo omnis peccatum, ſaltem veniale eſt, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 107. ar. 3. ¶ Tract. de redi. eccle. A quæſt. 1. Mon. 36. num. 2.

Ingratus omnis malus, ſed ille, qui malum pro bono reddit peior eſt omnibus. ¶ conſi. 4. de Renunc. nu. 7.

## Ingreſſus.

INgreſſus appellatione pro religione intelligitur ad habitum, & profeſſionem. ¶ conſi. 56. de ſent. excom. num. 3.

Ingreſſus Religionis, & habitus datio, quid ſpeciale eſt. c. quoniam. de regular. & cap. ex inſinuatione, de ſimo. ¶ conſi. 71. de ſimo. nu. 2.

## Inhabilitas.

B INhabilis ad beneficium non eſt talis ad penſionem, quia penſio non eſt beneficiũ. ¶ conſi. 1. de reſcr. nu. 3.

Si ſacramenta adminiſtrat, grauiter peccat. c. 1. 38. d. ¶ conſi. 4. de tempor. num. 7.

Qui talis eſt ad vnum, eſt inhabilis ad ei annexum. c. translato. de conſtit. glo. c. ſtudeat. 50. diſt. ¶ Manual. c. 27. num. 251.

## Iniquitas.

INiquitas non eſt actio iniqua, ſed habitudo mẽtis qua quis propenſus eſt ad agendum, quæ iniqua ſunt, C vt ait Ambr. in Apologia Dauid. c. 2. vt habetur c. ille ſex. de pœn. diſt. 3. & ab Ariſt. 5. Ethic. ¶ Com. c. omnis. de pœnit. diſt. 1.

## Inimicus.

INimicum generali, non autem ſpeciali amore diligere tenemur extra caſum neceſſitatis extremæ docet D. Tho. 2. 2. q. 25. art. 8. Et niſi ſcandalum generetur ſecundũ Caiet. ibidem. ¶ Conſi. 5. de pœnit. & remiſſ. nu. 3. & Manual. c. 14. nu. 25.

Iniu-

# *Iniuria*.

INiuriam inferre imbecillitas eſt, propellere autem virtus.¶Manua. c.24.num.16.

Iniuriam cõtemnere ſilendo, vt eo magis iniurius iraſcatur, & fremat peccatum eſt quia conſentire eſt, & cooperari peccato alterius.¶Ibi.c.14. num. 18.

Iniuriam dimittere tenemur, alioquin orationem Dominicam, dicere non poſſumus ſine errore: Et ſi illam dicimus, non dimittendo mentimur ſecundũ Caie. & Chryſo. ſuper Matt. c.6.Cyprian.ſer.6. de orat.Dominica. & Aug. in Enchirid. At D.Tho.contrarium docet.2.2.q.89.artic.16. quia illa particula verificatur, ſaltẽ in perſona Eccleſiæ,& ob multa alia. Quod intelligendum eſt,quãdo ille,qui orat non eximit inimicũ ab oratione communi. Quia ſi id faceret vera eſſet prima opinio.¶Com.de oratione.cap.19. num. 119.

Iniuriam dimittere, qui non vult poſt oblatam ſatisfactionem, monendus eſt,ne decipiat ſemetipſum, & ne in tentationem inducatur. Conſ.5.De Pœnit.& Remiſſ.nu.5.

Iniuria affectus odium tenetur dimittere,aut rancorẽ, & quale,& quomodo.Verb.Odium.

Iniuriæ veniã petere ille debet inter offenſos, qui in offendendo fuit prior ſi iniuriæ ſunt pares, ſi vero ſecunda eſt grauior tenetur ſecundus. Silue.Roſa Aur.caſu 56.¶Manu.num. 25.cap.14.

Iniuriæ actionem dimittere ex decentia non autem ex præcepto tenemur, glo. in c.ſi quis contriſtatus. 90. diſt. neque ſalutare inimicum niſi ob ſcandalum.¶ conſi.5.de pœn. & rem. num. 1.

A Iniuria perſonę redundans in ordine ferenda non eſt, neque diſſimulanda, ſed illi pro poſſe eſt reſpõdendum ſin minus ſancte poteſt diſſimulari. ¶Com.c.inter verba.Concl.2.nu.15.

Iniuria illata clerico,filio, vel Monaco, adeo principalis eſt pro alijs, vt pro eis. ca.Parochianos, cum annot. per iniuria.glo.Panor. & Fel.de ſent. excommun.¶ cap.inter verba.concl.6. num. 884.

Iniuria facta Canonico, vel Monaco alicuius collegij in collegium redundat regulare,vel ſæculare. glo. 1.c. vulgaris. de pœnit. diſt. 1.glo.c.parochianus.de ſent.excomm. Quam non

B poteſt ille Canonicus, aut Monacus remittere in præiudiciũ collegij. Sed bene collegium poteſt etiam nolente illo.¶ Com.d.c.vulgaris.de pœniten. diſtinct. 1.

Iniuria perſonæ maior eſt,quã fortunarum. l.in ſeruorum. ff.de pœnis. ¶Man.c.15.nu.fin.

Iniuriæ falſo nobis iniectæ vtiles ſunt, faciunt enim nos carere ſuperbia,vt teſtatur D.Greg. relatus.c.ſunt plurimi. 6.q.1. ¶ Com. c.inter verba. concl.2.num.3.

Iniuriarum actione tenetur ille,qui

C excommunicat iniuſte. glo.2.cap.non in perpetuum, quæ citat tex. cap.Temerarium. 2.q.3. ¶ Com.c.ſi quando. de Reſcrip.Remed.7.nu.43. & de oration.c.19.nu.119.

Et ſimiliter,qui attentat facere aliquem,vel aliquã impudicam. ¶ Com. c.ſi quis tam fœminam. de pœn. diſt. 1. num.1.

Et qui leuat manum ad percutiendum licet non percutiat.¶ Com.cap.ſi quis pulſatas.ead.diſt.

Iniurianti pauci ſunt,qui modo debito, & propter finem debitũ reſpondeant,vt impleant illud Sap. reſponde

 ſtulto,

ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam, vt abũde docet c.quam ſic.de elect.li.6.¶ Com. c.inter verba.concl.2.nu.18.

Iniuriam, qui à proximo non repellit peccat. Ambroſ.c.vnico.de Reliqu. & Vener.Sanct.& Auguſt.c.ſi.23.q.3. Tho. 1.2.q.74. ar.8. 2.2. q.145. ar.4. ¶de neceſ.defend.prox.nu.4.

Iniuria cæſus ex circunſtantijs locorum temporum, & perſonarum colligere debet an debeat omnino tacere ad quod dare poteſt ſalua conſcientia reſpondere: an temperare tacendò aliqua, quæ poſſent proficere. ¶ Com.c. inter verba.prælud.2.nu.8.

## *Iniuſtitia.*

INiuſtitia communis eſt peccatum, non omnis autem eſt mortalis, videlicet, quando eſt rei paruę.2.2.q.19. ar.4. ¶Com. cap.inter verba. concl.5. num. 55.

Genere tamen ſuo eſt mortalis omnis.¶ Manu.c.23.nu.73. Et ſecundum hanc maxime peccat, Epiſcopus tertiam partem fructuum ſibi ſoluere faciens pro litteris collationis. ¶ conſi. 13.de ſim. nu.3.

## *Inquiſitio.*

INquiſitio duplex eſt, altera generalis, ſiue præparatiua, qua generaliter Epiſcopus, ſeu Viſitator requirit crimina neminem nominando. Altera ſpecialis, ſiue ſolemnis, qua procedit ſpecialiter cõtra aliquem, quem per generalem inquiſitionẽ, infamiã, aut aliam viam inuenit culpabilẽ ſecundum Specul. De inquiſ.§.quando, receptus communiter ab omnibus c. 1.de off. ord. & l.congruit. ff.de off. præſid. generalis nemini nocet, ſpecialis autem ſic. ¶conſi.3. de accuſ.nu.4. & in Rub.de iud.nu.85.

Inquiſitio generalis fit ad tranquil-

A landam Rempub.puniendo mala, quibus turbatur.d.l.congruit. & d.c.1.de off.ord. ¶Com.d.Rub.nu.86.

Inquiſitio generalis ſi occulta querat, illa non ſunt reuelanda, quia eſt contra ius naturale, & diuinum, ſi autem reuelata fuerint caſtigantur. ¶ Ib. nu.87.& Com.cap.inter verba, concl. 6.corrol.47.

Inquiſitio ſpecialis criminis occulti, non permittitur ob ſolam eius atrocitatem, neque requirit partium præiudicium. ¶Ibi.nu.88.

Inquiſiturus ſpecialiter virtute infamiæ, vel alterius ei æquipollẽtis debet

B in primis ſuper ipſam informationem ſuſcipere. Quod tenuit Auguſt. contra Ang.in lib.de Maleſ.probatum ab Alc.in c.1.de off.ordin. Sed melius reprobatum per Decius conſil. 120. ¶Ibid.num.91.

Inquiſitio regulariter in Criminalibus vtroque iure prohibita eſt. Et quibus caſibus licet iure Pontificio, licet, & iure Cæſareo, & contra. Quare parum, aut nihil refert tenere opin. glo. c.de manifeſtis.2.q.1. & l.Reſcripto.§.ſi quis.de minor.& multis alijs locis, quæ aiunt communiter non licere. vel Bart. in l.ſi maritus.§.ſi autem.

C num.3.ff.de adult. qui ait regulariter permitti. Vel opinionem communem, quæ eſt Bald. qui ait, permittitur iure canonico, ſed prohibetur iure ciuili. Licita igitur eſt in publicis decretis, prohibita in occultis, quia nemo ſine accuſatorẽ damnandus eſt, vel vero, vel ficto, qui eſt notorietas, infamia, vel aliud quid æquipollens. ¶ dicta Rubr.num.80.

Inquiſitio criminalis fit de crimine manifeſto criminoſi occulti, ſed generalis de ipſo criminoſo per quod conciliantur. Caie.2.2. quæſt. 69.ar.7. Et Sotus de Rat.tegend.ſect.in 2.q.6.

& In-

& Innocen.c.bonæ.ol primo.de elect. ¶ Com.cap.inter verba. conclu. 6. & concl.50.

Inquiſitio præſertim contra Regulares ſine infamia fieri non poteſt,nec debet,neque in atrocibus,neque quoties iudex præſumit calumnioſe id facere. Quare in hoc errauit Alcia. cap. 1. de offi. ord. & ante ipſum Angel. Rubr.de iud.num.91.Et qui ſine infamia inquirit peccat , vel ſtatuendo,vt procedatur.¶ Ibi.nu.89.

Inquiſiti taciturnitas , vel conſenſus præſentis,& non opponentis,& ſi ſufficit ad valorem proceſſus , non tamẽ ſufficit ad excuſandũ. ¶ Ib.nu.91.

Inquiſitionis omiſſio,etiam à Principe ſimpliciter facta non tollit neceſſitatem infamiæ, vel alicuius ei equipollentis,licet contradicat Bald.l.nullus.C. ad leg. Iuliam Maieſt. Et ſi fiat motu proprio , vel aliter nihil refert. ¶ Ibi.nu.90.

Inquiſitio,quæ fit ſuper electo, poſtulato,vel præſeruato ad ordines, vel beneficium non eſt exceptio Regulæ de non condemnãdo ſine accuſatore, nec generalis inquiſitio,neque vlla alia , quæ fit ad vtilitatem priuatam , aut miſerabilium perſonarum,vel pij uſus operum, neque ulla facta ex officio.¶Ibi.nu.85.

Inquiſitio generalis quę fit non ad punienda delicta , ſed ad inuenienda mala.eſt iudicium præparatorium, & non deciſorium , neque per dicta teſtium in illa poteſt quis condemnari, ſi poſt ſpecialiter non ratificabuntur in eodem colligitur ex Bald. l. ea. nu. 42. de accuſ. Facit cap. veniens 2. de teſtib. ¶ Cap.inter verba.concl.6. nu. 654. Quãdo permittatur ſunt opiniones , quidam , quod non permittitur, niſi in quibuſdam caſib.Bal.quod permittitur regulariter. Alij , quod non

A communiter permittitur , ſecundum ius ciuile , ſed tantum ſecundum ius Canonicum. & eſt communis Decius Rubr.de iudic.num.7. Aret.cap. qualiter.2.de accuſ. & tandem alij , quod eſt differentia inter vtrũque ius Saly. l. ea quidem. C. de accuſa. Et videtur magis vero proxima, quia regulariter ſecundum utrunque ius inquiſitio ad puniendũ,non permittitur. ¶ nu.650.

Inquiſitio ſpecialis dicitur illa , quæ nominat per nomina ſpecialia appellatiua , & communia perſonas, ſeu ipſa delicta. vt quando inquiritur ſi Peutius,& eius filius grandior occi-

B dit aliquem. Poteſt tamen dici aliqua ſpecialis,quo ad perſonam, & aliqua, quo ad delicta. iuxt. Bartol. l. 2. §. ſi public.ff.ad leg. Iul.de adul.

Non poteſt tamen dari communiter regula de generali , quia qualis ſit iudex , habet determinare. l. 1. ff. de iur. delib. & c. de cauſis. de off.deleg. ſecundum Fel. in ca. eccleſia. de conſt. ¶ nu.646.& 647.

Inquiſitio ſpecialis fit cum ſolum ſit crimen apertum per generalem inquiſitionem.Bar.d.l.2.recep. communiter per Canon.c.qualiter 2.de accuſa. & Anton. 2. p. ti. 9.ca.1.alioquin

C inquiſitio generalis maneret inutilis, quo ad caſus inuentos in ipſa , debet tamen præcedere infamia, alioquin ſi delicta ſint occulta,non eſt abſurdum inquiſitionem generalem manere ſine effectu,quo ad illa. ¶ 648.

Inquiſitio ſemper fieri poteſt ad impedienda mala futura, & auferendi occaſionem illorum. iux. Innoc.4.ca. 1.de poſtul.& valet in omnibus publicis , & priuatis , ſecretis , & famoſis, quando publicum lædũt Sotus de rat. reg.ſecr.in 2 queſt.6.¶ 663.

Primo,quãdo eſt fama, vel magnus rumor de crimine. d.cap.qualiter , &

a fortiori, quando eſt notorium.cap. evidentia. de accuſa.ne populus ſcandalum patiatur,& ne infirmorum corda de mala fama percutiantur. ¶ 665.

Inquiſitio particularis interdum ſine probatione infamiæ integra fit ob ſolam ſuſpitionem populi., vel illorũ, ad quos eius ſapientia pertinet. iux. Innocen.ca. cum oporteret.de accuſa. dilatatus ibi per Anton. & Abba. ¶ nu.669.

Inquiſitio poteſt fieri ad denunciationẽ officialis publici. leg. ea quidẽ. non tamen ille debet, niſi crimen ſit famoſum.¶ 666.

Poteſt fieri contra captiuos de eo, qui inuenitur mortuus in domo.l.1.§. occiſorum. ff. ad Sillan. ¶ 667. Super crimine incidẽter in iudicio reperto. ¶ 675. Quod limitatur à Soto, quãdo illud crimen eſt circunſtantia aggrauans delictum, de quo principaliter agitur, quę limitatio eſt contra omnes Can.& Legiſtas.¶ 676.

Similiter poteſt fieri ex dicto teſtium, qui dicere non debuerunt.Sot. de rat. teg. in 2. q. 3. facit cap. 1. de accuſ.¶ 679.

Similiter ex delicto in iudicio ante iudicem commiſſo ut ſi teſtes male deponãt, vel ſint falſi Specul.de inquiſ. §.quando. Anton.3.p.titul. nouo.c.7. Vel ex eo, quod ſit atrox, vt ait Sot. vbi ſupra, vel ob offenſam, quæ tunc iudici fit. Barto. in extrauag. ad reprimendum.¶ 680.

Super crimine hęreſis, & Apoſtaſiæ ſine fama. C. ad leg.Iul. Maieſt.l. nullus. & cap. excommunicamus. de hær.§.adijcimus.¶ 683. Non tamen id fit ſine aliqua ſuſpicione cap. vt officium de hæret.l.6. ubi id colligunt Io. And. Dom.& alij.¶ nu. 694.

Contra complices detectos per reũ malefactorem.l.1.§.ſi quis vltro.ff.de A quæſtio.¶ 684.

Et eſt licita etiam contra iniuriam inferentes ſcolaribus. Bald. in Auth. habita. C. ne fil. pro patr.& perſonis miſerabilibus, vt viduis, pupilli, orphanis, peregrinis. Ange.in l.mulierum.C. ſi mãcip.alioquin magnæ præberentur occaſiones peccati. ¶ 685.

Et tande ſuper crimine lęſe maieſtatis, ob vindictam peccati præteriti per dictam extrauag. ad reprimendam. Et ex commiſſione Principis, licet non precedat fama modo, nõ ad inſtantiã, ſed motu proprio mandet. ¶ 686.

Inquiſitio non debet fieri propter B famam, niſi ante de illa informatio capiatur. Ange.lib.de malef.approbatum per Alcia.c. 1. de off. ord.¶ 687.

Non poteſt fieri contra Religioſos, pluſquam contra alios ſine infamia, ſi illa eſt ſpecialis, & ſi contra minus bene dicat Alciat. vbi ſupr. quia cap. in ſingulis, de ſtatu monac. citatum a Ioann. Anan. in cap.olim.de accuſ. loquitur tantum de generali.¶ 689.

Neque verum eſt, quod dixit paulo infra poſſe fieri ſine infamia, in omnibus criminibus atrocibus, quia & Ange.in l.ſi vacantia.C.de bon. vacantibus, qui id tenet, confutatur efficaci- C ter per Fran.Are.c.qualiter. ſecundo, de Accuſation.¶ 690.

Inquiſitio exigit infamiam ortam ante ſuum exordium, & carcerem, & à perſonis honeſtis.¶ 691.

Et ſi fiat ex mero officio, nõ differt ab ea, quæ fit ad inſtantiam, quia in vtraque reus iurat de calumnia, vt probat Anan. d. cap. qualiter.¶ 693. Et ſi fiat male vt ſine infamia valet tamen aliquando ad puniendum vt ſi reus non opponat, vel fatetur culpam cap.1.& 2.de Accuſ.l.6.¶ nu.688.

*Inqui-*

## *Inquiſitor.*

INquiſitor hęreſis ſuper inceſtu procedere non tenetur, attento ſolo iure communi, quia tale crimen nõ eſt hæreſis, neque illi acceſſorium ſuper quod tantũ habeat inquirere. cap. accuſatus. de hæret. lib. 6. & tradit Direct. inquiſ. 3. p. quæſt. 45. cap. excommunicamus. §. credentes. de hære. De nullo igitur delicto præterquã de hæreſi etiam ſi ſit ſuperſtitio inquirere debet. ¶ Conſi. 1. de hære.

Punire poteſt iudices conuerſorũ peruerſionem procurantes. cap. contra Chriſtianos. de hæretic. lib. 6. ¶ Cõſ. ſeptimo. eodem tit.

Cognoſcere põt de nepharijs Monachi, vel ſacrati geminatis nuptijs, quia id ſapit manifeſtam hæreſim, & de hoc loquitur Epiſcopus Pucenſis in Ench. viola. Relig. titu. de nephar. nupt. ¶ Conſi. 1. de hær.

Non poteſt procedere contra hæreticos niſi communicata re cum Epiſcopo Dioceſano. ca. per hoc. de hære. lib. 6. & clem. 1. §. verum. eodem ti.

Neque poteſt illos aliquis, quo ad officium ſuum impedire. ca. ſtatutum. & cap. inquiſitionis. §. prohibemus. eodem titul. ¶ Conſil. 10.

Eſt delegatus à ſede Apoſtolica, ſecundum receptiorem ſententiam, & notat Francus. cap. ne alicui de hæret. lib. 6. argum. ca. vt officium. eod. tit. Archid. autem ibi diſſentit. ¶ Conſi. 1. de off. Vic.

## *Inſolitum.*

INſolita, qui facit dolo agere uidetur gl. in leg. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. ¶ Conſi. 4. de Renunc. num. 7. Conſi. 1. de Homic. num. 3.

Inſolita fieri non præſumuntur. ¶ Conſi. 9. de temp. ord. num. 5. In ge-

A nerali conceſſione non veniunt. capit. fin. de offic. Vic. lib. 6. ¶ Conſil. 1. de homic.

Inſolita ſuſpecta eſſe ſolẽt gl. ſing. adiuncto dicto Baldi in l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſt. ¶ Com. 3. de Regul nu. 16.

## *Inſtitutio.*

INſtitutio poſt præſentationem diu tius differri poteſt, quàm collatio libera, quia hanc non poteſt quis facere poſt ſex menſes à vacatione. cap. 2. de conceſſ. præbend. Illam autem ſic,

B niſi terminus præfigatur à Superiore ſecundum Panor. communiter recep. d. c. 2. ¶ conſ. 29. de Reg. num. 2.

Relicta in alterius voluntate, nõ valet, & dicitur captatoria. l. illa. Inſt. cum gloſſ. & l. Captatorias. ff. de hæret. inſt. ¶ Conſil. 7. de teſtam.

Inſtitutio prælatorum, & beneficiorum communi iure perpetua eſt, ita ꝙ ſine culpa graui, non poteſt quis ab ea deponi, iux. c. ſatis peruerſus. diſt. 56. & c. inuentum. 16. q. 7. ¶ conſil. 4. de iur. pat.

Inſtitutio fieri poteſt ab illo, qui poteſt, & deſtituere, & contra. ca. cum

C ex iniuncto. cum glo. communiter recepta. de hære. Secus autem cum iure particulari priuilegij, fundationis, pręſcriptionis, vel conſuetudinis pertinet ad alium. ¶ Conſi. 6. de ſimo. nu. 3.

Inſtitutus in parte bonorum ſine cohærede in omnibus eſt inſtitutus. l. 7. §. ſi ex fundo. de hær. inſt. c. ſi pater, cum gl. de teſta. lib. 6. ¶ conſi. 6. de teſta. num. 4.

Inſtitutus in aliqua hęreditatis parte vnus eſt hæres l. Iulianus. ff. de hæred. inſt. ¶ conſi. 76. de Reg. nu. 3.

# *Inſtrumentum.*

INſtrumenta antiqua caſu inuenta, ſi alicuius res tangunt tutius eſt reuelare, quàm occultare. ¶ Conſil. 1. de rebus eccl. non alie. num. 5.

Inſtrumenta artis, quibus aliquis victum ſibi parat ſtatim reſtituere nō tenemur, iuxta Sanct. Anton. ¶ Manu. cap. 17. num. 59.

Inſtrumentū faciens pro dote præſumitur prius factum; quam inſtrumē tum faciens contra illam; licet vtrunque eodem die cōſtet eſſe factum. Barto. in l. 1. ſolut. matrim. ¶ Com. cap. ſi quis autem de pœn. d. 7. nu. 131.

# *Intellectus.*

EST potentia animę, qua illa cognoſcit, & potior eſt voluntate inquantum illam mouet præſentando obiectum; & rationem, quæ illud velle, vel nolle debeat, vt exprimit Sāct. Thom. 1. 2. quæſt. 9. ar. 1. ¶ Manu. prælud. 3. num. 7.

† Intellectus diuerſorum capitulorum legum, auctoritatum, Concilij, & Sanctarum continetur in locis diuerſis, vbi materiæ eædem pertractantur, & forſan fiat à nobis ſpecialis sūma.

# *Intentio.*

INtentio Miniſtri in conficiendis Sacram. neceſſaria eſt ſecundum omnes vt determinat Conc. Trid. ſeſ. 7. can. 2. Ita ratio concludit, quia; quæ ſunt apta ad multa, non videntur efficacia, niſi determinentur ad vnū quod fit per intentionem. Secundò, quia fiunt per inſtrumentum animatum rationale, quod requirit intentionem ſaltem virtualem, de qua loquitur D. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. Cui concordat Caiet. ibi, & Sotus. 4. d. 1. q. 5. art. 8. Tertiò, quia ſacramēta fiunt per actio-

A nem humanam, quæ ſine intentione eſſe non poteſt. ¶ conſ. 4. de temp. ord. Eſt igitur maxime attendenda in ordine. Et ſi eſt contraria proteſtationi prævalet ¶ Conſil. 7.

Intentio diſponentis, attendenda eſt, quæ ex prooemio colligitur, capit. quia propter, de electíon. & leg. final. de hæred. Inſtitut. ¶ Conſi. 5. de teſta. conſi. 16. de ſimon. nu. 4. Com. de datis, & promiſſ. nu. 6. De obſeruat. Ieiun. num. 5.

Intentio Reſignantis, vt reſignatarius poſt adeptam poſſeſſionem hoc, vel illud faciat coram Deo, non nocet,
B niſi exprimatur, vel deducatur in pactum. cap. tua. de ſimonia. ¶ Conſil. 1. de Iureiurand. num. 2. Manual. ca. 27. nume. 107.

Neque etiam ſi fit vt beneficium tali, vel tali detur. ¶ Conſil. 28. De ſimonia. num. 3.

Intentio Papæ ſeruanda eſt. c. ſuper literis, ſub fin. de reſcr. cap. ſi. de pręb. ¶ Conſi. 49. de præbend. num. 4.

Intentio minus principalis, non inducit ſimoniam. ca. quid proderit. 61. d. c. ſi officia. d. 59. arg. gl. ſing. capit. 1. de clē. non reſid. lib. 6. ¶ conſil. 50. de ſimo. num. 4.

C Intētio animi recta requiritur quo opus agentis ſit bonum non tamen ſufficit. cap. Non ſolam de Reg. libr. 6. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 5.

Intentio in emptione, duplex pōteſt eſſe, prima, vt dominium acquirat, alia vt dominium, & fructus. Et intentio generalis, quæ multipliciter intelligi poteſt, ita vt non comprehēdat animum donandi, non debet trahi ad donationem. l. cum de indebito. ff. de proba. & c. ſuper hoc. de renunc. ¶ conſi. 6. de vſur. nu. 2.

Intētio principalis lucrandi ex mutuo ſufficit ad conſtituendam vſuram,

etiam ſine pacto expreſſo, vel tacito, contra impium Molinæum: non autẽ minus principalis contra Sotum lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. art. 2, quia id tenet gloſſ. & Innoc. cap. conſuluit. de vſu. & colligitur ex c. officia. 59. d. ¶ Manu. c. 17. nu. 209.

Intentio tam actualis, quàm virtualis ſufficit ad horas dicendas, vt ſatisfiat quis ſuo debito. ¶ De ora. c. 13. nu. 17. & Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 309.

Intentio virtualis quæ ſit. ver. Relatio nu. 2.

Intentio nocendi, aut malum iniuſtum inferendi reſtitutionem non inducit, licet peccatum ſit, niſi opus procedat exterius. ¶ Manu. cap. 17. nu. 70. Eſt enim tantummodo contra charitatem, non autem contra iuſtitiam commutatiuam. num. 73.

Intentio reciproca ſine pacto collationem beneficij, non inficit, aut irritat, quia quando non interuenit conuentio tacita, vel expreſſa, etiamſi interueniat intentio mentalis, non propterea renunciatio fit illicita, vt poſt glo. ſingu. cap. condemnationes. 1. q. 2. Anto. tradit. ¶ conſi. 5. de pœnit. & rem. conſi. 43. de ſim. num. 20. Manual. cap. 23. num. 107.

Intentio recta illa eſt qua confeſſ. abſoluere proponit à neceſſarijs ¶ Cõ. cap. conſideret de pœnit. diſt. 5. §. cautus num. 30.

## *Interdictum.*

INterdictum generaliter ſignificat quamlibet prohibitionem Inſt. de interd. in princ. Ab eccleſiaſticis autẽ accipitur pro vna trium cenſurarum Eccleſiæ. Et ſic deſcribitur, vt ſit cenſura Eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, ſacramenta, & ſepultura actiuè, & paſſiuè exceptis aliquibus.

A Conuenit cum excommunicatione, & ſuſpenſione in multis, vt ait Cald. Tracta. de eccl. interd. primo, prout eſt cenſura. c. quærenti, de verb. ſignif. Secundo, prout in ſcriptis debet ferri, & cũ cauſa expreſſa. cap. 1. de ſent. excomm. lib. 6. Tertio, quod non ſuſpenditur appellatione ſubſecuta. cap. is cui. eodem tit. Quarto, illud debet præcedere monitio. cap. reprehenſibilis, de app. & in multis alijs. ¶ Man. c. 27. nu. 164.

Triplex eſt autem interdictum. Primum locale tantũ, quo locus ſolus interdicitur, vel vniuerſalis, vt Regnũ, Prouincia, Ciuitas, Pagus, Parochia,

B vel ſpecialis, quo interdicitur Eccleſia. Neque deſinit eſſe tale, eo quòd comprehendat multa loca, iuxt. Cald. vbi ſup. receptus communiter cap. præſenti. de ſen. excomm. lib. 6. Angel. addit, quòd interdictum ſingulare eſt ſpecies interdicti ſpecialis. Alterum eſt perſonale tantum, vel generale, quo interdicitur vniuerſitas. capit. ſi ſententia. Vel ſpeciale, quo interdicuntur perſonæ ſingulares vna, aut multæ.

Tertium eſt mixtum, exemplum quotidianum eſt in interdicto, quòd appellant ambulatorium, quo inter-

C dicitur aliqua perſona, & locus, vbi eſt, vel fuerit, quandiu ibi fuerit. De quo iudicandum eſt, vt de locali quatenus locale, vel perſonali quatenus perſona leg. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. ¶ Vbi ſupra nu. 166.

Interdictum locale generale, non includit populum, nec perſonas eius. Et ſi eſt generale, perſonale includit illum. Si eſt cleri alicuius loci non cõprehendit locum, aut populum, & habitatores eius laicos. Neque contra ſi eſt populi comprehendit clericos. Si tamen eſt cleri, videtur comprehendere Religioſos tam conuerſos, quam nouitios,

uitios, ſecundum Dominicum in d.ca. ſi ſententia. Item ſi eſt Ciuitatis inclu dit ſuburbia. cap. ſi Ciuitas. de ſent. ex comm. ¶ Ibi. nu. 167.

Interdictum vniuerſaliter fertur ab illo, qui poteſt ſuſpendere, & excommunicare, & includit tã ſontes, quàm inſontes, quia poteſt vnus interdici ob culpam alterius, licet non excommunicari. Non tamen ſufficit, eſt culpa non ſoluendi debitum, vt fer. tatur interdictum generale auctoritate ordinaria, vel delegata, ſine ſpeciali mandato Papę. Extrauagan. prouidas. de ſent. excom. Particulare tamen ſic ſecũdum Calde. ibi ſup. ¶ Ibi. nu. 168.

Generale interdictum fertur cõtra vniuerſitatẽ, quæ facit ſolui portoria illicita clericis. c. quãquam. de cenſib. lib. 6. & contra eum, qui facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exilium mittatur ſuus Epiſcopus. Clem. 1. de pœn. & eam, quæ impedit ingreſſum Nũcij Apoſtolici. ¶ 169.

Perſonale, ſolum includit perſonas nominatas, & actus in ea expreſſos. Si verò nulli exprimantur, omnes qui vetantur interdicti cenſentur incluſi. ¶ Ibi. num. 70.

Interdicto vetãtur omnia ſacramenta diuina, officia, & ſepultura, præter expreſſa, vel tacitè permiſſa. c. non eſt. de ſpon. c. fin. de exceſ. præla. c. quod in te. de pœ. & rem. ¶ nu. 71.

Interdicto non prohibentur multæ benedictiones, quæ non ſunt officia diuina. 172. Neque vna Miſſa in hebdomada ad renouãdum ſanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ. c. permittimus. de ſent. excomm. Neque officia diuina in loco generaliter interdicto; quæ debent fieri a clericis ianuis clauſis, voce ſubmiſſa non pulſatis campanis excluſis excommunicatis, & interdictis. c. fin. §. adijcimus. de ſent. excom. lib. 6. Et excluſis illis, qui non habent priuilegium iuris communis, vel ſpecialis, quare non poſſunt admitti clerici coniugati contra Margaritam Confeſſ. omnes igitur non priuilegiati, non poſſunt admitti, neque ad oblationem in medio Miſſæ, neque ad pacem, &c. ¶ Ibi. nu. 173.

In loco interdicto, ſeu eccleſia, poſſunt clerici recitare horas priuatas, ita tamen ſubmiſſe, vt ab alijs nõn audiantur: non autem hoc licet in loco ſpeciali interdicto. Non prohibetur lectio ſacræ Scripturæ. Non oratio priuata. Non adoratio Crucis. Non cantus laicorum, etiamſi eſſet Litania. Nõ confeſſio generalis.

Poſſunt recipi oblationes pro defunctis, & funeralia, & clerici poſſunt etiam ſepeliri in loco ſacro ex permiſſione. cap. quod in te. de ſen. excomm. Campanæ poſſunt pulſari ad Aue Maria, ad oſtendendas Reliquias, & prædicandum, vel ad aliud, quod non ſit officium diuinum. ¶ Ibidem vſque ad nu. 78. Sacrum baptiſmi pro paruulis eſt permiſſum. cap. non eſt. de ſpon. & pro adultis. c. quoniam. de ſent. excom. lib. 6. Confirmatio. cap. reſponſum. eodem titul. Conſecratio chriſmatis, & olei Cathecumenorum. Pœnitentia morientium. Et etiam profanis, dum nõn ſunt cauſa interdicti. Euchariſtia pro infirmis. cap. quod in te ſolum in articulo mortis, ſecundum glo. & matrimonium etiã inter interdictos perſonaliter ſecundum Calderin. non tamen cum benedictione, ſecundum Hoſtienſem ¶ Ibi. nu. 178. & 179. Item omnia diuina officia in ſolemnitatibus, Nat. Dom. Paſchæ, & Pentecoſtes, & Aſſumpt. B. Mariæ, non autem in eorũ octauis. Excluſis excommunicatis, & admiſſis interdictis. In die Corpor. Chriſti, & per octauam Matt. 5. & Eu.

gen.

gen. 4. In die Concep. Beatæ Virg. & A per octauam, vbi dicitur eius officium ordinatum pro eius Miſſa egredimini. ¶ De ora. c. 19. nu. 88.

Interdictum ſi ſuſpendatur ſimpliciter, omnia licent, quæ ante licebant. Si autem non eſt ſuſpenſum, ſimpliciter videndus eſt tenor ſuſpenſionis, vt ſciatur, quo ad quæ ſit ſuſpenſum; quia illa tantum licebunt. ¶ Ibidem num. 183.

Interdictum non denunciatum, nõ obligat. Neque ſimiliter, quando eſt nullum, & nullitas eſt ſufficienter publicata. Eſt autem nullus in omnibus illis caſibus, in quibus & excommunicatio nulla eſt. ¶ 187. B

Interdictum etiam validum, non violat laicus Miſſam, aut alia diuina officia, audiendo in loco interdicto, etiam ab eo, qui dicendo peccat, licet audiat à ſpecialiter interdicto. Caiet. in ſumma. Peccat tamen in quatuor caſibus.

Primò, quando eſt interdictus perſonaliter.

Secundò, quando illius eſt euidens cauſa expreſſe, vel tacite.

Tertiò, cum dicit talia officia, qualia dicendo violarent, & clerici.

Quartò, cum mentiendo aſſerẽs ſe C eſſe clericum minorum ordinum, vel habere priuilegium intraret ad audiẽda diuina vetita, vbi dicebantur clauſis ianuis. Peccant etiam Monachi, & Moniales, qui nullum ordinem habẽt, & faciunt, quæ clericis prohibentur. ¶ Vbi ſup.

Interdictum generale, non relaxatur ad cautelam, ſed ſimpliciter ſic, dato, data cautione de parendo Iudici, etiam antequàm de cauſa nullitatis cõſtet, ſecundum Rot. deciſ. 77. in nouis. Rubr. eſt 19. de ſent. excomm. in antiqu. Et videtur caſus. cap. qua fronte. de appell. ¶ Com. c. cum contingat. Remed. 6. num. 3.

Pro ſpeciali interdicto habendum eſt id quod Eccleſiæ omnes alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ interdicuntur, ſecundum Calder. de Eccle. Inter. quod tamen intelligendum eſt in dubio, quando ſimpliciter inter dicuntur Eccleſiæ non exprimendo, quòd ſit interdictum generale. ¶ Ibid. Remed. 2. nu. 38.

Interdictum ſiue ſit validum, ſiue inualidum, ſeruandum eſt ab omnibus Religioſis tam exemptis, quàm non exemptis, quando ſeruatur ab Eccleſia Matrice. Clemen. 1. de ſent. excom. Non tamen à laicis per eandem Clem. adiuncta glo. neque ab alijs clericis ſæcularibus. ¶ Ibi. nu. 39. & 40.

Interdicta, etiam ſi ſint perſonales actiones, cum tamen competunt ad beneficia, cauſam proprietatis, quodammodo habent annexam. ¶ Tract. opp. opp. 1. ſol. nu. 6.

Interdicto Capitulo non continentur ſinguli de Capitulo nominatim. c. Romana. §. Vniuerſitatem. iux. glo. de ſent. excomm. lib. 6. Idem de Clero, & Populo. Et ratio eſt, quia poteſt quis habere ſpecialiter priuilegium, vel poteſt eſſe particulariter abſolutus. Et ideo niſi quis ſit nominatus particulariter, poteſt in loco ſacro ſepeliri. ¶ Conſi. 13. de pœn. & remiſſ.

Interdictus ab Epiſcopo poſſeſſore: non poteſt eo præſente, etiam in mortis articulo, ab alio abſolui. ¶ Ibidem num. 4.

Et non poteſt denunciari, niſi citetur. gl. clem. 1. verb. Conſtiterit. de cẽſib. Ibid. nu. 8.

Interdictus ab officio minores ordines exercendo, incurrit irregularitatem, vt not. Panorm. per tex. in cap. 2. de cler. excomm. miniſt. & latius in ca.

fin.

fin.de exceſ.prælat.nu.6.& Arch.cap. ſi quis presbyter.2.quæſtio.3. Angel. Silueſt. Tabien. At contraria opinio longè verior eſt, quia in nullo loco corporis iuris inuenitur talis pœna.

Neque loca allegata id affirmant de ordinibus minoribus,& pœna illorũ, qui male, vel ſuſcipiunt, vel vtuntur ordinibus Sacris, non eſt extendenda ad minores. ¶Conſi.28.de ſent.excom mu.num.10.

## Intereſſe.

INtereſſe in genere, eſt damnum emergens,& lucrum ceſſans, eo q̃ aliquid ceſſatur,ſecundum glo.in verbo Poſſibile.C. de ſent. pro eo quòd. Et ideo intereſſe eſt id,quod mutuans perdit de ſuis rebus,aut deſinit lucrari eo, quod mutuat, aut eo quòd ob præſtitorum diem illi non ſoluitur. ¶ Com.de vſur.num.40.Conſil.2. de vſur.num.2.

Vtrumque horum contingens ob mutuum peti poteſt duobus caſibus. Primo,cum culpa,aut mora in ſolutione præceſſit glo.celeb.cap.conqueſtus de vſu.per cap.delicti,de foro compe. cap.peruenit.de fideiuſ.Secundò,cum ante, aut poſt moram contingit mutuum, tamen datum fuit per aliquam vim Regis,aut Ciuitatis. Tertio etiã poteſt peti,etiamſi nec vis, nec mora aliqua interueniat, modo mutuarius admonitus fuerit tempore mutui damni,quod interuenire poterat, & fiat aſſenſus.2.2.q.78.ar.2.ad primum. Et in omnibus iſtis caſibus poteſt etiam a principio conuenire pactum de ſumma,&c.Sot.lib.6.de iuſt.& iur. art.3. ¶Ibid.nu.42.

Intereſſe lucri ceſſantis ex mutuatione pecuniæ,expoſitæ negociationi ſponte facta accipere, an liceat. negauit Innoc.capit. fin. de vſur. tanquam A Doctor,quem laudat Sotus,vbi ſupra. Contra tamen tenent multi, vt Conrad.de contract.quæſt.30. Silu. Verb. Vſura.quæſt.19.Caie.2.2.q.69.art.4. Adrian.4.de Reſtit.quæſt.de vſur.Panorm.c.fi.de vſur.Hoſtienſ. cap. ſalubriter. eodem titul. & multos alios Auctor adducit a nume. 43. Cum hac tamen limitatione, vt deſit dolus, & fruas palliãs vſuras, atque non tanquàm res acquiſita, ſed tanquam in ſpe poſtea,& quæ impediri multis modis poſſit extimetur. ¶.nu.52.

Intereſſe, vt iuſte capiatur ſeptem requirit Corrad.q.30. Primò, vt talis B modus non tantum placent, quantum negotiationis,ſed hæc non eſt neceſſaria, quia modus lucrandi non poteſt fieri iuſtus ex ſola voluntate, nec ſimiliter iniuſtus Sotus, vbi ſupra. quæſt. 1.artic.2.

Secunda, vt intereſſe ſit verum, eſt neceſſaria,iux.mentem glo.& omniũ. Satis tamen eſt, vt tempore mutui lucrum ſit veriſimile, quamuis poſtea non ſubſequatur. Mem. C.de reſtit.

Tertia, quòd mutuatio,vel non ſolutio ſit cauſa amiſſionis lucri, ſecundum omnes. Sed fallit,ſecundum Caiet. & Medin. quando mutuans habet C aliam pecuniam, quã negocietur, niſi haberet eam ad alios fines.

Quarta, vt mutuans non ſit dandis vſuris aſſuetus.Sed hæc non procedit in foro conſcientiæ.in qua veritas prævalet præſumptioni.cap.tua.de ſponſ.

Quinta, vt non recipiat intereſſe priuſquam labatur tẽpus, intra quod veriſimiliter lucrum factum fuiſſet. Et ſecundum Medin. ſi lucrum veriſimile fuit conuentum à principio poteſt capi, etiamſi in fine factum nõ ſit. arg.c.in ciuitate.de vſu.

Sexta, vt mutuatarius non egeat extremè. Sed non videtur hoc neceſſarium,

rium, quia non tenetur etiam in tali caſu mutuare illi gratis, &c.

Septima, vt mutuans propter hoc non incurrat famam vſurarij apud ſimplices arg.ca.5.ad Theſſ. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos, quæ conditio non eſt neceſſaria ad euitandam vſuram, bene ad euitandum ſcandalum.

Octauò, quòd cauſa principalis mutandi ſit ſubſidium neceſſitatis, vitæ, ſalutis, honorum proximi. hæc eſt honeſta.

Nona, vt non paciſcatur, neque capiat totum intereſſe quod veriſimiliter ſperatur ceſſantibus impedimentis cauſalibus ſed ſolum tantum, quantum valet illa veriſimilis expectatio conſideratis impedimentis. ¶ Ibid.

Intereſſe, qui cogitur ſoluere poteſt licite à mutuatario expetere, qui ſtato die non ſoluit. cap. 1. Innoc. de vſur.

Intereſſe, quomodo licite petatur, vide conſi. 2. de vſu. nu. 15. conſil. 19. nu. 3. conſi. 7. nu. 5. conſ. 25. nu. 6.

Intereſſe, & damnum intrinſecum, non remotum reſtituẽdum eſt. ¶ Cõſi. 1. de iniur. num. 5.

Intereſſe ex lite proueniens ob debitum non ſolutũ iuſte petitur. ¶ conſ. 2. de vſur. num. 1.

Intereſſe, quod verum, vel veriſimile non eſt etiam poſt mortem, peti nõ poteſt. ¶ Ibid. Et ſi per ſententiã adiudicatum arbitrio boni viri penſandũ eſt Ibid.

De his omnibus vide Manual. c. 17. num. 211. & 212.

## *Interpetratio.*

INterpretatio continens delictum in dubio reijcienda eſt. c. 2. de reg. iur. & l. merito. ff. pro ſoc. ¶ conſil. 25. de ſimo. num. 1.

In dubio ita eſt facienda, vt actus valeat. l. quoties. ff. de verbo. obliga. & l. quoties. in actionibus. ff. de reb. dub. & c. Abbate, de verbo. ſign.

Interpretari eius eſt, cuius eſt condere. l. fin. C. de legib. ¶ conſil. 1. de cleric. non reſiden. num. 5.

## *Interrogatio.*

INterrogatio dupliciter poteſt fieri, vel primo, vt diſcat interrogãs, & hoc modo nunquam id facit Deus, qui omnia nouit. Secundò, vt interrogatus diſcat, aut agnoſcat, aut aliqua inde vtilitas illi adueniat, quod frequenter feciſſe Deum in ſacris litteris nouimus. Abulenſ. in Matth. 26. q. 19. ¶ Com. c. nouit. de iud. notab. 1. nu. 18.

Interrogatio facta ad diſcendũ, videtur procedere ex ignorantia rei, de qua procedit. c. iudicantem. 30. q. 5. & l. 1. ff. de interrog. actorum. vbi Bar. ait interrogationem fieri ad certificationem, & ideo non videtur fateri quiſquis interrogat, quod obſeruat Panormit. in c. fi. col. 5. De confeſſ. quicquid gl. & Archid. dixerint. in c. fi. 30. q. 1. Quorum opinio poſſet procedere in interrogatione facta interroganti iuxta leg. 1. §. ſi quis. ff. de verborum oblig. Vel cum ſit perdictionẽ, quę rei veritatem præſupponit. Et eſt illa: Nonne? ca. nonne. de præſump. ¶ Ibi. numero 14.

Interrogari non debet Reus à iudice iuramento delato, antequam de delicto habeatur plena, vel ſemiplena notitia.

Et vſus contrarius corruptela eſt naturalis, & diuini iuris. ¶ Com. in Rubrica. de iudic. nu. 56. vt declarat Innoc. 3. cap. Qualiter & quando 1. de Accuſ. Sotus. de rat. teg. m. 2. q. 2. etiãſi contrarium ſentiat Caie. lib. 17. Reſp. reſp. 5. ad 1. ¶ Com. c. inter verba concluſ. 6. num. 577.

Neq; obſtat poſſe iudicem vbicunque,

que interrogare partes. leg. vbicun-
que. ff.de interrogat. actio. quia hoc
non habet locum in Criminalibus, vt
ait Bald.& lectura allegans in id In-
noc.in c.dudum.el 2.de elect.¶ Com.
ca. quis aliquando, §.non tibi dico.
nu.19.de pœn.diſt.1.

Interrogari quem poſſe de crimi-
ne,de quo non ſit infamatus,qui aſſe-
runt,malefacit, licet ille ſit infamatus
de alio crimine immo, & conuictus.
Caiet.2.2.q.69.art.1.Angel. de Male-
ficijs. Verb. Fama publica. Hyppol.
Marſil. in lege Repete. nu.91. ff. de q.
Et hoc Alexã. pro certo præſupponit.
conſil.52. ¶ Manu.ca.18.nu 41.Com.
c.inter verba.concl.6.nu.15. Com.ca.
Rub.de iud.nu.62.

Interrogari poteſt quis de crimine,
de quo non eſt indiciatus ſi illud ſit
preparatorium alterius,de quo eſt in-
famatus, vt caſus dari poteſt in furto.
¶ Ibid.num.64.

Interrogatus in Notorijs, & famo-
ſis tenetur reſpondere Innoc.in c.du-
dum.el 2.de electio.quia interrogatur
à iudice de his, quæ aliquo modo, ſibi
nota ſunt, & ſecundum iuris ordinẽ.
Tho.2.2.q.69.art.2.Non autem tene-
tur id facere in alijs, & præſertim in
occultis, quia Poteſtas publica, quæ
ſcientia publica dicitur,non poteſt di
ci occulta. Et iudex non poteſt inter-
rogare,niſi facta ſibi probatione ſuffi-
ciente in acta publica valide, & recte
deducta,& ita ſolum præcedente noto
rietate.¶ Vbi ſupr.nu.59.& Com.cap.
inter verb.concl.6.nu.725.

Interrogatus,an poſſideat duas Ec
cleſias, non cenſetur interrogari de
crimine, quia illud non ſonat directe
crimin.¶ Ibidem nu.60.

Interrogatus à iudice incompeten-
te, vel alios ſine iuris ordine legiti-
mo: An tale quid furatus fuerit, po-
A teſt ſecura conſcientia reſpondere ſe-
cure, & ſimpliciter ſe non feciſſe, in-
telligẽdo tacite,de tali die, menſe,vel
anno per fundamentum,irrefragabi-
le. Palud.contra Gabr.& Adri. ¶ Ma-
nu.cap.13.num.88.

Interrogatus iuridice in viſitatio-
ne, de peccatis publicis, aut ſatis ge-
neraliter, de peccatis nulla expreſſio-
ne facta de occultis, occulta reuelare
non debet,ſi non erant preparationes
ad nocendum alijs, neque debet de-
nunciare, quæ probare non poteſt.
Prouerb.11. Qui ambulat fraudulen-
ter,reuelat amici commiſſum.cap.qui
B ambulat.5.q.5.D.Th.2.2.q.70.art.1.
Et poteſt iurare ſe illa neſcire abſque
periurij metu intelligendo intra ſe,ſe
illa neſcire ita,vt dicere teneatur.Gan
dau.quolib.9. Adrian.4.de correctio.
fraterna. Quicquid dixerit Genneſius
à Sepuelda.li. de Ratione red. teſtim.
c.13. & Sotus.de Ratio teg.m.2.q.13.
Qui tamẽ fuit alterius ſentẽtiæ loquẽ
do de teſte. m. 2.q.7.¶ Man.c. 18. nu
61.c.25.nu.4.Com.c.inter verba.Cõ-
cluſ.6.nu.3. & nu.769. Com. de veri-
tate.Reſp.per totum.

Interrogatus quis dicitur ſecundũ
iuris ordinem,quando tria concurrũt.
C Primò,quòd iudex ſit competens.Se-
cundò, quòd delictum ſit probatum,
vel plene, vel ſemiplene. Verbo Pro-
batio. Tertiò,quòd huiuſmodi proba
tio reo ſit notificata vt ſciat in quo
ſtatu ſit.Tho.2.2.q.99.ar.1. ¶ Manu.
c.18.num.57.

Interrogandus non eſt, quis ob ali
quod crimen, niſi præcedant indicia.
l.1.& l.maritus,& l.fi.ff.de quæſt.& l.
ſicut.C.de falſis.Cum autem eſt indi-
ciatus poteſt interrogari, quia illud
eſt iam aliquo modo iudici notum.
¶ Com.in Rubr. de iudic.nu.62.Vide
Verbo Reus. Et Verbo Iudex. nu.15.

In-

Interrogatio deſinit eſſe iuridica A quando iudex eſt incompetens. ca. ſi à non competenti & per totum cap. At ſi. De iudice, vel ſi eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa ob legitimam accuſationem, vel appellationem cap. Cum ſpirituali de Appellat. ſecundo quando non adeſt probatio plena, vel ſemiplena verſ. Probatio. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 733.

## *Intimatio.*

INtimatio facta Canonicis capitulariter non congregatis, non eſt legitima, nec pro tali habenda, niſi op B poſita clauſula (Si non patet acceſſus.) ¶ Conſil. vigeſimo primo. de ſen ten. excommunic. num. primo.

Intimatio propriæ Perſonæ, facienda eſt, vt ei pariat præiudicium: Vel Procuratori habenti mandatum ſufficiens, vt dicitur in Clemen. cauſam, quæ. de elect. ¶ Ibidem num. tertio. Extra capitulũ autẽ facta non ſufficit ad pœnas incurrendas. numer. ſexto.

## *Intruſio.*

INtruſionis, & fructuum perceptorum mentionẽ facere tenetur ma- C le prouiſus, quando petit à Papa confirmationem Beneficij. Felyn. ca. in noſtra. de reſcript. ¶ Conſi. 8. de iur. patr.

Remedium autem primum intruſionis, eſt pœnitere ponendo Vicarium. Deinde ſupplicare Sanctiſſimo Domino noſtro, vt confirmet collationem ab Epiſcopo factam data diſpenſatione de fructibus male perceptis. ¶ Ibid.

Intruſionis à vitio ignorantia iuris poteſt excuſare, quando illiteratus eſt paruulus, uel maior, ſed ruſticus, aut ſi virorum grauium, ac Doctorum auctoritate beneficium acceptauit. Collatio tamen nulla manet. argument. eorum, quæ notantur. leg. Athletæ. §. de Ruſticis. de excuſation. tutor. & curator. ¶ Relect. capitul. ſi quãdo, de Reſcript. exceptio. 18. nume. ſeptimo.

Intruſus in beneficio eſt ad illud, licet non ad aliud inhabilis, Panormitan. cap. iamdudum. de præbend. Felyn. cap. in noſtra. de Reſcript. Et talis cenſetur, qui minus vigintiquinque annis præſentatus, & inſtitutus ab ordinario fructus de beneficio Curato, recipit Felyn. vbi ſupra. ¶ conſi. octauo. de iure patr.

## *Inuentio.*

INuentio Nouitatum filia eſt inanis gloriæ, ideo peccat, qui adinuenit nouas epulas, veſtes, exercitia, ludos, & alia noua de ſe mortalia, aut ad finem mortalem directa, aut ad iacturã notabilis cultus Dei, aut boni alieni, publici, aut priuati. ¶ Man. c. 27. nu. 17.

Inueniens aliquid qui fluminis in ſuum fundum nactum, & ſibi accipiẽs peccat, niſi eſſet aliquid, de quo iure præſumeretur eſſe pro derelicto. argument. leg. qui leuandæ. ff. ad leg. Rhodiam. de iact. Gab. quarta diſtinct. 15. quæſt. octaua. ¶ Manual. c. 17. nu. 176.

Inueniẽs auem, & feram in laqueo etiam alieno accipere poteſt. leg. in laqueum. ff. de acquirend. rerum dominium. §. illud quæſitum. Inſtitutio. de rerum diuiſ. Etiamſi contraria conſuetudo obſtet Maior. 4. diſt. 15. quæſt. 10. ¶ Ibidem.

Inueniens aliquid generaliter, & ſibi retinens, quam cito poteſt, ſi non reddit illi, qui perdidit cum illum cognoſcat, aut ſi non fecit, quæ poteſt, vt eum cognoſceret, peccat. Sotus 4. diſt. 15. Modo res illa ſi notabilis quantitatis, & vere aliena. ¶ Ibid. num. 170.

*Inue-*

## *Inuidia.*

INuidia eſt vitium inclinãs ad inordinatè triſtandum de bono alieno eo, quòd ſuam excellentiam miſcuit, iuxta Ariſtotel. 1. Rhet. & S. Thom. 2. 2. q. 36. quem putere Caiet. ibi defendit.

Eſt mortalis, primò quando quis deliberatè dolet de bono notabili proximi ea ratione, quòd ſua per illud excellentia minuitur. Secundò, quando quis triſtatur eo, quòd illi non ſunt tanta bona temporalia, quanta alijs ob finem mortalem.

Tertiò, quando quis deliberatè triſtatur eo, quod Deus bona malis largiatur diuinam in diuidendo prouidentiam incuſando. quòd latè explanat. Caietan. 2. 2. quæſt. 46. artic. ſecũdo. ¶ Com. c. ſi quis. de pœnitẽ. diſt. 3.

## *Inuocatio Dæmonum.*

### Verbo Dæmon.

## *Ira.*

IRa primò accipitur pro paſſione animi ſita in potentia iraſcibili, quæ non habet contrarium, vt aliæ paſſiones eiuſdem. Secundò, pro habitu vitioſo. Et eſt vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ. 2. 2. q. 158. Peccatum autẽ iræ eſt actus inordinatus uolendi vindictam. Et eſt vitium capitale eo, quia inde naſcitur indignatio, Timor, Clamor, Blaſphemia, Cõtumelia, Opprobriũ, & Rixa alij addunt, Maledictionẽ, Seditionẽ, Bellum Vindictã. Sed vindicta eſt prius eius actus. Maledictio, & Contumelia, Seditio, & Bellum ad Rixam pertinent. Quomodo verò circa iram contingit peccare, Vide in locis proprijs, vbi agitur de iſtis Alijs.

A

## *Irregularitas.*

IRregularitatis nomen eſt parum latinum, & ſignificat generaliter id, quod aliquem extra Regulam ponit. Sed in hac materia eſt impedimentũ inductum à iure canonico directè impediens ordinum receptionem, aut aliquem vſum eorum quatenus ſunt ordines, etiam poſt pœnitentiam. Innocen. cap. Niſi de renunciat. Et hæc definitio melior eſt, quàm illa Specul. de diſpenſ. §. iuſta. Anto. 3. p. tit. 28. & Aluar. li. 1. de planctu Eccleſ. artic. 48. Inducta autem eſt omnis irre-

B

gularitas à iure canonico humano, quamuis aliqua eius origo in veteri teſtamento fuiſſet ſecundum mentem glo. §. 1. de conſecr. diſt. 1. Innoc. cap. ad audientiam de homoc. Non eſt autem cenſura eccleſiaſtica, ſed ſpecies pœnæ multũ differens ab illa. ¶ Man. c. 27. nu. 191.

Irregularitatis ſpecies quinque sũt manantes ex quinque defectũ generibus, videlicet, Sacramenti, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti: & hoc accipiendo illam ſpecialiter.

Non enim incurritur, niſi in caſib. iure expreſſis. c. is qui. de ſent. excom. libr. 6. At ſi accipiatur generaliſſime poteſt habere infinitas ſpecies. Et hoc

C

modo verificatur ſententia Aluar. li. 1. de planc. eccl. cap. 24. ¶ Ibid. nu. 192.

Irregularitas nulla eſt mentalis, quia non incurritur, niſi faciendo id, pro quo imponitur. Neque de illa iudicatur, quis in dubio in foro exteriori, ſecundum Panorm. dict. cap. ad audientiam. Secus in foro interiori. cap. ſignificaſti. el 1. De homi. Ratio eſt quia nemo poteſt facere abſque peccato id de quo dubitat an ſit peccato, & quod nullus iudex debet condemnare eum, de quo dubitat an debeat condemna-

demnari.¶Ibi.& conſi.1. de cler. non ord.& conſi.22.de homic.A celebrante irregulari nouæ nõ incurrit.Innoc. ca. ſi celebrat.de cler. excommu. quia id nullo iure cauetur. Et potiſſimum, quia non eſt cenſura. ¶ Conſi. 71. de ſent. excommun. Peccat tamen, qualiter ille, qui celebrat. argum.cap.fin. de tempor.ord.¶ num.194.

Irregularitas, ſi eſt occulta tantum nocet,quo ad forum conſcientię, quã tum publica, & æquæ acceſſoria eſt diſpenſationi vtraque licet Caſtrenſ. libr.2.de lege pœn.contrarium teneat ſine textu, & ratione efficaci, contra omnem vſum eccleſiæ hactenus obſeruatum.Et colligitur ex Conc.Trident.cap.6.ſeſſ.24. Et diſpenſatio occultæ ex delicto prouenietis ad Epiſc. pertinet ex illo Conc. præterquam ex homicidio voluntario.¶ Ibid.

Prima irregularitatis ſpecies incurritur ex bigamia,de qua ſupra dictum eſt. Verbo Bigamia.

Secunda ſpecies ex defectu corporis inducitur. ſ. ex defectu cuiuslibet membri principalis ob culpam contingente. cap. 1. & cap.ſi euangelica.55. diſtinct.quamuis membrum ſit occultum, neque facultatem vtendi ordinẽ impediat,ut ſunt pudenda cap.ſi quis abſciſſerit. 55. diſt.Hoſtien.in ſumm. corpor. vitiat. §. & qui, & in cap. ex arte.eod. titu. Et ſimiliter ſi ſit defectus partis membri, quam quis ſibi per indignationem abſcidit. cap. qui partem. ead. diſt. Quod intelligitur, quando id,eſt notorium.Et tunc reducitur ad quintam ſpeciem. Et in hoc cõciliantur Anton. & Cardin. capit. final.de corpor.vitiat.¶ Ibid.nu.198.

Si autem defectus contingit abſque propria culpa, & celebrationem non impedit,eã nõ iducit, vt caſtratus per vim.=nacula oculi,quæ nõ priuat viſu.

A Si autem priuatur quis viſu oculi ſiniſtri cum difformitate apparẽti eſt irregularis.Non autem ſi ſine tali deformitate. Et ſic intelligendum eſt.ca. ſi euangelica. quamquam contra gloſ. ſentiat. cap. ſecundo. de verb. ſignifi. ¶ num.199.

Irregularitatem inducit etiã quilibet defectus, aut imbecillitas membri, quæ inhabilem ad celebrandum facit,ſaltem ſine notabili horrore, deformitate, aut ſcandalo, ſiue incurratur ex culpa,ſiue ſine illa. cap.final.de corpor.viciat.quę eſt Regula Panorm. cap. ſecundo. de clerico ægrot. Talis

B autem deformitas,quæ ſit, debet Epiſcopus determinare, ſecundum Innocen,cap. ad audientiam, de homic.

Et ſi inhabilitas eſt ad aliquod officiũ, non tamẽ cenſetur eſſe ad aliud, iuxta Panorm.vbi ſup.quod uerum uidetur quando illam non incurrit ſponte, aut ſua culpa. In tali autem ſpecie irregul. ſolus Papa diſpenſat. Inno. cap.1.de re iud.libr.6.¶ Ibid.nu.200.

Hanc irregularitatem incurrunt, illegitimus.

Defectum ætatis patiens, quamdiu ille durat, & ſolus Papa diſpenſat. Card. Clemen. final. de ætat.& qual.

C quamuis ſit Religioſus,non obſtantibus priuilegijs, quæ videntur excluſa per Conc. Triden. ſeſſion. 23.cap.12.

Leproſus, qui nec poteſt ordinari, neque ordinibus ſuſceptis uti. cap. cũ percuſſit.7. quæſt. 1. Idem dicendum de qualibet infirmitate, quæ notabilę ſcãdalũ ordinum vſui præbet.arg.l.illud.ff.ad leg.Aqu.c.2.de transl. præl.

Epilepſiam, ſiue morbum caducum patiens ca.in literis.7.quæſt. ſecunda. & ſolus Papa diſpenſat, per notata in cap.& ſi clerici.§.1. de iud. Ita vt qui ſemel tantum tali morbo fuerit infectus non poſſit amplius ordinari,quã-

uis

uis omnino ſanus appareat.arg.§.fin. 15. quæſt. 1. Et ordinatus ſi raro etiã cadit modo ſpumas ex ore emittat celebrare non poteſt cap. 2. 7. q. 2.alias ſic, vt colligitur. c.communiter.33.d. Idem de lunatico, & furioſo.

Arreptitius nunquam debet celebrare ſecundum Anton. 3. par.tit.28. cap.5. quia eſt irregularis, ſecundum Alua vbi ſup.c.48.

† Eſt autem Arreptitius,quiſã Dæmone poſſidetur.

Eandem inducit ſeruitus, ita ut nõ poſſit ſine facultate ſui Domini ordinari, & ſi cum illa ordinatur fit liber. Si ſine,manet ſeruus perpetuo,ſi ſumpſit ſolum minores, ſi autem maiores liberare ſe poteſt dando æquiualens. Si autem nõ habet exhibeat ſeruitia, quæ decent.

Eandem inducit infamia tam facti, quam iuris. cap. infamibus. cum glo. ei adnotatis per Francum.de regu.iur. lib.6.& in infamia iuris ſolus Papa diſpenſat,niſi quando epiſcopo diſpenſet ſuper delicto, ad quod ſua facultas ſe extendit,quia tunc etiam acceſſorie infamiam demit, iuxta gloſſ. ſingul. cap.euphemium.§.1.ſecunda quæſt.3. cui ſimilis eſt in cap.Domino.50.diſt.

Eandem incurrit, qui uinum non poteſt bibere,ita vt nõ euomat. gloſſ. ſingular.cap.ipſi Apoſtoli.2.quæſt.7. Cum quo neque Papa poteſt diſpenſare.¶ Ibidem num.204.

Tertia ſpecies irregularitatis ex defectu Animæ continet.

Primò, illiteratos, id eſt penitus literarũ ignaros.cap.illiteratus. 36.d. Verbo Illiteratus quos Conc.Triden. ſeſſion.23. cap. quarto. videtur facere inhabiles etiam ad primam tonſurã, qui neſciunt legere, & ſcribere. Et ad minores ordines, qui ſaltem Latinum linguam non intelligunt.In quo defe-

A ctu,aut nũquã, aut raro Papa diſpẽſat.

Secundò, continet infideles, id eſt nõ baptizatos,& ca.ueniẽs ,de presb. non baptizat.Licet ſint cathecumeni, & ſancti.

Tertiò,hæreticos,aut fautores hæreticorum, quamuis ſint iam cõuerſi. c.ſi quis eum. 1.q. 7.c. 2. de hæret.lib. 6. & filios eorum vſque ad ſecundam generationẽ per lineã virilem. Quartò,Saracenos, Iudæos paganos, neophytos,cap.1.84.d.cap.conſtituit.17. q.4.¶ Ib.num.105.

Quarta ſpeties ex Defectu lenitatis perfectę,oritur autem hæc irregularitas ex occiſione,aut mutilatione mem

B bri licita, quia viſum eſt talem mutilantem, non ſatis referre lenitatem Domin. Noſt. Ieſu Chriſti. per dicta S.Thom.2.2.q.40.ar.2.¶Ib.nu. 206.

Quare irregularitatem hanc incurrit,qui iam baptizatum hominem deformat in caſu licito alio,quàm infirmitatis, aut dat cauſam propinquam deformandi aliquem,aut ſaltem,vt citius deformetur,quam alias fuiſſet deformatus extra neceſſitatem ineuitabilẽ ſuę vitæ defendendæ. Quid ſit deformare. Vide verb. Deformare. Quid ſit dare cauſã propinquã.Verb.Cauſa.

Hanc irregularitatem non incur-

C runt infraſcripti.Non baptizatus.cap. ſi quis vidiã 50.diſt.ſecundũ Panorm. & præpoſit.Ib.c.Gaudemus.de diuor. & Innoc.Ibidẽ.Card.clem.1.de hom. Et ratio eſt, quia iura ſolum loquuntur de actibus baptizatorũ d.c. ſi quis viduam.

Qui non deformat, aut deformant corpus iam mortuũ,vt portando ligna ad comburendam hæreticum, qui iam expirauit. Anton.4. p. ti.28.c.2. Qui deformat in caſu infirmitatis. cap. ſi quis à medicis. 55.diſt. Vt chirurgus, & eum adiuuans,& ratio eſt,quia nihil

nihil eſt in iure præceptum, & quia A mouetur virtute pietatis ad ſanandũ. Non autem ad uindicãdum, vt index, qui propterea illam incurrit ex iuris præcepto.¶ Num. 217. aut ſi eſt cauſa remota.c.de occidendis.35.q.5. gloſſ. cap.de cætero.de Hæret. num.209.

Qui in neceſſitate id facit. Clem.si de Homic.quamuis ante illam oppoſitum tenuit S.Thom.2. 2.q.64.ar.7.ad 3.Talis autem eſt, qui neque fuga,neque vllo alio modo,niſi interficiendo, aut deformando aggreſſorem eum uitare poteſt,iux.glo. Clemen.1. & cap. ſuſcipimus.eodẽ titu. Dixi fuga, quia ad vitandam irregularitatem tenetur B fugere aggreſſus, ſecundum Panorm. cap. olim. de reſt. ſpol. quoniam hæc ſine peccato incurritur. Si tamen fuga eſt periculoſa ſibi non tenetur, ſecundum communem, quam ſequitur Fel. d.ca. ſuſcipimus. ¶ Ibid. numer. 219.

Neque clericus, qui in bello iuſto hortatur alios ad occidendum ob victoriam generaliter, neque ſi ipſe percutiat,modo non deformet.¶ nu.215.

Hanc irregularitatis ſpeciem incurrũt Iudex, Accuſator, Fiſcalis, Teſtis, Notarius, Procurator, Aſſeſſor, & quilibet alius officialis, qui ad deformationem concurrit.cap. aliquantos. C 51.diſt.& Clemen.1.de hom. Et pariter denunciatores eorum, qui pœnã mortis, vel mutilationis merentur,ſi capientur, dummodo non proteſtentur ſe id facere, vt impediant, ne mala fiant.¶ Ibidem num.212.

Qui deformat aliquem ob defenſionem iuſtam vitæ alterius,etiam patris, aut matris etiam in bello iuſto, etiam in caſu, quo niſi ipſe id faceret ciuitas obſeſſa caperetur.¶nu.213.

Qui arma miniſtrat valenti ſe ſine illis defendere ſi inuadẽtem occidat. Et generaliter, qui præbet ad deformandum cauſam, auxiliũ, fauorẽ, &c. ſi deformatio inde ſequitur.

Quinta ſpecies irregularitatis, vocatur ex delicto: oritur autem ex multis. Primus caſus eſt ex homicidio voluntario, ſolus autem ille hanc incurrit, qui diſcretus, & baptizatus ſeipſum, aut alium hominem deformat illicite, aut cauſam propinquam illicitam illius, aut ſuæ anticipationis præbet. Hanc autẽ intellige, ſicut in proxime dictam, & in iiſdem caſibus, & regulariter deformatio intenta, & uolita in ſe illam ſemper inducit. nulla autem Caſualis deformatio illam inducit.¶ Ibi.num.220.

Omnis, & ſola deformatio mixta ſequuta ex opere illicito lege iuſtitiæ, quod eſt cauſa propinqua eius inducit illam.ca.tua, & c.ſuſcepimus. de hom. & c.ſi.eo.ti.lib.6.

Neque ſufficit, vt ſequatur ex opere illicito, niſi ſit cauſa eius propinqua: qualis eſt deformatio iactu fulminis facta, ab eo qui male iuſſus aliquo ibat.

Hinc apparet, quid dicendum ſit de Monaco, Chirurgico, abortiente, vulnerante, & deformante, Miniſtrante arma, iuuante, hortante, accuſante ſine proteſtatione, detinente furem, alente feram, magiſtro caſtigante, ludente illicite, clerico venante, cordigero equitante, & de adulterante, & de multis alijs caſib. qui formari poſſunt. Quare huius ſpecies irregularis erit, qui occidit, aut aliquo modo adiuuat, cauſa, vel teſtis eſt.¶ conſi.5. de homic.conſ.15. & 25.

Qui occidit inuaſorem, etiam cum moderamine ſi ſua culpa ſit aggreſſus. ¶ Conſi.32.de homic.

Percutiens enſe in capite, etiã contra intẽtionem occidendi, ſecuta morte.¶ conſi.28.eo.tit.

X Qui

Qui peccato mortali aliquid dicit, A vnde pręter intentionẽ ſequitur mors alicuius.¶conſil.29.eo.tit.vt qui dicit N.cum reis ex delicto damnatis ſolitũ eſſe incedere,& propterea comprehenditur,& occiditur.

Qui reum ad durum carcerem, vel inediam nimiam damnat, ſi mors ſequatur.¶conſi.2.de pœn.

Qui ſibi commiſſa criminali iuriſdictione, alteri criminalẽ cauſam committit.¶conſi.37.de hom.

Qui ſaltat cum prægnante ſecuto aborto ſi ſcit,vel ſcire debeat,ꝙ abortiuit, vel ſi fœtus erat animatus anima rationali, aut ſaltatio fuit immodeſta.¶Conſi.24. B

† Multos alios caſus hinc inde ſparſos reperies.Vide Tract. de homic.caſuali.Tomo 4.

Secundus caſus eſt delictũ capiendi ordines male, aut male exercendi. Ideo ille incurrit,qui ordinatur ſciẽs, aut ſcire debens ſe eſſe excommunicatum ſuſpẽſum,interdictum. c.1.de eo, qui furtim ord.ſuſcipit.¶Ib.nu.241.

Qui ordines minores,& ſubdiaconatum eodem tẽpore ſuſcipit.c.2.eod. tit.Conſuetudo excuſat,ſecũdum Anto. 3.p.tit.14.c.10.§.15.& a fortiori, qui ſuſcipit duos ſacros. Ibi.& conſi. C 36.de præben.

Tertiò,qui ordinatur ab Epiſcopo, qui renunciauit loco,& dignitati. c.1. de eo qui ordinatur, &c. Si hoc ſciat, & licet habeat facultatem a ſuo Epiſcopo ſe ordinandi.c.2.19.d.

Quartò,ordinatus ab Epiſcopo excõ nunicato,ſuſpenſo,interdicto, &c. charitatem tamen ſuſcipit. c.per gratiam 1.q.1.

Quintò, ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora ſtatuta, vel abſque literis dimiſſorijs, ſi ante diſpenſationem celebrat,quia eſt ſuſpenſus per extrauagan. Pij II. Cum ex Sacrorum.¶Ibi.nu.241.

Sextò,promotus per ſaltum, ſi abſque diſpenſatione in illo ordine miniſtrat,qui eſt ſuſpenſus.

Septimò,qui ordine,quem non habet vtitur. c.1. de cle. non ord. modo vtatur ſerius,& non ioco. arg. c.illud. 15.q.1.& non vt laicus.¶Ib.nu.242.

Tertius caſus eſt per violationem interdicti, aut alterius cenſuræ celebrando, aut actum ordini proprium exercendo. Secundum omnes c.2. de cler.excom.minor.¶Ibid.num.243.& 244.Conſ.7.de temp.ord.

Quartus caſus eſt, ex reiteratione Baptiſmi tam actiue, quam paſſiue. c. eos. de conſecr.diſt.4. Niſi ignorantia probabilis excuſet. Idem de reiteratione ſacrorum Sacramentorũ imprimentium characterem,ſecundũ Anto. per c.dictum.de conſ.d.1.¶Ib.nu.246.

Quintus caſus eſt, ex delicti Notorietatem. Notorium quid ſit,Vide verbo Notoriũ. Crimen autem debet eſſe dignum depoſitione, atque enorme.c. ſi.de temp.ord.

Non autem ſufficit, vt probari poſſit, aut ſit de illo fama, aut confeſſum extraiudicialiter.Anton.3.par.tit.28. cap.6. §.7.

Enormitas autem ſine notorietate non ſufficit, licet contradixerit glo. in c.ſi.25.diſt.& in c.ex tenore.de temp. ordin. quo ad ſodomiam. Ang. & Silueſtr. poſt Diuum Anton. vbi ſupra. Contra quos eſt d.c.ex tenore.vbi explicite hoc habet Innocentius, & Gregorius IX. declarauit: nulla occulta crimina,præter homicidium inducere irregularitatem. probat hoc etiam c. is qui.de ſent.excom.lib.6.

Et eo magis, quòd Hæreſis mentalis enorme crimen eſt, ſecũdum Tho. 2.2.q.2.ar.3. Et ſimiliter odium Dei,

&

& tamen nullum horum irregularitatem inducit. A

Neque id facit ius nouum Pij V. in ſua Extrauagan. de Sodom. neque quo ad laicos, neque quo ad clericos, quia de laicis nihil meminit. Clerici autem pœnas ibi propoſitas non incurrunt, niſi illam exerceant vſu continuato: argu. l. ſciendum. §. illud. ff. de ædil. ed. ¶ Ib. à num. 248.

Irregularitas nulla inducit priuationem. Beneficij iam quæſiti ipſo iure. Innoc. in c. cum noſtras. de conceſ. præb. Fely. c. Inquiſitionis. de Accuſa. Et probatur per c. Clericis, ne cler. vel monac. ¶ Ibid. nu. 251. B

Irregularitas omnis precedens collationem ordinum, reddit ipſam ſubſecutam nullam ipſo iure, quia inhabilis ad vnum, eſt inhabilis ad ei annexam. c. translato de conſt. ¶ conſ. 36. de temp. ord.

Irregularitas conſecuta ſine culpa ex defectu ad vſum vnius ordinis, & non alterius iam ſuſcepti, nó impedit conſecutionem beneficij nó requirentis maiorem vſum. c. 2. de cler. ægrot. Quare ei, qui amiſit duos digitos, & dimidiam palmæ ſine ſua culpa, poteſt conferri beneficium cui non ſit annexum onus celebrandi. C

Irregularitas ex delicto non incurritur, ſi illud ſit veniale ſecundum Sotum. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 1. ar. 9.

Cum ſit pœna valde grauis, ideo non eſt ponenda pro tali delicto. arg. c. non offeramus. 34. q. 1. ¶ conſi. 15. de temp. or. num. 4.

Et quia ſine contemptu non incurritur. Eſt enim pœna contemptus, vt dicit Panor. in c. paſtoralis. §. verum. de appella. Caie. in ſumma contra tenet, ſed eius fundamentum eſt falſum, videlicet, quod excommunicatio minor, ſit maior pœna.

Irregularitas enim à ſolo Papa tollitur. Minor autem excommunicato ab omni Confeſſore. ¶ Man. cap. 23. num. 104.

Irregularis ſe debet exiſtimare ille, à quo percuſſus fuit, qui mortuus eſt, ſi dubitat an ob illius vulnus ſit mortuus c. Ad audientiam. de Homic. Et etiam ille, qui aliū percuſſit cum alijs cuius ictu obierit irregularis eſt iudicandus. cap. ſignificaſti, el ſecondo, de Homic. ¶ Com. cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. nu. 3.

† De hac materia multa inuenies, hinc inde ſparſa in locis particularib.

## *Irritare.*

Irritare quid ſit. Ver. Diſpenſatio. Irritare votum qui poſſit. ver. Votum.

## *Iubilæus.*

Verbū hoc dupliciter ſolet pronunciari, vel Iubilæus vulgo, vel Iobeleus vt M. Anton. Sabellicus lib. 3. Aene. 1. & Turrecrem. §. in Leuitico. de pœn. di. 1. Et dicitur à voce Hebrea Iobel, ſecundum Lyranum ſuper Leu. c. 23. Et ſignificat Buccinam. Quare annus Iobelei, dicitur à clamore buccinæ. Sed M. Anton. Euſebium, ſecutus dicit, quod ſignificat quinquageſimum. Cui conſentire videtur Polid. Verg. lib. 8. de rer. inuent. c. 1. Quare annus Iubilęus ſignificat annum quinquageſimum, qui fuit celeberrimus apud Hebræos.

Et ex his patet, quod non deſcēdit à verbo Iubilo, vt falſo exiſtimat Io. Marian. citatus à Felyno ſerm. de Indulg. Anton. 1. p. c. 3. gloſ. ſingul. Clemen. 1. §. Intelligimus, de Reliq. & Ven. Sanct. quæ nihil de hac ſignificatione agit. A qua voce latine deſcendit Iubilare, quod vt Felynus ait, eſt

voce confuſa inclinare præ gaudio. Et apud S. Thom. Lætitiam immenſam ſignificat. Et vox Iubilatus pro clamore Ruſticorum lætitiam præ ſe ferentium, ſecundum Var.& Valla. Secundum quos clamor Vrbanorum Quiritatus dicitur. At verbum, Iubilæus, pro re ad Iubilum pertinéte nuſquam apud Latinos eſt. Quare à nulla voce Latina, ſed ab illa Hebræa deſcendit. Et melius pronunciatur (Iobilæus) quàm Iubilæus, vt vulgus facit. Sed melius eſt etiam ſi dicatur (Iobelæus) vt Sabellicus facit.

A

Verbum autē Iobel apud Hebræos æquiuocū eſt. Quare vno reſpectu poteſt dicere. Remiſſionem, vel initium, quare Iſid. lib. 5. Ethymolog. Remiſſionis annum interpretatur, quia ad initiū, & primum ſtatum res, & perſonas reduceret. Et ſecundo reſpectu, poteſt ſignificare buccineum, eo quod buccinarum ſonitu eum pronunciare Hebræi ſoliti erant.

B

Iubilæi annus, apud Hebręos ſolemnis erat, quo tempora dimetiebantur, ſicut & Græci per Olympiadas, & Romani per Luſtra, &c.

Initiū huius anni apud nos (quāuis de hoc Ioan. Fiburg. in Tracta. de Iub. q. 6. dicat nihil ſe certi interuenire, præterquam ꝙ vulgatum eſt, centeſimum quemque annum à Nat. Chriſti fuiſſe talem. Et Plat. De Vitis Pontif. nulli eorum ante Bonifac. octauum. relationem Iubilæi aſcribat) gloſſ. tamen extrauagan. 1. de pœn. & remiſſ. affirmat fuiſſe tunc prædictam opinionem, vel fidem vulgatam. ¶ Com. de Iub. not. 1.

C

Iubilæi anno in veteri lege, quinque remittebantur, videlicet, ſeruitus, debita, prædia deuendita, exilium, & delicta, vt dicunt Arch. Domin. & Alexand. in ſumma. diſtin. 3. ſed tex. leu. capit. 23. id non aperit. ¶ Ibi. not. 2.

Iubilæi annus Veteris legis, Iubilæum nouæ legis præfigurabat, id eſt remiſſionem ſpiritualem ſub lege gratiæ concedendam. Clem. 6. in extrauagan. vnigenitus. de pœn. & rem. Anton. par. 1. c. 10. §. 7. ideo fuit in Abramo inchoatus, in veteri lege præfiguratus, tempore gratiæ conſumatus à Summ. Pontif. plenaria indulgentia decretus. ¶ Ibi. notab. 3.

Iubilæi annum credibile eſt magis fuiſſe in multis ſimilem Iubilæo Hebræorum, quàm pręfiguratum ab illo. De primo conſtat diſcurrenti, de ſecundo patet, quia Bonifac. octauo. hūc annum in ſcriptis redegit, nihil de illo veteri penitus verba faciens. Et illum non ſtatuit quinquageſimum qđ poſtea fecit. Clem. 6. Sed centeſimum. Immo 130. ann. ab orbe redempto nullus fuit annus quinquageſimus, qui illum antiquum referret. Et hodie non eſt quinquageſimus, ſed vigeſimuſquintus, & Paul. 2. à Vig. Nat. Dom. incæpit. ¶ Ibi. not. 24.

Huius anni non fuit inuentor Bonifac. vt credit Polyb. octauo. ca. 1. de rerum inuent. quia Ioannes Monach. Car. ait fuiſſe tunc vulgata opinio, centeſimo quoque anno Indulg. concedi ſolitam, & floruit eo tempore. Quare fuit Bonifac. renouator. ¶ Notab. 7.

In anno Iubilæi quinque ſuſpenduntur. Indulg. plenaria. Cōmutatio votorū. Diſpēſatio eorundē. Poteſtas componēdi ſuper morte ablatis incertis, vel certo modo remiſſis. Poteſtas deputandi confeſſarios, &c. ¶ not. 28.

Iubilæi Indulg. introducta fuit ad hoc, vt fideles ex toto orbe Roma inuiſerent, quam princeps Apoſtolorū, & alij Martyres proprio ſanguine decorarunt.

## *Iudæus.*

IVdæus pôt ſuas vſuras certo modo exercere ex permiſſione, ita vt non peccet accipiens, licet peccet ille, qui dat. argu. L. illud. ff. ad L. Aquil. ¶ Conſil. 2. de Iudæ.

Poteſt licite ex permiſſione emere à noſtris pro victu neceſſaria, & multo magis pro ſpirituali, quem credit ſe habiturum pro obſeruatione ſuorum feſtorum. ¶ Ibid.

Non ſubijcitur legib. Eccleſiæ, iuxta illud Apoſtol. de his, qui foris ſunt, &c. relatum in cap. gaudemus. de diuor. Intellige, quo ad obſeruationem legum contrarium ſuæ legis, non autē quo ad alias, quare poſſunt puniri tan quā fautores hæreticorum, licet non tanquam complices. ¶ Ibi.

Permittere illis, vt ſub maioribus vſuris extraneis magis, quā indigneis mutuent non eſt tutum. Ibi. Et ad vſuras reſtituendas debent compelli. Ibi.

Iudæus poſtulare poteſt pro ſe corā iudice Chriſtiano, quia & ſi iura a gl. citata ibi id non probent, ratio tamen cōuincit; quia quilibet prohibitus poſtulare, poteſt pro ſemetipſo id facere. l. 1. ff. de ijs igitur. ff. de poſtul. ¶ Com. in gl. c. nemo. de pœn. diſt. 1.

Si publice cum conuerſis conuerſatur cedendus eſt. cap. ſæpe. 28. queſt. 1. ¶ Conſil. 1. de hæret.

Si conuertatur licite cōtrahit cum ea, cum qua pater eius ante conuerſionem coiuit, quia ex tali coitu, nulla naſcitur Affinitas ante ius Pontificiū. ¶ conſil. 7. de ſpon.

Iudæis licuit occidere Maleficos, ante quam ſceptrum ab illis auferretur a Romanis, & etiam poſt ex lege Diuina ſibi tradita, non autem ex lege humana à Romanis ſibi ablata. Permittebatur autem illis occidere ictu lapidum, non propter crimina ſæcularia, ſed propter illa tantum, quæ erant cōtra ſuam legem peculiarem. ¶ Com. c. periculoſe. de pœn. d. 1. nu. 4.

Iudæorum Synagogas, qui ædificat peccat mortaliter, licet ſine aliqua in tentione mouendi ad peccatum id faciat. Et ratio eſt, quia iſte occaſionem mortaliter peccandi præbet. ¶ Man. c. 14. nu. 33. & 36. Verbo Occaſio. nu. 6.

Iudæorum ſignum ferre, vel habitū ī loco, vbi ī veſte, vel alio quouis charactere vnuſquiſque ſuæ legis profeſſionem indicat mortale peccatum eſt. Angel. Verbo infidelitas. §. 9. Silueſtr. & Caiet. in ſum. Quia id facere nihil aliud eſt, niſi ob timorem ſe Iudæum eſſe oſtendere. ¶ Man. cap. 13. nu. 27. Com. cap. Humanæ aures. q. 3. nu. 16. c. inter verba. prælud. 3. nu. 3. ca. poteſt fieri. de pœn. diſt. 1. nu. 1.

## *Iudex Eccleſiaſticus.*

DIffert à ſæculari in hoc, quod ſæcularis tenetur iuuare eccleſiaſticum, non oſtenſa illi ſententia iuſtitiæ. Eccleſiaſticus autem non tenetur ſuis cenſuris iuuare ſæcularem, niſi præmiſſa monitione Canonica. Inno. cap. 1. de off. ord. ¶ Com. c. cum contingat. Remed. 1. nu. 6.

Iudex Eccleſiaſticus Sodomitā Curiæ ſæculari tradere non debet, ſed ſatisfacit caſtigādo eū canonice, non requiſito iudice ſæculari. ¶ cōſ. 1. de iud.

Poteſt procedere contra concubinarios, & concubinas alijs vijs, & ad alias pœnas, quàm quæ conſtituuntur in cap. 8. Conc. Trid. ſeſſ. 24. id eſt per viam accuſationis, & denunciationis, iux. c. ſuper his. eodem tit. ¶ Conſil. 3. de Adulter.

Poteſt reuocare maritum Religionem ingreſſum ad euitandum vxoris incontinentiæ peccatum. Panor. ca. 1.

de conuerſ.coniug. ¶ conſi.2.eod.tit.

Poteſt ex vera cauſa examinare ſententiam ſuper matrimonio, licèt in ré iudicatam tranſiuerit. ¶ conſil. 8. de ſpon.num.5.

Si declaret aliquem citatum ſub excommunicationis pœna, excommunicatum prius, tacite excommunicare cenſetur. ¶ conſil.10. de ſent. excom. numero 2.

Pęnas à iure poſitas, non niſi a parte requiſitus incidit. per gloſ.recep.in c.fin.de reſcrip.& per alia multa, quæ tradit Fel.in c.ſi autem.eod.tit. ¶ conſi. 4.de accuſa.& inquiſ.nu.5.

Eſt ſuperior etiam laicorum, quo ad actus ſpirituales, & Eccleſiaſticos, vt confitendi peccata communicandi,&c. ¶ conſi.5.de offi.iud.ord.nu.4.

Si contra ius, & ſuam cōſcientiam aggrauat partem gratia, vel ſordibus, precio,amore, timore,vel odio,modo non ſit Epiſcopus, ſuſpenſus eſt. ca.1. de re iud.lib.6. ¶ Man.c.27.nu.157.

Infidelem punit in criminibus pertinentib. ad ſuum forum, etiam ſi ſint mixti fori, vt reſoluitur in capi. cum ſi generaliter.de foro comp.& per Fel. in cap.poſtulaſti.de iudæis. ¶ Conſil. 7.de hære.

## *Iudex.*

IVdex iuſtitia eſt animata de cauſa aliorum duorum cognoſcēs, ſecundum Th.2.q.67.ar.3.ex Ariſt.5.Ethico. ¶ Com. Rubr.de iud.num. 80. eſt interpres & cuſtos iuſtitiæ ad quem confugiunt, qui iniuriam patiuntur, tanquam ad iuſtitiam quandam animatam Ariſt.5. Ethic. Tho. 2.2.q.68. ar.3.ideo oportet ut iter aliquos duos diiudicet, vt ſint quidam tertius diſtinctus à partibus, quorum vna poteſt eſſe Reſp.vt in delictis puniendis. ¶ Com.c.intra verba concl. 6.nu.658.

A Iudex fieri non debet, qui caret animo reſiſtendi Magnatibus. Eccl.7.ca. non eſt.1.q.1. ¶ Com.cap.inter verba. concl.1.nu.19.Man.c.15.nu.12.

Iudex ſupremus,ſi nō præcipit, ſed rogando petit ab Epiſcopo monitorium Concilio non contrauenit, quia Concilium intelligendum eſt eo modo, quo c.2.iudicibus decernit, videlicet, ne iudices Eccleſiaſtici ſpiritualia negocia iudicio laicorū expediant. ¶ Conſi.59.de præb.

Iudex ſuperior poteſt compellere ad teſtificandum illos, qui ſciunt aliqua ſecreta extra ſacram confeſſionē,

B etiam ſi conuenerint inter ſe, ne reuelent,& iurauerint illa non reuelare, etiam iudici iubenti, ſecundum Thom. 2.2.q.70.ar.1.ad 2.& Panor.in ca. dilectus. de exceſ.præl.ſub fin. Et intellige de ſecretis, quæ vergunt in notabile damnum aliquorum. ¶ conſil.1. de elect.nu. 7. iuxta dicta in com.cap. intra verba. concl.6.multis in locis.

Iudex debet iudicare ſecundum allegata,& probata.l.illicitas.§.veritas. ff.de off.præſid.cap.paſtoralis. §. qui vero.de offic.deleg. ¶ Cōſ. 6.de tēpor. ord.nu.11.Conſil.1.de offic.iud. nu.2.

C Iudex debet eſſe doctus, quia non poteſt,quis iudicare de eo,quod ignorat.l. de qua re. ff.de iud. Et experientiam debet habere cauſarum. l.certi iuris.C.de iudic.& cap.1.de conſang.& Affin. ¶ Com.cap.1.§.caueat.de pœn. diſt.1.

Nō tenetur credere ius illi ſemper eſſe pro quo iudicat, ſed ſatis eſt credere pro illo eſſe iudicandum. ¶ Com. c. ſi quis.de pœn.diſt.7.

Iudicare debet ſecundum veritatē, quam nouit,vt iudex,non autem ſecūdum priuatam.Et licet iudicare poſſit crimen contra ſuam conſcientiam priuatam, & contrarium ſecundum con-

ſcien-

ſcientiam, quam habet, vt iudex: non tamen poteſt ſecundum eandem iudicare contraria.¶ conſi. 5. de priui.

Et multo minus contra conſcientiam, quia eſſet ipſi licitum hunc, vel illum damnare contra conſcientiam, & iudicare, quod hæreſim ſapit vt eſt opinio cuiuſdam non contemnendæ authoritatis viri. ¶ Com. capi. ſi quis autem de pœn. diſt. 7. num. 128.

Iudex in dubio bene fauere præſumitur cap. in præſentia. de præſcrip. & l. merito. ff. pro ſocio. ¶ Conſ. 1. de accuſation. & inquiſit. nu. 3.

Præſumere non debet actorem delinquere maleq; agere. d. l. merito. & c. fi. de præſum.¶ conſ. 1. de off. iud.

Iudex non abſoluit directe à ſententia ſuperioris, licet pro eo ſoluendo in directe poſſit.¶ De Iubil. not. 22. n. 26.

Si fungatur duplici poteſtate, præſumitur ſemper vti efficaciore, & illius ſententia iuſtificatur ex alia cauſa ſufficienti. ¶ De red. eccl. q. 3. Mon. 7. num. 3.

Iudex caſtigat crimina coram eo incidentia. argum. cap. cum dilectus. de ord. cogn. & cap. 2. de confeſſ. Et prouidere debet omnibus de quibus conſtat indicium. cap. fin. de verb. ſignifi. ¶ Com. cap. humanæ aures. quæſtio. 2. num. 4.

Iudex debet inquirere de veritate, quæ occulta eſt. l. congruit. ff. de offic. præſid. cap. 1. de off. ord. Non tamen de occultis per ſe.¶ Vbi ſup. nu. 14. & Com. cap. aliquando, de pœn. diſt. 1. §. non tibi dico.

Inquirere nõ poteſt contra aliquẽ, niſi præcedat fama. c. ſuper his, & c. inquiſitionis. de accuſ. ¶ conſil. 58. de Regu. num. 5. & com. cap. inter verba concl. 6. nu. 580. & alibi ſæpe.

Iudex fatuus eſt, ſi vltra petita pronunciat l. fi. C. de fidei liber. Nec tenetur prouidere honori accuſati, vel teſtium, qui læditur ex eo, quòd iuſte renuit confiteri id, quod illi opponunt, vel teſtantur contra.¶ Com. capi. Humanæ aures. quæſt. 2. num. 14.

A

Iudex debet præcognoſcere rem de qua iudicaturus eſt capi. Iudicantem. 30. q. 5.¶ Com. capit. cogitationis. de pœn. diſt. 1. num. 1.

Non poteſt excuſare partem à violentia, ſecundum Bal. l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſ.¶ Com. cap. cum contingat. 7. cauſ. nul.

Iudex quibus caſibus extraiudicialiter procedit debens procedere iudicialiter, & cum cauſæ cognitione, & de facto, & indebite procedit, de facto, & indebite partem moleſtat. Caſus eſt memorabilis in c. conquerenti. de reſtit. ſpoliat. Panorm. recept. in c. cum cauſa. de offic. delegat.¶ Com. ca. cum contingat. ſeptima cauſa nullit. à num. 19.

B

Contra notatos generali inquiſitione procedere valet, nouum iudicium inchoando contra inuentum particulariter ſecundum omnes, & omnia iura.¶ conſi. 1. de of. iud. num. 6.

Iudex per iuſtam præſumptionem de crimine conuictum credit, & iudicat feciſſe illud, ad eum condemnandum pœna extra ordinaria; non autẽ pœna mortis. Innoc. recep. in ca. quia veriſimile. de præſum. per cap. Afferte. cod. tit. Et per ſummariam informationem credit alicui intereſſe, quo ſaris ſententia, non ita daretur ad effectum admittendi eum ad appellandum. cap. ſuper eo. de offic. delega. Non autem ad effectum adiudicandi eum, quod petit. Et ſimiliter ſentẽtiam ſuper matrimonio latam credit fuiſſe iniquam ad effectum admittendi partem ad agẽdum: non autem ad effectum pronunciandi pro illo. capit. lator. de re iud.

C

¶ Com.cap.Si quis autem.de pœ. diſt. 1.num.105.

Ad vtilitatem priuatam neque etiã publicam non poteſt in damnum tertij officium ſuum impartiri.l.4. §. hoc autem.ff.de dam.infect. niſi procedat forma iudicialiter probata, vel ſaltem ſemiplena probatio adſit iudicialiter facta. ¶ Conſil. primo de offic.iudic. num.5.

Iudex, quando inquirit de criminibus ſui territorij, generaliter id facere debet nulla expreſſa perſona.leg.congruit.ff.de off.iud.¶ Ibid. num.3.

Atque vt Actorem repellat, non ſufficit, quod Reus nõ audeat quicquã opponere.¶ Ibid.

Ex officio nõ debet repellere inſtrumentum, quo centum mutuo data, & quinque pro intereſſe petuntur, quia non eſt certum actorem male petere præſuppoſita opinione, quæ habet, mutuantem, & mutuatarium poſſe cõuenire ſuper intereſſe probalile.¶ Ibi.

Iudex à quo appellatur poteſt cognoſcere de attentatis per appellationem, ut aptius expediatur cauſa principalis à iudice appellationis.per cap. cũ teneamur.de app.¶ Conſi.1.de ſo. cõp.nu.2. Et licet poſſit aſſiſtere cauſæ appellationis ob ſuum honorem, non tamẽ eſt citandus in cauſa tali.¶ Cõſi. 1.de ſenten. & re iud. Et legitimę appellationi deferre debet, aliàs punitur cap. de priori.de appella. & per totũ. eodem titul.libr.ſexto.¶ Conſi. ſecundo.de appel.

Iudex ad quem grauatus accedit eũ à grauamine leuare debet.l. 1.ff.de ap. ¶ Ibi.num.5.

Si bona fide iudiciorum copiã non dedit, non peccat, nec reſtituere tenetur, quia tranſgreditur legem humanam, ſeu obſcuram, ſecundum Innoc. cap. per tuas. el ſecundo. de ſimonia. A quem commendat Bald. in l.ab eo.C. quomodo, & quando iudex. ſequitur Felyn. in cap.1.de re iud.limit.ſecunda.¶ Conſi. 4. de accuſ. & inquiſ. nu. 1.& 4.

Non poteſt iubere aliquid extr. ſuum territorium. l. ul. ff. de iur. om. iud.& c.2.de conſt.li.6.¶ Conſ.15.de priuil.num.1.

Iudex ad vnum contra impedientẽ, eius procedit.cap.1. de offic. delegata ¶ Conſil.7.de Hæret.

Iudex ĩ cauſa propria, nullus debet B eſſe.l. extat.ff. quod metus cauſ. & l.ſi quis in tanta.C. vnde vi: Etiamſi alias ſit iudex. l. qui iuriſdictionem. ff. de iuriſ. om. iud. ¶ Conſ. 1. de Decim. num.2.

Iudex laicus extrahens, quem ob eccleſia exempta, incurrit pœnam monitorij, niſi reſtituat. ¶ Conſi.3, de immu.eccl.

Punire nequit clericũ, niſi ter monitus ille ſit incorrigibilis.cap.cum non ab homine, de iud. Etiam ſi habitu clericali dimiſſo id faciat.ca. ſi iudex. de ſen.excom.li.6.¶ Cõſi.17.de priuil.

Nullam poteſtatem habet ſuper re- C bus, & actionibus ſpũalibus, & eccleſiaſticis.cap. ſecundo, de iud. & cap. benequidem.86.d.¶ Conſi.5.de offic. iud.ord.nu.5.

Iudex Arbiter, in quolibet honeſto loco ſententiam ferre poteſt. l. ſi non dies. §. ſi arbiter. ff. de recep. arb. ¶ Conſi.3. de of. iud. Iuriſdictionem habet à partibus eligentib. iux. Caie. Tom.1.Tract.7.q.1.per leg.ſi ſocietatem.§.Arbitrorum.ff.pro ſocio. At id non eſt verum, ſed habent tantummodo notionem. l. ait prætor. cum gloſſ. ab omnibus recep. ff. de re iudi. & l. notionem.ff.de verbo.ſign.¶ Com.ca. placuit.de pœniten. diſt. 6. num. 15.

Iudex incompetens iuris etiam ordine

dine ſeruato auferens poſſeſſionem alicui, videtur ipſum ſpoliare, & perinde, atque pars ſpolians tenetur, ut clare ſentit Panorm. in cap. cum cauſa. de reſt. ſpoliat. & clarius poſt gl. poſtremam. in c. cum in matrimon. de offic. deleg. ¶ Com. cap. cum contingat. 7. cauſ. Null.

Iudex ſi ab hæreticis pecunias, pro precio officij recipiat excommunicatus eſt. Secus ſi alio reſpectu. ¶ Conſil. 13. de ſenten. excomm.

Iudicis præceptum, ſine clauſula iuſtificante (ſi ſe ſenſerit grauatum) ante latam ſententiam, eſt ipſo iure nullum. Barto. l. 1. C. de excuſ. rei iud. Et illius mandatum de mittendo aliquem in poſſeſſione non præcedente cauſæ cognitione, non ualet. Idem in l. iudex. & Bald. in leg. 1. C. quomodo, & quando iudex. &c. ¶ Com. in c. cum contingat. 8. cauſ. null. nu. 1.

Iudici reſpondendum eſt, non vt vult, ſed vt velle debet, id eſt quando procedit, iuxta iuris ordinem. ¶ Com. in ca. humanæ aures. q. 2. num. 6.

Iudex in ſuo officio multa poteſt committere peccata. Primò, ſuſcipiés munus gubernandi, & iudicandi cum eſt indignus, ita vt veriſimile ſit, inde notabile aliquod damnũ populo euenturum. cap. non eſt putanda. 1. quæſt. 1. per ea quæ allata ſunt. in ¶ Com. cap. inter verba. concl. 1. num. 19. Manual. cap. 23. nu. 12.

Ferens ſententiam iniuſtam ſcienter, vel craſſa, aut ſupina ignorantia, aut iuſtam facere, ſi negligat pro precio precibus, &c. cap. ſi quis dixerit. ſecunda quæſtion. 3. cum obligatione reſtituendi. ¶ Ibid.

Pecuniam accipiens, vt bene, vel male iudicet, aut iudicare omittat. c. iubemus. cum quatuor ſequen. 1. q. 1. ¶ Ibid. & c. 18. nu. 18.

A Iudicans ſine iuriſdictione, & quia reus eſt exemptus, licet aliquando contra eum ordinario concedatur. c. 1. de priuileg. lib. 6. renouatum per Conc. Trid. ſeſſ. ſeptima, capi. 14. & ampliatum.

Iudicans ſine probatione ſufficienti, quia teſtes ſunt ſuſpecti, aut iniuſto torti, aut non vidit totum proceſſum, aut probationem legitimam non admiſit. 2. 2. q. 60. art. 3. cap. ita. 2. q. 3. c. 2. de probat.

Iuris ordinem non ſeruans clem. ſæpe. de verb. ſig. Admittens appellationem, quam non debebat. Anto. 3. p. tit.

B 9. c. 14. §. 2. ¶ Ib. nu. 13.

Pœnam legis adaugens, vel diminuens cum non habet facultatem id faciendi. 2. 2. q. 67. num. 4. Alexan. 3. p. de leg. iud. q. 4. ar. 4. Non faciendo ea in ipſa ſententia, vel faciendo in ea, ſed ſine iuſta cauſa. l. reſpiciendum. ff. de pœn. ¶ Ibi. nu. 14.

Non obediens Eccleſiæ ſeruãdo interdicta excommunicationes, vt debet c. 2. de maior. & obed. & cap. 1. 2. q. 3. Vel minuens libertatem Eccleſiaſticam, vt res intra Eccleſiam exiſtentes capiens. cap. quoſcunque. de ſent. excommun. lib. 6. & cap. indigne. 12. q. 1.

C ¶ Ib. num. 16.

Extrahens quem à loco ſacro per vim. c. definiuit. 17. q. 4. Et quis ille ſit. Vide verbo Locus.

Approbans falſitaté ſui officiarij, in notabile partis damnum. c. 1. de off. deleg. & Clem. 2. §. Notarij. de hæret. Aut non ſeruans ſtatuta, quæ iurauit ſeruare. c. 1. de iur. lib. 6. ¶ nu. 23.

Negans damnato ad mortem confeſſionem, neque excuſatur per conſuetudinem. cle. 1. de pœ. & rem. Idem de communione, vt ibi tenet gl. communiter rece. quam late Rauennas defendit quæ tamen in Gallia non obſeruatur.

tur, neq; in Hiſpania. Vide ver. Communio. ¶ Ib.

Qui non aſſignat partibus æquales Aduocatos, quando adeſt notab. damnum alterius. l. prouidendum. C. de poſtulat.

Qui non prouidet de illis perſonis miſerabilibus. l. nequicquam. §. fin. ff. de off. proc.

Qui non viſitat carceres, aut de neceſſarijs ad vitam illis, qui ſunt in carceribus conſtitutis cum illorũ notab. damno. argu. l. iudices. C. de epiſc. aud. & c. paſce. 86. diſt.

Qui excommunicatum admittit in Aduocatum, aut teſtem contra ſuperioris iuſſum, aut iuſtam partis requiſitionem. cap. decernimus. de ſent. excommun. lib. 6.

Qui clericum ſuo iudici nõ reddit. c. ſi iudex. de ſent. excom. li. 6. quando tamen illi conſtat de illius clericatu. ¶ num. 24.

Qui opinionum varietate confiſus iudicat, & pronunciat pro illo, qui eſt ſibi magis amicus, volẽs ei gratificari in dubio quia agens contra animi dubietatem exponit ſe periculo tollendi ius ſuum alteri parti, & conſequenter grauiter peccandi facit c. graue. 11. q. 3. & cap. Paſtoralis. de fide inſtrum. ¶ Com. cap. ſi quis autem. de pœn. diſt. 7. num. 3.

Iudicans in die feſto, aut actum iuriſdictionis exercens. c. 1. & fi. de fer. niſi ex neceſſitate excuſetur.

Fingens aliquid, quo eat, aut mittat ad accipiendum teſtimonium alicuius feminæ, & eſt excommunicatus. c. Mulieres. de iud. lib. 6.

Procedens ex officio ſine petitionẽ partis ad vtilitatem priuatã, aut etiam publicam in delictis ſine accuſatore. ¶ num. 25.

Non inquirens delicta ſui territo- A rij. argum. l. congruit. ff. de off. præſid. & cap. 1. de off. iud. ord. De modo inquirẽdi dictum eſt ſupra hic, & verb. Inquiſitio.

Peccat item ſi auxilium non præbet contra hæreticos, & eſt excommunicatus. c. inquiſitionis, de hære. lib. 6. nu. 26. & c. 27. nu. 135.

Reos de ſe, & ſocijs contra iuris ordinem interrogans, aut loquens, quia dat cauſam notabilis infamiæ. Vel inquirit contra ſuam poteſtatem contra l. ſi. ff. de iur. omn. iud. ¶ Man. c. 18. nu. 59. Com. cap. inter verba, concl. 6. nu. 584. 85.

B Non cogens reſtituere Reip. aut ẽt alicui priuato damnum ſibi datũ, cum obligatione reſtituendi iuxta Scotum 4. di. 15. q. 2. ¶ cap. 17. nu. 135.

Accipiens plus ab vna parte, quàm ab alia contra c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcr. li. 6. ¶ Com. c. cum contingat. 16. cauſ. null. nu. 8.

Dum iudicat ſi mendacium miſcet contra iudicium peccat mortaliter. *Si autem illud miſcet circa impertinẽtia* peccat venialiter tantum. quod ita in ſpecie docuit D. Tho. 4. de condit. conf. ¶ Com. cap. Fratres. de pœn. diſt. 5. num. 21.

C † Et generaliter peccat, vel cũ omittit facere quod debet, vel cum aliquid facit, quod ille non debet.

Iudex non debet ſtatim præbere iuramentum Reo vincto de dicenda veritate ſuper ſuo Crimine, quia ei occaſionem offert peierandi contra c. clericos. de cohab. cler. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 736.

Poteſt interrogare Reum res, quas non poteſt ei præcipere, vt dicat, neque ille ad id iuſte tenetur. ¶ nu. 762.

Qui bona, vel mala intentione via licita, vel illicita cupit detegere delicta ſiti quadam inordinata, puniendi gra-

grauiter peccat interrogando maxime reos modis valde exquiſitis, aliquando minus tormentorum intentando, &c.¶ nu.755.

Non poteſt punire delicta, quæ iniuſte detegit ſaltem ob grauem timoré. ¶ nu.596.

Debet eſſe diſtinctus à partibus, quia poteſt ex officio procedere ſine parte ob vtilitatem Reipub. non tamé communiter. num. 657. & 659.

Iudex, vt iudex nó dicitur perſona, quæ poſſit prodeſſe, & non obeſſe, ſed bonus vir. iux. Adrian. 6. ¶ nu.784.

Interrogans Reum de ſuis complicibus vel iubens eos ſimpliciter reuelare de illis tantú videtur interrogare, vel iubere, de quibus ſecundum ius poteſt, & non de alijs, iuxt. Caie. li. 17. opuſ. reſp.5.¶ 832. Si autem contra faciunt peccant. & etiam quando in caſibus permiſſis, non dant facultatem conſultandi confeſſarios, vel viros ſcientiæ, & conſcientiæ cum Reus non ſit prudens.¶ 833.

Peccat etiam cum deſiderat vel bene, vel male comparare ſibi famam relatoris iuſtitiæ.¶ 834.

Iudex, qui euadit carnifex, ac ſuam gloriam conſtituit in crudelibus factis, facit contra doctrinam Marcelli in l. Reſpiciédum ff. de pœnit.¶ Com. cap. Inter verba. concl.6. nu. 559. 755.

Iudex quando incurrat peccatum mortale Murmurationis, aut detractionis. vide verſ. Murmuratio.

Iudex in notorijs poteſt inquirere ſine vllo accuſatore iuxta omnes in c. Euidentia de Accuſat. & tam acerbe caſtigare debet delinquentem notoriú quando ex officio procedit, quam facit occultum cum procedit ad inſtantiam accuſatoris, vt ſingulariter definiunt Innoc. & Panor. cum communi in ca. Qualiter & quando de Accuſat.

A ¶Vbi ſup. num. 582.

Iudex, qui Reum ſtatim cæptú quacunque cauſa iurare compellit ſe dictorum veritatem ſuper omnibus, de quibus fuerit interrogatus, & interrogat de toto caſu ob quem captus eſt, ac de qualibet eius parte, peccat; faciens reuelare peccatum occultum alienum. ¶ ibid. num. 595. verſ. Reuelatio verſ. Occultum.

Iudex ad particularem profectum particularium non debet procedere niſi ad requiſitionem partis. l. 4 §. hoc autem ff. de dam. infect. & cap. Ad noſtram de iur. iur.¶ Ibi. num. 652.

B Iudex etſi multoties ex mero ſuo officio poſſit procedere non præcedente fama, non tamen ob id caſtigare poteſt, quia faceret contra ius, quod nec Bartol. l. reſcripto §. ſi quis accuſatorem ff. de Munerib. neque alij conſiderarunt.¶ num.674.

Iudex virtute teſtium quos alius detexit per iniuſta tormenta, poteſt illis bene vti, modo ille non ſit comprǣhéſus in illa iniuſtitia. Sotus de rat. teg. m.3.q.1.¶ 679.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt iubere generaliter ſub pœna excommunicationis vt qui aliquid ſciuerit de his, C quæ attinent ad determinãdam litem pendentem coram ſe, vel iudice ſæculari, accedat ad teſtimonium ferendú, ſaltem quando adeſt penuria teſtium. Panor. in c. Ad noſtram de iur. iur. per quandam Decret. quod poteſt etiam valere in criminalibus quando concurrunt ea, quæ ad nos obligandum neceſſaria ſunt.¶ Ibi. nu.780.

Iudex debet potius abſoluere nocentem, quam condemnare innocenté. Labſentem ff. de pœn.¶ Com. capit. ſi quis autem de pœn. d.7. nu.39.

Iudex antequam ad iudicandum accedat, credat Eccleſiã dotem, cauſam, fauo-

fauorabilem, vel amicum pro quibus debet iudicare habere ius. vel ſi non credit hoc, certo ſaltem credat eo caſu pro illis eſſe iudicandum.¶ Com.ca.ſi quis autem.de pœ.d.7.nu.132.

A

## *Iudicare.*

IVdicare in cauſa ſua nemo poteſt.l. 1.C.ne quis ĩ ſua,&c.& c.1.4.q.4. Neque ſuum ſuperiorem. cap. cum inferior.de maiorit.& obedient.& ca. inferior.diſtinct.21.

Neque generaliter quando dubius eſt,de ſua iuriſdictione. Barto.l.multum intereſt. ff. de cond. & demonſt. Felyn.in ca.de offic.deleg.glo. ſingul. in cap. ſæpe de appel. ¶ Com. in cap. accepta. opp. 8. nu.21.& Reſolut. in c. nouit.de iud.not.3.nu.47.

B

Iudicare aliquem actum eſſe mortalem, non ſemper eſt peccatum,quia iudicium intellectus ſaltem elicitum nõ eſt peccatum, ſed tantum imperatum certo modo. 1.2. quæſt.17. Et cum eſt de rebus fidei, vel morum neceſſariò credendorum, quia tunc poteſt eſſe hæreſis,vel infidelitas. At iudicare ſcientem talem actum mortaliter peccare,mortale eſt.¶ Rub. de iud.nu.44.

Iudicare aliqua eſſe iuſta ea ratione præcipua,quod expediunt, multorum malorum eſt cauſa.ideo qui iuſte iudicare vult debet prius deliberare, an liceat,& deceat,quàm ea expediat. ¶ Ib.nu.102.

C

Iudicare aliquem, qui dicit non eſſe licitum in hæreſi eſt Vualdenſiũ, vt refert Caſtrenſ.lib.2.contra Hæret. Verbo Iudex.quibus conſentiunt, & Lutherani dicentes nõ puniendos eſſe hæreticos. ¶ Ibidem num 42.

Iudicare de lege, niſi tota perſpecta inciuile eſt.l.ĩ ciuile.ff.de leg.¶ Com. in c.Humanę aures.q.1.nu.2.

## *Iudicium.*

VOx iſta quindecim habet apud iuriſperitos ſignificationes, ſecundum Io. Monac. ſuper Rubric. de Iudic.Titul.ſexto. Vnde verſus.

Actio,Lis, Auctor, Forus Arbiter, Vltima,Velle.

Quæſtio, Differre, Sen, Inſtan, Diſcuſſio,Poſſe.

Pernicies,Pœna.Proceſſus iudicialis. † Vide, Declarationem vnà cum allegationibus apud Auctorem dicta Rub.nume.12.Originaliter autem,& proprie ſignificat actum, quo iudex ius dicit, & deducitur à iudico, quaſi ius dico, exerceo, vel decerno: vt minus proprie videtur ſignificare omnẽ exiſtimationem, ſeu opinionem, vel actum, quo quicquam etiam ab alio, quam a iudice definitur, ut Aeneid.1. iudicium paridis, &c. ¶ Ib.num. 39.

Et tunc pẽdet potius à virtute iuſtitię,quod prudentię, licet & prudẽtia requiratur:hæc tanquam proferentis, illa tanquam inclinantis ad recte iudicandum.2.2.q.6.ar.1.¶ Ib.nu.40.

Iudiciũ metaphorice accipitur pro pro diſcuſſione,vel proceſſu iudiciali. Et eſt actus trium perſonarum iudicis:Actoris,& Rei in diſcutiendo contendentium, vel contendere parantium, iux. deciſ. Bar. in l.ſi pluribus, ſub fin.de lega.¶ nu.13.

Iudicium inquiſitionis proprie dicitur iudicium, & quodlibet aliud ẽt ante litem conteſtatã,licet quoad quędam dicatur incipere à litis conteſtatione.l.vbi cęptum.ff.de cautio. Vnde à nullo cautiones, & prætoriæ ſtipulationes præſtitæ ante litem conteſtatam proprie dicuntur iudiciales. l.prima, & ſecunda. ff.de prætor.ſtipulat. ¶ Ibid.num.16.

Iudicium duplex eſt aliud ordinarium,

rium,aliud extraordinarium. Ordinarium eſt in quo proceditur mediante actione,vel accuſatione vera:actio cõprehendit ciuilia, accuſatio criminalia,hæc eſt enim legitima eorum differentia.iuxta gloſſ.recep.in princ.Inſt. de act.& in Rubr. & C.de act. Extradinarium eſt in quo ſine actione, vel vera accuſatione proceditur, vel officio iudicis expeditur. l. pecuniæ verbum.§.perſecutionis.ff.de verbor. ſignific. Vel contra regulas iuris communis conceditur. leg.in cauſæ. ff.de minor. Ex quibus definitionibus deducitur. Iudicium inquiſitionis, eſſe ſimpliciter extraordinarium, vt dicit Innoc. in cap. cum oportet. de accuſ. ¶ Ibi.nu.17.& 18.

Iudicium omne habet tres partes, vt ait Bart. l.2. ff. de fur. principium, medium,& finem.In principio inquiſitionis, ſine accuſatione vera proceditur.cap.qualiter. de Accuſat. quod eſt contra corticem regulæ.l.Reſc.§.ſi quis accuſatorem. ff.de munc. & honor. In ſecunda teſtes recipiuntur lite non conteſtata. c.quoniam. § ſunt, & alſ.Inſt.vt lite non conteſt. In vltima non imponitur pœna determinata à iure,ſed condemnatio alteratur,& arbitrio iudicis pœna imponitur. c.inquiſitionis. de accuſ. ¶ Ibi.nu.18.Secũdò,infertur,quod Iudicia ſuper Beneſ.Vſuris,patrimonijs,Decimis,&c. Sũt ordinaria,licet procedatur de plano ſine ſtrepitu iudicij. Clem. 2. de Iud.Tertiò, quod iudicium per viam denunciationis,vel officij iudicis ſine accuſatione,vel actione contextum eſt extraordinarium. Quartò,quod ſtatutum loquens de iudicio ordinario, nõ habet locum in iudicio inquiſitionis, & alijs præfatis.¶ Ibidem.num.19.

Iudicium inſuper eſt duplex, aliud ſpirituale, in quo tractatur de reb.

A ſpiritualibus. cap.exhibita infra eod. Aliud temporale, in quo agitur de temporalibus.ca. venerabilibus. infra eodem. ¶ Ibidem num.20.

Iudicium pariter, aliud eſt criminale, in quo agitur principaliter de crimine ad vtilitatem publicam. gloſſ. l. 3.ff.de ſepul.viol. Aliud ciuile, in quo non agitur de crimine ſaltem principaliter, ſed vel de illo agitur incidẽtaliter, vt cum agitur de crimine via exceptionis.ca. ſuper his de accuſat. Vel cum agitur de illo ob vtilitatem priuatam, vt cum agitur ciuiliter de furto ad duplum, vel quadruplum parti applicandum.¶ Ibid.num.31.

B Ex quo ſequitur intelligẽtia. gloſſ. quæ ait, quod cum pœna pecuniaria applicanda eſt fiſco, iudicium eſt criminale, cum autem parti eſt ciuile, eſt iſta, videlicet,quod quando in iudicio principaliter agitur de crimine, etiãſi ageretur ad pœnã ex contractu partiũ eſt iudicium criminale.¶ Ibid. nu.32.

Iudicium mixtum, etiam poteſt dari,in quo agitur de crimine principaliter, tam ad priuatam, quam ad publicam vtilitatẽ leg.Cornelia.§.final. quam Decius citat in hac. Rubr. ff.ad Sillan. de ind. In quo quis agit popu-

C lari actione aduerſus eum, qui aperuiſſet teſtamentum occiſi, antequam de familia quæſtio haberetur, in quo dimidium pœnæ applicatur pacti, & aliud dimidium fiſco. ¶ Ibi. num. 34.

Iudicium,qua parte omnem determinationem ſignificat, eſt multiplex. Primum ſcientiæ, quando quis veritatem viſu perceptam in mente retinet.

Secundum credulitatis, ſeu fidei, quando quis ob aliorum relationem aliquid verum, aut falſum exiſtimat.

Tertium opinionis,aut dubietatis, quãdo adhæret vni parti contradictionis, ſed cum formidine.

Quar-

Quartum dubietatis, quando quis A ſe applicat ad plura, & nihil ide eligit.

Quintum ſcrupuloſitatis, quando habet apparentiam contra id, quod ſcit, credit, opinatur, aut dubitat ¶ Ib. num. 43.

Iudicium aliud eſt de re, aliud de perſona. 2. 2. quæſt. 60. ar. 4. ad 2.

Iudicium de re, eſt credere aliquid eſſe malum.

Iudicium de perſona, eſt credere malum eſſe eum, qui rem, ſeu actum fecit, quod an liceat, vide ſup. verb. Iudicare. ¶ Ib. nu. 44.

Iudicium ſuſpicionis, vt frequentius accipitur de malo eſt ſpecies opi- B nionis. Et eſt opinio, quam quis opinatur aliquid mali citra certitudinem. l. abſentem. ff. de pœn. Sed ſecundum propriam ſignificationem, includit etiam ſuſpicionem de bono, in qua etiam poteſt interuenire peccatum, vt ſi collator iudicaret aliquem dignum ob leuem ſuſpicionem bonitatis eius ad effectum illud ei adiudicandi. Iudicare etiam ob grauem opinionem, & [illegible]

vehementem peccatum, eſt d. l. abſentem. ff. de pœn. & l. final. ff. de quæſt. & cap. literas, de præſcriptio. ¶ Ibidē num. 45. Eſt autem hoc iudicium temerarium, quando quis per leuia, & minus idonea indicia iudicat firmiter de C proximo aliquid mali in eius damnū notabile, vel quod peccet mortaliter, vel quod ſit in mortali. ¶ Manu. cap. 18. nu. 9. Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 453.

Iudicium temerarium videtur eſſe, dicere de aliquo bono opere, ꝙ fiat mala intentione, cum de cogitationibus nequeant homines iudicare c. cogitationis. de pęn. diſt. 1. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 537. Attamen ſi tu id dicas, & non iudicas erit detractio. Si iudicas ſine inditijs ſufficientibus, & non affirmes erit iuditium temerarium. Si vero iudicas, & aſſeris erunt duo peccata diuerſi generis. ¶ Ibi. nume. 538.

Iudicium ſuſpicionis, in leuibus hominū generib. peccatum eſt. Primò, in illis, qui ſuſpicantur de quoquam malum eo ſolo, quod ipſi mali ſunt. Eccleſiaſt. 10. In via ſtultus ambulās, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos exiſtim. Secundò in illis, qui ſuſpicantur malum ex eo, quod aliquis male afficitur ad alterum.

Tertiò in illis, qui ob magnam, quā habent de aliorum defectibus experiētiam facilius quàm par ſit, ſuſpicantur malum, quales ſunt ſenes, quos Philoſophus 2. Rheto. Suſpicioſos vocat. Primi magis peccant, quia non ſolum deſtituuntur iuſta probatione, ſed etiā peruerſo affectu, in id adiguntur. ¶ Numer. 46.

Iudicium per actus iudicandi pro dictione iuris, vel determinatione iudicis, aliud eſt competens, aliud vſurpatum. Competens eſt, quod fertur ab illo, qui poteſtatem habet iuridicam, [illegible] ut præſupponitur l. 1. & quinq. ſequ. de iuram. iud. & toto tit. de for. comp.

Iudicium vſurpatum eſt, quod fertur ab eo cui non eſt poteſtas illud ferendi, iuxta mentē Thom. 2. 2. quæſt. 60. ar. 6. & Iuriſconſ. in l. eum qui. & l. fin. & toto tit. & C. & ff. de iur. omn. iud. & cap. 2. de conſti. li. 6. Et eſt peccatum, quia vſurpare alienum communiter peccatum eſt, & non ſolum peccat, qui uſurpat, ſed etiam pars, quæ id procurat. ¶ Ib. num. 68.

Iudicium pro actu iudicandi aliud eſt iuſtum, aliud iniuſtum. Iuſtum eſt, quod ſecundum iuſtas leges fertur. Iniuſtum contra leges tam humanas, etiā conſuetudines pręſcriptas, quàm diuinam, & naturalem. cap. conſuetu-

do.

do.diſtinct.1.capit. fin. de conſuetud. 2.quæſt.120.ar.1.

Non autem eſt iniuſtum, quando fertur ſecundum mentem legislatoris ſecũdum quam ille iudicaret, ſi ab eo, quæſitum fuiſſet, licet ſit contra ſonũ verborum legis. Thom.b.& glo.recep. reputata ſing. in l. tale pactum.§.fi.ff. de pac. quod & docet D. Tho. 2. 2.q. 120.ar.1.¶ Ib.nu.71.

Iniuſtum eſt etiam, quando eſt inor dinatum, ſeu contra iuris ordinem da tum, quia etiam ſic eſt contra leges. cap. cum dilecta. de reſcr.& cap.prudentiam. de off. delegat. Et hoc frequentius incurrit nullitatem per in ca.1.de re iud.& leg.1.ff.de appellat. ¶ Ibid.num.77.

Iudicium, & lis pendentia ſine citatione eſſe non poteſt.§. fina. Inſt.de offic.iud.Clemen. ſecũda,ut lite pend. conſil.3. de accuſat. & inquiſit.

Iudicio carens nõ poteſt obligari, neque iniuriam facere, licet pati ſic. leg.illud. ff. de iniur.conſil.primo.de cognation.ſpirit.

Iudicium idem ſemper faciendum eſt i ſimilibus.l.illud.ff. ad leg. Aquil. ca.dudum.el ſecundo.de elect.de orat. Miſcel.60.nu.132.Et ſimiliter de non exiſtentib. & non apparentib. l. duo Titij.ff.de teſtam.tutela.capi.ſi Sacerdos.cũ gloſſ.de offic.ordina. ¶ Conſi. 2.de pact.Com.3. de Regul. nu.9.

## *Iuramentum.*

IVramentum, ſiue iurare eſt affirma re, vel negare, aliquid adducendo tacite, vel expreſſe Deum in teſtem, tãquam infallibilem veritatem. Tho. 2.2.q.79.ar.2. & in 3.diſtinctio.39.q. 1.& Anton.2.p.ti.30.c.3.Expreſſe, vt dicendo per Deum: Teſtis ſit mihi Deus, &c. tacite, vt dicendo: Viuit Deus. Vel per Euangelia, vel per Sanctos, &c. inquantum in illis reſplendet diuina veritas.c. & ſi epiſcopus.de iureiu.glo.ſing.cap.quoties.7.q.7. Idem facit, qui nominat creaturam aliquam à ſe dilectam, vt in ea diuina exerceatur iuſtitia, ſi verum non ſit, quod iurat, & qui iurat per vitam ſuam, patris, aut filiorum, vel adiuncta execratione, niſi quod iurauerit verum fuerit. Et tunc ſi ſubeſt mendacium, ille dupliciter peccat, ſecundum Caietan. ¶ Man.c.12.nu.1.

Iuramentum eſt actus per ſe bonus, quia eſt actus latriæ, vel Religionis, quo diuinum honorem illi per quem iuramus exhibemus.¶ Ibid.nu.2.

Iuramentum, tria communiter requirit ad hoc ne peccatum adſit, veritatem, ſcilicet iudicium, atq; iuſtitiã, vt videlicet id, quod iuratur, & verũ ſit, & iuſtum, & cum reuerentia debita Dei. Si quid ex his deſit, peccatum eſt. Hierem.4.relatus.2.2.q.1.

Et eſt mortale regulariter cum illi veritas deeſt, vel multum de iuſtitia. Veniale autem cum deeſt iudiciũ tantum, vel eſt leuiter contra iuſtitiam. ¶ nume.3.

Eſt autem duplex Aſſertorium, quo præterita, vel præſentia aſſeruntur. Promiſſorium, quo futura promittuntur, iuxta Goffred.in ſumm.¶ Ibid.

Iuramentum omne promiſſorium, qđ ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandũ eſt, iuxta c.ſi vero.de iureiu. & c.ſi aliquid.2.2. q.4. Etiã de nõ petendo, & non contraueniendo actui pro ſe facto. c.cũ contingat.de iureiurand.& c.quamuis.de pact.libr.6. ¶ Com.c.accepta.oppoſit. 1.nu.10.

Iuramentum factum in fauorem ali cuius, non debet illi ob aliquem reſpe ctum præiudicare. leg. quod fauore. C.de leg.ca. ob quod gratiam. de reg. iur.lib.6.¶ Man.cap.22.num.29.

Iura-

Iuramentum meticuloſum regulariter eſt validum ſecundum cõmunem per cap. Verum, de iureiu. Fallit tamen quandò interponitur ſuper actu nullo, & a iure, & probato per c. cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pact. lib. 6. ¶ Com. cap. accepta. oppoſit. 5. num. 12.

Iuramentum æque, obſtat agente poſſeſſorio, ac agenti petitorio. iuxta glo. cap. ex inſinuatione. de procu. & Innoc. in cap. ſuper hoc. de tenunc. Et agenti ſuper iure quærendo, ac agenti ſuper iure quæſito. ¶ Ibi. oppoſ. 6. nu. 1.

Iuramentum de non petenda abſolutione illicitum eſt. Fel. in c. conſtitutus. de reſcrip. num. 9. & ca. 1. de ſponſ. ¶ ibid. num. 9.

Iuramentum confirmans renunciationem beneficij videtur factum poſt perditam poſſeſſionem illius. ¶ Ibid. num. 5.

Factum in præiudicium ſuperioris, quo ad ea in quibus eſt Superior ſine illius conſenſu eſt illicitum. Tho. 2. 2. q. 89. art. 8. quia iuram. quo quis promittit alteri ea, quæ ſunt aliorum peccatum eſt, & ea promittens facit quod dam furtum. cap. ſi res aliena. 14. q. 6. ¶ conſil. 5. de pact.

Iuramentũ deciſorium requirit ſpecialiſſimum mandatum ſecundum omnes. ¶ conſi. 2. eod. tit.

Iurament. de non ludendo, ſaltem ad ludos malos ſeruandum eſt, ſed poteſt relaxari ſaltem cum cauſa ab Epiſcopo, iuxt. notata in Manu. c. 12. nu. 76. de Voto. & num. 11.

Quod ſi habet annexam certã pœnam ad illam tenetur, ſi ludat ludo malo. Si habet annexam pœnam adeundi Hieroſolymam, poteſt Epiſcopus relaxare, quia talis relaxatio non eſt Papæ reſeruata, ſicut relaxatio Voti. ¶ conſi. 3. de iureiu.

A Intelligitur ſemper de ludo illicito. ¶ Manu. cap. 12. nu. 2.

Iuramentum abſolute in præciſa factum vix poteſt dari, quia voluntas hominis non poteſt cogi violente, ſiue vi præciſa ad eliciendum actum immediate prodeuntem ab ea. 1. 2. q. 8. ar. 4. Quod ſi violaretur non obligat iurantem. ¶ Conſi. 4. de iureiu.

Non debet eſſe impeditiuum melioris boni. c. Archidiaconus. d. 85. Tho. vbi ſupra. ar. 7. Felynus, Panor. & alij. c. ſi verò, de iureiurand. ¶ Conſi. 1. de conceſſ. præb. nu. 3.

Eſt quædam tortura ſpiritualis, vt B ſentit Panorm. in cap. per tuas. de probation. ¶ Conſil. 1. de confeſſ. nu. 4. & Rubr. de iud. nu. 56. Com. c. ſi quis aliquando. de pœn. d. 1. nu. 17. Immo maius eſt adhuc quam ipſa tormenta. Nã aliqui veri Chriſtiani, id quod nulla tormenta detexerunt, ob reuerentiam iuramenti aperuerunt. ca. ſi peccatum 22. q. 7. ¶ Com. c. intra verba concl. 6. nume. 746.

Iuramentum limitatur ſecundum conditionem materiæ in qua ponitur. l. fi. C. de nõ nu. pec. & c. veniẽs de iure iur. ¶ Com. de reb. eccl. nõ alien. nu. 12.

Iuramentum fidelitatis, & *inueſtituræ* C petitio, reſignationes ſunt Dominij decreti. ¶ Cõſi. 1. de feud. nu. 10. Quod ex facto, & lapſu annorum triginta remiſſum cenſetur. ¶ Ibi. nu. 14.

Iuramentum promiſſorium eſt firmius voto, quia ab hoc abſoluit Papa, non autem ab illo ſine conſenſu partium. ¶ conſi. 1. de Regal. nu. 10.

Iuramentũ etiam, quod poteſt ſeruari ſine interitu, & diſpendio ſalutis æternæ ſecundum eſt. ca. ſi vero de iure iur. & c. quamuis de Pact. li. 6. ¶ Com. de reb. eccl. non alien. nu. 12.

Iuramentũ violare regulariter mortale eſt, ſecundum omnes 3. lib. ſenten. diſt.

diſt.39.& cap.ſi verò.de iureiuran.licèt ex ira, vel aliqua alia paſſione rationem iudicij, non abſorbente iuramentum procedat. Niſi paruitas rei excuſet, & leuitas ſecundum receptiorẽ, & communiorem ſententiam Ant. 2. p.titul.10.c.4. Silu. ex iuramentum.2. q.8. Sotus lib. 7.de iuſt.& iur.q.2.art.1.& lib.8.q.1.art.7. & Ioan. Andr. in c.1.de conſt.¶Manu.c.12.nu.10.33.& & 39.c.18.nu.7. quicquid dicat Caie. 2.2.q.86.art.7.† Contra quem multas rationes ibi Auctor adducit, & eius motiuum ſoluit. A

Iuramẽtum iuſtũ,& de re graui ſine iuſta cauſa relaxari non poteſt. glo.ſolem. & recep. c.quãdo.de iure iurand. ¶Ibid.num.2. B

Iuramentum factum ſine animo adimplendi, ſi eſt de bono malũ eſt mortale, ſi eſt de malo, etiam ſi autem eſt de re illicita etiam cum animo adimplendi, duplex peccatum eſt. ¶ nu.12.

Iuramentum de re licita etiam metu factum, obligat etiam ſi fiat ſine intentione ſe obligandi, 2.2.q.89.art.7. ad 3.Anto.2.par.tit.10.c.6.

Quoniam fit ad redimendam propriam vexationem,quod eſt opus virtutis. Et omne tales opus iuramento promiſſum obligat.ca. ſi verò.de iureiur. Niſi tamen in iurando habuit aliquem ſenſum verum, vt dicetur infra de capto à latronibus verbo Iurans. ¶Ibid.num.14. C

Iuramentum de re illicita, quæ eſt contra aliquod præceptum diuinum, illicitum eſt, & mort.c.in malis.& ca. qui ſacramento.22.q.4.Si eſt de veniali,eſt veniale ſecundum Anto. 2.p.tit. 3.cap.4.¶num.15.

Iuramentum de non faciendo rem, quæ ſecundum ſe eſt bona, non autem præcepta, vt de non dando eleemoſynam, non ingrediendo religionẽ, &c. non eſt mortale, vt tenet Caiet.2.2.q.89.ar.7.ad ſexto. & Tabi.Verb. Iurare.§.10.& glo.c.1.35.diſt. Immo neq; S.Tho.ibi.neque Ant.2.p.tit. 10.ca.6. aſſerunt hoc eſſe mor.licet Angel.verbo. Iuram.5.§.3.& Silu.ver. Iuram.2. q.7. Contrarium aſſerant.¶nu.16.

Sed nihilominus ad ſui obſeruationem non obligat. vt ait ibi S.Th.ad 3. licet obſeruari poſſit. Quare propria auctoritate Iurantis,poteſt infringi.vt ait Anto. vbi ſup. Quicquid dixerunt Panor. & Ioan.And.in cap. ſi verò.de iureiu.¶ num.6.

Iuramentum de re racioſa,vel indifferenti melius eſt frangere, quàm ſeruare, niſi fieret proximo ex aliquo pacto. Ang.verb. Iuram. 4. §.5. Vel ſoli Deo ob vitandam aliquam occaſionẽ peccati.

Iuramentum de redeundo ad carcerem, etiamſi mors ſi inferenda ſeruandum eſt. Caie.2.2.q.89.ar.7.ad 4.

Modo carcer non ſit iniurioſus,qualis eſſet ſi foret priuatus alicuius latronis,vel Tyranni.Panor.d.c.ſi vero, & gloſſ.accep.in Clem.Paſtoralis.de ſent.& re iudic.¶Ibid.nu.8.& Com.4. Regul.num.63.

Iuramentum de non alienando res Eccleſiæ reſtringitur ad alienationes illicitas,& non includit licitas de quibus dicitur in verſ.Prælatus. ¶ Com. de rebus non alien.nu.11.

Iuramentum factum ſecundum intentionem remotam eius cui iuratur, eſt licitum. Contra autem intentionẽ propriam, & propinquam factum doloſe illicitum eſt.Silueſt. ver.Iuram.3. q.2.¶ Ibid. num.19.

Iuramẽtum de ſeruando bono communi, ſi non ſeruetur mortale inducit. arg.c.ſi verò.de iureiu.¶ Ibid.

Iuramentum exigens ab eo, quem falſum Iuraturum credit, peccat mor.

c.ille. 22.q.3. Niſi ille ſit iudex ſecundum Ricar.3.di.36. qui debet iuris ordinum ſeruare.¶Man.c.12.nu.20.

Iuramentum non eſt deferendum illi,de quo magna habetur præſumptio, ꝙ non obſeruabit, vt clerico de non redeundo ad ſuam concubinam. Alex. 4.in c.clerico. de cohabit.cler. & mul. Niſi ſe ille ſponte ad iurandum obtulerit. ¶ Ibid.

Exigere à famulis, vel alijs ad declarandum auctorem alicuius facti in omnibus caſibus eſt illicitum. In caſibus autem conceſſus licitum eſt. Ant. 2.p.tit.10.ca.5.§.6. Ang.Silue.Tab.in ver.Familia.¶Ib.nu.21.

Exigere illud ab infideli,vt per falſos ſuos Deos iuret peccatum eſt,quia occaſionem peccandi dat. ¶Man.c.14.nu.39.c.21.nu.25. & Com.c.1. de pœnit.6.§.Sacerdos.nu.7.

Exigere illud à Reo ſtatim capto de dicenda veritate de omnibus peccatum eſt vt dicitur in ver.iudex.

Iuramentum falſum ſuper mendacio, quamuis iocoſo, ſeu officioſo eſt peccatum.¶Manu.c.18.nu.3.

Iuramentum de ſoluendis vſuris valet, & obligat. c.debitores. de iureiur.
licèt à iudice poſſit relaxari.c.1.eo.tit.
& ſolutas repetere, eodē c.debitores.
¶Manu.c.12.nu.23.& c.20.nu.17.

Iuramentum calumniæ non datur ſaltem in caſu, vſque lis non eſt conteſtata per reſponſum, neque poteſt cogi reus,ad illud ante.Cyn.l.2.C.de iureiu. prop.calum. Panorm. c.1.de iur. calum. ¶ Cap.inter verba. Conclu. 6. num. 248.

Iuramentum de non ſeruiendo alteri non tenetur quis ſeruare,cum ſine illo nequiret ſe, aut ſuos ſuſtentare. Archid.ab omnibus recep.c.1.22.q.2. ¶Com.c.inter verba concl.6.nu.640.

Iuramentum calumniæ nô datur in
A litibus criminalibus vſque quo lis ſit
conteſtata per reſpôſum, neque poteſt
cogi reus ad illud ante. Cynus l.2.C.
de iur.iur. & Panor.c.1.eod.tit. ¶ Ibi.
num. 748.

Iuramentum ferè in omnibus cauſibus ciuilibus defertur c.1.de iur. calum. & c.fi.de iur.iur.¶Ibi.nu.746.

## *Iurans.*

IVrans per Dæmonem, vel Mahometum,vel Idolum, aut Deum fal
ſum peccat mortaliter, ſimulq; bla
ſphemat. c.monet.22.q.1. Et ſimiliter
per aliquam creaturam nullo habito
B reſpectu Dei, ſiue tacite, ſiue expreſſe
per cap.clericum. 22.q.1.¶ Manu.cap.
12. num.4.

Iurans ſoluere ludo perdita poteſt petere abſolutionem,qua obtenta non tenebitur ſoluere,ſicut de vſuris idem patet. cap.1. de iureiu. ¶ Man.cap.20. num. 17.

Iurans captus à latronibus ſe illis centum daturum ſub tacite in ſe conditione, ſi forſitan illis debet, non tenetur perſoluere ſi alias non debet. Silueſt.verb. Iuramen.4.quæſt.7. ¶ Cap. 12.num. 14.

Iurans falſum exiſtimans eſſe fal-
C ſum, & aduertens id eſſe tale, & ſe iu-
rare peccat mor. c.animaduertendum.
22.q.2. Siue ſit vir,ſiue puer, dûmodo
annos diſcretionis attigerit.c.1.de de-
lict.puer. ſiue ex leuitate,ſiue ioco,ex-
cuſatione, aut timore id fecerit. Item
ſi non aduertit eſſe tale,dum tamen ita
erat diſpoſitus, vt tamen etiam iuraſ-
ſet.¶ Ibi.num.6.

Iurans verum credens tamen illud eſſe falſum, & aduertens ſe iuraret, etiam ſi ioco id faciat,peccat. c.homines. 22.q.2. Si ſine conſideratione id facit venialiter Bonauen. 3.di.39.q.3. ar.1. Niſi inconſideratio ex contem-

ptu

ptu oriatur Ang. ver. Periurium. §.1. ¶ num. 7.

Iurans falſum, quod credit verum per ignorantiam falſam, vel ſupinam, ſi debitam non adhibet diligentiam. Io. And. c. tua. de iureiur. Ang. & Silu. verbo Periurium. ¶ Ibid.

Iurans, & neſciens id eſſe verum. Aureol. 3. di. 39. Angel. vbi ſupra. §. 4. peccat. ¶ Ibid.

Iurans id, quod eſt verum, ſecũdum mentem ſuam, non autem ſecundum mentem illius, cui iurat eum eſſet iuſſus iurare à iudice competente, & ſecundum ordinem iuris, vel ſe offerendo ſponte ad iurandum. c. quacunque arte. 22. q. 5. Et Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7. ad 3. peccat mort. Qui verò inique interrogare poteſt optime reſpõdere, quod neſcit, intelligendo, non eo modo ſe ſcire, quo illud dicere teneatur. ¶ nu. 8.

Iurans ex quadam boni occaſione ſe amplius non luſurum, aut non tranſiturum per illum, aut illum locũ, eadem occaſione manente ſi pertranſit, peccat mort. ¶ Ibid. nu. 12.

Iurans ſophiſtice, aut doloſe, aliter intelligendo, atque ille cui iurat, nulla intercedente cauſa, aut iuſta aliqua ratione, peccat mortaliter tam iurando, quàm non adimplendo. c. quacunque arte. 22. q. 5. ¶ Ibid. nu. 13.

Iurans aliquid facere, credens non poſſe illud adimplere peccat. Silueſt. iuram. 3. q. 25. ¶ Ib. nu. 22.

Iurans ſe non habere rem aliquam ſibi ab alio petitam ſi non tenetur ad præſtandum, neque ad reſpondendum ſecundum mentem petentis, non peccat ſi ea mente iuret. ¶ Ibi. nu. 18.

Iurans ducere aliquam in vxorem, ſi deinde mutato propoſito, vult ingredi Religionem, debet prius illam ducere, deinde intrare Religionem, ea ratione, quia debitor debet prius, quàm

A intret ſoluere debita. c. commiſſum. de ſponſ. ¶ Com. 1. de Reg. nu. 8.

Iurans aliquid facere ante ingreſſum religionis, ſi non fuerit liberatus a creditore tenetur explere in Religione, niſi ſit actus incõpatibilis Domin. in c. præterea. 91. diſt. & glo. ¶ Com. 2. de Reg. num. 42.

Iurans dicere quidquid ſcit, intelligitur quod licite poſſit dicere. Vide verbo Reuelatio & Verbo interrogatio. ¶ Manua. c. 18. nu. 61.

Iurans ſeruare ſtatuta Eccleſiæ, iniuſta tenetur ſeruare illa ſi iuſta fiant.

Et iurans non intrare talem domũ B amplius, ſi id fecit nulla adiecta cauſa non tenetur, niſi occurrat cauſa, ſeu occaſio peccandi ingrediendo. ¶ Ca. 12. num. 89.

Iurans aliquid illicitum facere, cũ animo id faciendi, bis peccat, vt dictũ eſt ſupra. Ver. iuram. ibi. nu. 13.

Iurans non emere, non teſtare, non reuocare mandatum &c. & ſi peccet contraueniens, valet tamen actus arg. gl. ſing. c. fi. de Procur. li. 6. Et notatur in Mercur. c. Quod ſemel. de reg. iur. in ſexto, & Fely. cum citatis per illum in c. cum acceſſiſſent, nu. 12. de Conſt. ¶ Com. 1. de Regul. nu. 22.

C Iurans non alienare res eccleſiæ, poteſt alienare res inutiles gl. in capi. Vt ſuper. De reb. eccl. non alien. ¶ Com. eo. tit. nu. 12.

## *Iurare.*

IVrare quid ſit, dictum eſt ſupra in principio.

Iurare licet, quia ſuapte natura bonum eſt, & qui contrarium tenet, hæreticus eſt, ſi pertinaciter id faciat. c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Thom. 2. 2. q. 89. art. 2. Caſtrenſis lib. 2. contra Hæres. Verbo iuramentum. ¶ Manual. c. 12. num. 4.

Iurare ſe non accuſaturum de peccato patrato, non eſt mor. gl.c.quemadmodum.de iureiu. ſecus de nondum patrato. l.ſi vnus. §. pacta. ff.de pact. ¶Ca.25. nu.32.

Iurare poteſt latro abſolute ſe furtum non commiſiſſe, abſque periculo periurij quando interrogatur a iudice incompetente, intelligendo ſe nō eſſe furatum illo die,menſe,anno,& ¶cap. 12.nu.88. ob allegata c.18.num.61.& c.25.num.43.

Iurare per veſtes,barbam, capillos, vel alia ſimilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis reſplendet,non eſt iuramentum. ¶ca.22.nu.5.

# *Iuriſdictio.*

IVriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi,& æquitatis ſtatuendę.glo.ab omnibus recep.l.1. ff.de iuriſd.om.iud. ¶Com.de dat.& prom.nu.47.

Iuriſdictio ordinaria fauorabiliter eſt delegata.glo.ſingul.clem.2. de offi. ord. Conſeruatoria autem, & omnis alia delegata eſt odioſa, quatenus præiudicat ordinario. Et eſt reſtringenda.iuxt. Regul. odia. ¶conſi.1.de offi. deleg.

Non tamen tollitur inferiori epiſcopo, quo ad cauſas matrimoniales, & criminales per Conc.Trid.c.20.de reform. matrim. ſeſſ. 24. Si eſt legitime præſcripta.¶Ibid.nu.5.

Iuriſdictio ordinaria quocunq; iure quæſita eſt proprie ordinaria, cum ſit ſpecies ordinariæ,& conceſſa videtur inferiori Epiſcopo in dubio cumulatiue,& non priuatiue. Fel.c.paſtoralis.de off.ord.¶conſ.2.de foro comp.

Iuriſdictio prælatorum Regulariū, hodie in multis caſibus reſtricta eſt. ¶Conſi.76.de Regul.

Iuriſdictio vendi poteſt ab inferio-
A ri, ſi illa eſt ſæcularis, & temporalis cum ſit pecunia æſtimabilis, immo, & permutari,& in præmium rerum bene geſtarum, & in dotem dari poteſt, & feudum, quia hoc nulli legi eſt cōtrarium, ſed conſonum. ff.de iuſt.& iure. & c.ius gentium. di.1.argum.l.1.ff.de contrah. emp. Non tamen poteſt vēdi officium iudicandi. ¶Com. de dat. & prom.nu.47. ¶Manu.c.25.nu.7.conſi.1.ne prælati, &c.

Iuriſdictio contentioſa redditur in inuitum.l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verb. obl. Non tamen voluntaria ſaltem, ut plurimum ad quam videtur
B pertinere Indulg. conceſſio.¶ De Iub. Not.20.nu.7.

Iuriſdictio nulla ſeruatur à partib. contra Caietanum per l. priuatorum. C. de iuriſd.omn. iud.gl.in c.P.& G. de off.de leg. Sumitur enim à lege,uel ab homine, qui publica fungitur auctoritate. ¶ Com. ca. placuit.de pœn. d.6.num.6.

Iuriſdictio alicui competit dupliciter ſecundū Caiet. tom.1. opuſc.tract. 7. q. vnica. Primò, ex parte principij iudicandi,ita vt poteſtas ipſa iuriſdictionis ſit principium iudicij, ſicut in naturalib. color eſt principium cale
C faciendi in politicis poteſtas Principis eſt principium puniendi. Et in Eccleſiaſticis poteſtas Pōtificia eſt principiū excommunicandi.ca.uiſis.16.q. 2.Secūdo modo ex parte eius,qui iudicandus eſt, ſicut contingit in iudicio arbitrum a partib.tantum poteſtatem habentibus ex hoc ipſo, quod illis ſe ſubmittunt in illa cauſa.l. ſi ſocietatē. §.arbitrorū.ff. pro ſocio. In Miniſtro pœnitentiæ inquit,ſufficit iuriſdictio ſecundo modo, quia principium abſoluendi, non eſt poteſtas iuriſdōnis, ſed ordinis. Illa verò iuriſdictio concurrit ad hoc, vt faciat de peccatore,

ſubditum, vel ſimpliciter, vel quo ad talia peccata.

Quare in illo, qui poteſt ſe ſubijcere cui vult, non eſt neceſſaria Iuriſdictio miniſtrantis hoc Sacramentum. Et hic modus ſpectat ad Iuriſdictionẽ delegatam.

Et per hæc vult Caiet. Iuriſdictionem illius, cui Papa ſe ſubmittit pendere, non à Chriſto, non ab Eccleſia, non à Papa, tanquam à Superiore, ſed factam illi eſſe, quaſi delegatam per hoc, quòd Papa ſe illi ſubmittit. Sed reprehenditur in hoc Caiet. Primò, quia Arbitri nullam habent iuriſdictionem, ſed Notionem tantum, vt dictum eſt verbo Iudex.

Secundò, quia Iuriſdictionem dare non poteſt priuatorum conſenſus ei, qui nullam habent. l. priuatorum. C. de iur.om.iu. Vbi ſup. num. 16.& 17.

Iuriſdictionis omnia iure Canonico delegantur, iuxta gloſſ. recept. in cap.Peruenit.diſtinct.56.Et notata in ca. Quod ſedem.de offic.ordinar.¶ De Iubilæo.Notab.31.num.9.

Iuriſdictionem temporalem precio emens peccat mortaliter, nõ quia illa ſit inuendibilis, quia ſupra contrariũ determinatum eſt, & infra dicetur de officio iudicandi ver.officium num.5. Sed quia contrauenit Authen. vt iudices, ſiue quo. Et Authen.de mandatis Principum.§. illud. colla. 3.l.2.C. de muri.legatis.lib.2.Niſi emat à Rege cum certa modificatione, aut etiam ab inferiore de licentia illius, vel poſt conſuetudinem legitime pręſcriptam. ¶ Conſil.primo.ne prælati vices, &c.

Iuriſdictionem pertinentem ad perſonas Eccleſiaſticas, qui vſurpat excommunicationem Cœnæ incurrit, modo illa pertineat ratione Eccleſiaſticæ dignitatis, non autem patrimonij, quia tunc eſſet tẽporalis.¶ Conſil. A 32.de ſenten.excomm. & Manual. ca. 77.nu.69.

Iuriſdictionem ordinariam, & delegatam, qui habet videtur procedere illa, qua magis firmatur proceſſus, vt reſoluit Innoc. in cap. cum ex officij. de præſcript.& Felyn.Ib.¶ Cõſi. eod.

Iuriſdictionem, qui ſibi vſurpat, peccat mortaliter, ut reſoluit D. Tho. 2.2.q.60.ar.6.¶ Conſi.1.de off.vic.

Iuriſdictionem auget conſuetudo, quam non habet iure communi, prælatus inferior in eos, qui ſunt ſui Collegij, quo ad extraria, quæ non tangũt regulam, neque regularia ſtatuta, ſiue B ſint ciuilia, ſiue criminalia. ¶ Com. ſecundo.de Regular.num.63. Iuriſdictione nemo ſuper ſe habere poteſt. l. pen.ff.de recep.arbit.& l.ille à quo §. tempeſtiuam ff.ad Trebellia. ¶ Com. 3.num.13.

Iuriſdictionem abſoluendi, quo ad omnes, qui ſibi ſubduntur recipiunt in habitu omnes Sacerdotes. pro quo facit.§.ecce.ſub cap.Adijcimus. 16.q. 1.& §.Ecce. ſub c. generaliter. eadem cau.& quæſt.Et tradit ſpecialiter Panor. in clem.1.de priu.

Quæ iuriſdictio à Chriſto immediate recipitur miniſterio tamen Ro- C mani Pontif.vel Epiſcoporum ab ipſo, vel ipſius auctoritate cõſecratorũ.

Et ex hoc poteſt dici a Summo Pontif. emanere per quam & ipſe Summus Pontifex, cum confitetur abſolui tur.¶ Com.capitul.Placuit. de pœnitent.diſtinctione 6.nume. 16.

Et per hanc abſoluuntur hi qui venialia tãtum habent, dummodo adſit conſuetudo, vt cui voluerint ſe ſubijciant, per quam ſubiectionẽ ex habituali in actualem iuriſdictio ipſa deducitur.¶ Ibi.nu.23.

Modo non ſint Religioſi, quibus ſtatuto, vel mandato ſuperioris negá-

ta ſit facultas audiendi confeſſiones. ¶Manual.cap.4.nu.5.verſ. Religioſus num.6.

Iuriſdictio abſoluendi à mortalib. debet eſſe actualis ordinaria,ex ſuſceptione beneficij, vel delegata ab habente poteſtatem. ¶ Manu. ca.4.nu.3.

Iuriſdictionem ſupra ſe nemo habere poteſt,l.pen.ff.de receptis arbitr. ¶Com.c.porrò de pœ.d.1.

## *Ius.*

IVs,dictum eſt, quaſi iuſtum. diſt. 50. cap. ius autem, & ſecundum Iſidor.lib.5. Ethymolog. Cuius multas ſignificationes ponit Ioan. And. in princ. de re iud. lib.6.& S. Thom. 2.2.quæſt.57.ar.1. In propoſito ſumitur, prout eſt ars boni, & æqui, & eſt quid medium inter æquitatem, & rigorẽ Diuiditur in Naturale, Gentiũ, Ciuile, & Publicum Siluest. ver. Ius.

Ius Naturæ,obligat nos ad benefaciendum benefacientibus.l. ſi non ſortem.§.libertus.ff.de cond.indeb. l. ſed & ſi.§.conſuluit.ff. de pet. hær.c.cum in officijs. de teſta. ¶ Conſi. 5. de renunc.nu.3.

Dictat vt legem, qui iuſte ignorat, ea nõ ligetur.¶Cõſi.1.de conſt.nu.22.

Non patitur, quem duas ſimul uxores habere.cap.gaudemus.de diuor.& docet Th.cum commune. li.4.d.33.q. 1. ¶ Conſil. 1. de conuerſ. infid.nu.8.

Ad matrimonium contrahendum prudentiam requirit, ſed ius humanũ determinat, quando illa ſoleat inueniri, quod ait Celſus in l. 4. & 5. ff. de leg.¶ Conſil.39. de ſponſ.num.12.

Ius ſpirituale non cadit in laicum, niſi ex priuilegio Papæ,iuxt.gloſ. celebrem,in ca.imperium.d.10. & in ſumma.16.quæſt.7.¶Cõſi.6. de offic. iud.. Et propter hoc ius præſentãdi ad Abbatiã cadit in laicũ. ¶Conſ.49.de reg.

A Ius Eccleſiaſticum,ſpacio quadraginta annorum præſcribitur. capit.de quarta.de præſcript.& ibi gl.¶Conſi. octauo.de ſtatu Monach. num.5.

Ius Canonicum omnia, quæ ſunt iuriſdictionis delegabilia eſſe concedit.gl.ſingul.recep.in c.peruenit.diſt. 95.¶ Conſil.2.de tempo. ord.

Ius quæſitum patri ſine conſenſu eius ab eo tolli nequit. l. id quod noſtrum ff.de Reg.Iur. ¶ Com. 2. de Regul.num.55.

Ius antiquum relinquere non debemus, niſi quatenus eſt nouo contrarium,& per nouum deſtructũ.l.præci-
B pimus.C.de appellat.Etiam ſi in vtroque eadem ratio inueniretur,vt ibi an. notat.Bart.& probatur per l.ſi vero.§. de viro. ff. ſolut. matrimon. ¶ Conſi. 34. de præb. conſi. 6.de iur. pat.conſi. 12.de offi.iud. ord.

Ius ad antiquũ reditio eſt fauorabilis.c. 16.Exordio.36. diſt.l.ſi unus.§. pactus,ne peteret.ff.de pactis.vbi hoc dilatat Iaſ. & ante illum Fel. in c.cum. omnes.de conſt.¶ Conſi.4.de iur.pat. num.5.

Ius perfectum, quod dicitur in re acquiritur per diſpoſitionem inter viuos, vltimam voluntatem, Collatio-
C nem,Confirmationem, vel alium modum legitimum. Imperfectum vero, quod dicitur ius ad rem acquiritur per iuſtam promiſſionem emptionem, ſtipulationem,electionẽ,præſentationem, concurſum, expectatiuam, &c. ¶ Manual.cap.17.num.69.

Ius in beneficio per ſolam ſignaturam acquiritur.cap. penul. de conceſſ. præb. lib. 6. & cap. ſi tibi abſenti. de præb.lib.6.& præſupponit Rota deciſ. 27.De reſcr. quæ eſt 20. De cõceſſion. præbend. in antiquioribus. Felyn. & Dec. in Rubr. de Conſtitut. Verbo Signatura.

Ius pœnale vltra, quàm verba patitur, non ex extendendum, etiam ex ſimilitudine rationis. ca. pœnæ. de pœ. d. 1. & l. interpretationem. ff. de pœ. ¶ Conſi. 81. de regul. nu. 5. Ius pœnale eſt, quod beneficia incompatibilia ex ſua natura per alterius adeptionem vacent. ¶ Conſi. 26. de præb. nu. 7.

Ius ſemel extinctum, non poteſt tractu temporis conualeſcere. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. quæ habet illũ, qui ſtipulatus eſt ſibi dare rem ſacram, non poſſe illam petere, licet fiat prophana. ¶ Conſi. 5. de ſtatu monac. nu. 5.

Ius ſuum defendere, & alienatum recuperare tenetur prælatus, non deſtruere, aut alienare. c. ſine exceptione. 12. q. 2. c. nulli, & c. ſi quis, de reb. eccl. non alie. ¶ Conſi. 7. de præbend. num. 6.

Ius nõ debet inuerti ſine graui cauſa, alioquin multorum eſt origo malorum, vt multi graues Auctores docẽt. ¶ Conſil. 8. de præb. num. 2.

Ius loquens de aliquibus Religioſis, vt talibus ad alios etiam extenditur, quia eadem ratio eſt & idem ſuadet in omnibus. l. illud. ff. ad l. Aquil. c. dudum. el ſecondo, de elect. & c. 2. de poſtul. ¶ conſi. 5. de his quæ vi.

Ius, vnde emanat iniuria prodire non debet. l. meminerat. C. vnde vi. ¶ Conſi. 20. de ſent. excom. nu. 9.

Ius petendi debitum per pollutionem alterius non amittitur, nec recuperatur. ¶ Conſi. 1. de diuor.

Ius nullum habet Regium Auditorium in Eccleſiaſticis. ¶ conſi. 25. eo. ti.

Ius dicere ſine iuriſdictione, nemo poteſt. l. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud. & eſt determinatio iuris naturalis per ſe noti. ¶ Conſi. 25. de ſent. excom. nu. 2.

Ius clauſuram indicens oblatos tantum non comprehendit, quia lex non
A cõprehendit eum, cui verba legis non poſſunt adaptari. Et quia, Nemo poteſt cogi creſcere, neque inuitum obligari ad auſteriorem vitam, quam non vouit. cap. geſta. 74. diſt. ¶ conſi. 81. de regu. num. 2.

Ius a communi exorbitans, non eſt ad alium caſum extendendum. ca. quæ a iure, de reg. iur. lib. 6. ¶ conſi. 1. de conſt.

Iura omnia ſimoniam vetantia, per non vſum tolli nequeũt, quia ſunt conformia iuri diuino, & naturali, contra quod præſcribi non poteſt, vt late notatur per omnes in c. fin. de conſuet.
B ¶ conſi. 13. de ſim.

Iura iuribus concordare opere precium eſt. cap. cum expediat. de elect. lib. 6. cum ei concord. ¶ conſi. 1. vt li. penden.

Iura requirentia iuſtam cauſam in alienatione bonorum Eccl. & ſolemnitatem, loquũtur de bonis ſtabilibus, ſiue inſtabilibus, & prætioſis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt c. Non liceat Papa. 12. q. 2. & c. ſine exceptione ead. & per tot. tit. de reb. eccl. non alien. de ſpol. cler. §. 4. nu. 2.

Iure ſibi conceſſo, qui vtitur non peccat, etiam ꝙ inde alteri malum eue-
C niat, modo abſit animus nocendi. cap. cum eccleſia Volaterana. de elect. & l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. & per multas alias leges. ¶ Com. c. fraternitatis. de leg. pœ. num. 39.

Iuri duplici vna, & eadem res cenſeri non debet. c. cognouimus. 12. q. 1. ¶ conſi. 1. de Magiſtris. Quando eadem res ſuadet, & idem reſpectus. ¶ conſ. 5. de offi. iudic. ord. nu. 5.

Ius naturale per nullam legem humanam, aut diſpenſationem tollitur, neque per indulgentiam gl. memorab. in princ. diſt. 5. ¶ Com. c. ſi quando. de reſcr. exce. 10.

Ius publicum pactis priuatorũ, non eſt diminuendum.l.ius publicum.ff.de pac. cap. ſi diligenti. de foro compet. ¶Conſi.3. de pac.nu.3.

Ius humanum tranſgrediens bona fide, non peccat ſaltem mort. Si illud non bene intelligit Innoc. in cap. per tuas.de ſimo.quem commendauit Bal. l.ab eo.C.quomodo, & quando iudic. & Fely. in c.1. fall. ſeptimo. de re iud. ¶conſi.85.de Regu.nu.4.in 2.part.

Ius ſpirituale facilius tollitur, quã commune.l.eius militis. §.militia miſſus.ff.de mil.teſta.& l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam. ¶Com. de ſpo.cle. §.19. num. 9.

Ius in re quærendum,non eſt acceſſorium iuri in re, c.ſi. de conceſ. præb. ¶Relect. c.ſi quando. de reſcr. excep. 21. num.68.

Ius, quòd filius habet in bonis patris ſui diſtinctum eſt a filiatione.Bar. communiter recep.l.is poteſt.ff.de acquir.hæred.¶Ib.nu.60.

Ius ad rem facilius perditur, quam ius in re.c.quemadmodum. de iureiur. & l.ſeruus, cum ei adnotat. C.de pact. ¶Ibidem excep.6.num.2.Perditur tale ius per inhabilitatem ſequentem, vt dicit Petrus Rebuff.in concordant. de mandat. Apoſt. Petr.ab Ancha.conſi. 58. ¶Excep.10. nu.10. Leuius tollitur etiam, quàm ius in re, vt tradit Ioan. Monac. & poſt eum Probus, qui alios citat in cap. ſi pauper. de præb. lib. 6. ¶Ibid.num.13.

Ius per expectatiuam quæſitũ non fit tam fauorabile, ac ius per electioné habitum,immo tanto magis odioſum, ac extraordinarium,quanto ſpecialior eſt illa,& magis ad ius in re accedens. cap.2. iuncto cap.conſtitutus. de conc. præb. ¶ Ib.

Ius ad rem per acceſſum, & regreſſum, & coadiutoriam de cõſenſu,cum

A futura conceſſione quæſitum, eſt multo fortius, quàm ius ad rem per alios modos expectandi habitum, vt ait Gomeſ.in Regul. de non tollen.iure quæſit.q.1.¶Ibid.excep.2.nu.7.

Ius ſemel extinctum non reuiuiſcit extincta cauſa extinguendi. Petr.ab Anch.quẽ ſequitur And. Sicu.de elec. ¶Com.c.ſi quando.Excep.6.nu.4.

Iure humano inducta eſt forma alienãdi Eccleſiaſtica bona, cui ſine cauſa Papa derogare poteſt. ¶Com. de ſpol. elec.§.18.nu.1.

Iura multa conſuetudinis auctoritatem fouent.c.conſuetudo. di.1. & l.
B minime. & l.de quib.ff.de leg. ¶Ibi.§. 14. num. 4.

Iurium correctio, vitanda eſt cum rationabiliter poſſunt conciliari. cap. cum expediat. de elect. lib.6. & l.1.C. de inoffi.teſtam.¶Conſi.14.de tempo. ordin.num.4.

Ius adminiſtrandi ſolum non eſt dominium, nec vſusfructus: ſed eſt ius diſponendi de re aliena nomine alterius gratis,vel cum ſtipendio, ſiue honorario. In Rub.ff.de adminiſtr.tut.& c.grandi. de ſuppl.negl. prælat. lib.6. ¶Com.1.de reg.nu.14.

Iure ſuo priuato renuntiare cui-
C bet licet c.ad apoſtolicam. de reſcrip. & l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac. ¶Ibi.num.24.

Iura omnia loquẽtia de ſeruis, quo ad acquiſitionem, & amiſſionem rei pecuniariæ,locum habent in regularibus iuxta mentem Inoc. c.cum olim. lib.2. de priuil. modo ea illis adaptare poſſint,vt ait Bald.in l.ſeruus.C.commun.de ſucceſ. Et verè, quia lex non comprehendit eum, cui aptari nequit vt dicitur in ver.lex. ¶Com. 2. de Regul. num.30.

Iura diſponentia de filijs, habet locum in Monachis modo illis ea adaptari

ptari

ptari poſſint vt dictum eſt, ſupra & eadem ſubſit ratio,vt addit Dec. l.cum fundus.§.ſeruum. de reb.cred. & c.licet.de ſepulturis,li.6. & Auth.ingreſſi,de ſacroſanc.eccl.¶Ibi.

Iura humana omnes tam in foro interiori, quam exteriori ligant c ſi qui. de ſponſ. ¶Com. cap.ſi quis autem,de pœn.diſt.7.num.38.

## *Iuſpatronatus.*

IVſpatronatus,cum ſit ius conferendi,vel eligendi,vel pręſentandi ad Eccleſiaſtica beneficia,quæ ſunt ab Eccleſia inuenta, & conſtituta poteſtate ſupernaturali, eſt quid ſpirituale, & B eſt annexum ſpirituali antecedenter, & ideo cum illo eſt idem ſi non in ſpecie,ſaltem in genere.¶Com.in Rubr.

Iuſpatronatus quærit, & non præſentandi, qui fundat collegiatam Eccleſiam. c.piæ mentis. & c.frigentius. 16.q.7. c.nobis. de iure patro. ¶conſi. 2.de ſim.nu.2.& 16.

Qui illud vendit, ſimoniam committit, ſed non incurrit excommunicationem, iuxta notata in cap. de iure vero. De iure patron.modo non fuiſſet commiſſa in præſentando. ¶Conſi.16. de ſimo.nu.3.& conſi.67.nu.1.

Per præſcriptionem quæri, augeri, C & tolli poteſt. c.conſultationibus. & c.cura.de iure patronat. Et præſertim, dum conſtat eſſe quæſitum. & formatum. præſcribitur autem ſpacio quadraginta annorum per glo. recep. d.c. cura. & per text. cum ei concordant. cap. de quarta. de præſcript. ¶conſi.4. de ſimon.

Si conſiſtit in vniuerſitate bonorũ, illis emptis, vel permutatis tranſit, ſi nulla eius mentio fiat.c.ex literis,& c. cum ſæculum.eo.tit.¶Conſi.4.

Iuſpatronatus clericorũ tantum reſtringitur per Conc.Trid.c.18. de reA for.ſeſſ.24. quantum eſt neceſſe ad bene prouidendum Eccleſiæ Parochiali. ¶conſi.6.de iure patron.nu.5.

## *Iuſtificatio.*

† IVſtificationis Nomẽ primę gratiæ receptionem importat, per quam in conſpectu Dei iuſtus homo efficitur. Eſt autem iuſtificatio tranſlatio ab eo ſtatu in quo homo naſcitur, filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecũdum Adam Ieſum Chriſtum, quam acquirimus per baptiſmũ. Conc.Trid. ſeſſ.6. ca.4.

Iuſtificatio maximum opus Dei eſt, Pſal.144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Auguſt.ſuper 14. ca.Io. Maius opus eſt, vt ex impio, quis iuſtus fiat, quàm creare Cęlum, & terram. Tho.2.2.q.113.art.pen. & 3.par. q.43.ar.4. ad ſecundum. Quæ tamen magis attribuenda eſt miſericordiæ, quam potentiæ, licet id quod eſt maius, quo ad modum agendi magis tribuatur potentiam, vt dicit d.Tho.ibi. ¶Com.cap.libenter. de pœnit. diſt.1. num.11. & 16.

Iuſtificatio regulariter in Adultis requirit motum illorum,quo diſcedãt à peccato per deteſtationem eius, & ad Deum accedãt per amorem ipſius, & veniæ deſiderium Ezech.cap.18. & 33. In quacunque hora ingemuerit peccator, &c.

Nam cum Deus dederit homini liberum arbitrium, & omnia regat ille ſuauiter,& ſapienter.Pſal.103.& Sap. 8. Conuenit, vt per motum liberi arbitrij, ſoluat peccatorem. Thom. vbi ſup.art.1.& 3.& 3.p.q.86.ar.6.ad primum. Qui quidem motus debet præcedere, ſaltem natura, propter eos, qui ſubito conuertuntur, & de lege ordinaria, ex eo, quia de potentia abſo-

luta

luta poſſet Deus peccatorem, abſque A præſato motu iuſtificare. Quod & facit in eo, qui ad Martyrium ducitur.c. Baptiſmi vocem.de conſecra.diſt.4.in quo tamen dolor peccatorum concipitur,ſaltem tacite, ſiue virtualiter in volútate moriẽdi pro Chriſto.¶Com. c.Facilius.§.Hoc ipſum.de pœnit.diſt. 1. num.1.

In iuſtificatione quatuor requiruntur ſimul tempore, ſed naturali ordine ſe præcedentia. Primum eſt gratię diuinæ infuſio. Alterũ eſt motus liberi arbitrij in Deũ. Tertiũ deteſtatio peccati. Quartum remiſſio culpæ. Thom. vbi ſup.& idem eſt iuſtificatio, & remiſſio, quam præcedit auxilium diui- B num, ſiue habitualia dona, & gratia, tanquam initium conuerſionis,& veluti præparatio.¶ Com.in glo. eiuſdẽ cap.conuertimini.num.3.

Iuſtificationis beneficium,non poteſt quis poſt mortem ſuſcipere. cap. qualis.diſt.25.Eccleſ. 2. Vbi ceciderit lignum,illic ſtabit,& ibidem Hieron. ¶ Com.ca. multiplex ead.diſt.num.4.

In iuſtificationem tam miſericordia, quam iuſtitia inuenitur, quare Gregorius.cap.Diſciplina.45.diſt.per multa probat etiam,gubernatores humanos, qui non ſunt adeò miſericordes,vt Deus, in omni ſuogubernatio- C nis opere miſericordiam iuſtitiæ miſcere debere. pſalm. 24. Vniuerſæ vię Domini miſericordia, & veritas. Th. 1.par.quæſt.21.ar.3.¶ Com.cap. Vide benignum.eadem diſt.1.

Iuſtificatio impij idem eſt, quod remiſſio peccati ſecundum D. Tho. 1.2. q.113.Et in 4.diſt.17.q.1.ar.1.ad quã requiritur confeſſio ſaltem in voto licet non in actu.¶Com.c.cccc.de pęnit. diſt. 1.num.3.

# Iuſtitia.

IVſtitia generaliter ſumpta genus eſt ad iuſtitiam ſpecialem.¶Com. Rub.de iudic.nu.71.Et verſatur in referendo omnes actus virtutum in commune. bonum humanum. ¶ De red. eccl.q.2.Mon.1.nu.2.

Iuſtitia ſpecialis verſatur principaliter,& immediate circa actus exteriores, & ponentes æqualitatem circa commutationes,& debita, quę ſũt ad alterum, vt reddatur æquale totum. Alię autẽ virtutes circa actus interiores.2.2.q.81.¶Conſ. 10.de teſtam.nu. 13.Hinc ſequitur, quod.

Iuſtitia ſpeciali nõ tenentur hi,qui per iudicem cogi poſſunt.¶ De red. eccle.q.2.Mon.1.num.2.

Huius legem, qui frangit, tenetur ad reſtitutionem ſecundum æqualitatem. Alex. de Ales. 2. par. quæſt. 87. Adrian.4.de reſti.quæſt. 1. Sotus lib. 5.de Iuſt.quæſt.2.art.4. ¶ Ibid. Mon. 7.num. 6.

Iuſtitiæ ſpecialis debitum à debito aliarum virtutẽ maxime differt, quia eius actus verſatur circa actus exteriores ad reponendam in eis æqualitatẽ eius, quòd formaliter, uel virtualiter datur,& accipitur,&c. Aliæ autem circa actus interiores in mouendo, vel moderando paſſiones animi, licet minus principaliter,& conſequenter moueant etiam ad actus exteriores, ut ſingulariter ſentit D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 122.art.1.ad quartum. ¶ Ibidem Mon.2.nu.1.

Iuſtitia ſpecialis præſtat miſericordię,& omnibus alijs virtutibus moralibus in his, quæ ad proximũ ſpectãt, ideo dicitur maxima omnium. 2. 2. q. 183.ar.3.Ariſtot.lib.5.Eth.Cicer.lib. 1.off.¶ De Redit.eccleſ.quæſt.3. Mon. 3.nu.8.Et ratio eſt,quia eſt ſita,& radicata

dicata in ſubiecto nobiliori, quod eſt voluntas rationalis.¶ Com.cap. libenter.de pœn.diſtin.1.num. quarto. A

Iuſtitiæ commutatiuæ fundamentũ eſt æqualitas precij, & mercis, vel alio rum rerum commutandarum.¶ Relect. c.nouit de Iud.Notab.6.nu.44.

Iuſtitia diſtributiua, quo ad officio, & beneficia publica, multum differt à ſe, quo ad diſtribuendas pecunia communitatis in ſingulos, quia illa( ſecundum Sotum ) non ſunt ita debita ciuibus, inter quos ſunt diuidenda cum ſint inſtituta principaliter in ſeruitiũ Eccleſiæ, vel Reipubl. Non autẽ hæc, quæ ſunt inſtitutæ propter eos, qui Communitatis ſunt, ſuntq. illis debitæ.¶ Manual.c.17.nu.72. B

Iuſtitia eſt inuẽdibilis, & inæſtimabilis, cum ſit virtus ex 5.Eth.& Tho. 2.2.quæſt.58.ar.3.¶ Com. de dat. & prom. nu.47. Quare, qui illam vendit, etiamſi ſit Monarcha peccat.¶ Ibi. num.48.

Iuſtitia originalis erat quoddam donum ſuper naturale inditum à Deo Adamo pro ipſo, atque pro ſuis poſteris, quo vires inferiores ſubijciebantur ſuperioribus, & ſuperiores Deo, armoniam quandã miram conſtituẽs, cui per peccatum ammiſſæ ſucceſſit diſcordia, atque rebellio deploranda, & potentia concupiſcendi tam ſenſualitatis, quàm voluntatis ſuperioris effrenata in omnes.¶ Manua. prælu. 18.nu.8. C

Iuſtitiæ non contrauenit, qui vult, quod ſuum non eſt, modo non ſit alienum, & nolit id cum præiudicio alterius. Et per hoc patet falſitas opin. Abul.ſuper Matt.cap.6. quæſt.3. Qui uult, quod omnes appetitus laudis, aut gloriæ humanæ, de re falſa, puta excellentia, quam quis non habet ſi. peccatũ mort.¶ Com.de finib.nu. 63.

Iuſtitiæ actus ad hoc, vt ſit bonus moraliter, non requiritur, ut fiat propter Deum.¶ De eleem.num.8.

## *Iuſtus.*

IVſtus non eſt, qui facit iuſtitiam, niſi id faciat, quia hoc iuſtum eſt. Ariſtot.5.Ethico.cap.13.¶ Com.cap. inter verba.Concl.5. nu.13.

Iuſtus ſit nullus, niſi ob merita Chriſti, neque per illa lege priuata, niſi per baptiſmum communicata eam conſequatur.¶ Manual.prælud.1 nu.8.

Iuſtum, vt aliquid ſit, debet tria habere. Primò, debet eſſe licitum ſecundum æquitatem. Secundò, decens ſecundum honeſtatem. Tertiò, expediẽs ſecundum vtilitatem. iuxta cap. magnæ.de uoto.¶ Cõſi.4. de appell. nu.7.

Iuſti omnes quo ad effectum ſuſcipiendi ſacramenta & adminiſtrãdi credunt ſe Deo acceptos, quo tamen ad effectum dolendi de ſuis peccatis præteritis, peccatores ſe exiſtimant.¶ Com. c.ſi quis autem de pœn.di.7.nu.109.

# De Littera. L.

## *Laborare.*

LAborare manibus non tenetur, qui uitare otium, & ſe ſuiſque alere poteſt, neque contrarium, probat Paul ad Eph.1. & ad Philipp.4. cum dicit: Qui non laborat non manducet: ſed tantum probat hoc, vt tollat otiũ vitioſum, ut ſuſtentet ſe, & ſuos ſine alterius iniuria.¶ Com. 2. de Reg. num.37.

Laborare diebus feſtis. Vide ver. feſtum.

## *Lachrimæ.*

LAchrimæ exteriores propriæ lachrimæ ſunt, interiores uerò cõtritio, ſcilicet, & dolor peccatorum, de

de quib. Chryſoſt. ſuper Lucam cap. 22. Lachrimæ lauãt delictum, quod pudor eſt confiteri translatiuè tantũ lachrimæ appellantur.¶ Com.c.lachrimæ.de pœ.d.1.nu.4. A

Lachrimæ exteriores non ſunt neceſſariæ ad contritionem.¶ Man. cap. 1.num.23.

Lachrimæ interiores comitari debent pęnitentiam neceſſario exteriores vero,& corporales, & ſi ſint vtiles, & optando, non tamen neceſſarie ſunt.¶ Com.cap.quem pęnitet.de pęn. diſt.1.num.2.

## *Lactare.*

LActare proprijs uberibus tenetur Mater. Vide verb. Mater num.2.

## *Lacticinia.*

LActicinia, qui comedit, & ſimul parum piſcium virtute Cruciatæ, veriſimiliter peccat, ſi id faciat in eadem Cœna, uel prandio: quia ſi non poteſt ueſci piſcibus ſine ſuo damno peccat comedendo. Si verò poteſt veſci, non habet neceſſitatem comedendi carnes, quare ceſſat ratio Bullæ. Peccatum autem erit veniale, ſi comedat in parua quantitate piſces, quæ illis non noceat.¶ Conſi. quinto. de conſeruant.ieiun.

Lacticinia in prandio comedere, & in cœna piſces, vel contra, ſi excuſatur a ieiunio liceret, quando in vltima comeſtionum id ex neceſſitate faceret.¶ Ibi.

## *Lætitia.*

LAetitia nimia, quæ ex obſcenis cãtilenis uerbis, aut geſtib. oritur mortalis, uel uenialis eſt, prout hominem ducit ad mortale, uel ueniale peccatum. Caietan.2.2.quæſt.184.art.6. ¶ Manual.ca.24.num.123.

## *Laicus.*

LAicus pro conuerſo Religionum. verb. Conuerſus.

Laicus poteſt admitti ad canendum in choro, & inſeruiendum diuinis, vt dicit Abbas in cap.1.de celebrat.miſ. Dec.ca.2.nu.23.de iud.¶ Conſi.21.de vot.num.6.

Laicus, ſi non ſit perſona Eccleſiaſtica differt a clerico, quare non licet illi diſputare de fide.c.quicunq. de hære. lib.6.§.inhibemus. Neque poteſt prædicare.cap.ſicut.eod.tit. quia illis, etiã B ſi ſint docti, non licet tractare ſpiritualia, ſicut licet clericis etiam indoctis. cap.bene quidem.diſt.96. & capit. eccleſia.de conſt. ¶ conſil. 17. de hære. Mon.c.2.nu.27.

Laicus non poteſt excommunicare. verbo Excommunicato.

Poteſt vſu capere, & præſcribere libertatem ab obligatione ſoluendi decimas, quo ad quotam, & quo ad illud, vel illud prædium, dummodo Rector habeat ex alijs Eccleſiæ iuribus congruam ſubſtentationem.¶ conſi.1. de decim.nu.4.

Poteſt conferre beneficium ex priuilegio Papæ contra ius commune, vt C conceſſit Regi Apuliæ, iuxta gloſſ.16. q.7.Regi Galliç. c.dilectus. de pręben. Quare, & id poteſt induci conſuetudine immemorabili. ¶ Conſil. 17.de de hære.nu.10.& 17.

Poteſt audire Confeſſionem. Verb. Confeſſio.

Poteſt eſſe procurator rei ſpiritualis, ſed non iudex.ca.1.de Proc.lib.6. c.2.de Iud.¶ Com.3.de reg.nu.20.

Poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico, vbi per legem non prohibetur renunciare ſuo foro. Panorm. contra communem.cap.P. & G.num.6.de offi-

offi.deleg.¶ Conſi.1.de ſent. excomm. num.2.

Laicus, dum laicus eſt beneficio Eccleſiaſtico eſt indignus. c.ex literis de tranſact.& cap.cum ideo, de reſcript. Neque illi licet deſiderare clericatum, vt per illum conſequatur reditus Eccleſiaſticos, quia deſiderat rem ſpiritualem, quæ cum ſit dignior, quàm tẽporaria præuertit ordinem in optãdo. Indigniora enim ad digniora referri debent, non contra.ca.illud. de maior. & obed. Caie.2.2.q.163.art.1.¶ Cõſ. 1.de præben.

Laicus poteſt deſiderare bona temporalia clericatus pro tempore quo erit clericus, quia illi licet mutare ſtatum, propter Deum principaliter, ſecundario autem propter beneficium, vnde honeſte viuat.¶ Vbi ſupra,&c.

Laicus, quando non violet interdictum audiendo ſacrum. Ver. Interdictum.

Laicus in mortis articulo ab excommunicatione abſoluere non poſſe, tenet gloſſ.in cap.paſtoralis.§.pręterea, quam omnes ſequuntur ibi.& Imo. dixit eam eſſe, quoad hoc ſingularem. l. 1.col. 3. ff. de publ. iudic. Facit quòd laicus non habet claues.c. verbum, de pœn.diſt. 1. Neque efficaciter probatur contrarium. Nam cap. ſanctum. de conſec. diſt. 4. de pœnitentis abſolutione, & non de abſolutione ab excõmunicatione agit. & glo.capi.à nobis. 2.de ſentent. excommun. quæ id dicit nullo iure probatur, & habet gloſſ. contrariam.cap.fin.24.q.1. ¶ Com.In princ.cap.1.de pœn.diſt.6. à num.84. Man.c.26.nu.c.27.nu. 272.

Laicus iure diuino capax eſt eccleſiaſticæ poteſtatis, quod patet ex eo, quia vti poteſt ea per ſpecialem Papę commiſſionem.cap.præter, cum gloſſ. communiter recept.32.diſt. Eſt autem

A incapax tantum iure humano.cap.bene quidem.96.diſt. ¶ Com.in c.nouit. de Iud.Not.3.nu.143.de red.eccl. q.1. Mon.55.num.1.

Laicus etiam coniugatus iuſtis de cauſis licite poteſt habere penſionem. Verbo Penſio.

Laicorum prodigalitas, quãdo mortalis, vel venialis.ver.Prodigalitas.

## *Lapis.*

LApides, & ligna Eccleſiæ prophanare non poteſt Epiſcop. cap. ligna.& c.veſtimenta.de conſec. diſt.1. ¶ Com. de ſpo. cle. §. 12. Vide Verb. B Sacrum.

## *Latria.*

LAtria eſt actus religionis, qui inclinat, & iuuat ad ſuſcipiendum, & venerandum Deum vti principiũ, & finem vltimum, in quem tendimus, & in quo requiem ſperamus. Tho.2. 2.q.83.art.4.

## *Latro.*

LAtro quo ad reſtitutionem. ver. Reſtitutio. Quando poſſit iurare ſe furtũ non feciſſe.verb.Iuramentum.

C Furando ne timidus videatur bis peccat. Primò, furando. Secundò, ſe exponendo directe, & per ſe periculo perdendi vitam.¶ Manu.c.15.nu.8.

Tenetur reſtituere impẽſas factas, & intereſſe propter ablata. Vide ver. Fur.

Latronem occidens ſi poteſt illum apprehendere peccet mort. ver. Occidens.

Latro diurnus, & nocturnus differunt, quo ad forum fori, quia nocturnus præſumitur occidere velle, non autem diurnus. Sed quo ad forum conſcientiæ nullum eſt diſcrimen, in quo

veritati cedit præſumptio. ¶ Manual. cap. 15. num. 5.

## *Laudare.*

LAudare ſe, vel aliquem alium de aliqua re mortaliter mala, vel falſa, aut vera, & non mortaliter mala, ſed cauſam præbens alicuius damni notabilis corporalis, vel ſpiritualis mortale peccatum eſt cum obligatione reſtituendi. arg. c. ſi. de iniu. & l. qui occidit. ff. ad leg. Aqui. ¶ Man. cap. 23. nu. 13. & c. 17. num. 132.

Laudare parum aliquãdo peius eſt, quàm multum vituperare, quia illi, qui vituperat non creditur tanquam inimico, qui autem laudat credimus, tanquam amico parũ illum, quem laudat dignum laude eſſe. ¶ Com. c. inter uerba. concl. 6. nu. 6.

Laudare mendaciter licet officioſe, aut iocoſe peccatum eſt, ſicut facit Medicus ægrotum, aut Magiſter diſcipulum. arg. c. 2. de mendat. c. primum. 22. q. 2. Non autem ſi id fiat verbis generalibus, vel amphibologicis, vt ægrotus, vel diſcipulus credat id, quod ei conuenit. glo. cap. Nec quis 22. q. 2. recepta ab omnibus, & præcipue à D. Tho. 2. 2. q. 126. ar. 3. ¶ Ibidem Concl. 1. num. 8. Idem dicendum de illis, qui laudant aliquos indignos apud Magnates de fide, prudentia, &c. ad beneficia conſequenda, quia id eſt contra charitatem proximi, & notabile damnum inferunt. ¶ Ibidem num. 1. decimo ſeptimo.

## *Laudatus.*

LAudatus falſo Panegirico Principe. lætari poteſt de pulchra laudatoris arte, ingenio, elegantia, & ad hoc, vt ſubditi deſinant ſcandalizari. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 1. nu. 6.

Laudatus falſo per literas commendatitias tenetur primum, ne ſibi placeat laus. Secundò, ne re, vel ſigno oſtendat id ita eſſe, ut laudator ait, quia aliter eſſet mentiri. 2. 2. quæſt. 7. Tertiò, contradicere, ſi credit per illas alicui aliquod damnum iniuſtum obueniri aliter nõ. Quartò, iuſte reſpondere poteſt non refellendo, aut approbando, ſed gratias agendo laudanti. ¶ Ibidem num. 20.

Laudatus falſo de aliqua virtute, ſtatui ſuo neceſſaria cuius defectus eſt occultus, tenetur ad non approbandũ, neque reprobandum laudem illam. ¶ Ibi. nu. 24.

## *Laudemium.*

LAudemium ad ſummum eſt, quinquageſima pars rei venditæ. iuxta l. 3. C. de iur. emphyt. Quod ob rem cenſuariam venditam debetur cum ad id ſoluendum alia ratione teneatur vẽdens. ¶ Com. de vſur. num. 93. Com. de reb. eccl. non alien. nu. 22.

Laudemium non tenetur ſoluere, qui vere donat emphyteuſim in conſcientia, neque in foro exteriori per allata à Iaſone l. 2. C. de iure emph. Vendens autem tenetur, vtroque foro, quia videtur eſſe pars precij, ob quod emphyteoſis fuit in minori ꝓtecio cõceſſa. Quòd non videtur eſſe tam pœna, quàm intereſſe, quod in vtroque foro debetur per leg. 3. ff. eo quod cert. loco. & l. 1. C. de ſent. quæ pro eo qđ erit, &c. glo. cap. conqueſtus. de vſur. ¶ Manual. cap. 23. nume. 65.

## *Laurea.*

LAurea honoris triplex eſt, quarũ prima dicitur Baccalaureatus. Altera licentiatur. Tertia doctoratus. ¶ Com. de finibus. num. 45.

Quamlibet licet appetere, atque petere ei, qui eſt meritus ſecundum D. Tho.

Tho.quol.3.ar.13.& c.ſcripturis.8.q. A 1.& c.quanto.de Magiſt. & qui illam non meret, peccat tam petendo, quàm appetendo cum cupiat laudari de eo, quod non habet: quod eſt mortale ſecundum Archiep. 2.par. tit.3.c.5.§.6. Immo, qui eam cupit ob honorem ſuũ principaliter, vel lucrum tẽporale, cui faciet quoddam dictum Venerab.Bed. in c.non ſolum.12.q.3.¶Com.c.inter verba.concl.1.nu.2.& 11.

Conceditur quælibet Scholaſticis; vt laudis, & gloriæ cupiditate, atque infamiæ, & ignorantiæ metu, plus diſcant, vehementiusq́, laborent.¶Ibid. conclu.5.num.4. B

## *Laus.*

LAus (ſecundum Auguſtinum, & D.Tho.) eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutis, quatenus in aliquem finem ordinatur. Vel. Eſt ſermo elucidans magnitudinem alicuius boni, quatenus eſt ad aliud ordinatum. ¶Com.c.inter verba. concl.4. num.4. Quæ quidem definitio videtur intelligenda de laude ſtricte ſumpta, vt ab Ariſto. capitur, non aut large, vt a vulgo accipitur, quia Angeli laudãt Deũ ſine exteriori ſermone, Pſal.148. Sol item Luna, & alia Aſtra, & creaturæ C omnes ipſum collaudant. Et maior eſt laus animæ interior ſine vllo ſermone, quàm exterioris ſermonis ſine interiori mente. Coloſſen.3. Laudantes, & pſallẽtes in cordibus veſtris. ¶Ibidem num.12.

Laus eſt duplex, vera, & falſa. Vera eſt, quando elucidat magnitudinem veri boni, id eſt quod vere eſt in aliquo, quodcunq; illud ſit animæ, corporis, vel fortunæ. Falſa autem, ſi illud bonũ non ſit in illo.¶Ibid.nu.10.

Laus etiam non cadit in Deum, ſi illius ineffabilem eſſentiam conſideremus, quæ maior eſt omni laude, & non poteſt in alium finem referri cum ſit altiſſimus. Cadit autem in illum ratione illius operum, atque affectuum iuxta illud Iſa.63. laudem Domini annũciabo ſuper omnibus, quæ reddidit nobis. D.Tho.2.2.q.91.art.5.ad 2.Anto.4.p.tit.5.c.10.¶ibid.nu.12.

Laude falſa, non debet quis gaudere, ſed contriſtari.c.cum multa. 86. di. & eſt dictum Grego. dicentis: In vno ore laudes iouis cum laude Chriſti ſe non cupiunt. Laus Iouis dicitur laus falſa, quatenus eſt laus mendacij, cuius pater eſt Diabolus, & Gerſon libro de vitioſa verecundia, 2.par.tit.1. Qui ſua vitia celat, vt falſe laudetur quique ore, aut geſtu vitiũ, quod amat execratur, quo illud odio habere videatur.¶Ibid.concl.1.nu.1.Et hoc intelligitur, quando laus vana eſt inordinata, & mala ſaltem venialiter, vt cum mẽdacio, aſſentatione doloſa, aut captatoria cuiuſcunq; muneris, aut officij pro ſe, vel alio indigno, vel cum iniuria, aut damnn alicuius: nõ autem de illa, quatenus eſt quædam res, ſiue ens naturaliter bonum.¶Ibid.nu.4.

Laude falſa, qui gaudet ſimilis eſt coruo illo Eſopico, qui caſeum amiſit ob laudem à vulpe ſibi falſo allatam. ¶Ibid.num.10.

Laudem falſam capere, vel ambire de bono, quo caremus, peccatum eſt, non ſemper mortale, niſi adſit notabile præiudicium diuini cultus, vel proximi. Et ita intelligenda eſt opinio. Abulenſ. ſuper c.6. Matth.q.3. ¶Ibid. nu.2.& Concl.5. num.55. & Com. de Finibus.num.63.

Laude vera, licet gaudere, eãdemq; appetere, quod conſtat ex illo Pauli. Gloria noſtra, hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ, quæ vt ibi Grego. ait, nõ diuina, ſed humana fuit: quare

tem

tum de humana, tum de diuina, tum de noſtra interiori & exteriori, tum de aliorum, etiam licet gaudere, quia omnia hæc ſunt bona, precioſa, & magna, modo maiora, quam pecuniaria. ¶Com.c.inter verba.Concl.5.nu.1.

Laus vera debet appeti recte, & ordinate, id eſt in ordine ad Deum, alioquin eam appetere non liceret, vt patet per Auguſt.de Ciuit.Dei, cap.3.& Paul. 2.Corint.10. quare Auguſtinus ibi carpit Romanos, qui vane laudari cupiebant.¶Vbi ſup.nu.5.

Laudem veram non appetere ordinate, quandoq; dedecus eſt.c.non ſunt audiendi.2.q.3.¶Ibi.nu.2.

Laudem, & alia bona honoraria, recte expetere eſt illam ob ſuos fines appetere. Sunt autem fines laudis multi. Primò, ad Dei gloriam. Secundò, ad ſpiritualem vtilitatem proximi.2.2.q.132.art.1. Tertiò, ad noſtrum ſpirituale bonum, quò concitemur ad perſeuerandum in bonis operibus. Et ratio perſuadet, quia vt meæ laudis amor rectificetur fine perficiendi alteri temporaliter, iux.S Auguſt. c.ſi non licet. 23.q.5. & Tho.2.2.q.26.art.4. magis debemus diligere nos ipſos, quã alios. Quartò, ob bonum aliorum temporarium, vel noſtrum, dummodo ordinetur ad Deum, virtutem, vel ad vitam benegerendam. Et non ſiſtendo gradũ in illud bonum, quia eſſet peccatum. Quintò, quod ſit debitum, atque vt tale expectes. vt ſentit Caiet. 2.2.q.132.ar.1.& diffuſe probat. Etiamſi nõ transferatur in Deum, tanquam in finem, quia ſufficit, vt referatur in aliquod bonum finem humanũ, licet non referatur in omnes. Sextò, ſi recipitur, vt donum gratis datum, & cauſa humilitatis, charitatis, &c. abſque alterius præiudicio.¶Ib.nu.45.

Laudem ſui operis in finem hone- A ſtum, licèt quærere, quia hoc non eſt de ſe malum, immo bonum ſi ordinetur appetitus actu, vel virtute in aliquem bonum finem. Secus ſi contra. ¶Ibid. num.50.

Quod & ſi eueniat cum alterius aliqua iactura per accidens tamen cum illa non ſit intenta, peccatum non inducit, quia, quæ per accidens occurrũt non attenduntur.l.ſi quis nec cauſam. ff.de reb.cred. ¶Com. de red.eccl.q.1. Mon.3. num.2.

Laudis falſæ pigere Chriſtianã nulla ratio naturalis ſeu diuina cõcludit. nec d. Greg. lib.8. Ep.45. id vult cum B dicit, debere quem triſtari de laude falſa, ſed intelligit de honeſtatis debito, & non de debito iuſtitiæ, & ideo quo ad vitandum peccatũ ſufficit non gaudere de illa. ¶Com. cap. inter verba. concl.1. num.829.

Laudis humanæ appetentia, & complacentia raro, etiam ſi vera ſit caret peccato iuxta S.Auguſtinum, & d.Bernard.¶Ibi num.10.

Laudem quãdo quis interpretatiue videatur Deo præponere Vide in ver. Gloria.

## Lector.

C LEctor Sacræ Scripturæ ponendus eſt in Eccleſia Cathedrali, non tantum ſæculari, ſed etiam Regulari, vbi eſt certus numerus Canonicorum habentium præbendas, vel portiones priuilegiatas, quæ habentur pro præbendis. de quibus Inno. & alij in cap. dilectus, el primo, de præben. Concil. Trid.ſeſſ.5.cap.1.de reformat.¶Conſ.1.de Magiſtr. Cui vbi præbendæ non ſunt de aliquo ſtipendio prouidẽdum eſt.¶Ibid.

Lector alicuius facultatis nõ debet legere illis horis, aut tandiu, vt probabiliter credat auditores ſuos miſſam com-

commiſſuros in die feſto. alioquin pec cat.¶Manual.c.25.nu.57.

Lector Theolog.vel Canonũ,gaudere debet priuilegijs omnibus de quinquénali perceptione fructuum, in abſentia a iure communi conceſſis. Fely. c.fi.de Magiſt.¶Ibi.nu.58.

Lector Theolog. vel Canonum excuſatur a reſidentia, etiamſi nullam habeat licétiam Prælati, quia eam illi concedit.c.fi.de Magiſt.Ad alias ſcientias requiritur licentia Epiſcopi,idem dicendum de addiſcente.¶Ibi.nu.121.

Lector, qui per viginti annorũ ſpacio legit,comitatus dignitatem acquirit.l.1. C.de profeſſorib. ¶conſi.3.de cle. non reſ.

## Legatum.

† Legatum eſt donatio, quædam à teſtatore relicta, & ab hærede præſtanda: debetur enim poſt mortem teſtatoris, & poſt aditam hæreditaté, vt colligitur. Inſt. de legat.§.1. Et hodie legatum, & fideicommiſſum ſunt ferè idé, & quicquid iuris eſt in vno, eſt etiam in alio.ff.de leg.1.l.1. Silu. Ver. legatum.

Legatum rei temporariæ fratribus minoribus de obſeruantia factum, regulariter valet modo fiat per modum, per quem liceat eis legata capere ne, ſcilicet, ſit contra. c.exijt. §.porro. de verb.ſignifi.Neque contra Clem.exiui. eod. tit. Quare non poteſt quis ex legato relinquere illis domum, vel prędium, vt eam locent, vel colant,neque pecuniam tanquam partem hæreditatis,ſed bene, vt expendantur in neceſſitatibus ſuis præteritis, vel præſentibus dummodo non ſint relicta,tanquã annui reditus ad finem, &c. ¶ conſi. 14. de teſta.

Legatum Carthuſiano relictum,donec Prælatus eius eo vti permiſerit, A non eſt repudiandum. Sed ad hoc, vt id permittant prælati debent bene penſare.¶ Conſil.75.de Regul.nu.52.

Legatum relictũ cuilibet Monaco valet generaliter cum permiſſione prę lati, ut reſoluit Barto. in l. Lucius.§. tres hæredes.ff.ad Trebel. Neque vlla lege naturali,aut diuina vetatur, cum non ſit uoto contrarius talis vſus. Neque lege humana, cum non teneat occulte, vel contra uoluntatem prælati. ¶ Ibid.num.49.

Legatum ad pias cauſas, qui non ſoluit tempore, & modo debitis peccat. cap. quia oblationes. 15. quæſt.2. B quod iuxta Canonica iura valet,etiãſi fiat coram duobus teſtibus.cap. Relatum.de reſcrip.¶ Manua.c.17.nu.117.

Legatum pro dote, vel alimentis relictum diuiti in foro exteriori, non iudicatur piũ etiamſi legans, dicat aperte ſe illud amore Dei, ſiue pro anima ſua facere. gl. ſolem. in l. illud. C. de ſacroſanct.eccleſ. Contra verò ſi legatur in pauperes, etiã ſine illis verbis, & etiam ſine animo id faciendi, quia in hoc foro, quicquid pauperi legatur ob miſericordiam fieri præſumitur. ¶ De red.eccl.q.1.Mon.26. num.4.

Legatum pium id iudicatur, quod C fit ad animæ ſaluté.gl.l. ſi quis Titio. ff.de leg.2.Et tale eſt etiam, quicquid relinquitur ad opera miſericordię directa.Bal.l.1.col.4.C.comm.de leg.

Legatum rei alienæ non valet.gl.in c.Filius.de teſtam.per tex.Fallit ſecundum communem in d.ca.filius.& leg. cum res aliena. C. de legat. Quando eſt ſcienter factum ad hoc, vt hæres eum redemptum ſoluat,aut illius ęſtimationem legatario. ¶ Com. de ſpol. cler.§.16.nu.1.

Legatum relictum a patre filię, cui dos debetur,debet recompẽſari, quia uidetur relinqui in ſolutionem.ca.qui

abſtulerit.12.q.2. quia illud eſt debitum, quod lege debetur. ¶ Man. cap. 17.nu.150.

Legatum ſi non ſit onere grauatum illo poteſt vti legatarius, ſicut reditibus bonorum ſuorum, quia eſt donatio quædam.l.legatum. ff. de leg. & c. requiſiſti. de teſtam. Si autem habet onus relictum, ſecus eſt. ¶ Conſi. 4. de teſta.

Legatum decem Amphorarũ vini, quod ex tali prædio naſcetur, non obligat ad plus, quàm naſcetur. l. cum certus.ff.de tritic. vino, oleo, &c. Et.

Legatum, quod ſine culpa per debitoris, non tenetur debitor ad ſoluendum, immo nec ſi à communi commercio eximatur. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obl. ¶ Conſi.51.de præb.nu.2.

Legatum vxori relictum contra ſtatutum non valet. Ideo relicta debent reſtitui hæredi, iuxta leg. ſi alienum. §.fi.& l.hæreditas. ff. de hęred. inſtitutio. ¶ Conſil.ſecundo.de teſtament.

Legatum factum de vſufructu pecuniæ licitũ eſt.leg.1.& 4.ff.de vſufruct. earum rerum, quæ vſu conſumuntur. ¶ Manual.cap. 17.nu.157.

Legatum relinquens pro quibuſdã miſſis celebrandis, quotannis in tali altari, non eſt eccleſiaſticum onus, licet eccleſiaſtico oneri ſit ſubiectum. ar.c.ex parte.de cenſ. ¶ Man.c.23.n.8.

Legatum pium ſi relictum ſit fœminæ pro ſe, & una pro famula ſi fœmina ingrediatur religionem debetur monaſterio, quo ad partem ſuam, non autem, quo ad famulam, quia per Religionem perdit facultatem habendi eã. ¶ Com. ſecundo. De Regul. num. 38.

## *Legatus.*

† LEgatus ille eſt cui certa patria, vel Prouincia gubernanda cõ

A mittitur. Et is per litteras de ſua legatione fidem faciet ſi exigatur, vt C.de Man.Princ.l.vnica. Goffred. in Rubr. de offic.leg.in princ.

† Legatorum duo ſunt genera. Quidam ita appellantur improprie.i.Nuncij, ſed non iudices, vt qui à Papa pro ambaſciata mittuntur, vel ad aliquod nudum miniſterium exercendum, de quibus in c.ius gentium. d. 1. & cap. nobiliſſimus.97.d.

Quidam verò ſunt legati iudices, quos Papa facit ordinarios in certa Prouincia, de quibus loquitur præmiſſa definitio & titulo de officio legato.

B Legatorum proprie, tria ſunt genera, vt not.gloſſ. & Panorm.cap.excommunicatis de offiç.leg. Quidam laterales, ſeu de latere miſſi, qui ſecundum Bernard.in cap. excommunicatis, de ſent. excomm. gloſſ. in ca. pe. de offi. leg. de cauſa Papæ mittuntur etiam ſi non ſint Cardinales. Sed verius dicit Io. And. & Panorm. in d. capit. pen. quod ſunt ſoli Cardinales maxime hodie.

Quidam ſunt locales, ſeu nati, qui dicuntur legati ratione ſuæ dignitatis, qua naſcuntur ratione Priuilegij Eccleſiæ ſuæ.vt Archiep. Cantuar.ca.

C 1.de of.leg.

Quidam tandem dicuntur temporales, ſiue communes perſonæ, vt omnes miſſi à Curia, vel ab extra, qui non sũt Cardinales.Silu.Ver.legatus.q.2.

Legatus Card. & legatus à latere paria ſunt, ut probat Dec.conſi.143. facit l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſt. Cuius poteſtas partim eſt ordinaria, partim extraordinaria. cap. 1. de off. leg. iuncto cap. 2. & fi. eodem tit.lib.6.clem.2.de offi.ordin. ubi glo. ſing.& Card.q.17.& Panor.cap.cæterum.de iudic.Sentit illius iuriſdictionem licet ſit ordinaria, modo tamen

extra-

extraordinario inductam ait. ¶ Com. c. cum contingat. Remed. 5. per tot.

Legatus de latere ex priuilegio ſpeciali de appellatione ad Papam interpoſita, poteſt cognoſcere, quo eam inſtruat, & inſtructam ad eum mittat. c. conſtitutus. de appell. quod nedum facere, ſed etiam committere poteſt, vt fiat. ¶ Ibi.

Legatus Cardinalis reuerenter recuſari poteſt per cap. Nouit. de appell. ex quo Panorm. & Dec. id colligit, & per alia multa quę adducit And. Sicul. tracta. de præſtan. Cardinal. quæſt. 3. in ſeptima part. ¶ Conſi. 1. de appel.

Legatus Card. iure cognoſcere nequit, de appellatione ad Papam, & ſi Panormit. multa minus bene teneat in c. conſtitutus. de app. ¶ Conſi. 1. de for. comp.

Legatus, quæ facit, ut legatus auctoritate ordinaria facit. ca. 2. de offi. ord. quæ autem facit virtute facultatum ſpecialiter ſibi conceſſarum extraordinarie facit.

Ordinariè igitur abſoluit ab excommunicatione. cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ca. excommunicatis. de off. legat. ¶ De Iubil. Not. 28. nu. 28.

Legatus in qualibet parte ſui territorij, & legationis ſuæ, poteſt expedire, quæ ad illam ſpectant, etiam negocia vnius Prouinciæ in alia ſuæ legationis, ſi ad multas eſt miſſus. c. nouit. de off. delega. ¶ Cõſi. 3. de off. iud. ord.

Legatus Reuerendus dare poteſt, accedẽte teſtimonio idoneitatis. ¶ Cõſ. 19. de tempor. ord. Et ſi dicat habere facultatem abſoluendi à quibuſdam excommunicationibus eſt ei credendum. ¶ Conſil. 27. de ſenten. excom.

## *Legere.*

Legere librũ vetitum. Verb. liber. Legere alienas literas. Ver. Li-

A tera. Legere ſchedulam repertam cõtinentem alicuius peccata, & diuulgando illa per quod nocet famæ illius notabiliter mortale eſt. Et ſimiliter ſi nõ diuulgat, quando ex principio poterat colligere nolle illum, qui ſcripſit, vt ſchedula legeretur, quia dat iuſtam lædendi cauſam. ¶ Man. ca. 18. nu. 34. & Com. ca. Sacerdos. de poen. & diſt. 6. num. 8. & Com. cap. inter verba. concluſ. 6. num. 14.

## *Legitima.*

Legitima portio eſt pars hæreditatis aliquibus per legem decreta.
B Et eſt triplex. Prima, quæ ſimpliciter dicitur legitima. leg. omni modo. C. de inoff. teſta. Et debetur iure naturæ filijs, & illis mortuis debetur nepotibus ex eis legitime natis. Cui nullum grauamen poteſt imponi per legata, vel fideicommiſſa, ſed per debita tantum. Secunda, dicitur Falcidia, & eſt quarta pars debita iure inſtõnis. Tertia, dicitur Trebellianica, quæ debetur iure etiam inſtitutionis illi, qui accipit hæreditatem alteri reſtituendã. Silu. Ver. legitima portio. in prin.

Legitima filiorum ĩ varijs Regnis, varia eſt. Nam in Regno Caſtellæ eſt
C tertia, vel quinta. l. 7. & 8. adiuncta l. 15. tauri. in Regno Portugalliæ. Tercia in Regnis Nauarræ, de omnibus excepta minima, &c. In terris vero, in quibus ius commune ſeruatur de ſemiſſe, aut triente. Authent. Nouiſſima. & in Authent. Vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam. ¶ Manual. cap. 16. num. 50. cap. 17. num. 158.

Legitima debetur filijs Iudæorum conuerſis uiuis parentibus contra ius regulare, ſaltem ſi remaneant in ſæculo, & non profiteantur Religionem, iuxt. not. in cap. cum ſimus, de regul. ¶ conſ. 5. de teſta.

Legitima etſi non debetur filiis ante mortem parentum,quaſi tamen debetur,gl.recep.in c.Raynutius. de teſt. ¶Ibid.num.4.

Legitima filii cuius Pater Profeſſus eſt Religionem non illi debetur ante mortem eius.ver.Filius.num.41.

## *Legitimatio.*

LEgitimatio Imperatoris ad ſpiritualia non ſe extendit, cap.lege, diſt.10.& ibi expreſſe gloſ.recep.& in cap.per uenerabilem,qui fil.ſint legit. ¶conſil.2.Qui filii,&c.

Nuncii ad quæcunque beneficia, non intelligitur ad regularia, arg.capit.cum de beneficio,de præb.libr. 6. ¶Ibid.num.2.

Religionis ualet, quo ad ordines, non autem quo ad dignitates, niſi ipſi prælati habeant ſpecialem facultatem. ¶Ibid.num.3.

Legitimatio extra terras Eccleſiæ ſpectat ad poteſtatem ſæcularem. ¶conſil.3.de ſponſ.num.12.

Legitimatio Primogeniti non tollit ius Primogenituræ quæſitum, ſecundo legitime nato. Io.And.in Mercurial. Regular.ſine culpa, libr. ſexto. ¶ Relect.c.ſi quando excep.20.nu.10.

Quæ reſolutio uera non eſt tribus concurrentibus. Primo conſuetudo contraria. Secundò, quando facta eſt per ſubſequens matrimonium. Tertiò,ſtatutum loquens de primogenito in communi,& nõ de legitimo in particulari. Io.Cinet.De prim.p.1.q.14. ¶Ibi.excep.21.num.7.

Legitimatio extantibus filiis legitimis exoſa eſt, & qui eam facit ſine cauſa legitima ſecus eſt ſecúdum Bal. capit.filij nati.de feud.ſue.controuer. in vſib.feu. ¶Ibi.num.10.in confutatione contrariorum.

Legitimatio licet non præiudicet le- A gitimo quo ad Primogenium,uel prothogenium, in quod lege aliqua particulari ſucceditur,quo ad bona tamen, in quo iure communi ſuo patri ſuccedit præiudicat. Authent.quibus mod. natur.effic.legitim.in princip.colla.6. cum gloſſ.& ibi Bartol.tradit Specul. recep.de ſucceſ.ab inteſt. §.1.Ripa.q. 30. l.ſi vnquam. C.de reuocand.dona. ¶Ibid.num.9.

Legitimationi conſentire nequit infans vide Verbo Infans.

## *Lex.*

† LEx dicta eſt ſecundum Barto. & B Thom.1.2.q.90. a ligando quod omni legi conuenit. Vel a legendo, quod congruit ſoli ſcriptæ. Eſt autem lex ordinatio actiua rationis practicæ ad bonum commune ab eo,qui curam habet de iure,& non de facto promulgata.Eſt autem multiplex, ut colligitur ex Theol.& Canoniſt.

Prima,æterna. Secunda,naturalis, quæ dicitur illius æternæ participatio quædam. Tertia,Moſaica. Quarta,euangelica, iſtæ quatuor ſunt diuinæ. Quinta, eſt canonica ad bonum commune eccleſiaſticum. Sexta,ciuilis,& humana. Silueſt. Verb.lex.in princip.

C Lex æterna ſecundum Auguſt.lib. 1. de lib.arbit.cap.6. & Thom.2.2.q. 91.ar.1. Eſt ſumma Dei ratio,quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & poſt mundum creatum cuncta gubernat.¶Man.præl.7.nu.4.

Lex naturalis vere,& proprie diuina eſt cum ſit a Deo naturaliter indita.ff.de iuſtit.& iur.l.1.§.ius naturale adiuncta glo. per quam naturam intelligit Deum, quã Pau.Ro.1.Iuſtitiam Dei appellat.Caſt.l.1.c.4.cõtra Gerſ. li.2.de ſpir.uit.animæ,cap.5.¶Deleg. pœnal.num.15.

Lex naturalis ſicuti etiam diuina poteſt

poteſt interpretari ab humana conſue A tudine, & tunc eius interpretatio ſeruanda eſt iuxt. Panor.cap.1. de Iudic. ¶Man.cap.27.nu.285.

Lex naturalis ſicut & diuina, & humana a ſcandalizando prohibet cap. nihil.de præſc. & ſimiliter detractionem, & infamationem, quia præcepta Deca. leges naturales, & diuinæ ſunt Thom. 2. 2. quæſtion.94. articul.12. ¶Rubr.de iudic.numer.54. Et hac lege poteſt quis ſe defendere, l.vt vim, ff.de iuſt.& iu.¶nu.55.

Prohibet ne quis, quę ignorat, exerceat. ¶Com.cap.inter uerba. Conclu. prima, numer.17.

Lex diuina fuit neceſſaria, quia homo nulla lege naturali, vel humana, poteſt ſatis bene inſtrui de actibus interioribus, ut requiritur ad conſequendam beatitudinem. ¶Com.cap.cogitationis, nu.3.de pœn.diſt.1.

Lex naturalis minus fortis, debet cedere fortiori, ideo quæ eſt de ſeruanda fama, cedit illi de ſeruanda vita. ¶Com.in rub.de Iud.nu.92.

Hanc neque tollere poteſt princeps neque limitare ſine iuſta cauſa. ¶Ibidem num.81.

Lex humana, ita definitur ab Alphonſ.de Caſtr.lib.1.de lege pœn.lex eſt recta voluntas eius, qui vicem populi gerit voce, aut ſcripto promulgata cum intentione obligandi ſubditos ſuos ad parendum illi. Quæ definitio reprehenditur.

Primò, quia ponit verbum lex ſumptum ſimpliciter cum de humana intendat.

Secundò, quia verbis nouis vtitur.

Tertiò quia facit illam actum voluntatis, cum ſit rationis, ſecundum Tho.1.2.q.90. & Sotus neruoſe probat, lib.1.de iuſt.& iure, quæſtion.1. artic.1.per legem: Legis virtus, ff.de legibus. Quartò, quia non videtur includere legem a populo latam, quam Iſidorus ponit in capit.lex.2.diſtinct. Quintò, quia non comprehendit conſuetudinē, quæ eſt altera humana lex, cap.conſuetudo, diſtin.1. Sextò, quia non comprehendit conſultoriam, quā Iuriſperiti legem appellant. Et Theolog. Chriſti conſilia legem vocant. Ideo dicendum, quod lex humana eſt ordinatio rationis ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet promulgata. ¶Com.de lege pœn. B num.14.

Lex naturalis, & diuina prohibens alienationem bonorum eccle. ſine cauſa ad ſeptimo præceptum de non furando pertinet, quia alienans illa ſiue cauſa bona Chriſti contra eius voluntatem tollit. ¶Com.de ſpolia.clericor. §.2.num.4.

Lex humana (ſiue ſit Eccleſiaſtica, ſiue ſæcularis, aut ciuilis) triplex eſſe poteſt. Prima moralis tantum, quæ pręcipit, vel prohibet aliquid ſine adiectione pœnę, cap.quod in omnibus, 32.quæſtio.2. Secunda, pure pœnalis, quæ nihil præcipiendo, ſiue prohibendo ſolum pœnam ſtatuit, leg.1. C.de C mendicant.valid.lib.10.

Tertia mixta, quę prohibet aliquid cum pœnæ adiectione. capitul.cum in cunctis, §.cum vero de elect. ¶Ibidem numer.24.

Lex fere omnis videtur eſſe mixta, ſi eſt obligatoria, quia expreſſe, vel tacite continet culpam, & pœnam. Moralis enim videtur obligare ad mortale, vel veniale, & ideo continet pœnam æternam, vel temporalem. Et pęnalis tacite obligare videtur ad venialem, vel mortalem culpam, propter quam pœnam imponit. ¶Ibidem numero 27.

Lex humana tolli, & modificari po-

teſt per conſuetudinem, capitul. fin. de A conſuet. & l. 2. Quæ ſit longa conſuetudo. ¶ Ibi. num. 42. & Com. de ſpolia. cler. §. 14. nu. 8.

Lex humana male intellecta, non ligat in foro conſcientiæ. Inn. in capit. per tuas, de ſimon. Fel. in capitul. fin. de re Iud.

Neque qui bona fide eam tranſgreditur peccet. ¶ Conſil. 3. de ſumma nu. 2. & Manu. cap. 23. num. 43. Comm. de Reb. Eccle. non alie. nu. 16.

Non ligat ante lapſum temporis, quia obligatio non inducitur, niſi ab intentione legislatoris, arg. cap. final. de regulis iur. libro 6. & leg. contra, §. B fraus, ff. de leg. ¶ Conſil. 1. de conſtitu. numero 14.

Nō debet facile mutari niſi vtilitas maxima inde obueniat. Thom. 1. 2. quæſtion. 97. art. 2. ¶ conſi. 1. de reſtit. ſpol. nu. 14.

Lex humana multa Iuris diuini indeterminata determinat, vt quod delicta puniantur ius diuinum eſt, l. ita vulnerantur, ff. ad leg. Aquil. capit. vt famæ, de ſent. excomm. At quod tali pœna, vel tanta, Ius eſt humanum. ¶ conſi. 39. de ſponſal.

Non poteſt tollere legem diuinam. ¶ Com. de ſpol. cler. §. 19. nu. 10.

Quam qui frangit ex cauſa, quam putat iuſtam non peccat, neque cum illam male intelligit. ¶ Ibi. §. 6. num. 16.

Lex humana, quæ punit volūtatem intelligenda eſt de voluntate exterius per aliquem actum, vel conatum expreſſa. ¶ Com. capit. quiſquis, de pœn. diſtinct. 1.

Non poteſt hominem obligare ad omnia, ad quæ voto ille poteſt teneri. ¶ Comm. capitul. placuit, de pœn. diſt. 6. num. 16.

Poteſt obligare ad mortale, iuxt. c. 2. de maior. & obed. modo ſit promulgata, recepta, & non derogata in totū, vel pro parte contra quam agitur. §. legibus. diſt. 4. ¶ Man. in præl. 9. nu. 8.

Non ligat ſubditum in foro cōſcientiæ, quando illi conſtat rationes legis, in illis ceſſare. Neque in foro exteriori, ſi in eo foro idem conſtaret: quod multi ſentiunt citati à Fely. c. tua. de iur. iur. ¶ nu. 3. Quia legem implet, qui mentem eius ſeruat, & eam infringit, qui illa omiſſa verba eius, ſeruat d. c. fi. de reg. iur. lib. 6. ¶ Com. in rubr. de Iud. num. 75.

Non extenditur ad præterita, c. fin. de conſt. & l. leges. C. de legibus, quod pro eo, dicitur etiam quando ratio legis anteceſſiſſet legem, quia per hoc prohibitio legis futurum reſpicit. Bal. not. 6. & Sali. in l. teſtium. C. de teſtib. quos ſequitur Fely. c. fin. de conſt. ¶ de Relect. c. ſi quando. excep. 21. nu. 3.

Non obligat ad finem, quem intendit; ſed ad aliud, quod in illum præcipit, nec legis fine ſeu cauſa ceſſante, ceſſat. ¶ De red. eccleſ. qui Mon. 48. nu. 4. eſt contra Caiet. 2. 2. q. 120. Manua. c. 16. num. 36.

Lex humana poſita contra præſumentem, non includit illum, qui bona fide contra illam facit. iuxta Card. in C cle. 1. q. 39. de priuileg. ¶ Com. de alie. bonor. eccl. nu. 16. Si inſerta decreto ſit habet vim canonis. ¶ Ib. nu. 5.

Si habet vnam partem dubiam per aliam debet declarari. l. 1. ff. de reb. du. ¶ Conſ. 1. de apoſt. nu. 10.

Quæ aliam interpretatur iuxta terminos interpretatæ intelligenda eſt. Auct. hæc conſtitutio. §. Vnde collatio. 3. gloſ. ſingu. ſecundum Card. recep. ibi. ¶ Conſi. 4. de hære. & in Manu. cap. 27. num. 51.

Quę apte varios poteſt recipere ſenſus pro firmo fundamento citari nequit, niſi pro parte vitio carente. l in

non

nō ligno.ff.de rebus dub.& l.in ambigua. ff. de legib. ¶ Conſi. 25.de ſimo.

Non poteſt de vno ad aliud trahi, ſeu extendi, niſi vbi adeſt rationis ſimilitudo. leg. non poteſt. ff. de lege. capitul.dudum.de electi0n.

Idem dicendum de leg. pœnali, & exorbitante.¶ Conſ.3.de conſanguin. & affin. nu.3. & 10. Etiam in odioſis extenditur, quando eius verba id patiuntur.l.cum lege,iuncta glo.ff. de teſtament.Extenditur autem,& limitatur ſecundum mentem legiſlatoris, & rationem.c.ſuggeſtum,de app. ¶ Cōſ. 18. de celebr.miſſ.

Non recepta ſpatio decem annorū tollitur, recepta autē ſpatio quinquaginta ſecūdum Calderinum, & Imol. cap.primo, de tregua, & pace,approbati à Felin.Ibi.¶Conſi.83.de pœnit. Modo legiſlator id ſciat, & toleret. ¶ Conſil. 8. de ſentent. excom. nu. 4.

Lex humana poteſt tolli, quo ad vnam partem,& manere, quo ad aliā. l. derogatur. ff.de verbor. ſignif. cap. auditis.de præſcription.

Tollitur etiam per diſſuetudinem, ſeu per non vſum. l. de quibus. ff. de legib. & 4. diſtinct. §. leges. & glo. ſing. cap. 1. de treg.& pace. Quando ſcilicet non vſus eſt implicans actum contrarium legi.

Si autē eſt,non vſus pure negatiuus nō præiudicat legi, vt ſentiunt Ioannes And. ut Panormi. & alij recep.in ca.Ioannes.de cle. coniug. ¶ Conſi.2. de conſuetu.& conſi.3. de celeb.miſſ.

Poteſt obligare tam ad ueniale, quàm ad mortale in foro conſcientiæ. per c.13.ad Rom.ſecundum Alphonſ. de Caſtro. libr.primo de lege pœnal. Et præcipue ſi legiſlator hoc intendat. Non autem ſi non intendat, cum nec diuina conſultiua id faciat, & aliquæ præceptiuæ ad ueniale tantum le-

A gent, ſecundum Caietan. 1. tom. tractat.25.q. 1. quià actus agentium non operantur vltra intētionem ipſorum. Verbo Actus cap. 23. Manual.nu. 48. Hinc ſequitur, quòd

Legem humanam iuſtam promulgatam receptam, & non abrogatam, qui tranſgreditur,peccat mortaliter ſi illa obligat ad mor.Et tranſgreditur ſcienter elapſo tempore, quod ad obligandum requiritur,& ex contemptu capi. 2.de maior. & obed. & cap. 1.14.q.1. Thom.2.2.quæſt.49. ar.9. Archidiac. cap.quicunque octauo diſt.Felin. cap. cum quidam de iur.iur.

B Nec valet contra hoc conſuetudo peccandi, ſecundum Thom. ſecunda ſecundæ q.q.186.ar.9. quicquid dicat Ricard. quol. 19. q. 1. quem ſequitur Angel. Verbo Inobedientia. §. 1. & Verbo Feriæ.§.42.

Licet iſta conſuetudo multū faciat ad præſumendum in foro exteriori. Venia licet vero peccat, ſi ad veniale obliget.ca.vnū. §.criminis.25. diſtin. ¶ Manual.cap.23.num.40.

Lex Canonica, non habens verba preceptiua,vel prohibitiua,ſed ſolum ordinatiua, vel conſtitutiua, etiam ſi ſint imperatiui modi,vt dicite,facite,
C clemen.exiui.de verbor.ſign. Non obligat ad mort. niſi materia eſſet talis, quæ mortale induceret ex ſe. ¶ Man. ca.13.nu.49.

Excommunicans facientes, regulariter conſentientes nō includit.iuxta gloſſa clemēt. prima de cōſanguin. ¶ Conſ.41.de hæret.Man.c.27.nu.51.

Iubens, nec prohibens aliquid clericis, ſolos beneficiarios comprehendit,& ſacratos.¶ Com.ca.inter verba Concluſ.quarta,nume.28.

De continentia Sacerdotum honeſtiſſima eſt.¶ Com.cap. fratres.de pœnitent.diſtinct. 5. num.10.

A lege naturali non deuiat, ſed illi ſemper conſonat.cap.qualiter, & quã do,de accuſation.& capit.Deus omni potens.2.quæſt.prima.¶ Com.ca. qua litas de pœni.d.5.nu.42.

De contrahendo in quarto gradu poteſt à Papa cum ſuis effectibus re-uocari. ¶ Conſi. 3. de ſponſal. nu. 14.

Lex ſæcularis de ludo non videtur obligare ad mortale,quia non fuit talis mens legiſlatoris, vel quia ad hoc non fuit recepta,vel quia eius materia non ad iuſtitiam, ſed ad temperantia pertinet.¶ Manu.ca.20.num.2.

Lex Imperialis generaliter loquẽs, ſi eſt rationabilis, & fauorabilis cui non contradicant Canones, etiam habet locum in clericis, ſecundũ Panor. c.Eccleſia.5.Marc.de conſtit.& Felin. ibi a numer. 37. per 20. quæſtion. & Dec.a numer.24. Et eſt cõmunis deciſio. Secus autem ſi eſt prǫiudicialis. arg.ſi adiutorium.10.diſtinc.¶Conſi. 4.de conſt.

Lex ſuperioris quatenus id commode fieri poteſt intelligenda eſt ſine prǫiudicio tertij cap. ſuper eo. de off. deleg. l. 3. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. ¶ Conſil. 2. de off. iud.ord.

Lex illius,qui Superiorem recognoſcit facta in damnum alicuius particularis,ſaltem ſine cauſa rationabili, eſt ipſo iure nulla.Panormitan.in c. cum omnes,de conſtitution.¶ Cõſ.primo. de ſentent.& re Iudic.num.4.

Lex Principis nõ præiudicat alicui niſi quo ad ſummum in eo, quod exprimit.l. 2. §. ſi quis à principe.ff. ne quis in loco publico.& c.ſuper.eo. de of.deleg.¶ Conſi.6. de iure patr.

Lex ſuperioris poteſt à iudice inferiori tranſgredi ex maxima aliqua cauſa. Innocent.recep.cap.ſecundo.de conſtitutione.Cuius dictum declarat

A Felyn. à num. quadrageſimo octauo. confirmando per leg. ſi homine. ff. mandat. ¶ Conſi. quarto. de celebrat. Miſſ.

Lex poſita a patrono in fundatione beneficij,non eſt firmior,quàm lex poſita a Papa in gubernatione Eccleſiæ, quia à potentiori cauſa maior producitur effectus. l. cum multa. C. de bon. quæ ib.¶ Conſi.1.de iure patron.

Lex generaliter loquens, generaliter eſt etiam intelligenda. leg. de precio.ff.de public.in rem act.

Generalis verò, non tollitur, ſed limitatur per ſpecialem.leg.ſed & poſteriores. ff. de leg. & glo.ſolemnis

B recept.in leg.ſciẽdum.ff. quę ſatiſdat. cogant.¶Conſi.2.de cler.non reſiden. conſil.79.de Regul.& conſi.34.Limitatur per aliam,& etiam per rationem ſuperuenientem, ut notat Baldus dicta lege de precio. Limitatur autem, quando ſequitur aliquod abſurdum.l. ubi repugnãtia.ff.de regul.iur.¶ Cõſ. 79.de Regul.

Reſtringitur ne procedat in aliqua eius ſpecie in qua non eſt eadem ratio Panor.in cap.ad noſtram.3.de iur.iur. declarando gloſſam illam celebrem in cap.vt circa,de elect.lib.6.¶Com.cap. accepta.in princ.num.2.

C Similiter extenditur, quando eſt eadem ratio ad alium caſum, etiamſi ſit pœnalis. ¶Com.cap.ita quorundam. de Iudi.Notab.6.nũ.6.

Lex fundata in præſumptione, ſicut non ligat in foro exteriori, ſi non eſt præſumptio iuris,& de iure, minus ligat in foro conſcientiæ, & coram Deo ſi veritas eſt illi contraria iux. c. Tua, de ſponſal.¶Ibi.not.10.num.29.

Lex generalis ligat omnes ſpecies etiam ſi ſit maior ratio in vna, quàm in alia.leg.prima. §.quod autem. ff.de alieno luſu.¶Com.de datis,& promiſ. num.

num.10. Et Com.2.de Regular.nu.51.

Non addit malitiam peccato ſpeciali lege prohibito, vt lex de declinando a malo non dat ſpecialem deformitatem homicidio. ¶Com.cap.1. de pœnit.diſt.5.num.74.

Omnem ſpeciem comprehendit, etiam ſi non ſit tanta ratio. l. de precio. ff.de publ.in rem act.cap.ſolitę.de maior.Sed fallit, quando ex aliquo notab. accidente alicui ſpeciei additur notabilis ratio diuerſi candi. ¶Com. capitul.lachrimæ. de pœnitent. diſtinct.1. num.5.

Lex pœnalis non ſolum illa eſt, quę imponit pœnam propter culpam, ſed etiam quæ imponit priuationem alicuius boni ſine vlla culpę ratione propriæ, vel alienæ, ob aliquam tamen cauſam, quæ legiſlatori viſa eſt in id iuſta.¶Com.de lege pœnal.num.14.

Hæc prout eſt pœnalis non tollit obligationem ad culpam per priorem legem inductam. capit.quo quis exterius. de vita, & honeſtate cler. & cum inducta ſit ad argumentum cuſtodiæ legis prioris, ideo non poteſt operari diminutionem. cap.fin. de verb.ſig. ¶num.27.

Hæc non egreditur propriam cauſam.l.præſes. ff.de pœn.& cap.pœnæ. eo.pœnit. d.1. ¶Conſi.16. de tempor. ord.num.4.

Comprehendit omnes, & omnia, quæ ſub propria verborum ſignificatione continentur.l.cum lege. ff. de teſtamen. ¶Conſil. 79. de Regul. Quod non habet locum, quando eſt limitata per aliam legem. ¶Conſil.2.de pœnitent.& remiſ.

Non punit ſolam voluntatem, neque attentationem ad delinquendum pœna temporali ordinaria, ſed extraordinaria, quod diuina tamen facit. ¶Com.cap.pœnæ. de pœn.d.1. nu.22.

A Quæ autem puniant conatum pro facto hodie abrogatæ ſunt.Ibi.

Et ſi communiter non extendatur vltra proprium caſum capit.pœnæ.de pœn.d.1.

Cuius rei triplex poteſt eſſe ratio prima, quia pœnæ odioſæ videntur, & odia debent reſtringi cap.odia, de reg. iur.lib.6.Secundo, quia leges ſpeciales pœnas imponentes exorbitant a lege communi, & ideo ſunt reſtringendæ cap.quæ a iure, de reg.iur.in 6. Tertio, quia in pœnis benignior interpretatio facienda eſt cap. in pœnis, eod.tit. lib.6. ¶Com.cap.pœnæ, de pœnitent. B diſt.1.num.1. Fallit hoc tamen, quando cõtinet ius commune compoſitum in vtilitatem publicam, quia illud poteſt extendi, iuxta omnes Doct.Bar.in l.quemadmodum. C. de agric. & cenſit. libr. 2. quando eſt facta in ſalutem animarum, iuxta quandam gloſ. recep. in capitul.ſciant cuncti. de elect.lib.6. ¶Com. de orat.cap.20.nu.32.

Non obligat ad mortale, quamuis pœna generaliter præſupponat culpam, niſi illa preſupponat culpam mortalem, vel tranſgreſſionem aliarum legum diuinarum, naturalium, aut ſupernaturalium.¶Manu.ca.23.num.59.

C Lex pœnalis extenditur per eandem, vel parem rationem vno, & viginti modis. 1.ad correlatiua.capit.2. de locat. 2.ad æquiparata. 3.ad late ſignificata. 4.in fauore animæ. 5.fauore Eccleſiæ. 6.ratione expreſſa.7.ad gradata. 8. de vno ad alterum. 9. ad commenſurata.10.ad parificata. 11.ad reiterationem.12.Ne fruſtetur.13.de numero ad numerum. 14.ad iuſtum modum. 15.ad contenta in lege interpretata.16.ad ſubrogatum.17.cum exprimitur exempli cauſa. 18. Ne fiat vana. 19.ad vitandum abſurdum. 20. Cum ſeipſam extendit ad ſimilia.21.Si non.

eſt

eſt vere pœnalis.¶Com.cap.pœnę.de A pœn.diſt.3.num.5.

Lex autem omnis puniens eſt pœnalis. ¶Com.capit.ſi quis non dicam. ead.diſt.nu.13.

Lex iniuſta,qualis eſt in non habente poteſtatem, vel facta ob bonum priuatum, aut contra diuinam, vel naturalem,nullam obligationem inducit, argu.cap.2.de conſtitut.libr.6. & l.fina. ff.de iuriſdict. omn.iud. Thom.1. 2. quæſtio. 90.artic.3. ¶Manu.cap.23. numero 40.

Lex in confidentiarios, & omnis alia in odium alicuius lata odioſa eſt, & reſtringenda,argumen.leg.Qui exceptionem, ff.de condict.indeb. Quæ autem partim fauorabilis eſt, partim odioſa, ſi principaliter in odium lata eſt,odioſa eſt reputanda, argument.l. quæritur,ff.de ſtatu hominum. Similiter,quæ lata eſt ad arcendum dolum Bald.communiter recept. l.penult.nu. 5. C.de pactis. & non omnis,quæ reſpicit vtilitatem publicam eſt fauorabilis,ſed,quæ principaliter, & immediate, argum.l.ſi quis nec cauſam, ff. de rebus creditor. ¶ Conſil.tertio, de conſtitut.

Lex prohibens laicis, foro ſuo renunciare iuſta eſt,& libertati eccleſiaſticæ non contraria.¶Conſi.primo.de ſentent.excommun.num.5.

Lex ſubſidiaria regulariter parit actionem,de red.eccleſ. quæſt.3.¶Mon. 31.nume.5.

Lex diſponens contra ius commune,vt pœnalis reſtringitur, & pœnalis oſtenditur per eandem, vel parem rationem. ¶Comm.capitul.pœnæ,de pœn.diſt.1.

Lex puniens homicidium,non punit infamantem, quia cum ſit odioſa, non extenditur ad ea, quæ improprie ſignificat, niſi aliqua occurrant, quæ poſita ſunt in capit.pœnæ. de pœnit. diſt.1.¶com.c.homicidiorum, ead.diſtinction.

Neque ſimiliter punit volentem facere,nec attentantem niſi exprimatur in ea, quia non extenditur de vno caſu ad alium regulariter,& aliud eſt facere, & velle, aut attentare id facere, quo ad forum exterius ſecus quo ad pęnam ęternam fori interioris.¶com. capit.pœnæ,de pœn.diſt.1.numer.22. & capitul.Periculoſe ead.diſtinction. numero 6.

Lex ita debet ſtringi, & ampliari, quam ampla,& ſtricta eſt ipſius ratio, B c.ſuggeſtum,& c.Meminimus.de app. ¶Comm.capit.placuit, de pœnitent. diſt.6.nu.23.

Lex correctoria in fauorem animarum, & cultus diuini lata extendenda eſt,argument.tex.iuxta gloſſ.ſing.cap. ſicut cuncti, de elect. Nihil eod.titul. lib.6.¶Com.cap.ſi quando,Excep.21. nu.9.in confut.

Lex,quæ punit præſumentem facere aliquid,non includit illum,qui bono animo facit,iuxta Card.cler.1.qu. 32.de priuil. ¶Com.de dat.& promiſ. nu.38.ver.præſumptio,nu.9.

Lex noua remedium adducens, non C cenſetur tollere aliud per alias leges inductum. leg. Quoties. de actio. & obligat.¶Conſi.3.de Adult.

Corrigens antiquam, non extenditur ad vllum caſum, quem continet. l. præcipimus, C. de appellation. Bart. Auth.quas actiones. C.de Sacroſanct. Eccleſ. ¶Com.in cap.verbum,de pœnit.d.1.num.4.

Non comprehendit futura, quando ea comprehendendo inuolueret præterita ad quæ non extenditur, argum. cap.ſuper eo.1.de appellat.& eſt gloſſ. memorab.2.Clement.1. de teſtament. quam Cald.Panorm.Imol.Rauen. ibi.

&

& Fely. commendarunt pro ſingulari. A
¶Com.cap.ſi quando Excep.11.nu.8.

Non reſpicit effectus etiam futuros actus præteriti, & perfecti, cap.fin.de conſt.coniuncto.c.ſtatuimus, de maior.& obe. ¶Ibi.num.9. Neque ad ré perfectam ratione formæ ſi ſimpliciter lata eſt, extenditur ſecundum Bar. in l.omnes, nu.44.ff.de iuſt. & iur. & affirmat Panorm.cap.fin.de conſuetudine.¶Ibi.num.43.

Si prohibet uſum, & exercitium alicuius rei futuræ, uel actus, comprehendit etiam vſum, & exercitium rei præteritæ. ¶Ibidem num.45.Reſol.igitur eſt, quod lex noua non excludit præterita ſi de re ipſa, & non de vſu, aut executione loquatur.Ibi.

Quæ punit extendentem repreſalias,punit præteritas,glo.cap.1.de iniur.lib.6.¶nu.46.

Quæ ſtatuit vt bannitus centum ſoluat,quo a banno eximatur,includit bannitum antea, qui potuiſſet eximi quinquaginta ſoluendo, & ita fuit deciſum Paduæ a Guillelmo de Suza. & Iaco.de Aren. vt Cynus refert, l.2.de leg.¶num.47.

Quæ formam procedendi, & referendi ſententiam inducit, includit etiam præteritas,qua parte non ſunt finitæ Archid.in capit. deliberatione de C
off.leg.lib.6.gl.ca.licet canon.de elec. li.6.¶nu.48.

Quæ ſtatuit,vt maritus lucretur medietatem dotis, comprehendit dotem vxoris ante ſtatutum mortuæ Bartol. leg.omnes populi, ff.de iuſtit. & iur.a quo non licet diſcedere, licet Imola diſcedat in cap.fi.de conſtitutio. alioquin multa innouarentur prius recepta per multos.¶Ibi.nu.50.

Quæ ſtatuit,ne fœmina veſtes ſericas veſtiat,includit iam factas Bal.d.l. omnes populi.

Quæ ſtatuit ne mulier ſuccedat dotata, præteritas includit, etiam illas, quibus delata fuit hæreditas. Bartol. in l.illam.C.de donatio.¶num.52.

Multa alia exempla ad idem ibi colligit.

Lex noua de facto aliquo, vel actu loquens comprehendit actum, & factum antiquum, quando ſuam perfectionem ab actu futuro expectat. Felin. Panorm. Cardin. & Imol.in Clement.vt hi qui. de ætate, & qualitate. ¶Ibid.nu.64.

Non includit executionem rei præteritæ cum illa eſt acceſſoria, & cum finis,& ratio legis ei non congruunt,
B exemplum primi, vt augmentum portionis præbendæ ad eam iam quæſitam. ca.ſi. §.1.de conceſſ.præb. libr.6. ¶num.66. Exemplum ſecundi, gloſſ. ſing.in Clem.1.de teſtam.determinante illam clementinam, quæ iubet executionibus teſtamentorum rationem de ſua adminiſtratione reddere locorum ordinariis,non incluſiſſe rationes antea non redditas de præteritis executionibus.cum tamen id, quidã uſus, & executio ſit rei præteritæ,& officii iam commiſſi.¶num.69.

Quæ excludit filias ab hæreditate comprehendit iam natas,quod verificatur etiam de emphiteuſi. arg. eorum quæ not.Bart.in l.vt iuſiurandum. §.ſi liberi.ff.de op.lib.Bal.in Auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccl.Ripa. ibi.3. Reſpon. 18. ¶Ibid.nu.14.

Lex ſua natura reſpicit futura. c.fi. de conſtit.l.leges.C.de leg. Cum tamẽ indulget aliquid eſt reſtringenda ad præterita, vel præſentia, ne det occaſionẽ delinquendi.l.cum lex.ff.de leg. ¶Com.de ſpolicle.§.19.nu.4.

Lex interpretans, vel corroborans aliam intelligenda eſt in omnibus, & ſolis illis caſibus in quibus eſt lex inter-

terpretata. glo. recep. in cap. vt circa. de elect. lib.6. ¶Com.de orat. cap.20. num. 32.

Lex vbi non diſtinguit, neque nos, debemus diſtinguere.gl.in l.de precio. ff.de public. in rem act. ¶Com. de datis, & promiſſ. nu.31.

Lex vt iudex non procedat ſine accuſatore humana eſt, & non diuina ſupernaturalis,nec proprie naturalis, ſaltem talis, vt nequeat limitari per humanã ex aliquibus iuſtis cauſis.¶Cap. ſuper verba concl.6.nu.587.

Legis mens magis eſt attendenda, quàm verba.c.marchion.1.p.1.c.fi. de reg.iur.li.6.l.cum pater.ff.dulciſſimis. ff.de leg.¶conſi.41.de præb.

Leges fundatæ in religione de Monachis diſponentes regulares includunt, niſi earum verba illos excludãt. ¶conſ.5.de ſtatu Monac.

Leges generales, non ſolum veræ, & ſpecialis iuſtitiæ, ſed etiam charitatis, & aliarum virtutũ determinari poſſunt,ſed etiam re ipſa determinatę ſunt legibus ſpecialib. ¶De red. eccl. q.2.Mon.28.nu.2.

Leges multæ remittuntur arbitrio viri prudẽtis. vt.l.1.de iure deliberan. & c.de cauſis.de offi.deleg.¶Ibi.Mon. 18.nu.2. Et omnes de virtutũ actibus ſunt.¶Mon.1.nu.3.

Si tractent de alendis pauperibus, vel liberis nõ ſunt de iuſtitia ſpeciali. ¶Ibid.Monial.2.

Leges antiquæ, pertinentes ad nuptias tanquam iudiciales, vel cerimoniales abrogatæ ſunt. 6.diſt.§.fin. c.1. de purific.poſt partum.Tho.recep.1.2. q.103.art.3. & in ſpeciali Sotus.4.di. 39.¶Conſi.4.de pactis.

Leges anteriores non corriguntur per intellectus ſubauditos, neque receditur ab eis iuxta glo. ſolemnem capit.capientes.§.Quod ſi de elec.lib. 6.

A ¶Com. 5. de Regul. nume. 22.

Legis nullum vnicum verbum originario ſignificatu ſignificat mor. licet accidentaliter ob vſum eccleſiæ, & commmunem Doctorum interpretationem, præceptiua, & prohibitiua id ſignificet in dubio,& maxime ſi pęnam excommunicationis includat,non autem ſuſpenſionem, interdictum, irregular.quæ aliquando innuitur ſine culpa c.ſi ciuitas. de ſent.excommu.lib.6. & cap.ſi quis viduam cum gl.55. diſt. Secus dictum de lege ſæculari,quæ tamen non tollit pœnam per illam ſtatutam, vt multi Catholice dicũt Imo.

B in repet. c.cum contingat. de iureiur. Fel.c.1.de ſponſal.nu. 18.Caie.in ſum. ¶Manu.nu.53.& 55.c.23.

Legis anima ratio eſt. Bal. l.ſi quis. C.de fur.cap.marchion.1.q.1.qua ceſſante lex debet ceſſare cum eius finis ſit. Panor. in vlt.notab. cap. quoniam contra. de probat. Ex quibus apparet æquitatem excludere a lege omnes caſus in quibus deficit ratio legis, cum ipſa ſtatuat generaliter contra. Caiet. 1.2.q.120.quem ſequitur Sotus de iuſtit.& iur. lib.5.q.10. ¶Rubr.de iudic. num. 75.

Legis finis eſt bonum commune,

C cap.Erit autem.4.diſtin. cum adnot.ei ibi.& a S.Thom. 1.2.q.90. ar. 2. Ideo non intendit inducere malum commune.¶Com.3.de Regul.nu.24.

Legi, qui bona fide authoritate ſui prælati contrauenit non peccat,neque qui legem humanam frangit ſi male illam intelligat. Innoc.capit.per tuas.2. de ſimon.¶Conſil.38.de præb.

Legem conſultoriam,vel exhortatoriam, qui frangit non peccat, nequę venialiter.¶ Man.cap.23. nu.41.

Legem publicatam, ſicut peccant non obſeruantes, ita qui illã neſciunt cum ſcire teneantur,quia coęquantur ſcien-

ſcientibus.l.quod te.ff. de rebus cred. ¶ Ibidem.

Leges, quæ generaliter delicta puniunt nō exorbitant à iure communi, quod habet delicta eſſe punienda. l.ſi ita vulneratus ff.ad leg.aquilia.cap.vt fertur, de ſentent.excom. ¶ Com.cap. pœnæ, de pœnitent. diſt. 1. nume. 1.

Legem Superioris inferior non poteſt tollere.cap.cum inferior, & clem. ne Romani. de eccleſ. ¶ Conſil. 1. de conſtitutione numer.75.

Legiſlator legi ſuę vi directiua ſubeſt, non autem vi coactiua. D. Tho. 1.2.q.96.ar.5.¶ Conſi. 1. de his, quæ vi.nu 3.Verbo.Princeps.

Legiſlatoris intentio,& cuiuslibet alij diſponentis eſt in primis attendē da.l.in conditionibus.ff. de condit.& demonſt. capit. fin.de regul.iur. lib.6. ¶ Conſil.quinto de teſtam.

Legiſlatorum omnium maximus fuit Chriſtus, qui optima ratione gubernandi ſuam rempublic.inſtituit,& Papa illius Principē ſtatuit. ¶ Relect. capit. nouit. de iudic.Not.3. num.15. Vide multa.Verbo Ius. Verbo Conſtitutio.Verbo Statutum.

Lex non comprehendit eam cui adaptari non poteſt. cap.Indemnitatibus.§.penul.de electio.lib.6.¶Com.2. de Regul.nu.30.

## Libellus.

† Libellus diminutiue dicitur,qua ſi paruus liber. Et ſumitur dupliciter,& primo, vt deſcendit à liba, libæ,vel à libum, libi, & eſt panis azimus, ſiue ſubcinericius, de quo in l. iudices.C.de App.aud. Secūdo prout deſcendit à liber, bri.Et multa ſignificat, primo generaliter omnem paruum librum,quicquid contineat. Secundo,ſcripturam demandatoris.Tertio, ſcripturam accuſatoris. Quarto, A ſcripturam, quam dat vir vxori repudiatæ, qui etiam dicitur libellus repudij. Quinto ſcripturam appellationis. Sexto ſcripturam oblatam Principi. Septimo, ſcripturam infamatoriam. Silueſt. Verbo libellus in principio. Et in hac tantum ſignificatione inuenimus ſumptum apud Auctorē.

Libellum famoſum componens, vel diuulgans, in quo contineantur aliena peccata,peccat mortaliter,cum obligatione reſtituendi famam.5.q.1. capit.1. & l. 1. C.de libellis famoſis. ¶ Manu. ca. 18. numer.135.& Com. in cap.ſacerdos de pœnitent. diſt.6. B num.6.

## Liber, bri.

† Liber proprie ſignificat arborum cortices, quæ antiquis carthæ vſum præbebant:nunc libri dicuntur, qui ex pluribus concinnati ſunt chartis, ex quacunque materia præparatis, qui & codices appellantur Calepinus.

Libros armorum, & geſtorum, laſciuorum credens, vel credere debens ſe,vel alium conſenſurum, ſaltem alicui delectationi moroſę,qui legit peccat.iuxta mentem Iſidor.ca. ideo.37. C diſtinction. & Anton. 2. p. tit.4.cap. ſeptimo. nu. 2. ¶ Man. cap 23.nu.30.

Libros prohibitos ſcienter legens, etiam ſi ſuæ arti ſint vtiles,excommunicatus eſt, quia oportet obedire Superioribus. capit. ſecundo. de maior.

Neque poteſt à ſimplici Sacerdote abſolui,etiam ſi illos combuſſiſſet,vel reddidiſſet officio Inquiſitionis, quia abſolutio eſt Papæ reſeruata per Bullam Cœnæ.¶ Cōſi.1.de conſtitution. nume.74.conſil.8. de hæret. Etiam ſi illos legat ſtudio noſcendi errores hæreticorum,& populi docendi.¶ Ib. num.75.

Libros

Libros hæreticorum de fide tractã- A tes Epiſcopus legendi licentiam dare nequit, niſi habeat facultatem ex ſpeciali delegatione Papæ, quia legem Superioris nõ poteſt inferior tollere. Verbo lex. ¶ Conſil. 1. de conſt. nu. 75.

Libros de Sacris rebus tractantes, abſque nomine Authoris, nemo poteſt imprimere, vendere, vel habere, ex decreto Concil. Trident. & liber imprimendus debet eſſe examinatus, & approbatus ab officio Sacræ Inquiſitionis. Eadem fuit prohibitio Conc. Lateranẽſi ſub pœna excommunicationis, quam Conc. Triden. renouat, in regula decima libr. prohibit. in in- B dice. ¶ Manual. capit. 27. numer. 148.

Libros fabuloſos legere, vt Amadis de Gaula, & alios tales ſtultum eſt, & inutile. Et quibuſdam malum, atque peccatum, ut his, qui occupare ſe deberent in vtilioribus, & neceſſarioribus ſtudijs, iuxta Sanc. Anton. 1. p. ti. 4. ca. 6. & D. Thom. quæſt. 167. vbi decernit curioſitatem eſſe peccatum. Et Grat. 37. diſt. cap. 2. ¶ Releɛt. in cap. nouit, de iud. nót. 2. nu. 24.

Librum vetitum, an quis legere poſſit extra territorium, quando ſimpliciter habet legendi licentiam dubium eſt, quia habet rationes pro vtra- C que parte a ſimili acceptas. Nam iudex non poteſt iubere extra territorium. Verbo iudex.

Neque epiſcopus excommunicare, Neq; curatus exercere actus ſuos, &c. contra. Qui habet licentia confitendi poteſt id facere extra Parochiam con cedentis, & ſimiliter ſtudere quis poteſt, extra territorium, & Verbo licentia. ¶ Conſi. 15. de Priuileg.

Libri amorum Ouidii, Propertii, Tibulli, Catulli, & Martialis, Iuuenalis, Terentij, Plauti, &c. niſi purgati a libidinis incentiuis, non deberent legi pueris in ſcholis, ſed eorum loco Homeliæ Sanctorum, & Eccleſiæ Hymni. ¶ Man. cap. 23. num. 31. de orat. cap. 19. nu. 172.

## *Liber, a, um.*

LIber homo, pro facienda reſtitutione poteſt ſe alteri vendere, quia nulla eſt lex diuina vetus, vel noua, immo neque ulla Romana, quæ id prohibeat. Quam & ſi lege liberi hominis. ff. de contrahend. emptione. Terminet emptionem non ualere, non tamen concludit vendentem ſe ob granem neceſſitatem peccare. ¶ Manual. capit. 17. num. 88.

Poteſt etiam id facere multis aliis de cauſis, ſicut contingit in terris Antropophagorum. ¶ Ibidem capitul. 23. numero 96.

Vide Verbo emptio, Idem de illo, qui venditur ab alio.

Liber, homo dari non debet in pignus, ob debitum ciuile. Vide Verbo Homo, &c.

Libera perſona non poteſt regulariter quærere alteri, l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verborum obligat. Et §. ſi quis alii inſt. de inut. ſtipul. ſine mandato eius, neque cum eo, quo ad directam actionem, neque quo ad utilem niſi quando eſt præſens, l. ſi procurator, ff. de verb. oblig. ¶ Com. 1. de Regul. num. 19.

## *Liberalitas.*

LIberalitas virtus eſt inclinans appetitum ad dandum ordinate pecuniam cui, vbi quomodo, & quando oportet ex Ariſt. quarto Ethicorum, & Thom. 2. 2. qu. 117. & ſtat in medio inter auaritiam, & prodigalitatem, & eſt pars poteñtialis iuſtitiæ. ¶ Manu. c. 23. numero 69.

Libe-

## *Liberare.*

Liberare proximum a mortis periculo, vel a quouis damno notabili: tenemur, ſub pœna peccati mor. quando cognoſcimus eum non poſſe liberari, aliter niſi nos ipſi ſuccurramus. ¶Manu.cap.14.nu.10. & ca pit.15. nu me. 16. Verb.Mors. nume. 170. Verbo defenſio.¶Comm.in prin.de pœn. diſt.5.num.14.

Liberare, qui poteſt ſuo teſtimonio aliquem ab iniuſta morte, pœna, vel infamia, & non vult teſtimonium ferre, peccat, niſi faciat, quod in ſe eſt denuncians ueritatem. Thom.2.2.quæſ. 70.art.2.Gab.5.diſt.35.qu.6. Etiam ſi ille neceſſe eſſet ſuum teſtimonium retractare, cum periculo etiam perdendi uitam.¶Man.cap.15.num.17.

Liberare falſo accuſatum de crimine, quod ego commiſi cum meo periculo, non teneor, ex iuſtitia ſecundum Sotum lib.4.de iuſt.& iu.q.6.art.3. Et contra tenet Medina Cod. de Pœnit. fundans ſe in charitate.¶Ibid.

## *Libertas.*

Libertas bonum eſt altioris ordinis, quam bona fortunæ, & ſua natura inæſtimabile, ſicut vita, & ſalus.l.libertas, ff.de reg.iur.& ideo non eſt danda pro illis. ¶Manu.capit. 17. numero 88.

Libertas hominis liberi, non eſt nimis oneranda.l.Titio.§.Titio centum. ff.de condict.& demonſtrat.& l.liberi hominis. ff. de contrahend. emption. ¶Com.4.de Regul.num.78.

Non tam blanditijs, quam minus adimitur.¶Manual.cap.17.num.16.& prælu.6. nu.7. & Com.c.accepta, opp. 5.nu.5.de pœn.diſt.7.capit.vltimo, §. quod quamuis, num.8.

Libertas eccleſiaſtica eſt, quam habet eccleſia vniuerſalis, quatenus eſt
A
talis in ſpiritualibus, & temporalibus conceſſa a Deo, vel a Papa, vel Imperatore iuxta Inn.ca.nouerit, de ſentent. excomm. Quam violat, qui facit ſtatuta, vel ordinationes contra illam, uel qui conſuetudinem inducunt, vel qui antiquam faciunt obſeruare, vel qui eorum obſeruantiam non impediunt intentione illi derogandi. ¶Man.cap. 27.nu.119.& 120.

Libertas arbitrii eſt facultas voluntatis, & rationis, vt docet Magiſter cũ omnibus ſuis com.2.ſen.diſ.24.¶com. cap.ſciendum, de pœn.diſt.2. num.6.

B
Qua quidem facultate, & bonum eligitur gratia aſſiſtente, vel malum ea deſiſtente. Non eſt autem proprie habitus, id eſt. Qualitas diſtincta ab anima ſecundum Thom.diſtinct.24.quæſtio.1.art.1.

Nec ſufficit ad bene merendam gratiam de condigno abſque gratia gratum faciente.iux.cap.vlt.de conſecrat. diſtinction.4.& canon.2.Concil.Trident.ſeſſio.6. ¶Com.capit.ſi enim.eadem diſtinct.2.

Libertas arbitrij ineſt Deo, Angelis, & hominibus, ſed cum differentia. Dei eſt immutabilis omnino. An-
C
geli eſt immutabilis ante electionem, ſed non poſt. Hominis autem eſt mutabilis, & ante, & poſt, intellige de mutatione, durante ſtatu, viæ tam in homine, quàm in Angelo. Quod autem Angeli tam boni, quam mali habeant liberum arbitriũ, ſicut homines, probat capit.ſi enim. de pœnitent.diſtinctio.2. ¶Com.cap.principium ead.diſtinct.2.num.4.

Libertatem arbitrij, quandoque omnino perdit homo. ægrotus in illo ſtatu habet illam impeditam, quando violentia morbi auertit, & retrahit. Quare, qui illo caret, nec bene, nec male

de

de Deo meretur, & ad eo debile poteſt eſſe, vt mortifere peccare nequeat, vt ait Adrian.quol.2. ¶Com.cap.vltimum.de pœn.diſt.7.

Libertas arbitrij ineſt animæ, non qua parte eſt ſenſitiua, ſed qua eſt intellectiua. Eccleſiaſ. 5. Deus ab initio inſtituit hominem,&c. Thom.1.part. q.21.art.2. & 2.2.q.104.art.1. Neque eſt actus, aut habitus naturaliter acquiſitus alicuius potentiæ,ſed eſt ipſa potentia animæ non diſtincta ab eius eſſentia.¶Man.prælu.3.num.9.

Libertatem arbitr.qui negat,hæreticus eſt & Luther.Conc.Trid.Seſſ.6. & qui affirmat poſſe, quem per illum tantum iuſtificari abſque gratia hæreticus eſt; ſimiliter ex Pellagianis, vt ait Auguſt.lib.de Hære. cap.84. damnatis a Concil.Mileu. cano.4. & Trident.vbi ſupra. Quare talis libertas ſufficit, per ſe ad cadendum, ſed non ad ſurgendum. ¶Ibi.nu.10.De Indulgen.Nota.17.nu.6.de pœn.diſt.7. c.ſi quis,numero 24.

## Licentia.

† Licentia facultas eſt, & conceſſio aliquid faciendi, ideo vide Ver. Facultas,& Verbo Poteſtas præter infraſcripta.Et Verb.Gratia.

Licentia tacita ſufficit,quo Regularis retineat aliqua propria, quo ad vſum, modo ſubſit cauſa, 2.2.quæſt.32. art.8.quia taciti,& expreſſi eadem uirtus eſt,l.cum quid, ff.de rebus cred. & gloſſ.l.ex quo, ff. de reg.iur.& cap.2. de reſcript. ¶Comm.2. de Regul. numero 20.

Et debet iuſta, i. iuſte iuſta de cauſa conceſſa non vi, metu, vel dolo, alioquin non excuſaretur a peccato, arg. cap. Abbas.cum glo.De his,quæ vi.& l.1. ff.de dolo. Nec ſi ſponte ſine iuſta cauſa cap.Requiritis,§.niſi.1.q.7.quia

A neque expreſſa, conceſſa ratione prædicta ſufficeret.¶Ibi.nu.21.

Erit autem iuſta cauſa in neceſſitate, vel vtilitas tam publica communitatis, & neceſſitas ad victum,& veſtitum. quàm priuata, id eſt, indigentia perſonæ particularis, vt victus,& veſtitus quãdo ei communitas non prouidet. Publica vtilitas eſt quam facit docendo,vel prædicando. Priuata vero informatio, & recreatio animi per electionem librorum quos retinet. ¶Ibi.num.24.

Ingrediendi monaſterium monialium duobus concurrentibus datur uiris. Primo ſi perſona ſit honeſta, B ſecundo ſi cauſa adſit rationabilis, & manifeſta,& ſcripta. ¶Com.4.de reg. nume.59.& debet dari ab Epiſcopo,ſi moniales ſunt ſibi ſubiectæ, vel Papæ immediate,alioquin a prelatis,quibus illæ ſubiectæ ſunt.¶ibi.nu.60.

Non reſidendi morte concedentis, non expirat, poteſt tamen per ſucceſſorem reuocari. ¶De redimend.eccleſ. quæſt.3.Monial.8.nu.4.

Licentia de eligendo Confeſſore, de teſtando; morte concedentis, non expirat,gl.c.Cum ex eo de elect.libro 6.& reputatur ſingularis. Neque indulgentia, quamuis aliqui contrariũ C tenuerint vt Marianus Socinus Iunior, quia ſunt gratiæ. Verbo gratia Conſi.1.de priuileg. Neque illa, quæ eſt conceſſa fratribus præſentatis glo. memorab. in Clement. dudum. de ſepul.§.ſtatuimus,& text.in extrauagan. inter cunctas. de priuil. §. duos. Neque ordines accipiẽdi à quocunq. Epiſcopo, ſecundum Card. recep. in Clem.fin.de elect.q.5.¶ Conſi. 49.de temp.ordin.

Neque ſi poſt illam ſubſequatur excommunicatio.cap. pia. de excep.lib. ſexto. cum glo. eius, & glo. cap. 1.de reſcrip.

reſcrip. lib. 6. Et quæ conditur etiam ab ordinario excommunicato valida eſt.¶ Conſi.28.de ſent.exco.

Manendi extra clauſtra dimiſſio habitu, non debet dari, vbi decentem habitũ regularis retinere poteſt.¶ Conſ. 55. de Regul. nume. 3. Quam neque poteſt dare congregatio. Cardinal.ſupra Concil.quia illa habet facultatem ſolum declarandi, non autem diſpenſandi.¶ Conſi.54.de regul.nu.4.

Dandi ſuperflua pauperibus, regulari virtutis, ac vitij, poteſt eſſe occaſio.¶ Conſ.75.de regul. nu.47.

Tranſeundi ad ſtrictiorem regulã, non eſt contra ius.cap. licet.de regul. ad laxiorem, aũt ſic, & contra.Conc. Triden.ſeſſ.25. c. 2. de reg.¶ Conſi. 57.eod.tit.

Licentia, quam dat Parochus, alicui Sacerdoti, vt interſit matrimonio celebrando ſufficit, ut ſit verbalis, & probari poteſt per teſtes, qui quoad effectum probandi inſtrumentis æqui parantur Verbo Teſtis. Et quia ſcriptura regulariter non requiritur ad probationem, ſed ad illum facilius faciendam. Verbo Scriptura.¶ Conſi. 41.de ſponſal.

Licentia ordinatij ad contrahendũ matrimonium extra ſuam Diœceſim non ſufficit, quia ille cenſetur tanquã priuata perſona, quo ad exercendum officium ſuum Verbo Epiſcopus.

Et in hoc requiritur præſentia perſonę, & non ſufficit conſenſus, ſicut à confeſſario, & ordinario.¶ Conſ.47. de ſponſal.

Licentiam confitendi, qui habet poteſt id facere extra parochiam concedentis.argum. cap. Placuit cum gloſ. de pœn.diſt.6.

Et ſimiliter, qui habet licẽtiam ſtudendi poteſt ſtudere extra territorium concedentis, argum. cap.cum ex eo.de

A elect.lib.6. Quia licentia faciendi aliquid non expirat morte concedentis. d.cap.placuit.¶ Conſil.15.de priuileg.

## *Licitum.*

Licitum, quod publice putatur, qui facit non cenſetur male facere. l. quis ſit fugitiuus.§.apud. ff.de ædil.ædi.¶ Conſi.20.de vſu.nu.5.

Licitum aliquod exiſtimatur in foro fori, quod in foro poli eſt prohibitum, & contra.¶ Conſil.5.de empt.& vendit.num.3.

## *Lignum, & Lignamen.*

B Ligni verbum Latinum eſt, vnde fit ligneus, & ligneolus, pro eo, quod ex ſigno eſt, Lignarius pro eo, quod ad lignum pertinet. Lignale pro eo loco, quo ligna ſecantur. Lignoſus pro eo, quod duritiem ligni fert. Lignari pro ire ad ſecanda, & deferenda ligna, vnde lignatio, & lignator.

Lignamen autem nuſquam videtur eſſe apud emendate loquentes. Apud Alexand.autem.capit.ita quorundam. de iud. & Innoc.capit.ad liberandam, infra eod. Et Clement.1.in Extrauag. Ad multa.eod.titu.Et in proceſſu cœnæ, & apud com.omnes vſurpatur pro

C materia lignea galeris fabricandis idonea, quo verbo vſus fuit. Clemen.1.in Extrauagan.de Iudæis.¶ Com.in dicta Extrauagan. ita quorundam à num. 1. Nota.7.

Quorum lignaminum latio, & prohibitio datur tam in Bulla Cœnæ, quã in iſto cap.¶ Ibid.num.12. Et ibi omnia intelligantur abſolute, ſiue ſint apta ad galeas fabricandas, ſiue non. Hic autem reſtringitur ad ea, quæ ſunt ad hoc apta tantum, in quo bene dicit Angelus, ſed male Silueſt. & gloſſ. Extrauagan. copioſus, de iudic.¶ Ibidem numero 14.

Ligna ſecantes in montibus nō ſuis ſi ſunt ſponte naſcentia, quæ olim erāt communia. l.1.de acquiren.rerum domin. eſt nunc etiam talia ſunt, quo ad vſum, non peccant, neque tenentur ad reſtitutionem, licet pœnam legis ſoluere teneantur ſi deprehendantur contra Alphonſ. Caſtrenſ.lib.1. capit.10. de lege pœnali.¶Com.de lege pœnal. numero 33.

Ligna fraſſinea, & corylea oblonga, & ſimilia, & alia trunca, qui defert Alexandriam, & ad alias terras Ægypti, & alia loca Soldani, vel Turcæ incidit in cenſuram Nicolai 4. Si autem defert ad alios Principes Saracenos, incidit in Bullam Cœnæ. Et ſi non ratione lignorum Truncorum ad bella inutilium, ratione tamen aliorum, ex quibus arma lignea effici potuerunt. ¶Ibid.notab.7.num.23.Notab.10.nume.38.in Manu.cap.27.num.63.

Ligna Eccleſiæ. Verbo lapis, & Verbo Sacrum.

## Lis infra.

## *Lis.*

LIs a conteſtatione limitis dicta eſt iuxta illud Virg. limes erat poſitus, litem, vt diſcerneret agri. c. forus, de verb.ſign. & eſt idem, quod litigium, vt innuit S.Thom.2.2.quæſ. 96.& de mente eius ibi ſic definiri poteſt. Lis eſt contradictio verbalis oppoſita amicitiæ, ſeu affabilitati, i.facta animo contriſtandi. Et ſi fiat ratione perſonæ, cui non vult conſentire, pertinet ad diſcordiam. Si autem fiat ratione perſonæ, quam non contriſtari veretur, ſic opponitur amicitiæ. Vnde ſemper conſiſtit in hoc, quod quis alicui malum infert, vel aufert bonum. Eſt autem duplex lis, quædam priuata ideſt quæ vertitur inter aliquos nullo A præſente, aut præſente aliqua perſona priuata, vel publica tanquam priuata. Quædam publica, ſeu iudicialis, quæ vertitur inter aliquos coram perſona publica, tanquam publica, de qua glo. in dicto capit. forus, dicit quod importat cauſam ciuilem. Sed nihilominus, iuxta principia S.Thomę. Talis etiam poteſt appellari agitatio criminalis. Silueſt. Verb.lis, in princ.

Lite conteſtata, multa licent, quæ antea non licent, capitu. quoniam frequenter, vt lite pendent. & contra, nulla licent antea quę non poſtea leg. poſt litem, ff. de Procurato. ¶Com.in rubr. B de iudic.num.16.

Licet ſi ex auaritia oriuntur reipub. nocent, & ſimiliter, quando ſunt fraudulentes. Sed ſi pietatis, & miſericordiæ cauſa fiant ad leuandum pauperes & oppreſſores arcendos, laudandæ ſunt, & fouendæ. ¶Relec.cap.nouit, de reſcr. not.6.nu.78.

Litibus finem imponere, & earum initia arcere debemus, cap. finem litibus, de dolo, & contum. ¶Conſil.1.de rebus eccl. non alien.

Litis beneficiarię compoſitio auctoritate iudicis fieri poteſt arg. cap. niſi eſſent viri, de præbend. cap. interpretandæ eodem tit. ¶Conſ.ſexageſimo C quarto de ſimonia.

## *Literæ.*

NOmen literæ, etſi multa ſignificet apud Grammaticos hic tamen, tum pro ſcriptura publica, tum pro epiſtola ſumitur.

Literæ Apoſtolicę in materia odioſa non includunt ſupplicationes, a Papa ſignatas, quas ſignaturas vocant. Et illas qui falſat eſt excommunicatus. Non autem ſi ſint Epiſcopi, Nuncij, vel Pœnitentiariæ. Neque qui ſubreptitię illas impetrat, aut falſis vtitur. Neque

Neque qui aliquam lineam, aut punctum corrigit, non mutans illarũ ſubſtantiam. ¶ Manu. cap. 27. nu. 62.

Literæ Apoſtolicæ illæ ſolæ dicuntur, quæ bulla munitæ ſunt. capit. licet, & cap. quam graui, de falſis. Fely. cap. ex diligenti, colum. fi. de ſimo. ¶ Com. cap. accepta. opp. 8. nu. 27.

Literæ, vt expediantur requirunt extenſionem, vt vacet beneficium poſt ſex menſes ab impetratione. ¶ Ib. Auctor. Fel. capit. ſi quando, de Reſcript. a num. 24.

Literis Apoſtolicis contrauenire, & earum executionem impedire, diuerſa ſunt. Impedit enim, qui non promittit intimare, vel vetatur dari fidem de intimatione. Et ille ſolum excommunicationem incurrit. ¶ Conſi. 29. de ſent. excom.

Literarum Apoſtolicarũ executor, ſeu defenſor iuriſdictionem habet ad monendum ſub excommunicationis pœna. ¶ Conſi. 37. eod. tit.

Literæ Pœnitentiariæ, quo ad forum contentioſum non ſuffragantur, & ideo in illis ponitur clauſula. Et actu confecto, dilanientur ſine teſtibus, quod fit, vel ſecundũ Satnenſem quol. 14. in regula de non iudic. ſecundum ſupplicat. vt euitetur neceſſitas componendi, & neceſſaria ad hoc, vt foro contentioſo iuuaret. Vel melius ne ſecreta peccata, de quibus occultandis, grauiſſimum iuramentum in Pœnitentiariæ prætorio præſtantur, in infamiã eorum, pro quibus fiunt, pandantur. ¶ Conſil. 5. de priuileg. numero quinto, & 12.

Literis Epiſcopi ſigillatis, & non ſubſcriptis in his, quæ eius officium tangunt creditur. Deci. poſt alios in cap. deciſionem. de probat. ¶ Conſil. 1. de probat.

Literæ monitoriales ad reuelãdum certo caſu impetrandæ. ¶ Conſil. 2. de pact. numero 6.

A

Literas ad Papam ſimpliciter directas aperiens, non eſt excommunicatus, argum. cap. cum olim. el 2. de offic. deleg. ¶ Conſi. 32. de ſent. excom.

Literas alienas, qui aperit iniuſtitiam committit. gloſſ. d. cap. cum olim, probata per Panormitan. qui appellat talem falſarium, ideo peccat mortaliter, quia tollit ius aperiendi alienum. Quod intelligitur quando notabile damnum inferre intendit, capit. cum miniſter. 23. q. 5. Et ſimiliter ſi damnum eueniat ſine tali intentione. Non tamen peccat, quando id facit de conſenſu mittentis tacito, vel expreſſo, bona fide credens id ratum habitum iri. Vel ſi auctoritate publica id faciat iuſta de cauſa. l. item vulneratum. ff. de rei vendi. Innocent. per omnes recept. cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. ſicuti prælatus, cap. non dicatis. 2. q. 1. maritus. Pater, &c. Si autem facit ob curioſitatẽ, peccat venialiter. ¶ Com. cap. 1. §. penul. de pœnit. diſt. 6. num. 2. Manu. cap. 18. num. 53. Com. cap. inter verba. concl. 6. nu. 19.

B

Literis nec dari, nec recipere poteſt Regularis ſine Superioris conſenſu, quia ſunt res pecuniariæ, ideo contra votum paupertatis peccat. Et cum ſit occultum præceptum obedientiæ infringit. Et licet literæ ęquentur nuncijs, capitul. vbi periculum, §. nulli de electio. lib. 6. non autem quo ad hoc, quia nuntium non eſt pecunia æſtimabile. ¶ Comm. 2. de regul. numero 13. & conſil. 35. de ſentent. excommunic. numero 3.

C

Literæ monitoriales ad reuelãdum non comprehendunt cognatos, & affines, qui nequeunt compelli ad teſtificandum in caſibus in ipſis contentis, vt colligitur ex Ange. Verbo Denunciatio.

ciatio.§.13. ¶Cap.inter verba conc.6. A numero 808.

Neque alios quando ad id iure non tenentur, iuxta dicta in ver. Denuntiatio. Reuelatio. Teſtis. Et debent intelligi ſemper ſalua correctione fraterna ſecundum D.Thom.2.2.q.53.ar.1. ad 5. Et niſi facta fuerit reſtitutio, ſiue clam, ſiue palam, quod autem dari debeant ſic limitatur nullus eſt text. iuris, qui id præcipiat, licet Sotus id aſſerat de Rat.teg.m.1.quæſt.6. ¶ Com. capitul. inter verba, concluſ.ſexta, numero 591.

Literas mittere ad Moniales, ſeu etiam virgines ſæculares de gentes in monaſterio ſi adſit prælati prohibitio. ¶Com.4.de reg.num.67.

Literis non expeditis adminiſtrare poſſunt etiam hodie aliquot prælati, & prælatæ ſuper electionis confirmatione non incurrendo pœnas extrau. iniunctæ. ¶Com.c.Accepta, oppoſ.8. num.31.

## *Literatura.*

Literaturæ, & nobilitatis gradus multi ſunt, vt colligitur ex Reg. Cancel. vlt. & ex gloſſ. eiuſdem in tertia parte. ¶De Horat.capit.22. numero 71.

## *Literatus.*

Literatus in materia proferendi ſententiam a Felin. is appellatur, qui legere ſcit, & ſcribere vulgariter. In materia ſcientiæ literarum vulgariũ, ita dicitur, qui nouit illas. In materia ſcientiæ literarum ſacrarum, reſpectu diuinorum officiorum literatus dicetur, qui nouit idioma, quo vtitur Eccleſia.

In materia iuriſperitiæ, qui iura nouit in quo ſenſu videtur accepiſſe Felin. in cap. ſciſcitatus, de reſcrip. ¶Relect. capitul. ſi quando, de reſcript. excep.13. num.6.

## *Locare.*

Locare domum meretrici, quam ſcis, vel probabiliter credis in ea meretricaturam peccatum eſt, quia peccato conſentis, argument. capit. P. de offic.delegat. ¶Manua. capitul. 17. numero 15.

Locare domum, ſiue quamcumque rem ad aliquem vſum malum, peccat, quia dat auxilium ad peccandum mortaliter, arg.c.ſi de iniur. & d.c.1. de of. deleg. ¶Ibi.nu.195.

B Idem de locante dolio vitioſo, non patefacto vitio, & tenetur ad damnum ſi euenit, l.ſed adde §.ſi quis, ff. locati. Idipſum de omnibus aliis vitioſis rebus. Secus ſi ſimpliciter locauit. Ang. Verbo locatio, §.24. Silu.q.1. ¶Ibidem numero 196.

## *Locatio.*

† Locatio eſt perſonæ, vel rei ad vſum facta conceſſio, mercede in pecunia numeranda conuenta. Et contrahitur quibuſcũque modis, cõtrahitur emptio, & poteſt fieri ĩ perpetuũ, & ad tẽpus, ff. de agr. & vectigalis, l.1. C & 2. Goffr. in ſum.ti.de loc. & condu.

Locatio iniuſta eſt, ſi penſio eſt maior æquo, vel a principio ſoluendo, vel conductor ad quæ non debet obligatur. ¶Conſil.23. de vſur.

Locatio facta ad decenniũm, dicitur ad longũ tempus, C. de longinq.temp. præſcr. gloſſ. putata a multis ſingul. in clem.1. de rebus eccleſ. non alienand. recept. per communem opinio. Quę tamen ſimilem habet l.2. ff. ſi ager, & cõmuniter ita tenetur ſecundum Barto. l.1.§.quod autem, ff. de ſuperficieb. & conſuetudo id ſeruat ſecundum Bald. l. iubemus, 2. colum.3. C. de ſacroſanc. eccle.

eccle. ¶ Com. cap. 5. §. pœnali, de pœn. diſt. 5. nu. 120.

Locatio bonorum Eccleſiæ, vltra triennium vetita eſt per clement. 1. de reb. eccleſ. non alienand. & per extrauagan. 1. Pau. 2. Et ſeruatur quidem in terris, vbi prædia iuſtum fructum ferunt. Secus autem, vbi non, ſicut in Luſitania. ¶ Comm. de rebus eccl. non alienand. num. 21. & in Summ. cap. 25. numero 130.

Locatio fructuum ad triennium nõ eſt alienatio. ¶ Com. 3. de regu. num. 2. Non autem poteſt fieri vltra trienniũ, ſi ſunt beneficiales. ¶ Conſil. 57. de præbend.

Locationis penſio, aut prouentus non eſt augenda ob fertilitatem, quæ euenit ex eo, quod fructus per conductoris induſtriam excreuerint. Sed ſic, quando fortuito. Panorm. in cap. propter ſterilitatem, de locat. & Silueſt. Verbo locatio. qu. 14. Quia contrariorum eadem eſt diſciplina, capit. hoſpitiolum, 32. diſt. ¶ Manual. capitul. 17. numero 191.

Locatio facta ad vitam alicui dicitur locatio ad longum tempus, vt probat Decius conſil. 124. ¶ Conſil. 4. de reb. eccl. non alien.

## *Locator.*

Locator dicitur, qui re ſua alium vti permittat mercede ſibi conuẽta, & ille qui accipit dicitur conductor, cap. propter, de locat. & conduct. & l. ſi tibi, ff. eodem, & l. ſi fundum, & C. eod. titul. l. nemo, & l. conductores, Goff. in ſum.

Locator non reddens pro re locata de perdita penſionem peccat, tenetur, enim reddere, vel in totum, vel in partem ſecundum omnes in leg. ſi fœdus, ff. locat.

Item qui cogit conductorem ſolue- A re, ſi conatur domum relinquere ob peſtem, vel aliam iuſtam cauſam, c. propter ſterilitatem, de locat.

Item de eo, qui non vult deducere partem agricolæ debitam ob ſterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni præcedentis, nec ſequentis compenſare poteſt, dicto capit. propter, & l. ex conducto, §. ſi vis, ff. locat. Item de quo libet alio, qui non ſeruat, vel non vult ſeruare leges locationis expreſſas, vel tacitas. ¶ Manual. capitul. 17. numero 187.

Locator inquilinum, vel colonum amouere poteſt, quatuor caſibus. Primo, B quando duobus primis annis penſionem non ſoluit, aut non celeriter ſatisfecit, leg. eadem, C. locat.

Secundo cum neceſſitatem habet de illa dicta lege, vt cap. propter, & commode ſibi prouidere non poteſt de alia. Silu. quæſtio. 9. Tertio, quando domus indiget refectione quæ tempore locationis non indigebat, debet tamẽ deducere penſionem pro rata temporis. Quarto, quando conductor abutitur ea, etiam abſque damno illius, & tunc nihil remittere tenetur de penſione, ſecus ſi in damnum abutitur. Panorm. Inn. & alij in dict. cap. propter. C ¶ Ibi. num. 193. & 194.

## *Locus.*

† Locus hic ſumitur pro humana habitatione in vita, vel poſt mortem. Et eſt triplex prophanus, ſeu priuatus, Religioſus, ſiue Publicus, & Sacer. Priuatus ſecundum Panormit. dicitur, qui non eſt deputatus ad vſum publicum. Religioſus, ſed non Sacer eſt, ſicut ille, in quo ſepultus eſt aliquis de voluntate Domini. C. de Relig. & ſumpt. fun. l. 2. ſed dicitur religioſus large, ſecundum Panormitan. Religioſus, & Sacer, de quo infra.

Silueſtr. Verbo locus,quæſtio.1.

Locus ſacer eſt eccleſia,& alius ſpeciali auctoritate Epiſcopi conſtructus ſine qua deſtrui non poteſt. Cardin. conſil.2.

Item Cæmeterium,capit.quiſquis, 17.quæſtio.4.Item Dormitorium, argumen.cap.cum cauſa, de ſentent.excommunicat.ianua,&,porticus Eccleſiæ,aut Cæmeterij, dict.cap.quiſquis. Clauſtrum,& Pauimentum,licet paſſus pluſquã triginta ſpacij contineat. Domus Epiſcopalis, licet ab Eccleſia diſiuncta.capitul.id conſtituimus, 17. quæſtion.4. Domus Eccleſiæ ad habitandum intra 40. aut 30. paſſus conſtructa.

Spacium quadraginta paſſuum in circuitu Eccleſiæ maioris.Et 30.minoris, capitul.ſicut antiquitus, 17.qu.4. Sed hoc non ſeruatur.

Item Hoſpitale Epiſcopi auctoritate conſtructum. Pauorm.in cap.penultim.de immun.eccleſ. ¶Man.capit.25. num.17.& 18.

Locus inſignis, etiam dicitur locus non muratus,capit.ſtatutum,adiuncta gloſſ.Verbo Ciuitas,de reſcript.lib.6. Et habetur pro tali,qui vulgo habetur pro tali,l.labeo, ff.de ſupel.leg.& capitul.ex literis, de ſponſ. ¶conſil.3.de verb.ſignific.

Locus orationis.Verb.oratio.

Locus purgationis.ver.purgatoriũ.

Locus obſcurus ad cognoſcendam noſtram paruitatem,& vilitatem prouocat,argum.cap.in capite, 50.diſtin. & c.1.40.diſt. ¶De orat.c.18.num.5.

Locus coniecturis non eſt in certis. l.continuus, §.cum ita, de verb.oblig. ¶Com.de orat.miſcel.60.num.132.

## *Loquutio.*

LOquutio ſecundum ſe dignior eſt ſilentio, quod ſignificatur per illa

A verba. Pſal.33.Benedicam Dominum in omni tempore. Et per Apoſtol. 1. 1.Cor.12.quia loquendi gratia eſt data hominibus,&c. ¶Comm.cap.inter verba,præl.2.nu.3.

Locutio monialiũ dicitur frequens ſi fiat bina, gloſſ.in capitul. & monaſteria, de vita, & honeſt.clerat. & eſt attendendus, l.labeo, ff.de ſuppel.leg. & cap.ex literis,de ſponſ.¶Com.2.de regular.num.61.Verbo Monialis.

Loquendum,vt plures:ſentiendum vt pauci,d.l.labeo,& d.cap.ex literis. ¶De Iubil.not.32.num.6.

B Loquendum eſt regulariter lingua loquenti aptiore, iux.Cic.libro Offic. ¶Com.capitul.inter verba. prælud. 1. numero 1.

Loquendi modus nullus eſt attendendus. l.Labeo. ff.de ſuppl. legat. & capit.ex literis.de ſponſal.¶Com.4.de Regul.num.62.

Loquutio vt bona ſit,nedum requirit obiectum bonum; ſed etiam alias bonas circunſtantias temporis, finis, & loci conuenientis:& vt ſeruetur modus, ordo, & reuerentia, quæ deceat, & loquentem, & cum quem alloquimur alioquin eſſet peccatum ſaltem

C veniale, iux.S.Anto.1.par.tit.2.cap.4. & Sanct.Hieron. relatum capit. Quoties.22.quæſt.5.¶Vbi ſupra prælud.2. numero 6.

## *Lucrum.*

† LVcrum quæſtus eſt, ſeu utilitas ex re aliqua proueniens, ſecundum Calepin.

Lucrum ſecundum ſe non eſt,neque bonum,neque malum, niſi accedat finis honeſtas,vel inhoneſtas 2.2.q.77. art.4.¶De oration.capit.6. numero 4. Comm.cap.qualitas, de pœn.diſtin.5. numero 15.

Lucrum temporale,in ſpirituale in tentum

tentum deſinit eſſe finis.¶De oratio. A cap.18.num.17.

Lucrum ex pecunia in ſocietatem collata accipi poteſt, quia manet res cum periculo cōferentis, l.ſi tibi arcæ, ff.de præſcr.& S.Thom.2.2.quæſ.78. articul.2.ad 4. ¶ Manual.c.17.nu.15.

Lucrum pro depoſita pecunia a depoſitario accipere non licet, ſi gratia eius tantum fiat depoſitum, quia cum ſapiat mutuum grauis eſſet vſura. l.Lucius,ff.depoſi.¶Conſi.2.de procur. Si autem condonetur licet. ¶conſil.3.de reſtit.num.3.

Lucrum acceptum pro ſolutione debiti alterius ſuper officio licito, non B debito accipere licet. ¶Com. de datis, & promiſ.num.51. Et datum propter officia bona præſtita, vel præſtanda, non tamen in quantum debita lege iuſtitiæ.¶Ibi.num.32.

Lucrum factum ex ludo ab eo, qui donare non poteſt, vel a metu coacto, aut dolo, & fraude,debet reſtitui,quia accipitur contra iuſtitiam. ¶Manual. cap.20.num.19.

Lucrum mutui accipientem mutuū, vltra ſortem capientem non excuſat, cap.1.14.q.3.

Lucrum notabile, amplius iuſto ob expectationem, & dilationem ſi quis C ob cambia accipiat, peccat mor. cum obligatione reſtituendi.¶De cambijs, numero 75.

Lucrari poſſit in permutatione qui. Verbo Permutatio.

Lucrum ex amicitia, uel gratitudine principaliter ſperare, non eſt vſura.¶Manual.capitul.17.nu.206. Com. de Vſur.nu.29.& 23.

Lucrum,quærere ex fœdis meretricum operibus impurum, deteſtabile eſt, atque mortale. Nicephor. lib. 16, capit.20.hiſtor.Eccl.¶Man. capit.17. not.195.

Lucrum certum in ſocietate capitali,ſecuro, poteſt quis accipere ineundo ſuos contractus aſſecurationes ſortis, & lucri cum tertio, & qua ratione poteſt cum tertio, poteſt & cum ſocio ceſſante omni fraude, & ſimulatione. ¶Ibid.nume.255.& Com. de vſur.nume. 32.

Lucrum, vel fructus pignoris fructiferi traditi ſibi a ſocero, poteſt genere accipera, &c. Vide Verbo Dos,

Lucrandi modus non poteſt fieri iuſtus, neque iniuſtus ex ſola voluntate Sotus libro 6.de iuſtitia,& iure. quæſtion.1. articul.1. ¶Com. de orat.numero 52.

Lucrandi pœnam caducitatis ſpes pecunia æſtimabilis eſt, vt in alium transferibilis.l.ſpem futuræ. C.de donatio.& §.ex conditionali. Inſtitut.de verb.obligat.¶Com.de Reb.Eccl.non alien.num.22.

## *Ludus*.

LVdus, & iocus eſt actus principaliter factus ad recreandum animū pro voluptatem ſecundū Ariſt.4.Eth. & D.Tho.2.2.q.168. Quod ſi fiat ob lucrum,aut alium finem, quam ob recreationem non eſt ludus, ſed alius virtutis, aut vitij actus. Differunt autem inter ſe ludus, & iocus, quia ludus in factis,iocus autem in verbis conſiſtit. Et eſt duplex bonus, qui fit ad honeſtam animi recreationem ſine vlla mala circunſtantia, ex quo frequentatio generatur habitus ludendi honeſte, & iocandi, qui eutropelia dicitur: In quo tam per exceſſum,quam per defectum peccatur, nam Ludo, & ioco æque condienda eſt vita,ac Sale cibi,vt ait Cicero. Malus eſt,qui lege vetatur vel circunſtantia mala veſtitur, vt plurimum autem,& ſuo genere eſt venialis.¶Man.cap.20.num.2.

Ludus exercitatus principaliter ob lucrum negociatio potius, quam ludus eſt, quod ſemper fere eſt malum, quia per illum aufertur amicis, quod illis potius erat dandum, & quia fit aſſuetudo ſubijciendi bona alijs, & tempus terendi. Et quia eſt occaſio multorum malorum. ¶num.3.

Ludus non fit mortalis ex ſola circunſtantia animi lucrandi, iuxta Caieta. 2.2.q.168.num.3. Neque ex nimio ludendi appetitu niſi cum extenditur ad uiolationem alicuius legis obligantis ad mortale. Neque ex circunſtantia loci Sacri, quia id nullo iure cauetur, niſi ſit comœdia. capit. cum decorem, de vita, & honeſtat. aut fiat cum ſcandalo, & irreuerentia, capitul. decet. §. ceſſent, de immunitate eccleſ. libro 6. Sine cauſa autem rationabili id facere, eſt ſaltem veniale. Neque ratione temporis, niſi Miſſa dimittatur, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum. Neque ratione fortunæ, aut euentus, niſi alioquin lege prohibeatur, quia quo ad recreationem ludus fortunæ aptior eſt. Neque ratione perſonę quia clericus ob honeſtam cauſam poteſt aliquando ludere aleis talis, & chartis luſoriis, modo nullam frangat legē ad mortale obligantem, de qua Verbo lex. ¶Ibi.

Ludus mortalis, multis modis accipitur. Primo, cum adeſt Dei irreuerētia. cap. cum decorem. de vita & honeſtate. & ca. decet. de immunitat. eccle. Conc. Trid. ſeſ. 4. vbi præcipit ne quis ſacræ ſcript. locis vtatur ad ſcurrilia. fabuloſa, vana, &c. Secundò, cum dicta, vel facta ſunt ex ſe mortalia arg. cap. nec ſolo. 35. quæſt. 5.

Tertio, cum aliqua mortali circunſtantia veſtitur, vt ratione ſcandali, vel periculi probabilis nocumenti alterius, argument. capitul. nihil cum

A ſcandalo, de præſcript. & capit. ad audientiam, de homic. & capit. 1. de torneam. ¶Ibidem nume. 4. Quarto, cum quis ludit rem notabilem ludo prohibito, lege obligante ad mortale, vel ludo licito cum eo, qui donare non poteſt, vel cum potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. ¶nu. 5.

Ludus lege prohibitus, ſaltem venialiter eſt omnis, qui magis nititur fortunæ, quàm induſtriæ, & arte, qua luditur ob lucrum principaliter. capit. Epiſcopus. 35. diſtin. & l. 1. ff. de Aleæ luſu. Auth. Alearum luſus. C. de relig.

B ¶Ibi. num. 6. Secundò, ludus induſtriæ innixus, quo æque, vel principaliter luditur cauſa lucrandi, quàm laxandi animum. Eſt enim actus inordinatus. capit. fin. de verborum ſignificatio. & l. legata inutiliter. ff. de alien. leg. ¶Ibi. num. 8. Tertiò, omnis ludus fortunæ, etiam ſi ſit mortalis prohibetur clericis in ſacris, & beneficiatis, quo ad notabilem quantitatem, & præſertim de fructibus beneficij, ideo cap. inter dilectos. de exceſ. prælat. Iubet clerici ob aleæ luſum deponi ab officio, vel beneficio, quare præſupponit culpam mor. arg. capit. non afferamus. 24. q. 1.

C ¶numero 9.

Ludus ob lucrum principaliter, qui laicis prohibeatur ſub mortali non eſt aſſerendum, quia prodigalitas de ſe non eſt talis. verbo, prodigalitas. Nec vidētur ſubmitti illis canonibus prohibentibus. Nec leges ſæculares, quo ad hoc vidētur obligare ad mort. cum vel mens legiſlatoris non fuerit talis, vel non videntur, quo ad hoc receptæ. Eſt autem venialis, ſed grauis culpa, cum multa mortalia in luſibus prouenant. ¶Ibi. nu. 10.

Luſus ob lucrum principaliter dicitur cum ille, qui ludit tantum, aut pluris

pluris facit lucrum, quàm animi recreationem. Non autem ſi eo ludit, niſi quia lucrum proponitur, vt vult Siluest.ver.Ludus.quæſtio.2.§.6.quia tunc eſt cauſa ſine qua non, non autem principalis. ¶Ibid.num. 2. & de orat. capi.6.num.14. Et Com.cap.cum miniſter.num.73.

Ludos ſpectare, ſi illi ſunt mortal. mali clericis, vel monacis prohibetur. capit.clerici, de vita, & honeſt. Auth. interdicimus.C. de epiſ. & cle.quando in id multum tempus inſumunt. Item delectari de ludo uenialiter malo, quando perinde delectatur, ac ſi eſſet mortaliter talis. Gabr.4.d.15.q. 2. ar.3.Item ſi illorum præſentia eſt cã illius ludi.argu.gl.ſing. Clem.Archiepiſcopo. de priuil. Item ſi non prohibent id, quando tenentur.Ang. §.6.nu.14.

Ludorum inſpectores, uidentes luſorem aliquem in computando calculos errare, aut in capiendo priorem locum, quem iactum appellant, niſi ſpecialiter promiſerint, legem iuſtitiæ non frangunt, licet poſſint peccare cõtra legem charitatis.¶ nu.16.

Ludendo, qui iuſtitiam frangit dolo, fallacijs, & mendacijs lucrando, peccat mort.& ad reſtitutionem lucri tenetur.& qui ludit non appoſita pecunia cum iuramento de ſoluendo tenetur ſoluere. Qui uerò ludit ſub mala fide ſua non iurata, non peccat, non ſoluendo, quia iure cõi non tenetur ſeruare ſecũdum Adrian.4. de reſtitu. q.12.quod efficaciter uidetur probare Didacus Couar. in cap. peccatum.de reg.iu.lib.6.§.4.nu.8. licet contra tenuerit idem Adr.q. 22. Et Caſtr.de lege pœn.li. 2. c.2. concl.3.Qui autem iurauit, & ſi teneatur ſoluere poteſt tamen repetere ſoluta inſtar ſolũ promittentis ſoluere vſuras.¶Ibi.nu.17.

A Luſorib. mortaliter, qui ſubminiſtrat domum, menſas, candellas, aut alia ad ludum neceſſaria, peccat mort. arg.ca.error.83.diſt.Et per tres leges. ff.de aleæ luſu, & aleatoribus, quibus graues pœnæ proponuntur contra huiuſmodi ſuſceptores.¶nu.15.

Ludo quæſita nõ ſunt reſtituenda, etiam ſi ludus ſit prohibitus, niſi ab eo, qui donare non poteſt, aut dolo, fallacia, ſimulatione, metu, &c.ſint extorta. Quia nihil accidit contra iuſtitiam. Thom. 2.2.q.33.artic.3.ad 2. Maior.& Adrian. vbi ſupra. Caietan. in ſumma. Panor.in cap.clerici. el pri
B mo, de uita, & hone. & in c. plerique. de immun.eccl.¶ nu.19.

Ludis honeſtis etiam paulo laxius, quam animi reuocatio requirit uti eo die, quo confeſſus, & cõicatus quis eſt, non eſt peccatum ratione, vel conuiuij vel ſocietatis.¶ Com.cap. conſideret. §. caueat. de pœn. d. 5. nu.4.

Ludere iuſte poſſunt filiusfamilias, & religioſus vſque ad quinque per centum ex his, quæ ſibi dantur ad ſtudendum, vel negociandum, modo ad animi recreationem id faciat, quia pater, & prælatus ſaltem tacitam facultatem illis facere uidentur, argu.
C gloſſ. clem. de vita & hon. & de filio Sotus id aſſerit.lib. 4. de iuſt. & iu.q. 5.ar.1.¶ Manu.c.20.nu.12.

## *Luxuria.*

Luxuria generaliter ſumpta ſignificat omnem nimiam diffluentiam circa eſum, potum, veſtitum, & venerea. Sed ſpecialiter eſt vitium inclinans ad inordinautm venereorum vſum. Et actus in quo illud gignitur, & augetur. Qualis eſt omnis, excepto uſu matrimonij. Et eſt prohibitus.6. Decal.præcepto.ca. nemo.& c. meretrices.32.q.4.¶ Man.c.23.nu. 132.

Luxuria

Luxuria eſt vitium principale, ſeu capitale à quo oriuntur octo filiæ infernales iuxta Greg. 31. moral. & Tho.2.2.q.153.ar.5.Cæcitas mentis, præcipitatio, inconſideratio, inconſtantia,amor ſui,amor mundi, horror futuri,& odium Dei, quia delectatio venereorum, cũ ſit omnium uehemẽtiſſima occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa, & ideo trahit ſuperiorem, ita vt non permittat illam, circa vltimum finem, & alium debitum intendere, nec media in illum dirigere. ¶ Ibid. numer.113.

Luxurię reſiſtitur maxime fugiẽdo 1.Corin.6. declinando occaſiones, ut legitur apud Caſſian. de Inſt. monac. quo fit, vt maxime errent hi qui ſtatuunt ſecum vna,uel altera uice experiri,& nunquã amplius.¶ Ibi.nu.112.

Luxuriç peccata omnia tam cogitationum,& delectationum,quam verborum,& operum, vt plurimum ſunt ex vna ſex ſpecierum,aut generum,vt notat Grat.ca. 2. §. cum ergo 26.q.1. adiuncto. cap. mulier. 36. q. 1. & S. Tho.2.2.q.154.art.1.& Panor.ibi ad 7.Quarum omnium.

Prima dicitur fornicatio ſimplex, quam committit ſolutus cum ſoluta, de qua Verbo Fornicatio.

Secunda, adulterium cum alter eſt coniugatus.Verbo Adulterium.

Tertia, inceſtus cum ambo ſunt cõſanguinei,uel affines. Verbo Inceſtus.

Quarta, ſtuprum cum fœmina eſt virgo eſt enim hoc peccatũ ſpeciale, ratione ſigilli virginitatis, quod frangitur.

Quinta,Raptus Verb. Raptus.

Sexta, peccatum contra naturam, ſeu contra naturæ ordinem. verbo Sodomia. ¶ Manu.ca.16.nu.3.

Luxuria, quæ admittitur cum religioſa appellari poteſt tam adulteriũ, quam inceſtus, iuxta glo. ca. virginibus.27.q.1. quia illa eſt ſponſa ſpiritualis Dei. Vocatur etiam ſacrilegiũ ab eadem glo. Nec refert, an peccans ſit Religioſa,uel Religioſus,quia Deus tam verus ſponſus eſt animarum, uirorum,qui ſuam caſtitatem diuino cultui dedicarunt, quàm fœminarũ, quæ idem faciunt.¶ Ibid.

Luxuria non ſolum ratione perſonæ,ſed etiã ratione loci ſacri ſacrilegium eſt. ¶ Ibi. Verb. Sacrilegium.

Luxuriæ peccata ſunt grauia, quia per ſe ſunt contra generationem humanam per quam recipimus vitam, Caiet.2.2.quæſtio.73.artic.3.& quæſtio.153.artic.3.¶ Com.cap.inter verba,concl.6.num.497.

## De Littera. M.

## *Macula.*

† MAcula in ſpiritualib. dicitur ad ſimilitudinem maculæ in corporalibus:macula autem in corporalibus dicitur, quando aliquod corpus perdit nitorem ſuum ex contactu alterius corporis. Ideo anima ex adhęrentia,quam facit reb. caducis contra lumen rationis, & gratiæ diuinę perdendo nitorem ſuum,& refulgentiam dicitur macuata, & talis amiſſio nitoris dicitur macula, viguerius,in Inſti. Theolog. tract. de lege peccati. de effect. peti §.1. Ver.1.

Macula peccati eſt defectus luminis rationis naturalis, vel diuinæ legis, ex receſſu gratiæ diuinæ prouenięs.Et ſic dicitur metaphorice, quia ſicut corpus ex contactu rei ſordidæ inficitur, ita anima ex inhæſione rei temporalis per amorem inordinatũ, qui eſt velut quidam contactus, perdit lumen rationis,diuinæ,ſapientiæ, &

& gratiæ. Tho. 2. 2. q. 86.¶ Com. de A Iub. not. 10. nu. 4.

Macula non eſt aliqua qualitas fœda producta in anima ex peccato: ſed ſola priuatio diuinæ gratiæ.¶ Ibi. nu. 7. Manet etiam poſt tranſitum peccati, quia cum ſit abſentia gratiæ tandiu durat, quandiu illa redeat. ¶ Nu. 8.

Non cauſatur proprie ex peccato veniali, quia per illud non perditur gratia, quo ad habitum, licet quo ad actum impediatur. ¶nu. 10. Illa ſublata per contritionem remanet, vt plurimum obligatio ad ſatisfaciendum per pœnam aliquam maiorem, vel minorem prout peccatum fuit maius, vel B minus. num. 1.

Macula Peccati venialis dici poteſt obfuſcatio nitoris animæ gratiæ diuinæ, & reatus peccati eiuſdem. Et dicitur macula imperfecta, quæ non tollitur per Indulgentiam, quia per illam nulla culpa, neque macula perfecta, vel imperfecta condonatur, ſed ſola temporalis pœna. Neque eſt dicendum maculam venialem, & pœnam temporalem idem eſſe, vt ſentire voluit Maior. 4. d. 45. quæſtio. 1. quia ſequeretur nô debere nos potius præelegere mortem, quam peccare venialiter, quia mors omne malum pœnæ præcellit, C quam rationem tangit ipſe Maior ad aliud propoſitum. 4. d. 49. q. 25. quod eſt falſum, arg. cap. ſuper eo, de vſur. & per ea, quæ tradit D. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 3. ¶Ibi. num. 12.

Maculam imperfectam, & culpam venialem dicimus, quæ remittitur per Indulgentiam indirecte, quatenus pœna peccato veniali debita ſublata ipſa quoque macula præſupponitur ſublata. Et hoc modo poteſt intelligi opinio contraria. Palud. in 4. diſtinct. 20. quæſtio. 4. Et D. Anton. 1. p. tit. 10. c. 3. ¶Ibi. num. 17.

## *Magi.*

Magi, qui dicantur. Et an ſint excômunicati, vide in Verb. Ars magica.

## *Magiſter.*

Magiſter prælegens libros, vel fabulas gentilium Poetarum, & aduertere debens, quod diſcipuli incipiunt credere illis, ſi illos de veritate non admonet, peccat. ¶Manu. capit. 1. num. 42.

Magiſter caſtigans diſcipulum ſi circunſpecte id faciat etiam ſi ille moriatur non ſit irregularis, alias ſecus. cap. presbyterum. de homic. ¶Ibi. capit. 27. num. 235.

Magiſter ſacri Palatii eſt a ſua religione exemptus, capitul. 13 de itinerantibus. ¶Conſil. 7. de teſtamentis. numero 3.

Cætera vide in Verb. Doctor. Et Verb. Lector. Magiſter rerum experientia. Ver. Reſ.

## *Magiſtratus.*

Magiſtratus malum tutoré nominans ſicuti tenetur pupillo. ita beneficium indigno conferens tenetur Eccleſię, ¶Conſi. 15. de ſimonia.

## *Magnanimitas.*

† Magnanimitas, quæ a Cicerone uocatur fiducia, iuxta ſui nominis ſignificationem importat animi extenſionem ad magna cuius obiectum ſunt res magnę in omni genere virtutum materia eſt magnus honor. Actus eſt magna operari qui cum ad honorem tendat debet illum moderari, atque iuxta rationis normam dirigere. D. Thom. 2. 2. quæſtion. 129. & Viguer. lib. inſt. Theolog. tract. de fortitud. §. 3.

Magna-

Magnanimitas, quę nos ad honores magnos rationabiliter ſubeundos confirmat, & compellit virtus egregia eſt ſecundum Ariſtot.lib.4.Ethic. & D.Thom. vbi ſupra. ¶Comm. cap. ita quorundam, de Iudæis, notab.2. numero 9.

Hanc virtutem, qui habet contemnit laudem, & alia bona honoraria, quando ſunt vana, vel prophana, & non diriguntur in alium finem, quam ornamentum ſuæ perſonæ, & bonum particulare temporarium. ¶Comm. capilul. inter verba. Concl.5.num.58. Et ſimiliter parua reputat omnia bona honoraria, & omnia illa ſubijcit omnibus donis a Deo datis. Ibi.

Magnanimi eſt contemnere laudem, & alia bona honoraria. Ariſtot. 4.Ethic.& D.Tho. 2. 2. quęſtio.131. artic.1. Et Anton.2. part.tit.4.capit. 1.§.3.quod intelligendum eſt cum ipſa ſunt vana, aut nō ſunt vana, ſed humana, ac præſertim prophana, & non diriguntur in alium finem præterquā in ornamentum ſuum perſonæ ſe ad bonum particulare temporalium. ¶Comm.capit.inter verba, concluſ.5. numero 58.

## Maior.

MAior pars non poteſt minori præiudicare in re, quæ communis eſt pluribus, vt ſingulis. l. per fundum, ff. de ſeruit. Ruſtic. prædiorum, & l. Sabinus. ff. communi diuiſ. ¶de red.eccl.q.1.Mon.50.nu.8.

Maiores in choro cantare debent, qa ob hoc dantur diſtributiones quotidianæ. Et hoc eſt determinatum in Concil.Baſil. ſeſſ.21. Id tradit Caiet. lib.17.reſp.ſeſſio.8.qui tamen contra ſe aliud dicit in ſumma.Verb.Hor. Et licet aliqui Canonici dicant habere priuilegium, vt per ſolam aſſiſtētiam

A lucrifiant diſtributiones, neſcio qua ratione contra prædictum Concil. id fiat. ¶De orat.cap.10.nu.47.& cap.2. num.41.vide verb.Cantare.

† Nota, quod Caietan.non loquitur ſpecialiter de canonicis, ſed generaliter de exiſtentibus in choro, ideo non eſt ſibi contrarius.

Maiora minoribus ex cauſa aliquādo poſtponuntur, capitul.niſi, de præbend. & capit.vgdunenſis, 9.quęſt.2. & l.ius ſingulare, ff.de leg.& D.Tho. 1.2.q.7.& 8.art.7.& 10.¶Com.c.inter verba, pręlu.1.nu.1.

B Maiora minoribus præponi debent, capitul.Bene quidem, 96.diſtin. ¶vbi ſupra pręlud.1.num.1.

## Maledictio.

† MAledictio (vt ipſum nomen ſonat.) Eſt prolatio mali, ſiue per linguam exterius, ſiue per intellectum in corde, a qua deſcendit maledicere, quod fit tripliciter. Primo, enunciatiue detrahendo. Secūdo, cauſaliter, & imprecatiue. ſ. iubendo, ut fiat alicui malum. Tertio optatiue, ſeu imprecatiue optando alicui malum. Et hoc dupliciter, uel primo per accidens ſub ratione boni iuſti, uel utilis,

C vel ſecundo per ſe ſub ratione mali, & hoc eſt peccatum. Quare maledictio proprie eſt imprecatio mali alicui, ſub ratione mali, ideſt intendendo ipſum malum. Thom.2.2.q.76. Silueſt.verb. maledictio.

Maledictio ſui, Diaboli, vel alterius, ſi fiat animo deliberato imprecādo malum notabile, ſub ratione mali, peccatum eſt, 1.Corinth.2. Maledici regnum Dei non poſſidebūt. Et eo grauius, quo maiorem reuerentiam cui maledicit debet, & ſufficit, etiam ſi fiat momentanee, & illico pronunciet. De Diabolo intelligitur, quando

illi

illi maledicitur ratione ſuæ naturę, non autem ratione culpę. ¶Man. c. 23. numero 117.

Maledictio ſubreptitia, & ſine deliberatione, rationis nō eſt pluſquam venialis, licet ipſa ex ſuo genere ſic mortalis. Gal. 5. ¶Ca. inter verba, concluſ. 6. nu. 489.

Maledictio creaturę ratione carentis in quam creatura Dei eſt, blaſphemia eſt, quia eſt maledictio Dei, qui illam creauit. Si tamen ſimpliciter quis maledicit non intēdendo aliquid amplius, eſt verbum otioſum, & vanum, & peccatū veniale. Th. 2. 2. q. 13. ar. 1. ¶Man. c. 12. nu. 86.

## *Maleficium.*

† MAleficium a malefaciendo dictum, ut eius nomen ſonat, importat malum illatum alicui, & conſequenter damnum iniuſtum. Qđ tripliciter ſumitur. Primo, ꝑ damno iniuſto uolūtario rerū. Secūdò, pro damno iniuſto perſonę, vt ſi quis vulneretur, aut occidatur voluntarie: Tertio, pro damno iniuſto perſonę illato a Diabolo, a quo quis ſecūdum vſum loquendi dicitur maleficiatus, qui illud patitur. Et maleficus, qui illud alicui procurat pacto expreſſo, vel tacito. Ad hoc pertinet ſignum fœderis inter diabolum, & maleficum, quod etiam dicitur maleficium. Et ad hoc reducitur omnis diuinatio, incantatio, &c. Silueſtr. verbo maleficium, in principio.

Maleficium genus eſt ad omne peccatum, & delictum. Nam delicta omnia maleficia vocantur nomine generali, l. ex maleficijs, ff. de actio. & obligatio, & §. primo de obligatio. quę ex delicto naſcitur. ¶ Comm. capit. Aut facta, §. euentus, de pœ. diſt. 1. num. 3.

Maleficium alio maleficio diſſolui

A non poteſt, quare peccat, qui id facit, vel procurat, vt fiat, licet ille eſſet ad id faciendum paratum, ſecundum D. Thom. 4. diſt. 34. q. 1. art. 3. & Maior. ibi. q. 2. Silu. ver. maleficium, q. 8. arg. l. nullus, & leg. nemo, C. de malefic. & mat. & capit. non obſeruetis, 26. quæſtion. 7. Quicquid dicat Angel. verbo ſuperſtitio, §. decimotertio. Licitis autem modis illud diſſoluere fas eſt, ut puta exorciſmis approbatis, aqua benedicta, & alijs pijs operibus. Maior. 4 diſtinct. 35. quæſtio. 3. Et etiam poteſt diſſolui a malefico, ſine tamen ulla inuocatione Dæmonum tacita, vel

B expreſſa, ſed ſolum ſoluēdo uinculum capillorum, vel aliarum rerum, quibus incantatio continetur. ¶Man. c. 2. numero 29.

Maleficium facere, vel procurare rebus ſacris, puta aqua baptiſmali, oleo ſacr. & cæter. mortale eſt. Anton. 2. part. titul. 12. capitul. 1. §. 12. ¶Ibidem numero 32.

## *Malitia.*

† MAlitia priuatio eſt abſtractiue a qua dicitur aliquis malus, ſicut mors eſt malitia corporis, & cæcitas oculi. Et diuiditur ſecundum pri

C uationes formarum, & perfectionem: ſed tamen inquantum ex malitia dicimur peccare tripliciter apud S. Thom. 1. 2. quæſtio. 78. art. 1. ad 3. & de malo. q. 3. ar. 2.

Primò, habitus vitioſus ex quo, qui peccat ex malitia dicitur peccare.

Secundò, ipſa mali electio actualis.

Tertiò, culpa præcedens, ſicut cum quis ex inuidia impugnat gratiam fraternam. Verbo malitia.

Malitia facilius præſumitur contra excipientem aduerſus agentem poſſeſſorio, quàm petitorio. ¶Com. cap. accepta. oppoſ. 1. nu. 12.

Malitia in dubio præſumenda non eſt. l.merito. ff. pro ſocio. capit. eſtote miſericordes. de reg. iur. ¶ Vbi ſup. oppoſ. 4. num. 7.

Malitia leuius præſumitur contra opponentem abiurationem agentem poſſeſſorio, quam petitorio. ¶ Ibi. nu. 2.

Malitijs hominum obuiandum eſt. ¶ Conſil. 1. de paroch. nu. 3. & non illis indulgendum, iux. l. fundo, ff. de rei vendit. ¶ Com. 4. de Regul. num. 24.

Malitia ſua nemini debet patrocinari capit. 1. §. nos igitur, de poſtulat. præben. Manu. cap. 21. nu. 50.

# *Malum.*

† MAlum priuatio eſt cuiuſcunque perfectionis debitum, ſecundum Dur. 2. ſenten. diſt. 22. q. 3. Eſt autem duplex iuxta eiuſdem 2. diſ. 37. q. 3. Culpæ, & pœnæ. malum pœnę, eſt malum naturę, id eſt, priuatio boni debiti naturaliter. Malum culpæ eſt malum moris, id eſt, priuatio boni rationis, culpa conſiſtit in actione pœna in paſſione. Ex malo autem culpæ, non autem pœnæ dicimur mali. ex eodem. Ib. d. 15. q. 2.

Malum nullum fuiſſet, niſi extaret peccatum, vt ait Th. in quæſt. de malo. ¶ Com. capit. ita quorundam, not. 13. numero 9.

Malum proprie ſumptum in culpã, & pœnam ſcinditur, & ſumptum in genere carentiam etiam boni comprehendit. ¶ Com. de lege pœn. num. 10.

Mala, quæ ſunt ſuapte natura nullo ſine bono, fiunt bona. ¶ De red. eccleſ. q. 1. Mon. 45. num. 4.

Mala multa ſunt non ſecundum eſſe, ſed ob ſolam circunſtantiam perſonę, loci, temporis, &c. ¶ Com. cap. qualitas, de pœnit. diſt. 1. num. 23.

Malum facere, vt inde eueniat bonum nunquam licet. Rom. 1. & cap. ſuper eo. de vſu. cap. forte. 14. quæſtio. 5. A Licet tamen permittere, & non impedire ob bonum quid inde ſpetatur. capit. nec mirum. 26. quęſt. 5. ¶ Cap. inter verba, concl. 6. num. 630.

Malus, nemo in dubio præſumendus eſt. l. ſi procurator. ff. de condict. indeb. & cap. 2. de reg. iur. ¶ Conſ. 8. de temp. ord. nu. 14.

Malus nec pro ſe, nec pro alio, niſi miniſterialiter ſatisfacit. Tho. 4. d. 25. q. 1. art. 3. Palud. ib. q. 4. Niſi eius mandato aliquid boni faciat. ¶ De Iub. Nota. 22. nu. 31.

B Mali omnes pari pœna durationis priuationis Dei intuitiuæ viſionis puniendi ſunt, non autem, quo ad grauitatem, & intenſionem. ¶ Com. cap. homicidium. de pœnit. diſt. 1. nu. 3.

Mali quidam dicuntur eſſe in conſpectu Dei, Pſal. 50. *Tibi ſoli peccaui*, quidam nõ, ſed ab eo fugere, vt Adam. Geneſ. 4. Quod vario modo a multis exponitur, qui talem diuiſionem conantur ſaluare, & omnes contra ſe maximas habent difficultates. ¶ Com. ca. venit. de pœn. diſt. 1. nu. 2.

Mala noſtra abſcondere ſine mendacio melius eſt, quàm cum veritate detegere. ¶ Com. cap. inter verba. con-

C cluſ. 1. num. 6.

Mala etiã occulta manifeſtare, quæ ſtatim noſcenda ſunt, peccatum nõ eſt, ſi non adſit mala intentio, vel alia mala circunſtantia. Tho. 4. diſt. 19. q. 1. ad ſecundum. Silu. ver. Detractio. quęſ. 2. Idem quando malum manifeſtum eſt, ſed narratur illi qui de illo ſciebat. Anton. 2. par. tit. 8. cap. 4. ¶ Ibi. concluſ. 6. numero 841.

Malum verũ dicere de aliquo, quando peccatum fit, vel non. ver. Infamia.

Mala aliena quatuor de cauſis poſſunt manifeſtari ſecundum Gerſo. 2. p. alphab. 33. cap. recep. per Adrian. in 4.

de

de Reſtit.q.32. & in quol.2. Primo ad inſtructionem audiẽtium qui ex exemplis notorum magis mouentur. Secundo ob neceſſariam monitionem, ne eos corrumpat mala ſocietas. Tertio ad reuocandum peccatorem a ſuis peccatis. Quarto vt rogetur pro peccatore. Quę intelligenda eſt de notorijs, & famoſis, & de occultis, quando ſunt pernicioſa, & adhibita debita correctione. ¶Ibi.nu.852.

## *Mandatum*.

† MAndatum dicitur quaſi manu datum, vt per alium proprie fiat, & Theologice loquendo. Eſt Iuſſio facta de bono meliori, ad quã quis non obligatur ex neceſſitate, ex D. Th. 1.2.q.99.art.5. Sed loquendo cum Iuriſtis ſecundum Azo. Eſt officium, id eſt obſequium, ſeu miniſterium ab eo, qui gratuitum gratis ſuſcipit exhibendum. Vel eſt Imperium, quo quia aliquid iubet ad ſatisfactionem ſuæ voluntatis, nulla data pecunia. Silueſt. Verbo mandatum, in princip.

Mandatum ſuperioris, vt talis, factum ſubdito, vt tali præceptum eſt, l.2.ff.quod ius, quia mandare proprie eſt committere. Raba.ff.de offic.eius, cui mand.eſt iuriſd. & capit.1.de offic.deleg. Quod in vna parte præcipitur in altera appellatur mandatum, & Verbum mandamus inducit præceptum, iuxta Imol.in cap.nam, de conſtit. quem ſequitur Felynus. ¶De Iub. not.35.num.51.

Mandandum de prouidendo triplex eſt, vnum præceptorium alterum monitorium. Tertium executorium iuxta doctrinam Panorm. capit. mandatum, de reſcrip. & eſt text. in capit. ex inſinuatione, infra eodem. ¶Relec. capitul. ſi quando, de reſcript. prælu.2. numero 4.

A Perditur tale mandatum ob irregularitatem ſecundum Petrum ab Anchar. conſil.58. & Ioan. Andr. in cap. inter dilectos, de exceſſ. prælat. & ante illum Inno. ibi. ¶Vbi ſup. excep.10. numero 10.

Mandatum regulariter re integra morte mandantis expirat, clement. final. de procurat. ¶conſil.2. de iu.iur. numero 1.

Mandatum de conferendo beneficium reſignatum, non continet beneficium vacans per mortem reſignantis, cap. ſuſceptum, de reſc. lib.6. ¶cõſ. 1.eo.ti.nu.1.

B Mandatum ne illegitimus diſpenſetur diſpenſatos non comprehendit, quia lex non trahitur ad præterita. ¶conſi.2. Qui filij ſint leg.

Mandatum generale ad illicita, nõ debet extendi, leg. ſi procurator, ff. de cond. indeb. cap.1. de iu.iu, l.6. ¶conſ. 1. de cenſibus.

Mandatum neque ad priuilegia, neque ad reſtitutionem impetrandam, requiritur text. ſpecialis, l. quidam relegatus, ff. de reb. dubijs. ¶conſ.51. de ſponſ. num.4.

Mandatum ſpeciale, ad diſpenſationem impetrandam non requiritur; Imol. & Felyn. & omnes. ¶Vbi ſupra.

C Mandatum generale, quod de natura verborum poteſt intelligi de re bona, & mala, debet de bona intelligi, l. ſi procurator, de condict. indeb. ¶cõſ. 6. de hæret. num.1.

Mandatum alicui ratione qualitatis, ſeu dignitatis, magis reſpicit dignitatem, quam perſonam, l. penult. ff. de rebus dubijs. ¶Conſil. tertio, de procur.

Mandatum factum alicui gratia illius tantum habet vim conſilij. l.2. ff. mandat. Et tunc non obligat, donec acceptetur, & mandans, ac mandatarius

rius conſentiant.l.1. & l.diligenti.toto titul. & l.mandat. ¶de Iub. not.32. numero 51.

Mandatum ſecundum Archid.in ca pit.quod præcipitur. 4. q. 1. tenet medium inter præceptum, & conſilium, & non ligat ad pœnam tantum quantum præceptum. ¶Vbi ſupra.

Mandatum datum ad renunciãdum beneficium in manibus ordinarij libere, & ad petendum ab eo poſt renunciationem liberam ne prouideat illi, vel illi, non eſt ſimoniacum, ſed valet. Et renunciatio virtute illius facta, atque collatio ſunt validæ. ¶Manu.cap. 23.num.107.

Mandatum, qui dat, vt aliquis deformetur eſt irregularis ſecuta deformatione,ſiue cito,ſiue tarde. ca.ſi quis viduam.30.diſtin.& ſi fuit reuocatum expreſſe, antequam fieret, aut tacite, ita tamen, vt in notitiam mandatarij veniat. iux. Innoc.cap.ad audiendam. de homic. Item incurrit,quando mandatum datur citra deformationem, ſi ea ſequitur. cap.ſequitur. cap.ſequuta. & cap.ſi.de homic.lib.6.glo.recep.ibi. ¶Manu.cap.27. num. 233.conſil.27.de homic.num.1.

Mandatum vniuerſitati non obligat ſingulos de illa, vt illud mandatum dato primo humano generi creſcite, & multiplicamini nõ fuit datum ea mente, vt ſinguli obligarentur, ſed toti vniuerſo. iux. D.Tho.2.2.q.152. artic.1. ad 1. ¶Com.de orat. capit.10. numero 60.

Mandatum de denunciando, vt de teſtificando differunt, vt notat Ripa de poſter.fol. 15.q.2.num.124. ¶Cap. 124.verba.concl.6. nu.777. Vide Ver. præceptum.

Mandatum de denunciando ſibi delictum extra iudicialiter, vt profit includit etiam ſecretum,quod etiam nequit probari cũ fraterna correctio ad emendandum non ſufficit etſi ſuperior eſt manſuetus, qui nihil agit niſi iuſtum,& rationabile. ¶Capit.inter verba.concl.6.nu.782.

## *Manducare.*

Manducare ea, quæ incitant ad peccandum mortaliter, ſi fiat tali,fine mortale eſt, & non poteſt abſolui,niſi proponat deſiſtere. Si verò ſimpliciter manducet, ſine tali intentione poteſt abſolui ſine tali propoſito concurrentibus vera pęnitudo de actu præterito, & propoſitum non peccandi, & credulitas, quod *Deo iuuante* non peccabit,licet comederit. ¶Manu. cap.3.num.25.

Manducare aliquid,vel manducandum præbere cognoſcens inde notabile nocumentum eventurum, mortale eſt. Inno.cap.tua.de homic.arg.cap.ſi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad leg.Aquil. ¶Manu.cap.15.nu.13.

Manducare pluſquam oportet, quo magis luxuriæ peccato delecteris,peccat mortal. niſi ſis coniux, qui id facias ad debitum commodius præſtandum.Ang.interrogat.gulę.§.17.¶Manu.cap.16.nu.15.

Manducare de re furtiua non licet, & qui facit bona fide tenetur ad illud, quod ob illam manducationem domeſtico ſumptui ſubtraxit. Qui vero mala fide, tenetur ad totum, quod comedit. ¶Manu.cap.16.nu.9.

Manducare cum excommunicato in eadem menſa non licet, neque in eadem domo aliena,quando cum illo fuerat ad conuiuium inuitatus, quia id eſſet cum illo comedere, licet commeſtio fieret in diuerſis menſis. ¶Manu. cap.27.num. 20.

Mãducare mane in die ieiunij ignoranter,vel per incogitantiam,ſi comeſtio

ſtio ſit talis, quæ frangat ieiunium, a ieiunio non excuſat. ¶Manu. cap. 21. num. 27. Verbo, Ieiunium.

Manducare carnes in diebus ab Eccleſia vetitis, etiam ob cauſam licitã, ſed occultam, peccatum eſt mortale, niſi certiores reddat videntes, propter ſcãdalum datum, & occaſionem peccandi. ¶Manu. cap. 14.

Manducare cibos vetitos non licet illi, qui à ieiunio excuſatur, quando poteſt cõmode ſine talibus cibis ſuſtentari. Anton. 2. par. tit. 7. cap. 2. §. 7. ¶Manu. cap. 21. nu. 23.

Manducare cibos vetitos in altera regione eo tempore, quo liceret eoſdem comedere vetitos in ſua, licet in aliena, in qua non vetatur. capit. illa. 12. diſtinct. & glo. quicquid dicant ibi quidam, vt ſentit Panorm. in cap. conſilium. de obſeru. Ieiun. ¶Manual. cap. 23. num. 120.

Manducare carnes humanas. Verb. Caro.

Manducare carnes vetatur monacho, ſed non canonico regulari. capit. carnem. de conſecr. diſt. 5. ¶De regul. com. 3. num. 42.

## *Manifeſtare.*

Vide Verbo Denunciare, & Verbo Reuelatio.

## *Manus.*

MAnus impoſitio ſuper capite non eſt de neceſſitate abſolutionis, immo neque de neceſſitate pręcepti, id eſt faciendum. iux. D. Th. 3. p. q. 84. ar. 4.

Immo aliquando facere malum eſt, vt quando pœnitens eſt fœmina pulchra, & molliter ornata. Quod annotauit Palud. 4. diſtinct. 22. quæſtio. 3. ¶Com. in princ. de pœniten. diſtin. 6. num. 29.

Manus leuans ad percutiendum, etiamſi non percutiat, tenetur iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. ſi quis pulſatus. ff. de Iniur. ¶Com. cap. ſi quis pulſatus. de pœnit. diſtinct. 1. numero 1.

Manus, quia eſt membrum ad operandum magis quàm cætera corporis mẽbra capitur pro opere reali. ¶Com. cap. Particulare. De Pœnitent. diſtinctio. 1. num. 5.

Manus violentas inijcere in clericum eſt illum immediate, vel mediante aliquo inſtrumento percutere, id eſt, enſe, vel baculo, pugno, brachio, pede, puluere aſpergere, aliqua ſaliua, aut re ſimili, iux. glo. magnam, cap. ſi quis. 17. q. 4. Eripere de manibus illius, aut corpore aliquid vi. Cum capere, in carcere conijcere, aliquo loco includere vnde egredi non niſi cum pudore poſſit. Ad frena equi manus admouere, abſcindere cingulum ephibij. Cum ita furioſe perſequi, vt cogatur ſe dare præcipitem in flumen, vel aliud diſcrimen ad ſe liberandum iux. mentem tex. & Innocen. & communis in capit. Nuper, de ſentent. excom. Inducit excommunicationem ſi eſt illicita, vt inducat peccatum mortale, id eſt, non iocoſa, ludicra per ignorantiam probabilem clericatus. ¶Manu. cap. 27. num. 76.

## *Maria.*

MAria Virgo, & Mater D. N. Ieſu Chriſti debet a nobis venerari, eo modo, quo veneranda eſt citra præiudicium Sanctæ Fidei, eiuſque Filij, & inuocari ſub nominum titulis, qui illi attribuuntur, vt via errantium, ſalus in ſe ſperantium, &c. credendo; quòd illa non eſſentialiter talis ſit, neque quod per ſe miſericordiã, aut ſalutem dare poſſit, ſed quod

efficacius,quam aliæ omnes puræ creaturæ impetrare poteſt. ¶De orat.cap. 18.num.23.

Eſt nomen Hebræum, vel ex Hebræo deductum, & ſecundum Hieronymum ſonat ſtellam maris,vel mare amarum. Vt autem eſt Syriacum,ſonat Dominam,quæ non illi congruat cum ſit ſtella illa orta ex Iacob. Numer.24.ſecundum Bern.hom.1.ſuper Miſſus eſt, quia ſine ſui corruptione parturiuit filium, ſicut ſtella emittit radium, emicat meritis, & illuſtrat exemplis. Fuit mare amarum in paſſione Filij: quod autem ſit Domina teſtatur Eccleſia. ¶Vbi ſupra. cap.19. num.134.

Maria ſtans iuxta Crucem Domini,vt Deo Patri ſe conformaret volebat morti filij ſui, quam ſummè abhorrebat.¶Ibid.cap.19.num.34.

Mariam ſalutando non nominauit Angelus nomine proprio, ſed tãtum in explicanda ſua legatione, & ideo illam in ſalutatione nominat Eccleſia, vt appellatione illa facile ſimus memores,quãtum illa egeamus. Ant. 4.p.tit. 15.cap.14.¶Ibi.nu.132.

Maria plena fuit virtutum Theologalium,atque moralium, & omniũ gratiarum ſpiritualium. D.Tho. 1.2. q.3.art.4. ¶Ibid.nu.138.Plena etiam fuit gratijs particularibus,quas duodecim numerat. Ant.vbi ſupra.c.20. quia eſt Mater Dei, & hominum,porta cœli, Regina miſericordiæ,&c. reſuſcitata ante diem Iudicij vniuerſalis.Et exaltata ſuper omnes cœlos,& Angelos.¶Ibid.num.139.

Mariæ benedictiones nullus eſt, qui poſſit explicare. Benedicta fuit concipiendo ſine virginei pudoris iactura, ſine grauedine prægnans, ſine corruptione, & dolore pariens. ¶Ibi.num.141.

Maria fuit operibus Euæ contraria, cuius maledictionem ſua benedictione deleuit in ſe flumina,vertit im peccabilis gratiæ, prius ſancta,quam nata, non tantum quantum poſteaquam nata, prius concepta, quo ad corpus, quam quo ad animam, prius infans ſine iudicio perfecto, quàm diſcreta cum eo, ſecundum Thom. 3.p. q.27.art.3.¶Ibid.nu.143.& 146.

Vndecunque audit ſincerique cordi,quantum lacumque benigne ſuſcipit. ¶ Com.1.de regul.num.5. Næuo quoque, ac labe omni caruit, innumeraſque, ac acerbiſſimas paſſa eſt moleſtias. ¶ De iubilæ. notabil. 13. numero 8.

## *Maritus*.

Maritus accuſare vxorem adulteratam non poteſt, ſi ipſe adulterium perpetrauit. cap. nihil iniquius.32.q.6.

Neque ſi illa fuit vim paſſa. cap.ita ne.ead.cauſ.quæſt.5.

Neque ſi quis illam ſub mariti ſpecie ſeduxit.cap.cum per bellicum.ead. cauſ.& quæſt.

Neque ſi illi occaſionem adulterandi præbuit. capit. diſcretionem,de eo,qui cognoſc.conſ.25.

Neque ſi tollerauit poſtquam illius adulterium cognouit. cap.ſi quis vxorem.32.quæſt.1.

Neque ſi ante baptiſmum id fecit. cap.gaudemus, de diuor. ¶ Manu.cap. 16.num.29.

Maritus adulteram vxorem occidere non poteſt ſine peccato mort. cap.inter hæc.33.quæſt.2. Et ſi in foro exteriori minime puniatur. ¶ Manu.cap.15.in fin.

Maritus ob vxoris adulterium licitè religionem profitetur per capit. Agathoſa.27.queſ.2.quia per adulterium

rium liberatur coniux ab omni ſeruitute coniugij. capit. Dixit Dominus. 31. quæſtio. 2. ¶ Conſi. 19. de ſponſ. & conſi. 29. & conſi. 2. de conuerſat. coniug. & conſi. 5.

Maritus cum ſolo conſenſu vxoris religionem ingredi nequit, niſi ipſa quoque eam ingrediatur, profeſſio tamen facta tenet. Sed poſt adulterium illius, ad eam redire non tenetur. cap. Agathoſa. 27. q. 2. ¶ Conſi. 6. eod.

Maritus diu abſens ab vxore non dat cauſam adulterandi, & ideo eam dimittere, & Religionem ingredi poteſt. Panormit. & Felyn. & Præpoſ. in cap. Diſcretionem, de eo qui cognoſc. cauſa vxor. ¶ Conſi. 19. de ſponſ.

Maritus tentationi de occidenda vxore adultera orationibus reſiſtere poteſt, & debet, & non illam deſerere ob fornicationem præcedentem. Si dimittat, debet denuo ad illam redire, & debitum reddere, licet illa ob metum non petat. ¶ Conſ. 2. de diuort.

Maritus ſodomiticum actum cum vxore tentans abſque animo conſumandi, peccat tactu illicito. ¶ Conſi. 7. de pœnit. & remiſſ. num. 2.

Maritus ſi accipit ſibi, aut alteri aliquid notabile ex bonis, quæ præter dotem vxor habet, peccat. l. vltim. C. de pact. ¶ Manu. cap. 17. num. 153.

Maritus tenetur reſtituere, nedum dotem integram, ſed etiam ea, quæ bene, vel male impendit de illius bonis Paraphernis, non tamen, quæ de lucris communibus: & ea ſola, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta cenſentur lucra. Lapus in Rubric. de donat. inter virum, & vxorem. ¶ Manual. cap. 17. num. 155.

Maritus cui non ſoluitur dos promiſſa poteſt expellere vxorem Panor. per tex. in capit. per veſtras. num. 4. de donat. inter vir, & vxor. qui habet ſimilem in l. fin. C. ad Celleia. & gloſſa, iuncto tex. in Auctor. de non eligend. ſecundo nub. §. fin. ¶ Conſi. 24. de Regul. num. 3.

Maritus dubitans de vxoris ſeruitute, non tenetur, neque ſi Eccleſiæ præcipiat illi debitum reddere. Tho. 4. diſt. 36. Innocent. Panorm. & Præpoſi. in cap. propoſuit. de coniug. ſeru. ¶ Com. capit. ſi quis autem. de pœnit. diſt. 7. num. 84.

Mariti adulteri pęnitentia cum petitione vxoris, & vxoris pertinacia ęquipollent, quo ad diuortium ſecundum Goffr. tit. de donatio. num. 15. & Hoſtien. in ſumma, num. 3. & Turrecrem. in capit. Nihil inquires. 32. q. 6. Summ. Confeſſ. libr. 4. titul. 21. de diuort. quæſt. 15. Palud. 4. d. 35. quæſt. 1. quia vltima mora nocet Anton. 3. p. cap. 31. §. 6. Non autem æquipollent, quo ad religionis ingreſſum, quia petitio diuortij nulli pręiudicat: ingreſſus autem Religionis, grauiter præiudicare poteſt Monaſterio. Et quia non poteſt dicere vere, quo ad forum conſcientiæ ſe non habere vxorem, quæ non poſſit ſuo ingreſſu præiudicare cum illa poſſit probare mariti adulterium. ¶ Conſi. 3. de diuort.

Maritum habere inutilem, quo ad ea, quo ad quæ ille ob ſuam culpam, vel aliam cauſam eſt inutilis, eſt illum non habere. gloſ. in l. fi. C. ad leg. Flau. de plagiar. Quod intelligendum eſt nō ſimpliciter, ſed quo ad ea tantum. Conſummatum enim matrimonium eſt indiſſolubile, teſte Ambro. in examin. libr. 5. cap. 7. relato a Grat. capit. horrendus. 32. q. 5. & capit. quoniam. de conuerſ. lepros. ¶ Com. capit. Hæc autem. de pœnitent. diſtinctio. 1. numero 4. & 5.

Maritus adulter cęteris paribus magis peccat, quam vxor. capit. indigna-

tur.32.quæſtio.6. quia fœminæ ſexus fragilitate attenta maior eſt tentatio illius, quàm viri. ¶Com.cap.1.de pœnit.diſt.5.num.88.

Maritus non potens cum vxore habere copulam perfectam, vt quia non poteſt fundere ſemen, poteſt eniti, & vti vxore ad habendam eam. Caietan. 1.2.quæſtio.154.artic.1. ¶Manu.cap.22.num.60.

Maritus etiam ſi non ſit gener illius, qui pignus dedit, poteſt fructus eius percipere, non computando eos in dotem promiſſam, modo adſit obligatio ſoluendi dotem ad præſens. Et poteſt etiam paciſci cum eo, qui dotem promiſit, & non ſoluit, & quoad ſoluatur in ſingulos annos pro ſubſidio onerum matrimonij pendat tantum, quãtum aliquis alius induſtrius ex illa dote, ipſa ſalua capere poſſet. Quod Panormit. capit. ſalubriter. de vſur. & Sotus tenent quicquid dicat Lupus in repetitio. capit. per veſtras. notab. ſexto. de donat. inter virum, & vxorem. Et tenetur ſi dotem recepit, & hæredes eius in caſu diuortij vxori viduæ, aut ſeparatæ ad alimenta præbenda, quæ ſalua dote dari poſſunt, quoad illa perſoluatur Sotus libr. 6. de iuſtitia, & iure. quæſtio. 1. artic.2. ¶Manu.cap.17.num.213. & tract. De vſur. a num.64.

Maritus quem tenetur actione in factum pro furto vxori, facto in ſubſidium actionis furti, quæ non datur contra maritum, perinde tenetur reſtituere rem ſublatam, ac ſi teneretur actione furti. l.ſi quis vxori. ff. de furt. ¶De Redit. Eccleſ.q.2.mon.5.num.2. & Com.2.de Regul.num.62.

Maritus dubitans de ſeruitute vxoris non tenetur ei debitum reddere etiam ſi Eccleſia id iubeat Tom.4.diſtinct.36. Innoc. Ioan. And. Panorm.

A & Præpoſit. cap. Propoſuit, de Coniug.ſeru. ¶Com. cap.ſi quis autem, de pœnit.diſt.7.num.84. Si autem dubitat de illius morte non poteſt alteram ducere, capit. Dominus, de ſecundis nuptijs. ¶Ibi.

Maritus quando poſſit vxori adulteranti debitum reddere, neque illam teneatur dimittere, vide ver. Coniux.

Cætera ad hoc pertinentia, vide in Verbo, Coniux.

## Martyrium.

† MArtyrium idem eſt, quod teſtimonium, ſeu teſtificatio
B Chriſtianæ veritatis, ſicut & martyr Græce, Latinæ teſtis dicitur, ad quam teſtificationem, ſecundum S. Thom. 2.2.quæſt.124. Tria requiruntur pœna, cauſa, & voluntas. Silueſt. ver. martyrium.

Martyrium, vt perfectam ſui rationem obtineat mortem requirit propter Chriſtum ſuſceptum, vt adſit teſtimonium non ſolum verum, ſed ſummum veritatis Catholicæ per contemptum ſummum bonorum temporalium, quod eſt vita. Quod ſi non adſit mors eſt martyrium tantum inchoatiuè non perfectum, de quo loquitur
C Cyprianus relatus in capit. nunquid Cain. de pœnit. diſt.1. contingere autem id poteſt etiam, ſiue ſanguinis effuſione per afflictiones in lõgum protractas, vt ait Caietan. ſicut accidit B. Marcello. ¶Com. capit. importuno. de pœnit. diſt.1. per totum.

Martyrium pati maius eſt, quam velle pati. cap. nullus. de pœnit. diſ.7. & cap. baptiſmi vicem, de conſec. d.4. quia per illud remittuntur omnia peccata, & peccatorum pœnæ, non autem per aliud. Thom.3.par.q.68.ar.2. ad 2. & q.87.art.1.ad 2. ¶Com.c.magna.ead.diſt.num.7.

Marty-

Martyrium, qui pro Chriſto obierunt appellantur ab eccleſia victorum genus optimum.¶ Com.cap.inter verba.Concluſ.quarta,num.75.

Martyrio ſe temere offerre infideles euitando, & occaſiones ſuggerendo ad ſe occidendum ſine aliqua cauſa,quæ vi præcepti, aut ſaltem conſilij ad idipſum obliget tentatio Dei eſt,& peccatum, argum.cap.ſi.de Iniur.Th. 2.2.q.124.artic.1.ad 3.¶ Man.cap.12. numero 40.

Martyrium eſt in præcepto, primo quo ad animi præparationem,quia tenentur potius mori,quam fidem deſerere.Thom.quol.4.artic.20. Secundo, quo ad effectum cum eſt neceſſarium ad fidem, aut bonitatem multorum cõſeruandam,vel euitãdas blaſphemias. De conſilio autem eſt, quando nihil aliud, quàm Dei gloria,aut fidei exaltatio conſequitur.Thomas.2.2.quæſt. 126.artic. 3. ad 1. Ad quod perferendum non eſt neceſſaria perfecta charitas, quoniam etiam in ſtatu peccati mortalis põt illud, quis ſubire. Tho. quol.4.ar.19.¶ Manu.vbi ſupra.

Martyrio,qui ſe offert,aut intentionem habet ad ſe illi offerendũ ob vitę tædium principaliter,aut alium finem indebitum peccat, ſecundum Silueſt. ¶ Manual.capit.15.nume. 12.

Martyrium non pęna, ſed cauſa facit. Th. 22.q. 124.ar.4.¶ Com.capit. importuna. de pœn. diſt.1.

Martyres extrahi venaleſque exponi,prohibitum eſt. l.3. de ſacroſanct. eccleſ.Et non excludantur eorum reliquiæ,iuxta capſam, vbi ſunt repoſitæ. cap.2.de reliqu. & ven. ſanc. ¶ Conſ. 1.eod.tit.nu.1.

Martyrij aureola prouenit ex opere operato & non ex ſolo opere operantis Thom.4.d.49.q.5.ar.1.q. 2. de eſſ. eius eſt, ut mens conſequatur 2. 2. q. A 124.ar.4.ad B.Virg.& d.Ioan.non fuerunt martyres niſi improprie, & inchoatiuè.¶ Com.cap. Magna de pœn. diſt.1.nu.22.

## Mater.

Mater peccat circa filios ſi negligit exhibere, quæ neceſſaria ſunt animæ,vel corpori,cum nulla illã neceſſitas excuſet paupertatis, aut alterius cauſæ rationalis: ca. duo iſta,& cap.non poteſt.29. q. 4.tex.ſing.in ca. ſi quis relinqueret.30.diſt.

Si filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutricem bonam, vel vſque ad B triennium non miniſtrauit neceſſaria,quia deinceps Pater ipſe tenetur.

Si ex auaritia exponit ad hoſpitale, vel alia loca.l.nec ne.ff.de liber. agnoſcend.Et c.1.& 2.de infan. expoſ.cum gl.& ibi annotat.¶ Man.ca. 14.nu.17.

Si tenellum infantem ne eiulet, aut ne ipſa ob frigoris intemperiem aliquid patiatur in ſuo lecto noctu ita collocat,vt periculum immineat ſuffocandi,ſiue id accidat, ſiue non.argum.ca. conſuluiſti.2.q.1.

Non autem peccat,ſi non adſit vllũ periculum, etiam ſi eo caſu ſuffocauerit.Panorm.in C cap.final.de his,qui fil. occid.¶ Man.cap.15.nu.13.

Mater negociorum geſtrix filiæ expenſas pro ea animo repetendi factas ſibi retinere poteſt arg.l. neſennius.ff. de negot.geſtis, & l. ſi quis liberis.§. ſi mater. ff. de liber. agnoſc.Et cauere debet ne mentiatur,quo ad tale animũ donãdi,vel repetẽdi.¶conſ.2.de dona.

Mater filię vota irritare poteſt, quãdo non adeſt pater.¶ Man.c.12.nu.64.

Mater nõ valens reuelare filium ex adulterio acceptum, neque conſulere damno,tenetur ad competenter ſatisfaciendum, iuxta prudentis confeſſ.

arbitrium. capi. officij de pœniten. & A remiſ. ¶ Manual. cap. 16. nu. 46.

## *Materia.*

MAteria vetita, vetatur quicquid ex ea factum eſt, non autem contra, iuxta illud propter quod vnū quodque tale, & illud magis. Authēt. multo maius. C. de ſacroſanct. eccleſ. & cap. cum in cunctis. de elect. ¶ Com. cap. ita quorundam. Not. 7. num. 21.

De materia ſacram. Vide locis proprijs.

## *Matrimonium.*

MAtrimoniū eſt ſacramentū, quo B fit maris, & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Colligitur ex l. 1. ff. de ritu nupt. Magiſt. & alij in 4 diſt. 26. Rubr. de ſponſ. & matrimon.

Eſt autem ſacram. inter fideles tantum. Inter infideles autem, eſt contractus ciuilis. Indiſſolubilis autē vſque ad mortem. Et per illum fit coniunctio animorum magis, quàm corporum. l. Nuptias. ff. de regul. iure. cap. ſufficiat. 27. quæſt. 2. ¶ Manua. cap. 22. num. 19.

Matrimonium prout eſt ſacramēn. poſt Chriſtum natum incepit. iuxta omnes in 4. diſt. 26. & c. ita Dominus. C 19. diſt. & cap. in nouo diſt. 2. ¶ Relect. cap. nouit. de Iudic. Notab. 3. nu. 92.

Matrimonium confert gratiam ex opere operato niſi ob exponatur, ſecundū communem 1 Rubr. de ſponſal. & in 4. diſt. 26. contra glo. c. quicquid. 1. quæſt. 1. & contra nonnullos illam male approbantes. ¶ Man. c. 22. nu. 20.

Matrimonij materia, eſt conſenſus expreſſus, & legitimus perſonarum, ad contrahendum idonearum, ſiue ad ſe coniungendum. Forma autem ſunt ſigna, quib. ille conſenſus exprimitur, ſiue ſint verba, ſiue quid æquipollens. diſt. 1. in prin. §. primo. ff. de verb. ſig. & c. cum apud. de ſpon.

Interdum etiā auditio, & taciturnitas ſecundum gl. communiter recep. in cap. honorentur. 32. q. 2. pro qua eſt aptus. tex. ibi c. 1. & in c. 1. §. porro. de ſpon. impub. lib. 6. ¶ Man. ca. 22. nu. 21.

Matrimonium conſummatum, nullatenus niſi morte diſſolui pōt, quātalibet ſuperueniēte malitia, furor, ægritudo, vel alia qualitas, quæ reddat alterum coniugum inutilem, ſecundum Ambroſ. in exam. libr. quinto. cap. 7. relatum. in ca. honeſtus. 32. quæſtio. 1. ca. quoniam. de coniug. leproſ. Matth. 19. Quos Deus coniunxit. cap. Quos Deus. 33. quæſt. 2. ca. inter corporalia. de translat. prælat. ¶ Com. cap. Hæc autem. de pœn. diſt. 1. nū. 4.

Matrimonium diſſolui poteſt quandoq. primò antequam ſit conſummatum per profeſſionem relig. approb. c. ex publico. de conuerſ. coniug. quod eſſe de fide definiuit Conc. Trid. ſeſſ. 24. Can. 6. Secundò, per deſpenſationem Papæ iūſte factum. gloſſ. ſing. d. c. ex publico recepta ab omnibus Can. eſt. Theol. Canonum peritis cōtra puros Theologos excepto Caie. Tom. 1. opus Tract. 1. nu. 28. tenet Medin. lib. 5. de ſacra. nom. continen. cōtra tenet Sotus. 4. d. 27. quæſt. 1. ar. 4. & l. 4. de iuſt. & iur. q. 2. ar. fin. Quia non eſt diſpēſabile, niſi diſpenſatione diuina. Et licet quidam Pontif. diſpenſarint Martinus V. Eugen. IIII. & ad ſupplicationem Reg. Nauarr. Paul. III. & Pius IIII. Attamen facta Pontificum, non ſunt articuli fidei.

Contrarium enim fecit Adria. 6. & alij. An tales autem diſpenſati tuti fuerint in conſcientia videndū requirit. An talis diſpenſatio fuerit contra ius naturæ, vel diuinam. ¶ Vbi ſupra. nu. 21. cap. 22.

Tertiò,

Tertiò, eſt diſſolubile, poſt conſummationem inter infideles, quando alter coniugum ad fidem conuertitur, & alter nō vult cōuerſare ſine cōtumelia Creatoris, & ſine vſu ad præuertēdum, & ad mortale trahendum. ca. gaudemus. De diuortijs. ¶ Ibidem num. 4.

Diſſoluitur, quo ad Thorum, & habitationem non autem, quo ad vinculum, ob fornicationem alterius iudicis interueniente auctoritate. ca. dicit Dominus. 32. q. 1. Et propter ſæuitiam viri, & aliquas alias cauſas. nota. in tex. cap. ſingula. & cap. literas. §. fin. de reſt. ſpol.

Quintò diſſoluitur, quo ad thorum tantum ob ſolam fornicationem ſine iudicis ſententiam, ſecundum communem. & gl. ca. noſce. 32. q. 2. ibid.

Matrimonium nullum eſt multis caſibus. Primo, quando eſt ficte cōtractum coram Deo nullū eſt, licet copula ſequatur, tamen eſt ab eccleſia præſumptum, ſecundum iura antiqua. cap. is. qui, & ca. tua. de ſponſal. Siluestr. Verbo matrimon. 4. q. 8. Non autem iuxta ius nouum Conc. Trid. debet tamen reualidari nō per cohabitationem ſed per nouum conſenſum. ¶ Ibi. num. 76.

Matrimonium, qui ficte contraxit, tenetur in conſcientia per nouum conſenſum reualidare, ſecundum maior. 4. d. 27. quæſt. 1. Quia tenetur verificare verba, quibus mulierem decepit, niſi multa ſit inter ipſos inæqualitas, & tūc tenetur ad reſtitutionem famæ, honoris, aut rei familiaris ſi quod mulier paſſa eſt. Thom. 4. diſt. 38. ca. 1. & 2. de Adult. Et talis decepta nō poteſt alteri nubere niſi arbitrio boni viri ex iudicijs credit illum vere dicere ſe decepiſſe, ut quando ſtatim aliā duxit, aut Religionem profeſſus eſt, uel iuramento id affirmat, vel ſacros ordines ſuſcepit. Roſel. matrimon. 4. §. 3. Silueſt. 4. q. 9. Quod ſi ſine huiuſmodi inditijs contraxit, non poteſt reddere debitum, aut petere, ſi autem inditia non fuerint ſufficientia ad credendum in ſuum fauorem, ſed ad euitandum preiuditium mariti reddere debet, nō autem petere. argum. cap. inquiſitioni. de ſent. excom. & c. Dominus, de ſec. nupt. ¶ Ibid. nu. 77.

Matrimon. ſecundo nullum dicitur, quando eſt metu contractum. cap. cum locū. & c. veniens, de ſponſal. ¶ Conſ. 27. de Regul. Validatur autem tale matrimonium, quando ſuperuenit conſenſus liber partis coactæ, & perſeuerat in ſuo conſenſu pars altera. cap. ad id. de ſponſal. ¶ Conſi. 24. de Regul. num. 1. Quis autem metus annullet, vide Verbo metus.

Matrimoniū tertio nullum eſt, quādo eſt clandeſtinum per Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim. Quare, & tali matrimonio vti peccatum eſt cum ſit vetitum. cap. Aliter. 30. quæſt. 5. ¶ Manual. cap. 16. num. 38.

Matrimonium clandeſtinum ſimpliciter appellatur cum contrahitur ſine Parocho, & ſine teſtibus, vel corā teſtibus, ſed ſine Parocho. Et hoc eſt nullum. Cum autem dimittuntur ſolæ denunciationes non legitime, id eſt, ſine licentia ordinarij tunc dicitur clandeſtinum, quo ad hoc & tale non eſt nullum. ¶ Manual. c. 22. numer. 70.

Neque eſt nullum, quando prius legitimè contractum ſed ob impedimētum occultum, quod ſuberat diſpenſationem obtēta denuo contrahitur ſine parocho, & teſtibus. Caiet. opuſ. 12. q. 2. Tom. 1.

Quod declarauit Pius Quintus, & ſeruat ſacræ pœnit. prætorium. ¶ Vbi ſupra, & ca. 16. num. 37.

† Matrimon. tandem dicitur nullū, quando fit contra aliquod ex impedi-

mentis dirimentibus.

Matrimonij impedimenta ſunt duo rum generum, quædam ſunt, quæ diri- munt contractum, quędam non.

Prioris generis ſunt duodecim, vnde verſus.

Error conditio, votum, cognatio, crimen.

Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.

Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.

Alterius generis duo ſunt, vnde verſus.

Eccleſiæ vetitum, nec non tẽpus Feriarum impediunt fieri, permittũt iun cta teneri, ad quæ omnia alia reducun tur, quæ in his ſpecialiter non continentur. ¶ Ibid. nu. 30. & 31.

Primum impedimentum eſt error, per quem qui procurat, vt matrim. vel ſponſalia contrahantur peccat. 2. 2. q. 55. arti. 4. de quo Verb. Error. ¶ numero 5.

Secundum impedimentum, eſt conditio ſecundũ quam ſi matrimonium contrahatur à libero cum ſerua, quam putabat eſſe liberam, vel contra nõ va let, ſecus ſi contra accidat. 25. q. 2. cap. ſi quis liber. Et tradunt omnes. 4. diſtinctio. 36. & ſi vel fuit clandeſtinam propria auctoritate ſeparari poteſt, quo ad Thorum, & cohabitationem. Si autem publicum, quo ad Thorum tantum argumen. capitul. ſignificaſti. de diuor. ¶ Ibidem. Vide Verbo conditio.

Tertium, eſt votum ſolemne caſtita tis, quod celebratur profeſſione expreſ ſa, vel tacita religionis approbatę, vel per ſacri ordinis ſuſceptionẽ poſt quẽ qui contraxit peccat mortaliter. capi. 1. de uoto lib. 6. & eſt excõmunicatus per clem. 1. de conſanguin. ¶ Ibid. nu. 35. vide Verbo totum.

Quartum, eſt cognatio, quę quid, & A quotuplex ſit, & quomodo impediat. vide Verb. cognatio.

Quintum eſt crimen, ſunt autẽ duo crimina. primum, eſt occiſio coniugis facta cauſa contrahendi. Etſi ambo ma chinantur perpetuo impedit, etiamſi alter ſit infidelis, & facta ſit ad procurandum eius conuerſionem. cap. lauda bilem. de conuerſ. infidel. facta verò al tero tantum machinante non ſufficit, niſi adulterium interueniat. cap. ſuper eo. de eo, qui duxit in matrimonium, &c. Alterum crimen eſt adulterium commiſſum cum coniuge alterius data fide de illa contrahendo, & ambo re- B quiruntur ſimul. c. ſignificauit. de eo, qui duxit in matrimon. Et hoc debet fieri ſciẽter. Si putabatur autem vxor, & non erat hoc nihil impedit. Neque ſi ob alium finem, quam contrahendi occidit. facit gloſſ. cap. ſuper hoc. de eo, qui duxit in matrim. Silueſt. Verb. matrim. tertia quæſt. nona. Tho. quarta diſtinctio. 35. in expoſitio. litterę. & in quol. 5. ar. 15. licet non clare. ¶ Conſ. 1. de eo, qui duxit in matrimo. & cæt. ¶ Ibid. nu. 46. & 47.

Sextum impedim. eſt, diſparitas cul tus quare matrimonium contractum cum infideli non tenet, etiamſi ille ſit C cathecuminus. c. caue. vigeſima octaua. quęſt. 1. neque tanquam ſacramẽtum, neque tanquã contractus ciuilis ſi fiat contra leges. arg. c. ſi. de diuor. Et multo minus ſi fiat contra leges naturales vt ſi contrahatur cum pluribus. capit. gaudemus. de diuort. Verbo infidelis.

Septimum, impedim. eſt violentia, ſeu metus cadens in cõſtantem virum. l. metum. ff. Quod metu. vide Verb. metus.

Octauum, eſt ordo ſacer propter vo tum ſolemne caſtitatis annexum. cap. 1. de clerico coniugato. cap. erubeſcãt. 32. diſt. Verbo ordo.

Matrimonium tamen contractum à A ſubdiacono metu legitimo ordinato validum eſt, & nulla eget diſpenſatione, aut declaratione, quo ad forum conſcientiæ, in quo ſola veritas attendenda eſt: cap. nemo epiſcopus. ſecunda quæſtione prima, & clemen. prima. de priuileg. validandum eſt tamen coram hominibus per declarationem Epiſcopi propter illos, qui latrant de illo, vel de filijs ex eo ſuſceptis. Vel per diſpenſationem Papæ, vel per examẽ aliquorum teſtium per quos fiat probatio de timore illato ad perpetuam rei memo B riam, iuxta caſum. c. albericus de teſt. cum ſolemnitate. cap. ſignificauit. eod. tit. ¶Conſ. 4. de his, quæ ui.

Nonum impedimentum eſt ligamen nuptiarum, vt qui alteram duxit viuente prima etiã dari, ſed legitime ducta non debet abſolui niſi firmum habeat propoſitum non cognoſcendi ſecundã. toto titu. de ſponſal. duorum. Et ſi credit primam mortuam, & contrahit habito nuntio ſi dubitat de vita reddere debet, ſed non petere. cap. decimus de ſecundis nupt. Et tunc reddat non dubitando, ſed credendo mortuam ad hunc effectum. Si rationes dubitandi C ſunt graues neutram partem debet credere, & nec reddere, nec petere. Si leues ita, ut vtranque credere poſſit dubietate ſublata petat, & reddat. Si mediocres ita, ut ob eas in præiudicium alterius non ſit credendũ, ſed in ſuum ſic, tunc reddat credendo, ſed non petat dubitando. Si certo ſcit viuere redire debet ad primam, alias fornicaretur. d. cap. Dominus, quam ille ſuſcipere debet, niſi de vita certior facta cum ſecũdo rem habuerit. c. cum per bellicam 34. quæſt. 2. ¶Manu. cap. 25. num. 53. vſque ad 56.

Decimum impedimentũ eſt impoſſibilitas coeundi, quæ ſi eſt perpetua, & ſine miraculo, aut non niſi cum notabili periculo corporis, aut animæ tolli poſſit, & eſt, vel naturalis, vel accidentalis eſt. ca. fraternitatis de frig. & malefic. Et ſignificatur per illa duo verba (frigidis, & maleficiatis.) Ad frigiditatem reducitur omnis alius naturæ defectus, aut exceſſus, quæ copulam impediunt. Ad maleficium, ſiue faſcinationem, quodlibet impedimentum accidẽtale, quod ex abſciſione, caſtratione, vel alio artificio naſcitur. Temporale autem impedimẽtum non ſufficit nec ſenilitas, nec morbus nec ſterilitas gl. recep. c. quod ſedem eod. tit. de frigid. ¶ Ibi. nu. 59.

Qui ſcit tale adeſſe impedimentum puta perpetuum in altero, & contrahit non propterea effecit matrim. inſeparabile, vt male ſentiunt Palud. 4. d. 34. q. 2. & Anton. 3. p. titu. 1. cap. 12. §. 3. Cum matrim. fuerit nullum ex ſe, vt recte ſentit Silu. Verb. matrim. 9. q. 16. Immo iſte non poteſt vti tali matrim. quamdiu in illo perſeuerat ob delectationem veneream, licet poſſint conuiuere, vt frater, & ſoror, vt declarat Celeſtinus, & eius gloſſ. in cap. laudabilẽ de frig. & malef. ¶ num. 60.

Neque omnes impotentia eſt cõtra eſſentiam matrim. etiam ſecundum legem humanam, vt patet de ſenibus, qui poſſunt contrahere. Et mulier ſi contrahit cum impotente, tenet matrimonium, vt declarat S. Th. ¶Conſ. 39. de ſpon. num. 5.

Qui coire poteſt, & ſi generare nõ poſſit põt contrahere, vt ſpado, Thlaſia, vel Thlibia, qui erigere poteſt collem, & virgam. glo. cap. quis. 32. qu. 7. & l. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni. ff. de iure dotium. Quia etſi nihil ſeminis emittãt, exercere tamen illum humorum poſſunt, qui eſt vtrinque ſeminarium, ita vt eo exonerentur & ſedant tentationem.

nem. Et ſimiliter, qui deflorare poteſt virginem, licet ſit ſpado, quare illi matrimonij definitio conuenit. ¶ Conſ. 3. de frig. & maleſ.

A

Vndecimum impedimentum eſt, honeſtas publica, quæ cauſatur ex matrimoniali contractu, etiam ſine copula. iuxt. omnes in cap. ad audientiam, & capit. ſponſam. de ſponſ. & Theol. 4. diſt. 41.

Et ſimiliter ex ſponſalibus, licet nõ eſſent legitima iure antiquo. capit. de ſponſal. lib. 6. At hodie non niſi ſint legitima, & valida, ex Conc. Tridẽ. ſeſſ. 24. cap. 3. de Refor. matrim. Nõ tamen illud producit vltra primum gradum, vt declarat Pius V. in extrauag. ad Romanum. vide Verbo Sponſalia.

B

Et nota quod ſponſalibus quocunque modo ſolutis non propterea tollitur tale impedimentũ, quia cum non conſurgat ex contrahentium uoluntate, ſed ex Eccleſiæ determinatione, niſi illa diſpenſet, ſemper durat.

Duodecimum impedimentum eſt, affinitas de qua vide in Verbo. Affinitas.

Impedimẽta matrimo. non dirimentia ſunt iſta. Primum eſt conditio, de qua uide proprio loco, vbi habebis, quando ſit impedimentum dirimens, vel non dirimens.

C

Secundum eſt impedimentum feriarum, & interdicti Eccleſiæ, vt cum alicui ne contrahat cũ aliqua ob aliquod impedimentum Epiſcopus, Iudex, aut Parochus interdicit, donec cõſtet non ſubeſſe illud, quod opponitur, & qui contra illud facit peccat morta. ſecundum Palud. 4. diſt. 28. q. 2. Silueſtr. matrim. 7. q. 1. Quicquid dicat Angel. Valet tamen ſi nullum eſt impedimẽtum oppoſitum. ¶ Manual. ca. 22. num. 68.

Tertium impedimentum eſt ſponſalium. de quo ſuo loco.

Quartum eſt cognatio ex cathechiſmo. c. per cathechiſmum de cogna. ſpirit lib. 6. ¶ Ibi. nu. 72.

†Sed hoc impedimentum, vt audiui à Reuerendo admodum, & Excellentiſſimo I. V. Doct. D. Martio Rutilio Vicent. Diœc. decus, & ornamentnm ab Illuſtriſſima congrega. DD. Card. ſup. Concil. fuit ſublatum.

Quintum impedimentum uotũ ſimplex caſtitatis, quia peccat, qui ſic contrahit, ualet tamen contractum. cap. 2. 27. diſt. gloſſ. ca. ſi quis uotum. 27. q. 1. ¶ Ibi. nu. 73.

Sextum impedimentum, eſt crimen, & ſunt plura crimina, quæ matrim. impediunt, contrahendum. Primum eſt inceſtus. c. 1. & 2. de eo, qui cogn. conſ. uxor. Secundum uxoricidium. cap. ad admonere. 33. q. 2. idem dicendum de mariticidio ſecundum Palud. 4. d. 34. quia pœna. in correlatiuis extenditur etiam ultra proprium caſum, quando adeſt ſimilis ratio. Tertium eſt raptus ſponſæ alterius. cap. ſtatutum. 27. q. 2. Quod per Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 6. eſt de dirimentibus quãdiu rapta in poteſtate raptoris fuerit. Vide Verb. Raptus Quartum, eſt proprij filij de fonte ſuſceptio animo ne uxor exigere debitum à ſe poſſit. c. eodem. 30. q. 1. Quintũ eſt presbytericidium. c. qui presbyterum de pœnit. & remiſ. Sed ſecundũ Panorm. locum non habet, donec in iudicio conuincatur. Sextum matrimonium, cum moniali ſcienter contractum. c. ſi ergo qui. 27. q. 1. Septimum, Pœnitẽtia ſolemnis iniuncta, & facta. c. de his. 33. q. 2. ¶ Man. cap. 22. nu. 74.

Matrimonium, qui contrahit ob finem mortalem peccat. c. cum miniſter. 23. q. 5. non aut ob pulchritudinem, delectationem, diuitias, nec contra, ſentit Palud. 3. diſt. 31. q. 3. ¶ nu. 79.

Itẽ peccat, qui contrahit in peccato mortali,

mortali,uel excommunicatione ualet, A tamen.cap.ſignificaſti.de eo,qui ducit in matrimon. &c.¶ nu. 81.

Matrim. ferè omnia impedimenta ſunt iuris naturalis, & ideo diſpenſabilia.argu.cap.cuncta per mundum.9. qõ. 3. excepto impedimento conſang. inter aſcendentes, & deſcendentes erroris,& iudicij, quia non poteſt ille ſupplere defectum conſenſus. ¶ Ibid. num. 84.

Matrimonij impedimenta tenetur denunciare qui illa ſcit.arg. cap. 2. de maior.& obed. admonitione prius facta ipſis volentibus contrahere, & nõ deſiſtentibus propter hoc, etiã ſi probare non poſſit, & teſtimonium eius, B etiam ſi ſit unius ſufficit.ca. præterea. de ſponſal.modo magnum ſcandalum non ſit ſecuturum, quia tunc etiam ſi probare poſſet non teneretur denunciare.iuxta Adrian.4.de confeſſ.qõ.7. dub.7.¶ Manu.ca.22.nu.83. Et Com. cap.ſacerdos. de pœn.diſt.6.nu.27.

Poſt contractum autem ſi ſolus eſt, qui ſciat nulli parti dicere debet, etiã ſi ſit Parochus, quia tunc nullum commodum ſequitur, & magnum incommodum.¶ Ibi.

Matrimonij uſum impedit ſcientia nullitatis eius ſuperueniens. arg. cap. C per tuas. el ſecundo. de ſimonia. Si tamen dubitat perpendat rationes, an ſint leues,graues,vel mediocres,prout ſupra dictum eſt de matrimonio ficta contracto. ¶ nu. 82. & Com.c.ſi quis, de pœn.d.7.nu.89.

Matrimonium, quod fuit nullum ob aliquod impedim. ſuperueniente diſpenſatione debet denuo contrahi, quod poteſt fieri clam ſine denunciationibus, & parocho, ut dictum eſt ſupra de matrimonio clandeſtino, alioquin non eſſet legitimum, neque propter diſpenſationem, & cohabitationem, niſi accederet nouus conſenſus. ¶ Manual. cap. 22.num.86.

Matrimonij vſus ante benedictionẽ ſacerdotalem peccatum non inducit. Caiet.opuſ.12.q.3.tom.1. Angel. verbo Debitum.§.1. Silueſt, verbo Debitum.queſt.9.

Neque prima uice,vt male ſentiunt Tabien.verbo matrim.§.3. & Anton. 3.p.titu.cap.22. Quod nouæ confirmatur per Conc. Triden.ca.1. ſeſſ.24.de refor.matr. vbi hortatur, & non præcipit coniuges,ne in eadem domo maneant ante benedictionem. ¶ Man. ca. 16.nu.38.

Matrimonium, qui contrahit antequam certior factus ſit de prioris cõiugis morte peccat.cap. Dominus de ſecund. nupt. ut dictum eſt ſupra impedimento.9.¶ nu.40.

Matrimo. contractum per errorem fortunæ, uel qualitatis ualet niſi error redundet in errorem perſonæ.cap.1.§. ſicut ergo.29.q.1. Nec niſi conſentiatur in abſentem ratione illius qualitatis. de quo eſt caſus Calder. in cap. 2. de cõiug. ſeru. ubi ait,quod error,quo putatur aliquis primogenitus ſuccedens in primogenio vitiat matrimonium, quem ſequitur Angelus. Verb. matr.4.§.3.¶ Conſi.24.de regul.nu.2.

Contractum contra ſtatutum alicuius ſynodi, vel concilij prouincialis valet.¶ Conſi.5.de tit.8.

Contractum à Profeſſo religionem in genere valet, quia ille non eſt verè religioſus. Verb. Profeſſus.¶ Conſi. 59.eod.tit.

Contractum cum hæretico,etſi non liceat tenet tamen cap. cœnæ. 28. q. 1. ¶ Conſi.1.de conſtit.

Matrim. nolle publicare peccatum eſt dum periculum incontinentiæ imminet,& altera pars vult publicari,& nulla legitima cauſa ſubeſt dilationis, quia

quia officio ſuo deeſt, qui ſic facit. ¶ Manu.cap.16.nu.38.

Matrimonio præſumpto, qui vtitur peccat, quia illud ceſſat p Conc. Trid. & qui vtitur clandeſtino ſimpliciter ſimiliter. ¶ Cap.25.nu.144.

Matrim. infidelium nec ratum, nec verum eſt ſacramentum licet ſit legitimum, & per conuerſionem alterius nō ſoluitur etiam ſi ſit alter pertinax in infidelitate, quia inſeparabilitas eſt de iure naturæ. Tho.4.d.33.q.1. quæ per Baptiſmum non tollitur niſi matrimonium cum altera conſequatur. Tho.4. d.39.q.1.ar.5. quia illud eſt verum ſacramentum. ¶ Conſ.1. de conuerſ. infidel. & conſi.3. de pactis.

Matrimo. infidelium mutuo conſenſu dato liberè ſiue per litteras, ſiue per Procuratorem. iuxta. cap. ſufficiat. 27. q.2. & l. nuptias. ff. de reg. iur. & multas alias, de ritu nupt. perficiebatur, & nullas requirebat ſolemnitates, neque apud hebræos. ¶ Conſi.4. de pactis.

Matrimonij eſſentia non requirit coitum actualem, ſed potentialem ſcilicet conſenſum mutuæ habitationis. l. nuptias. ff. de regul. iur. & d. cap. ſufficiat, quare verum fuit matrim. inter Ioſephum, & B. Virg. ca. B. Maria. 27. q.2. Tho.4.d.30.q.2.ar.2. contra Gratiarium. ca. quod auté. §. ecce ead. cauſa. ¶ Conſi.39. de ſponſal. nu.9. Scotus tamē in 4.d.34.q.1. videtur aliter, ſed malè ſentire. Ibi.

Matrim. bona fide contra ius humanum contrahentes, & longo tempore continentes in illa bona fide ſunt relinquendi. caſus eſt in cap. quia circa. de conſang. ſecundum intellectum veriorem. Goffred. qui citat ibi Hoſtien. ¶ Conſi.47. de ſponſa. & com. c. ſi quis autem. de pœnit. diſt.7. eod. nu.68.

Matrimonium vt ſit validum nedū conſenſum contrahentium, ſed præſentiam Parochi requirit per Cóc. Trid. Verbo Parochus. ¶ Vbi ſupra.

A

Matrimonia impuberum iuris fictione ſponſalia cenſentur. cap. 1. de deſponſ. impub. lib.6. niſi illi ſint proximi pubertati, & malitia ſuppleat ætatem. ¶ Conſil.1. de deſponſ. impub.

Matrim. conditionale ſuperueniente legitima valet, & eius conſenſus debet eſſe liber. gl. ſing. cap. notificaſti. 3. q.5. pendente autem conditione effectum eſt ſponſalia. ¶ Conſi.1. de condit. appoſita.

B

Matrimoniales cauſæ ad diſpenſandum in gradu cognationis ſunt ſepté. Prima ignorantia rigoris conſtitutionis id prohibentis. 1. Thim.1. miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci. Secunda proles iam habita. cap. fin. 35. q.8. & l. Qui iam prouincia. ff. de Ritu nupt. Tertia diuturnitas matrimonij malè contracti d. cap. fin. Quarta ſcandalum inde otiédum. arg. ca. quia circa. de conſang. Quinta miſericordia sūm. Pontif. quando puella eſt pauper, & eam vult ſuus patruelis honeſte dotare. l.1. ff. ſolut. matrim. & iſtæ quinque non ſufficiunt ad gradū ſecundum, ſed præter has requiritur.

C

Primo minor ætas annorum, quæ miſerationem ad pœnam minuendam inducit. l. Auxilium. ff. de minor. Secundo, vt ſint Principes, & ob publicam vtilitatem id fiat. Conc. Trid. ſeſſ.24. de refor. cap.3. ¶ Conſi.6. de conſang.

## *Matutinum.*

Matutino non recitato miſſam celebrare peccatum mortale eſt, quia eſt contra conſuetudinem generalem Eccleſiæ.

† Et contra conſt. Pij.5. nouo Miſſali appoſitam. Noua repentina aliqua neceſſitas ſuperueniens, ad vitandum graue aliquod damnum, aut ſcandalū excuſat.

excuſat. ſecundum Silu. Verb. Miſſa. quæſt. 6. ¶ Manual. cap. 25. nu. 83. de oratione. ca. 3. nu. 70. c. 21. nu. 30.

Matutinum cum laudibus dicere ſe ro diei antecedentis poſt completoriũ licet, quia id conſuetudo habet, quod; & decidit d. Antonin. 2. par. titul. 9. c. 2. §. 3. non autem alias horas, licet D. Thom. quol. 5. art. 28. videatur conclu dere de omnibus ex eo, quia dies, quo ad officium recitandum à veſpera in cipiat, ſed tamen conſuetudo interpre tatur id de matutino ſolum. cum laudi bus. ¶ De orat. cap. 3. nu. 61. & poteſt à laudibus diuidi. iuſta de cauſa. ibi. nu me. 62.

## *Medicus.*

MEdicus, multa peccata commit tere poteſt ut ſi abſque ſufficiẽ ti ſcientia medeatur, etiamſi ſit laurea donatus, ſi præcepta artis, quam callet non ſequitur. Si notabiliter negligit ſtudere, aut infirmos viſitare. cap. tua de homic. & ibi Innocent. & omnes, quamuis infirmus ſanetur iuxt. San. Ant. 3. p. tit. 7. cap. 2. cum obligatione reſtituendi.

Si adhibet medicamenta, antequam morbum cognoſcat Caie. in ſumma. Quod non valet de illo, qui per diutur nam experientiam didicit curare mor bũ particularem, modo faciat abſque incantamento. l. 5. §. medicus. ff. de var. & extraord.

Si medicat, vt experiatur, aut vt lucretur aut vt non habeatur ignarus. Antonius de Butrio in d. cap. tua, & magis ſi rẽ præbeat, quã dubitat nota biliter nociuam Panorm. ibi. ¶ Manu. cap. 25. nu. 60.

Si ęgrotum deſerit antequam de beat, & mors, aut prolongatio morbi occurrit, & obligatur ad damnum re ſtituẽdũ. Aſten. li. 6. tit. 14. ar. 8. q. 14, Si abſcindit membrum, minuit ſan guinem, cum neſciat id facere, aut cum periculo. Si non eligit in corrupta pharmaca, & ſi quo plus ſtipendij ac cipiat morbi curam differt ſecundum eoſdem. Ibi. nu. 61.

Si ad confeſſionem non admonet antequam adhibeat medicinam. cap. cum infirmitas. de pœn. & remiſ. fallit hoc, quando morbus non eſt periculo ſus Angel. Verbo medicus. §. 6. Et Roſel. quicquid dicat. Silu. q. 3. Et etiã excuſatur, quando monuit illius Paro chum, aut illos, qui infirmi curam ha bent. Sed ſi infirmus non vult confi teri. nõ propterea deſerendus eſt, iux. mentem omnium.

† Sed, hoc eſt contra conſt. Inn. 3. & Pij 5.

Si conſulit aliquid contra ſalutem animæ. d. cap. infirmitas etiamſi per ignorantiam faciat., etiamſi dicat ego non conſulo, ſed ſi id facies ſanaberis. Ioan. Andr. Ibi.

Si abortum procuret etiã, vt mulie rem ſeruet, quando fœtus eſt anima tus, quod diligenter debet animaduer tere. Io. de Neap. quol. 10. Ant. 3. p. ti. 7. c. 2. §. 2. Silu. q. 4.

Si concedit aliquid debilibus ſine iuſta cauſa contra præcepta Eccleſiæ. Si non admonet mortem vicinam, quã do id profuturum eſt ad exeundum à peccato mor. Ioan. de Nep. quol. 11. Anton. vbi ſupra.

Si nimium ſtipendium accipit, quã do illo caret, aut mediocre, quando hẽt publicum cum obligationem reſti tuendi, aut compenſandi per viſitatio nes, &c. Si facit, quod infirmus plura, quam opus ſit medicamenta emat cũ obligatione, &c. Aſtenſ. lib. 6. ti. 4.

Si non vult mederi pauperi ægroto gratis ſecundum omnes in ſumma. d. 83. & Ant. & alios, quod intelligendũ eſt,

eſt, quando illum credit probababiliter moriturum, & non eſt alius, qui medeatur, aut ſoluat ſalarium, & non vult mederi ſalario credito ad quod ſaltem tenetur.

Si diuiti ſoluere nolenti ſalarium ob auaritiam, & in extrema neceſſitate ob morbum exiſtenti non vult mederi ad quod tenetur iux. gl. ī ſumma. d. 83. §. r. & c. paſce. d. 86. Sed poſt illius mortem, aut curationem poteſt ſalarium petere. iux. mentem omnium. ¶ Ibi. nu. 64. Et ratio eſt, quia nemo tenetur facere beneficium. de ſuo. cap. precarie. 10. q. 2. & gl. c. nemo. 85. d. Et poteſt quis mercedem petere de ſuo labore. ¶ Com. de datis, & promiſſ. nu. 58. Si detrahit alijs medicis, idoneis, ne ad curationes ſe omiſſo accerſentur. ¶ Ibi. nu. 64.

Medicus, quando eſt contrarius alteri medico, & ideo non poteſt conſulere infirmo, poteſt ei dicere ſine peccato ſe aliorū opinioni adhęrere poſſe ſecundum Adr. ¶ Com. cap. ſi quis autem. de pœn. d. 7. nu. 50. & 75.

Medicus poteſt deſiderare, vt ei cui medetur contra ipſius uoluntatem cōtingat polluti modo illam non procuret illicite. ¶ Man. ca. 16. nu. 7.

Qui medendis pulchris fœminis, pręſertim in locis ſecretioribus ſæpe peccauit, poteſt abſolui, modo uere ſtatuat ſe amplius non peccaturum. ¶ Man. c. 3. nu. 26.

Qui dolo, audacia, negligētia, ignorantia, deformat ægrotum fit irregularis. ¶ Cap. 27. num. 228.

## *Membrum.*

MEmbrum dicitur ſola pars hominis quæ habet officium per ſe diſtinctum, quare digitus eſt tantū pars membri, iuxt. Bart. l. 2. ff. de pub. iud. Caiet. contra, 2. 2. quæſt. 95. art. A quem ſequitur Sotus lib. 2. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 1. Sed ſine tex. aut ratione efficaci. Imol. in lege item officijs. ff. de ædil. ædict. habetur, quod habens abſciſum unum digitum, habet abſciſam partem membri. Et in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hom. innuitur: habentem æquos plures digitos, nō habere æquo plura membra. ¶ man. cap. 27. nu. 106.

Membra apparentis amiſſio, irregularem facit, iuxta mentē omnium. Ibi.

Membrum aridum, uere eſt membrum. cap. ſicut urgeri. 1. qō. 1. licet inefficax. nu. 107.

Membrum aliquod debilitans, non B eſt irregularis. Ib. & nu. 224.

Membra pudenda, qui nuda oſtendunt, aut uident ſine circunſtantia iuſtificantę, quāuis id faciant ſine intentione ducendi ad peccatum mortale, peccant mortaliter ob occaſionem, quam dant peccandi. ¶ Man. c. 24. nu. 36. c. 23. nu. 28. & Com. ca. inter uerba. concl. 6. nu. 9.

Membra pudenda Dei, & Sanctorū nominans, grauiſſime peccat, etiamſi iocandi gratia id faciat. ¶ man. cap. 12. num. 85.

Membri imbecillitas, aut defectus contingens abſque culpa irregularitatem C non inducit, niſi notabilem deformitatem non inducat, ut macula oculi. c. 2. de corp. uitia. ¶ man. c. 27. nu. 199.

Membrum unum corporis non capit ſuperfluum alimentum alio membro egente. ¶ De incomp. benef. nu. 9.

## *Mendacium.*

MEndacium eſt ſignificatio falſi, uel putati falſi pro uero, ſecundum Auguſtinum relatum in ca. homines. 22. q. 2. Et eſt actus contrarius ueritati. Non autem eſt talis narratio fabularum, ſecundum Caieta. ¶ Com. cap. humanæ aures. q. prima. nu. 3.

Eſt

Eſt autem triplex formale tantum, A quo ſignificatur uerum putatũ ſalſum. Materiale tantum, quo ſignificatur falſum, putatum uerum. Et mixtum, quo ſignificatur falſum putatum falſum. Tho. 2. 2. q. 110. art. 1. prętereà diuiditur in iocoſum, quo tantum delectatio quæritur. Officioſum, quod nemini nocet, & alicui prodeſt, & hæc non inducunt peccatum mortale, à quocunque dicantur, niſi iuramento firmentur, aut adſit magnum ſcandalum, aut animus non abſtinendi, etiam ſi eſſent mortalia, aut contra conſcientiam. Tho. Ibi. ar. 3. Pernicioſum, quod alicui in rebus ſpiritualibus, aut temporalibus, aut corporalibus nocet. Et B ad hęc tria reducũtur illæ octo ſpecies Auguſt. poſitæ in cap. primum. 22. q. 2. quarum quælibet de ſe eſt mala cum ſit inordinatus etiã ſecundũ Ariſtot. in 4. Ethi. Ideo non poteſt dici abſque peccato ſaltem ueniali, etiam pro uita, aut anima alicuius ſeruanda. ca. ſuper eo. de uſur.

Et ſi dicatur in iudicio ſemper eſt mortale, etiam ſi ſit leue, iuxta mentẽ S. Tho. 2. 2. quæſt. 69. ar. 1. Quando. ſcilicet dicitur in re, quæ ad iudicium ſpectat, non autem aliter, ut ait Caiet. Ibi. & clarius 22. q. 90. ar. 4. dum ait C mendacium, quæ iudicium, & doctrinam eſſe pecc. mort.

Quę quidem res, ſi ſit leuis etiam ſi ad Iudicium pertineat, non inducit mortale, quando extra illud. mortale peccatum non induceret, niſi adeſſet iuramentum, aut dãnum notabile, ut aſſerit Ledeſma, & Sot. de rat. tegen. ſecr. memb. 2. q. 7. ¶ Manu. ca. 18. nu. 3. Com. ca. fratres, de pœu. diſt. 5. nume. 17. Repert. cap. inter verba. conclu. 6. nu. 6. Et de fimo. conſi. 75.

Mendacio omne in confeſſione dictum peccatum mortale eſt, & præcipue de mortali, iuxta Anton. 5. part. titu. 13. cap. 18.

Quod uerum eſt de illo mortali, quod nondum fuit confeſſario apertum. Et de ueniali, quod confiteri quis proponit, quia confitendi propoſito facit illud veniale iuſtam confeſſionis materiam. Idem de mortali iam pateſacto, quod confiteri proponebat. Mendacia autem impertinentia, & circa venialia, quæ quis non propoſuit confiteri, vel ſi propoſuit reuocauit, non ſunt mortalia. Idem dicendum in iudicio ſuper impertinentibus. Et quod dicit. D. Tho. intelligendum eſt ſuo genere, vt ipſe alibi dixit 2. 2. quæſt. 50. art. quarto. Et ſuper leuib. ſunt venialia tantum ſecundũ Caiet. ¶ Com. cap. fratres. à num. 14. cap. inter verbà. concl. 6. nu. 737.

Mendacium in factis dicitur ſimulatio, ſi ſignificamus ſimpliciter eſſe, quod non eſt. Si autem ſignificamus bonitatem, quam non habemũs dicitur Hypocriſis ſecundum Auguſtinũ, & Iſidor. relatos à Thom. 2. 2. quęſt. 111. Et ſi id ſit ſine notabili damno alterius ſolum eſt veniale. ¶ Manu. ca. 18. nu. 8. Simulare autem ſe eſſe bonũ cum non ſit, peius eſt, quàm eſſe malũ. ¶ Com. c. inter verba. concl. 6, nu. 2.

Mendacium Cham fuit maius peccatum quam occiſio fratris quia mentiendo Deo peccauit contra primum præceptum, occidendo autem contra quintum: peccatum autem contra priora pręcepta maius eſt cap. Quod in omnibus 32. q. 5. Sed hoc valet cæteris paribus ſecundo, quia peccauit ex infidelitate non credendo Deum id ſcire: qđ eſt falſum, quia nõ appaṛet ex tex. Quare dicendum contrarium eſſe uerum ſtricto iuri quia multa peccata in proximum ſuum grauiora ſunt quam aliqua in Deum ratione nocumenti, uel

aliis de cauſis. ¶ Com. cap. ſerpens de pœnit. diſt. 1. nu. 6.

## *Mendicare.*

MEndicare lex naturalis, & diuina permittit, & quandoque præcipit egentib. ægrotis, & ſanis, qui aliter viuere non poſſunt. c. quieſcant. diſ. 42. & c. 1. §. 1. de relig. dom. li. 6. ¶ Conſil. 79. de regul. Et tunc ſolum tenentur homines cum nõ ſubeſt alia ratio conſeruandi vitam corpoream, aut illius, qui fidei noſtræ eſt creditus. Palu. 4. d. 15. q. 5. ¶ De ora. c. 3. nu. 10.

Qui autem ſanus eſt, modo ſit pauper, & intra latitudinem paupertatis maneat, etiam ſi mendicet cauſa ocioſitatis, aut cupiditatis, non peccat mort. ſecundum Caie. 2. 2. q. 187. ar. 1. ad 1. ¶ De leg. pœn. nu. 2.

Mendicare volentes ex humilitate, laudat D. Th. opuſ. 19. cap. 5. & 2. 2. q. 187. ar. 3. Quare non peccant, qui ſic peregrinando mendicant, etiam ſine noto paupertatis, & ſine diſpenſatione ſuorum bonorum, & ſi ſint clerici, quia per talem mendicitatem, nihil honoris perit clero, quod tamen reprehẽdit Cald. in conſi. 1. de vita & hon. cle. ¶ Com. 2. de Regu. nu. 37.

Mendicare corpore valido non licet. per l. 1. C. de mend. val. li. 2. & cap. Non omnis 5. q. 5. & præcipue ſactis initiatus. c. diaconus. di. 93. Quod tamen procedit, quando id facit, vt ocioſe, & vitioſe viuat. ¶ Conſ. 1. de reg. num. 2.

Mendicare in eccleſiâ, ſi mendicando turbat audientes, aut facientes ſacrum, & diuina, peccatum eſt. ¶ De ora. c. 32. nu. 33. & Miſcel. 56. nu. 2.

## *Mens.*

MEns, atque intentio diſponentis in omnibus diſpoſitionib. A eſt ſeruanda. l. in omnibus. ff. de cond. & dem. &c. fina. de præb. ¶ Conſi. 3. de obſer. ieiu.

Mentem legiſlatoris nemo melius, quam ipſe declarare poteſt. ¶ Conſ. 38. de ſen. exc. nu. 1.

Mentecaptus, & furioſus exæquantur. l. 2. & ibi Bal. C. de cura. fur. vel prod. & eſt tex. coniuncta. gl. ver. extra mentem. cap. ſicut. de regu. Alex. conſ. 3. nu. 2. li. 7. Dec. conſ. 112. Imo. in l. ex facto. ff. de vulg. nu. 17. ¶ Relect. cap. ſi quando. de reſcr. exc. 10. à nu. 1. vſque ad 6.

Mentecaptum, vel furioſum eſſe aliquem probari poteſt fama, & ſufficit. B Alc. conſ. 3. li. 7. & li. 1. conſi. 54. Dec. conſi. 86. nu. 7. Secundò, ſi detineatur apud ſuos. l. octaui gradus. ff. vnde cognati. Tertiò, ſi neſciat exprimere, quod valet dicere. c. 1. §. ſi uero. de clerie. cog. Quartò, ſi non habeat memoriam ordinatam, ſed confuſam. c. filij. de hęr. li. 6. Dec. conſi. 448. intellige quando eſt confuſa notabiliter. Quintò, ſi detur illi bonorũ curator. Phil. Cor. cõſ. 21. & Dec. cõſ. 80. ¶ Vbi ſup.

## *Mercator.*

MErcator ille proprie eſt, qui emit, ut vendat, abſque muta C tione eius, non autem, qui emit in ſuos uſus, & poſtea per accidens uendit, nõ mutando, neque qui emit, vt vendat mutata in alia forma. iuxta Arch. & Com. in c. de relig. dom. facit c.

Mercator decipiens hominem etiã aſtutum tenetur reſtituere, niſi ipſe ſciat iuſtum rei valorem, & ſaltem tacite velit donare. Et in hoc caſu intelligendus eſt Pantaleos in leg. 2. ¶ Relect. cap. Nouit. de iud. Not. 6. numer. 64. eijciens. 88. d. ¶ Manu. c. 27. nu. 128.

Qui in vendendo nocuit multis ſi poteſt meminiſſe quantum aliquibus certis

certis perſonis nocuit reſtituere eiſdem debet. argum.c.ca te. de iureiur.

Et ſi non poteſt, ad memoriam reuocare debet bona fide reputare quantũ plus, vel minus potuit nocuiſſe, & reſtituere illud pauperib. vel impendere in alia opera pia. iux. tex. & gl. c. certũ. de uſur. ¶ Conſi. 3. de emp. & vend.

Qui accipit aliqua ad mercaturam exercendam præſumitur vertiſſe in eã Bald. l. antep. ff. ad maced. ¶ Conſ. 3. de proc. nu. 3.

Qui carius vendit precio rigoroſo peccat, & tenetur ad reſtitutionem, neque excuſatur ſi illud plus dederit proxonetæ. ¶ Cõſ. 30. de vſur. & Manu. ca. 23. nu. 77.

Qui merces polluit mendacijs ac periurijs damnandus eſt magis, quam qui precijs onerat illas. ¶ Com. cap. 1. §. tanto. de pœnit. diſt. 5. num. 4.

Qui adit loca remota, & cum ſtudio emat, vt ſeruet cum periculo in tẽpora venditioni, & hominum neceſſitati conuenientia, & ſe mille quo hæc faciat ſolicitudinibus implicat, licite habeat pro mercede lucrum acquiſitũ carius vendendo, quod ſi ad honeſtum finem puta ſuſtentationẽ ſui, domus, vel pauperum extendatur licitum id eſt. ¶ Vbi ſupra. nu. 8.

Mercator poteſt vendere merces ad tempus precio rigido, & emere precio infimo pecunijs numeratis, dummodo ſit intra latitudinẽ iuſti precij. ¶ Man. cap. 17. nu. 228. vide numer. 206. 210. 243. 247. & cap. 23. num. 81.

Nõ tenetur abſtinere ſe ab arte ſua licet multa illa in ſe contineat peccata. ¶ Manu. cap. 3. nu. 11. & Com. cap. qualitas, & c. contrarium. de pœn. d. 5.

Mercatorum campſarij, quod in male cõputando amittunt tenentur reſtituere. ¶ Conſi. 8. de emp. & vend.

Mercatorum libris creditur ſaltem

A contra illos Bar. Iaſ. & alij l. 1. C. de edẽ. & l. admonendi. ff. de iureiurand. ¶ Conſi. 3. de procurator.

## *Mercatura.*

Mercaturam clericis exercere nõ licet c. 1. & c. negotiationem. 88. d. ¶ Man. ca. 25. nu. 111. Com. cap. qualitas. de pœn. d. 5. nu. 23. & Com. 4. de regul. nu. 27. & conſil. 5. de depoſ.

Mercatura an liceat vid. verb. negociatio.

## *Mercenarius.*

B Mercenarius quilibet mercede ſua dignus eſt ex teſtimonio Chriſti. Lucæ 10. Deut. 24. Leu. 24. 13. q. 5. c. 1. ¶ Com. de prælatis, & prom. nu. 40. conſi. 1. de depoſ.

Mercenario, qui male ſoluit tenetur ad reſtitutionem puta ſi non ſoluit diarium ſuum in ea re, quam debet, ſed alia contra eius voluntatem, & ille illa vendens non inuenit precium ab hero æſtimatum. Anto. 2. p. tit. 1. c. 17. §. 8. Diarium aũt tpe quo, ægrotauit de iure accipere non debet. gl. in l. vno. §. cum quidam. ff. loca. ¶ Man. cap. 17. nu. 108.

C Mercenarius de mercede ſua ſoluere decimas debet Eccleſiæ, in qua habet domiciliũ, vel illius in cuius Parochia ſeruit, ſi nullibi habet domiciliũ, aut habet quidem, ſed ita longe habitat, vt non poſſit commode à Parocho domicilij ſacramẽta ſuſcipere. ¶ Com. ca. placuit. de pœn. d. 6. nu. 94. & 95.

## *Merces.*

Merces pluris vendere, q̃ valet, uſura eſt, & iniuſtum, vt dicit Ariſt. 5. Eth. & Th. 2. 2. q. 77. ar. 1. ¶ Conſ. 19. de vſu.

Merces aliquæ pluris valent, quam aliæ etiam eiuſdem ſpeciei, & quanti-

tatis.l.vbi aũt non apparet.ff. de verb. oblig. & in vno loco pluris q̃ in alio. l.eod. tit. ff. de eo quod certo loco. Et pluris vno tempore, quàm alio. ff. de reb.cred. & minus cũ rogatur emptor, quàm cum rogatur venditor. ¶ Manu. ca.23.nu.78.

Merces, qui in mare proijcit ob tẽpeſtatem, non videtur libere agere, ſecundum Ariſt. & facit totus tit. Ad leg.Theo.de iac. ¶ Com. cap.vltim.§. quod quamuis. de pœnit.diſt.7.nu.2.

## *Meretrix.*

MEretrix eſt mulier multorum libidini patens. 34.diſtinct.c. uidua. id eſt, quæ quadraginta viros admiſerit, ſecundum gloſſ.allegando cap.latores. de elect.ex vi. Vel eſt mulier cuius turpitudo venialis eſt publice.32.quæſt.4.cap.meretrices.

Et quantum ex vſu, & more loquẽtium colligi poteſt, tria faciunt meretricem. ſ. fornicatio publica 40.concubitus fornicarij, & precium.Silu.

Meretrix non tenetur reſtituere, de eo, quod acquiſiuit ex meretricio, de præcepto. Et in hoc conueniunt Theolog. 4. diſ. 15. Thom. 2. 2. quæſt. 32. Leg iſt. in l.quarta.§.ſed & quod meretrix.ff.de cõdictio.ob turp.cau.Canõ. ſuper gloſſ.in ſumma. 14. quæſt. Non primo, quia licet turpe eſt meretricari. turpe etiam non ſit turpe accipere ex meretricio. Cum vtrunque turpe ſit iure naturali, & diuino. Non ſecundo ex eo, quod dicit Adrian.quod meretrix nil accipit alienum inuicto Domino, quia hoc habet locum in omnibus alijs delictis, in quibus datur ſponte aliquid. Et tamen contrariũ ipſe tenet. Non tertio ex eo, quod dicit Caietan. 2. 2. quæſt. 32.art. ſeptimo. Videlicet, quod vſus meretricis eſt materia vendibilis. Cum æque, immo magis vendi-

A bilis ſit opera eius, qui ſe locat ad militandum in bello iniuſto, ad duellum committendum, & in alijs delictis, de quibus negat id Caietan. Non quarto ex eo, quod dicit Segobienſis ſequutus alios, videlicet, quod lex permittit, & facit iuſtam operam meretricis, quod non facit de alijs. Quia acceptũ à mulieribus, quæ non ſunt meretrices (ſicut ipſe affirmat) non eſt reſtituendum, licet illę ſint coniugatæ, vel monachæ, quarum tamen opera licita, aut iuſta, non ſunt ſecundum leges humanas, immo neque poſſunt eſſe cum contra legem naturalem, atque diui-

B nam ſint, quæ tamen in foro conſcientiæ ſeruandæ ſunt. capitu. ſunt quidã. 25. q. 1. Sed quinta ratio vera illa eſt, quia licet turpe accipiat, & in accipiẽdo peccet, quo ad forum conſcientiæ, in quo meretricari, eſt prohibitum, & non permiſſum. Quo tamen ad forum exterius, in quo permittitur ex lege humana eſſe meretricem, non turpe accipit. Et hoc habet locum in omnibus illis operibus, quæ permittuntur in hoc foro, iuxta cap. denique. 4. diſt.

Peccant autem accipiendo, ut ait Doctiſs. Medina. C. de reſtitutio. queſt. 20. tanquam mercedem debitam. Non

C ex eo, quod opera illius ſit inuendibilis cum ſit peccatum, & conſequenter nullius precij, contra quod ait Sotus libr.4.de iuſtit. & iure.q.7. Quod immo eſt vendibilis, ſaltem prout eſt res quædam humano vſui accommodata. Sed ex eo, quod eſt inuendibilis in genere moris, tanquam actus intrinſece malus, pro quo nihil poteſt iuſte promitti, dari, vel accipi, vt uidere eſt in l.iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pact. Non autem tenetur ad reſtitutionem, neque in foro conſcientiæ, (in quo non bene tenet ipſe Medina) quia retinere illa poteſt, tanquam donatũ,

vel

vel derelictum ab eo, qui dat, vt dicit Anto. quare promiſſio meretrici facta valet in foro fori, de quo debet intelligi. Bar. l. 4. ff. de cond. ob turp. cau. Ideo poteſt illa petere tanquam quid debitum, non quidem legale, ſed tanquam ex animo grato. ¶ Manu. c. 17. à nu. 31. vſque ad 42.

Meretrix occiſa i domo amici, quia non præſumitur meretricando occiſa, & veriſimile eſt eam in Paſchate fuiſſe confeſſam, & cõicaſſe, & corde, vel ore pronunciaſſe Ieſum, non eſt priuã da eccleſiaſtica ſepultura. Nec valet argum. de fure, in ca. fures, & c. furtis, quia loquitur de fure, qui furando occiditur, & conſequenter in mortali moritur ſine ſigno contritionis.

Neque iuuat dicere, quod fuit adducta cũ intentione meretricandi. Quia non apparet de mente amici, qui occidit, imò forſan fuit adducta, vt occideretur ob aliquam aliam cauſam, & forſan, quia noluit conſentire actui meretricio, de quo ſe alias commiſiſſe pœnitebat, &c. ¶ Conſil. 4. de ſepult. per totum.

† Sed iſta determinatio eſt multum dubia, tum quia ſi fuit adducta in domum amici etiam eo animo, vt occideretur ob aliquam ſibi factam iniuriam, attamen non poſſumus præſumere illum eam adduxiſſe niſi doloſe, & illam domum ingreſſum animo meretricandi, ſi enim talem animum non habuiſſet, non permiſiſſet ſe adduci: tum, quia meretrix inquantum talis actu in peccato ſemper eſt, neque ſolet in Paſchate communicare licet poſſit confiteri. Quare poſſum præſumere, quod fuerit ſalua, vt quod conceperit contritionem de peccatis, &c. Sed cũ ſit meretrix, & non conſtet de pœnitentia, neſcio an præſumptio ſufficiat ad ſepeliendam eam in loco ſacro, præſer-

A tim cum adſit pro meretricio, quæ nõ niſi per contrarios actus tolli poteſt. l. diuus. ff. de reſtit. in integr. & cap. accedens. cum gl. de crim. falſ. Et cum vna præſumptio elidat aliam circa idem factum, vt dicit eadem gl. per dictam l. diuus. cum illa ſit meretrix, non poteſt præſumi, quod fuerit confeſſa, & communicauerit in Paſcha. Et cum non conſtet de contritione, nõ ſufficit præſumptio ad ſepulturam.

Meretrici domum, vel onera locare, &c. Verb. Locario.

Meretricem publicam ducere, ut conuertatur à via mala, meritorium

B eſt. cap. inter opera. de ſponſal. ¶ Conſ. 3. de diuor. nu. 4.

Meretricis opera licet aliquid valeant in genere entis, nihil tamen valent in genere moris cum ſint peccata, & hoc magis reſpiciunt omnia iura. ¶ Manu. cap. 17. nu. 40.

Meretrici vendere veſtes, & ſandalia, &c. non eſt peccatum modo id ſine vllo conſenſu in peccato fiat, quoniam id non eſt inducere, aut directe ad peccatum iuuare. ¶ Ibi. cap. 20. nu. 16.

Meretrices peccant non ſolum violando præceptum ſextum, & nonum, ſed etiam octauum præſertim, quando

C ſe iactant, & illud vitæ genus flagitioſum laudant illiciendo alios ad peccatum. ¶ Ibi. cap. 11. nu. 40. Satis illis eſt, vt ſe accuſent in confeſſione toti annos ſe fuiſſe tales. ¶ Cap. 6. nu. 15.

Meretrix non poteſt, nec debet compelli ad deſerendam ſuam infamem uitam iuxta communem, à qua tamen tenetur recedere † ſi vult ſaluari. cap. Meretrices 32. q. 4. ¶ Com. cap. Inter verba. concl. 6. nu. 716.

## *Meritum.*

MEritum actio eſt cui debetur præmium modo ſit actio hu-

mana, & bona. iuxta S. Tho. 1. 2. q. 14. A art. 6.

Eſt autem duplex alterum ſimpliciter, ſeu de condigno, quod meretur gratiam, & gloriam, ac vitam æternã. Et eſt actus humanus bonus factus ab eo, qui eſt in gratia gratum faciente, gl. §. fin. in clem. 2. de ſum. trin. Alterũ dicitur ſecundũ quid, ſeu de congruo. Et eſt actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam, cui de quadam congruitate debetur aliqua merces ſpiritualis, vel temporalis. gl. ca. quidam de pœnit. & remiſſ. & Tho. vbi ſupra ¶ Manual. prælud. 7. nu. 1. 2. 3.

Meritum eſſentiale reſpondet charitati interiori voluntatis, & gratię cooperanti 1. 2. q. 114. ar. 2. Maior. 4. d. 49. q. 13. ¶ Com. cap. magna de Pœnit. d. 1. nu. 19. B

Merita Chriſti fuerunt infinita tũ oratione perſonæ merentis quæ erat Deus: tũ ratione Dei acceptãtis Tho. cõmuniter receptus. 3. diſt. 19. ¶ Com. de iubil. not. 12.

Merita ſanctorum quatenus ſatisfactoria ſunt communia bona præſentis Eccleſiæ communicablia aliter, quam per ſacramenta, ſicut ipſi poterant aliter communicare illa ſi voluiſſet alijs membris Eccleſiæ. Ricar. cũ omnibus. C 4. d. 20. ar. 1. q. 3. relatus in cap. animæ. 13. q. 2. ¶ De iubil. not. 14. nu. 4.

Meritum poteſt quis ſibi acquirere, & pro alio ſatisfacere eodem actu bono, abſque vllo ſui præmij diſpendio. 26. q6. 7. c. 1. & d. cap. animæ. eſt enim actus meritorius inquantum bonus, & ſatisfactorius, vt pœnalis. Et licet quatenus meritorius non excedat perſonam merentis, eo quod non poteſt vllus mereri vitam æternam alteri ſal tem de condigno, iuxta. Tho. 1. 2. q. 114. ar. 6. excepto Chriſto ob gratiam capitis ſibi datã, quatenus tamen ſatiſfactorius etiam de condigno perſonã excedit. ¶ De iubil. not. 13. nu. 3.

Meritum acquirere poſt mortem nemo poteſt. ca. qualis. 25. diſt. ¶ Conſ. 26. de pœnit. & remiſſ. nu. 2. & 10.

Meritũ, qui vult acquirere ex actu bono debet illum actu, & virtute in vltimum ſinem dirigere, vt eſt ſententia Aug. relata à Magiſ. 3. d. 38. ¶ Com. cap. inter verba conclu. 5. nu. 38.

Merita, quo ad vim merendi non ſunt communicabilia de condigno. Ideo Chriſti merita non poſſunt ſic à miniſtris eccleſiæ alteri applicari, niſi per ſacramenta.

Quo verò ad uim ſatisfaciendi ſunt communicabilia, ideo eadem communicantur ſine ſacramentis. ¶ De Iub. not. 14. nu. 7.

Merita ſua poteſt laicus alteri communicare, etiam quo ad uim ſatisfactoriam, non ſolum ex ui charitatis, ſed etiam ex intentione operantis, ſingulariter ſi determinat pro iſto ſatisfacere. Et ſpecialiter cum orat pro congregatione, familiaribus, benefactoribus, & ad hoc ordinat opera ſua ſatisfactoria pro illis ſpecialiter ſatisfacit. Et generaliter cum ordinat opera eccleſiæ vniuerſæ applicando intentionem ſuam huic, vel illi. ¶ Ibi. not. 31. nu. 19.

## *Metus.*

✝ Metus eſt inſtantis, aut futuri periculi cauſa mentis trepidatio. ff. quod metu cau. l. 1. & eſt duplex vnus leuis quo timetur leue malum, vel graue, ſed leuiter illatum. i. ex cauſa leui, qui cadit in virum leuem timentem, vbi non oportet. l. metum. ff. eod. Alter grauis quo timetur graue malum, & grauiter, & dicitur metus iuſtus ſiue cadens in conſtantẽ virum. Quam diſtinctionem innuit S. Tho. 4. d. 29. q. 1. ar. 2. Silu.

Metus

Metus iuſtus, qui cadit in virum conſtantem dirimit matrim. l. metum, ff. quod metus cauſ. & eſt ille quo minus malum, maioris euitandi cauſa eligitur. Tho. vbi ſupra. dicunt tamen alij, quod iſte Prudentis arbitrio eſt definiendus iuxta gl. ca. cum dilectus, de his, quæ vi. Quæ deſinitio eſt limitanda neceſſario, vt ſit ſuſcipienda, quo ad effectum excuſandi à culpa. ¶ Manual. cap. 21. nu. 51. Iſte etiam à teſtificando excuſat Ant. 2. p. tit. 1. ca. 19. §. 7. arg. cap. quiſquis. 1. q. 2. Silu. Verbo. reſtit. 2. q. 7. ¶ Manual. cap. 17. numer. 134.

Metus iuſtus neque reſcindit actũ, neque actionem parit. l. ſi mulier. ff. de eo, quod met. cauſ. ¶ Conſi. 22. de regul. nu. 2.

Metus minor iuſto etiamſi magnus fuerit, & cadere poſſit in virum conſtantem, & ſua culpa incidat cogit reſtituere in foro animæ. cap. veniens. de ſponſ.

Non tamen ſi iuſte iniijciatur per iudicẽ, l. 3. ff. quod metu cauſ. aut per illum, qui iure damnum, quod timebatur inferre poteſt leg. nec timorem. & leg. ſi mulier. ff. eodem. Adrian. 4. de reſtitut. quæſt. 2. ¶ Manu. c. 17. nu. 15.

Metus minor iuſto requiritur in fœmina ad annullandum matrimonium: iuxta glo. memorab. cap. cum locum. de ſponſal. ¶ Conſi. 36. de ſponſal. nu. 3.

Metus non iuſtus non attenditur in foro fori, ſecus autem in foro poli. ¶ Conſil. 30. de vſur. nu. tertio. Manua. capit. 17. nu. 4. & 29.

Metus minor iuſto in foro interiori attenditur, ut actus annulletur, ſi principaliter fiat ob illum metum. ¶ Conſi. 5. de electĩon. nu. 13.

Metus reuerentialis ex ſola paterna præſentia, non annullat matrimoniũ. c. primo. §. puro. de ſponſa. impub. lib. A 6. & Panor. in ca. nonne, de præſumpt. quod commendauit Fel. in cap. cum ex, eo, de conſtitut. ſi aũt ſit cauſa actus annullat. ¶ Conſil. 36. de ſponſal. num. 6. & 7.

Metus reuerentialis facit profeſſionem nullam, & excuſat à trãgreſſione legis. gl. celebris i c. præſes 20. q. 3. quã dixit ſing. Ioan. Imo. l. 5. cum dotem ff. ſol. matr. facit glo. not. in cap. cum virum de Reg. per quam Panor. ibi dicit profeſſionem factam à fœmina imperio Parentis non valere. ¶ Com. 2. de Regul. nume. 31. operatur autem hoc quando eſt cauſa principalis, vel ſine B qua non fuiſſet votum emiſſi vel profeſſio facta. Et excuſat tantum quantũ timor iuſtus in foro exteriori. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 67. ¶ Conſi. 3. de renunciat. nu. 6. conſil. 5. de regul. nu. 16. & conſi. 2. nu. 67.

Metu cõſentire, & blanditijs paria ſunt, quo ad forum conſcientiæ. Caiet. in ſum. verbo Reſtitutio. eſt tamen hoc contra expreſſam l. fin. C. ſi quis. de teſtamen. prohib. Et contra rationem. Actus enim conſenſum diminuit blanditiæ, amoris augent. Et eſt noua doctrina nullo iure fundata illa Caieta. ¶ Manu. ca. 17. nu. 16.

C Metu conſenſiſſe in adulteræ diuortium vix marito aſſerenti credendum eſt. ¶ Conſ. 3. de Regul. nu. 2.

Metu agere bonum, vel abſtinere à malo ſimpliciter malum eſt, quia illud bonum non bene facimus, vt dicitur 6. Ethic. bonum tamen cenſendum eſt, inquantũ ſic paulatim incipimus ſponte a malis abſtinere, ut multis declarat Auguſtinus. cap. ad fiuem. 23. quæſt. 5. & cap. vides queſt. 6. ¶ Com. capitul. inter verba. Concluſ. quinta. num. 19.

Metus conditionalis facit vt ordinato character imprimatur. cap. quod quidam. 1. q. 1. cap. ubi iſta. 74. diſt. Ac

talis poteſt matrimon. contrahere ob defectum conſenſus ad ordines Ange. Verbo ordo. 3. §. vltimo. Sotus 4. d. 25. q. 1. ar. 2. ¶Manu. cap. 22. nu. 51. Conſi. 2. de his, quæ vi.

Metus diſplicendi hæreticis etiam cognatis, amicis, vicinis, Dominis, vel ſubditis, non excuſat à mortali ſi deducant animo faciendi hæreticis viuis, vel mortuis. cap. ſacris de his, qui vi. Quia metus etiam iuſtus non excuſat à violatione legis naturalis, vel diuinæ. cap. final. cum ei ad nota. de conſuetud. ¶Cóſ. 16. de hæret. nu. 9. & 11.

Metus indicandi adulterium mariti, vxorem à reſtituenda hæreditate excuſat. Innocent. c. officij. de pœnitent. & remiſſion. Quod intelligendum eſt de metu iuſto, & talis eſt etiam metus infamiæ. leg. iſti quidem. cum gloſſ. §. fina. ff. quod metu cauſ. ¶Man. capitul. decimoſeptimo. num. 90.

Metus ceſſatio ſola, ideſt intra tempus conſtitutum non tollit reclamandi facultatem. per cap. 1. cum. 12. ad notit. de his, quæ vi. & per c. ad id de ſponſ. ¶ Com. 4. de regul. nu. 71.

Metu facta & ſi impulſionem habeant ab extrinſeco paſſũ tamẽ, ideſt, qui compellitur, confert vim, & adiuuat, quia conſentit. leg. merito, & leg. 2. ff. quod metu. cauſ. Et eſt actus humanus, ideo nocet, quo ad vtrunque forum, & prodeſt quamuis regulariter poſſit reſcindi. gloſſ. recept. ca. Abbas, de his, quæ vi. exceptis ſacram. characterem imprimentibus. cap. maiores. de Baptiſmo. ¶ Manu. prælud. 6. nu. 5.

Metu inualida, & nulla per ratificationem ſequentem conualeſcunt. cap. ad id de ſponſa. capitu. de illis. el ſecundo de de ſponſal. impuber. Et ſufficit etiam ratificatio tacita. dicto ca. ad id, vt ibi hoc notat gloſſ. recepta per omnes. Et metu ceſſante exclamet, qui liberare vult, & qui exercet metu ceſſante, metu geſta ratificare videtur. ¶Cóſ. 2. de his, quæ vi.

Metu mortis, qui famam patitur à furando excuſatur. ca. ſi quis ob neceſſitatem de fur. & cap. diſcipulos. de conſecr. diſt. 5.

Non tamen excuſat à præcepto de non occidendo, quia malo culpæ nunquam licet conſentire. cap. ita ne. 32. quæſt. quinta. & l. iſti quidem. ff. quod metu cauſ. ¶ Com. in ca. ita quorundã. de iudic. notabil. 11. numer. 12.

Metus mortis ab obſeruantia legum diuinarum nũquam, vel raro abſoluit. cap. ſunt quidam. 25. quæſt. 1. A lege autem humana frequẽter, ſicut & alia magna neceſſitas, vt ait Fel. in ca. ſicut. de conſecra. diſtinction. 2. ex quo multa ſoluuntur dubia. ¶ Com. capitul. inter verba. prælud. tertio num. 2.

Metu tormentorum confiteri de ſe crimina falſa regulariter non eſt mortale, cum facere illud ſponte non ſit tale, quia pertinet ad prodigalitatem famæ; quæ non eſt mortale. Eſt autem mortal. in quatuor caſibus. de quibus Verbo Murmuratio. ¶ Manual. cap. 18. nu. 29. Com. cap. inter verba. Concl. 6. nu. 13.

Metus in ſpiritualibus reddit contractum nullum cap. 1. de his quæ vi. In temporalibus autem non, ſed ſolum facit vt reſcindatur iuxta cap. Abbas De his quæ vi. ¶Com. 2. de Regul. numero 31.

## Miles.

Miles ſecundum Azo. dictus eſt à militia propter labores, ſcilicet militares. Vel ſecundum D. Tho. dicitur à mille quaſi milleſimus, quia vix vnus de mille eligebatur ad militiam. Vel quia primo electi sũt mille à Remulo. Eſt autem duplex mili

tum

rum genus. Quidam enim dicuntur proprie milites a militando, de quorum inſtitutione, & priuilegijs. eſt. l. penult. ff. de quibus cauſ.ma. in gloſ. Quidam vero improprie dicuntur milites, vt milites noſtri temporis, qui licet non habeant inſignia obſeruantiæ veteris ſecundum Bald. in leg.prima. C.qui.bon æccleſ.po.& allegat in argument.capitul.translato.de conſtitut.non tamen gaudent priuilegijs militaribus.Silu.Verb.miles.

Miles dicitur emanſor,qui diu euagatus tardius ad caſtra redit. Fugitiuus autem,qui diu latuit, & poſtea redijt.l.3.§.emanſor.ff.de re mili. ¶Cô. cap.aut facta. de pœniten.diſt.1.nu.5.

Miles non debet aliquem concutere, & debet eſſe contentus ſuis ſtipendijs. Luc.3. ¶ Com.cap.qualitas. de pœnit.diſt.5.

Similiter in bello iuſto mala intentione peccat,ſed ad reſtitutionem non tenetur. ¶ Ibid.

Quod peccent docet capit. Militare & cap. Quid culpatur 23.q.1.Caiet.2.2.q.40.ar.1.Adria.4.de Reſtit. q.2.12.q.32. ¶ Com.cap.inter verba.concl.6.nu.873.

Si dubitet de iuſtitia belli,peccat ſecundum Adrian.quol.2.q.2.quia facit contra conſcientiam dubiam.c.ſi quis autem.el 2.de pœni.d.7. Non autem peccat ſecundum Victo.quia (inquit) debet in dubio ſuperiori obedire. Sed melius dicendum, quod debet deponere conſcientię dubietatem,& credere eſſe iuſtum eo, quod neſcit. Quod poteſt probabiliter credere propter auctoritatem ſuperioris.¶Com. in rubr. de iudic.nu.107.

Si militat in bello iniuſto niſi ignorantia excuſetur non poteſt abſolui,niſi deſiſtat,& damna reſtituat, quia venia non datur niſi correcto. cap.venia.

A de.reg.iur.lib.6. Neque niſi reſtituenti.cap.peccatum.eo.titu. Et ignorantia debet eſſe iuſta. 1.q.4.Victor.in relect. de iure belli.num.22. Maior.4.d.15.q.25. Quia cum contraueniat ſuæ conſcientię peccat. cap.fin. de præſcript. Idem de eo,qui militat ſub principe alieno indiſcuſſa cauſa belli cum eſſet in eo bellandi ratio, & obedientiæ ſecundum Adri.quol. 2. q.2. ¶Com. in rubr.de iudic.nu.106.

Miles cui prohibetur emere predia, vbi militat.l.milites.1.& 2.ff.de re milit. poteſt emere domum pro l.2.ff.eo. ob diuerſam rationem. ¶Ib.nu.73.

B Miles non tenetur neceſſario abſtinere ab arte ſua. ¶ Manu.c.3.nu.11. & Com.c.qualitas.de pœn.d.5.

Miles volens redire ad bellū, quando illud credit iniuſtum, non eſt abſoluendus. ¶ Man.c.3.nu.18.

Miles errat, quando potius labores intollerabiles, & mortē oppetere vult pro honore, quàm pro virtute, quæ in defendenda Republic. & obſeruando iuramento ſuo Principi præſtito conſiſtit.¶Com.cap.inter verba.concluſio.4.num.20.

Miles ſtipendiarius,non ſolum Turcæ,ſed etiam Principi Chriſtiano, ad C iniuſta bella ſe obligans peccat.c.quid culpatur,& cap.militare.23.quæſt.1. ¶Conſ.13.de ſponſ.nu.3.

Miles ordinis Chriſti in Luſitania, de licentia Superioris, extra manens gaudet Canonis priuilegio.¶Côſi.13. de Regu.nu.1. Quia milites coniugati ſunt vere religioſi regulares.

Milites S.Stephani,quantumcunq; beneficia obtinentes ſunt exempti per priuilegia illis conceſſa à Pio 4.& poſſunt ante finitum probationis annum profiteri. Et relicta quinta parte teſtari poſſunt. ¶ Conſil.13.de Regul.num,7.

Milites Hieroſolymitani, & alij Cruciferi habitum probationis, extra monaſterium, ſæpius ferunt de manda to magnorum Magiſtrorum, niſi delationem habitus, concedat honoris gratia, vel decretionis, quia tunc non cenſentur annum Nouitiatus implere. ¶ Conſ. 41. de Reg. nu. 3.

Milites de Alcantara vouent ſimpliciter caſtitatem. Illi autem San. Iacobi coniugalem tantum, ideo his licet cum diſpenſatione contrahere. Illis autem non ſecundum Thom. & ſequaces ob c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach. Vel non niſi ob maximā cauſam, ſecundum alios, vt ſucceſſores Regnorum, &c. ¶ Conſ. 13. de ſponſa. num. 3.

Milites ordinum militarium, quomodo poſſint, vel non poſſint teſtari. Verbo teſtamentum.

## *Militia.*

MIlitia artem, ſignificat militandi, quæ de ſe non eſt peccatū. c. noli. 23. q. 1. & cap. militare. eſt tamen multum periculoſa. ¶ Com. c. qualitas, & c. contrarium. de pœn. d. 5. & Com. c. ſi quis autem de pœn. d. 7. nu. 36.

Militia ſecularis, omnino contraria eſt ordini clericali. ¶ conſ. 55. de præben. nu. 4.

Militia duplex una Chriſti, altera Diaboli militant ſub Chriſto omnes, qui diligant Deum, & proximum, & manent in uita. Qui verò ſecus manēt in morte & militant ſub Diabolo hoc autem quilibet ex ſe ſcire poteſt cum ſciat ſe infectum peccato mortali, & carere charitate. Illud autem nemo ſcire poteſt abſque reuelatione diuina licet ſciat ſe amare Chriſtum, & pro illo eleemoſinas fundere, quia neſcit an ta A lis charitas ſit infuſa. ¶ Com. cap. omnis, de pœn. diſ. 1.

## *Minimus.*

MInima nō ſunt cōſideranda præcipue ad reſcindēdum magna. l. ſciendum. ff. de in integ. reſtit. & l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de leg. & cap. ex parte de fide inſtr. ¶ Conſ. 1. de feu. num. 5.

Minima nō nocent ſi ex circunſtantijs perſonarum præſumatur contrarium. cap. 1. de appella. & cap. etſi quæſtiones de ſimonia, & de illis non eſt curandum quando ratio legis de maio B ribus diſponens non militat proportionaliter in illis. Panor. in d. c. appellat. ¶ Vbi ſupra nu. 6.

Minimorum regula vide Verbo. regula.

Minimorum. cap. declaratio Verbo declaratio.

Minimorum decreta Verba decretū.

## *Miniſter.*

MIniſter Eccleſiæ ad orādum ita, vt oratio eius, quæ alias nō prodeſſet proſit, dicitur eſſe omnis religioſus profeſſus, & nouitius, omnis clericus etiam prima tōſura inſignitus. om C nis donatus, & donata alicui religioni, vel Eccleſiæ ſæculari arg. 12. q. 1. ca. duo ſunt, & cap. non dubium eſt ſent. excom. & cap. religioſus eo. titu. lib. 6. Et quicunque orationes ab Eccleſia inſtitutas eius nomine pſalit, vt ſeptē pſa. officium defunctorum, & c. arg. c. ſi apoſtolice de præben. lib. 6. ¶ De orat. cap. 20. nu. 40.

Miniſter Eccleſiæ, qui ratione ordinis, vel conſecrationis aliquem actum ordinis conſecrationi alicui peculiariter deputatum agit in mortali mortaliter peccat. ¶ De pœnit. diſt. 6. c. 1. §. ſacerdos. nu. 20.

Mini-

Miniſter Eccleſiæ reſpondendo in A miſſa, vel ad Horas, perſonā ipſius Eccleſiæ gerit, & ideo licet ſit ſolus dicit Dominus vobiſcum. Oremus, &c. ¶De oratione.c.22.nu.84.

Miniſter confirmationis ordinarius eſt Epiſcopus, & quādo poſſit eſſe preſbyter. Verb. confirmatio.

Miniſtri peccantium quando non directe adminiſtrant ad peccandū, vel non conſentiunt peccato non peccant ſecus, ſi aliquo modo conſentiunt. ¶Manual.ca.20.nu.16.

Miniſtrum Iuſtitiæ, qui occidit quo ſe eripiat peccat quoties vis eſt iniuſta gl.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur. Scotus cōmuniter recep.4.d.15.q.3.¶ Manu.ca. 15.nu.8.

Miniſtrum à reſtitutione non excuſat iuſſio Domini, vt ait Caieta. Verb. reſtitutio, & 1.2.q.62.arti.2. quicquid contra innuat Palud.4. quæſt.15. q.2. ¶Man.c.17.nu.2.

Miniſtrās aliquid ei, quem ſcit, vel credit peccaturum ſi nō conſentiat in peccatum directè, vel indirectè, expreſſe, vel tacite non peccat. ¶Manu.c.23. nu.16.cap.20.num.16.quare, quod per ſe, & directe fit ob aliquod malum culpæ damnatur, non autem ſi per accidens, & minus principaliter ſine vllo C ſine malo, quod euenit ſine voluntate actoris per.l.ſi quis nec cauſam. ff. de rebus credito. ¶Conſilio ſecundo, de ſolutio.

Miniſtri miniſtros alios furari videntes ſi non corrigunt, neque impediunt peccant, non autem tenentur reſtituere ſi res illorum cuſtodiæ non eſt commiſſa. ¶Conſilio quarto, de furt. & Comm. capitulo non inferendo. 23. quæſtio.5.¶ Manu. capit. 24. numero 12.

# *Miraculum.*

Miraculum à mirādo dictum eſt, & ſecundum Auguſtinum poteſt definiri, vt ſit aliquid arduum excedens facultatem totius naturæ creatæ, ad oſtenſionem diuinæ gratiæ, veritatis, aut virtutis ad vtilitatem eccleſiæ factum. Viguer.lib.inſtitu. Theo.c. 9.de gratia Dei.

Miracula falſa, qui ſciens illa eſſe talia prædicat, uel narrat. cum id ſit notabiliter pernitioſum, quia ex parte dicentis fides, & exiſtimatio miraculis Chriſti, & ſanctorum adimitur, peccat B mortaliter. ¶Manual.cap.18.nu.5. Et per Cōcilium. Later. ſub Leone x. ſeſſ. 1. eſt excommunicatus. ¶Ib.cap.25. num.42. SeS Caiet. in Verb. excommunicatione in fine, & Barto. Caranza Archiepiſcopus colet. dicunt cenſuras illas Leo.x. non fuiſſe receptas. ¶Ibi. cap.27.nu.3.

Miraculis falſis, qui vtitur, aut nouis ab Epiſcopo nō approbatis peccat mor.cap.2.de reliq. & uen.ſancto.l.nemo.C.de ſacroſ. Eccl.Conci.Trid.ſeſſ. 25. ¶Manual.cap.17.nu.169.

# *Miſeria.*

Miſeria eſt duplex, quædam eſt vera & eſt paſſio veri mali. Altera uero apparens, ideſt paſſio mali apparentis, vt paſſio vinculorum frenetico, & fames eſurienti otioſo, quia ipſum ad bene operandum inuitat. cap. non omnis.5.qu.5. Eſt autem miſeria paſſio carentiæ uiſionis, & fruitionis Dei. Et eſt duplex quædam perfecte ſumma. Quędam non perfecte ſumma.

Miſeria perfecte ſumma illa, quę cōmitatur æterno ſenſus cruciatu, & omnium malorū genere. Imperfecte ſumma eſt ſine cruciatu ſaltem ſenſus, qualis eſt decedentium cum ſolo origina-

li,

li,& eorum, qui exiſtunt in Purgatorio. Et etiam viuentium, qui nullam cognitionem Dei coniunctam, cum fruitione habent, qui ore, vel opere ſunt de num. inſipientiũ. Hinc collige quatuor genera miſeriarum uerarum. Prima eorum, qui ſunt in Inferno. Secunda puerorum in limbo. Tertia eorum, qui ſunt in Purgatorio. Quarta eorũ, qui ſunt in hoc mundo ſine diuina cognitione. ¶ Manual. prælud. 4. nu. 20.

## *Miſericordia.*

MIſericordia virtus moralis eſt inducens ad miſerendum ordinate patientis aliquod malum, vel defectum, & illi ſubueniendum. Auguſtinus de Ciu. Dei. Tho. 2. 2. q. 30. art. 1. ¶ Manu. cap. 24. nu. 2. de oratione. cap. 22. nu. 19. & miſcel. 52. num. 4. Com. c. libenter de pœniten. diſtin. 1. nume. 1. & Com. cap. diuinitatis eadem diſtin. num. 10.

Miſericordiæ actus, & opera dicuntur etiam opera charitatis. cap. inter opera. de ſponſ. & cap. Deus. 45 diſtin. quia licet immediate procedant à miſericordia, mediate tamen frequentiſſimè à charitate procedunt, quatenus Amor proximi immediate procedens cauſa miſerendi, & volendi ſubueniré. Et nomine etiam Eleemoſinæ appellantur, quorum quædam ſuam corporalia, quædam ſpiritualia. ¶ Ibi. nu. 3. vide Verb. eleemoſina.

Miſericordia eſt de conſilio, vel ſaltem non eſt de præcepto obligante ad mortale niſi duobus caſibus. Primo, cum quis habet ſuperflua, quo ad naturam, & occurrit, qui petat egens extreme, paſce. 86. diſ. & l. necare ff. de liber. agnoſcen. Secundo cum quis habet ſuperflua, quo ad naturam, & ſtatũ ſuum & occurrit aliquis egens neceſſarijs quo ad ſtatum. Aug. relatus in c. quid dicam. 14. qu. 4. & cap. hoſpitales. 25. diſt. & Tho. 2. 2. q. 32. art. 1. & quol. 8. ar. 12. maior. 4. diſt. 15. q. 5. Quamuis Panor. cap. ſi vero de iur. iur. Anton. 2. p. titu. 1. cap. 14. Roſel. Verb. eleemoſina oppoſitum teneant. In quibus caſibus non eſt de præcepto ſubuenire donando, ſed ſolum commodando, vel mutuando. ¶ Ibi. nu. 5. Quid ſint ſuperflua natura, & ſtatu. vide Verb. Superfluum.

Miſericordia à pietate differt, quia eſt virtus coniuncta charitati. 2. 2. qu. 30. ar. 1. Pietas autem eſt coniuncta iuſtitiæ. 2. 2. q. 101. ar. 2. Hæc etiam impellit ad reuerentiam præſtandã Deo, & maioribus, illa autem ad opem ferendum miſerabilibus perſonis, vt ibi docuit Caietanus attamen a uiris doctis altera pro altera ſumitur. ¶ Man. c. 14. nu. 1.

Miſericordia virtus eſt omnibus pauperrimis communis. cap. in ſingulis. diſtin. 86. ¶ Man. cap. 27. nu. 270.

Miſericordia accipitur duobus modis. Primo pro virtute, quæ mouet ad contriſtandum ordinate de aliena miſeria, & hoc modo ſumpta ponitur à D. Th. 2. 2. q. 30. ar. 4. inter virtutes morales circa paſſiones, & eſt ſubiectiue in appetitu concupiſcibili. Et tũc minor eſt iuſtitia legali, quæ præſtat tanquam virtus vniuerſalis, & particularis, quæ eſt in voluntate tanquam in ſubiecto nobiliori. Secundo ſumitur per virtute, qua voluntas rationalis mouetur ad miſerendum alteri, & tollendum malum, vel ſupplendum defectum eius. Et tunc eſt potiſſima virtutum moralium, quæ ſunt ad proximum quia quadantenus participat naturam diuinam, eius eſt proprium miſereri ſemper, & parcere. Et ſuperat etiam iuſtitiam legalẽ quatenus ſaltem reſpicit commune bonum humanum. Et ſic ope-

opera miſericordiæ ſic acceptæ ſunt A quædam ſacrificia. Et eſt filia charitatis. Et ad hoc ſignificandum tendunt auctoritates, quæ uidentur innuere miſericordiam maximum eſſe omnium virtutum, vt Oſe.6. miſericordiam voto, &c. pſal.114. miſerationes eius ſuper omnia opera. 1. Timo.4. Pietas ad omnia, vtilis eſt. 1. Ioa.2. miſericordia ſuper exaltat iudicium, &c. ¶ Com. in cap. libenter. de pœni. diſt.1. à nu.1. vſque ad 10.

Miſericordia quatenus eſt dolor ſeu triſtitia de aliena miſeria paſſio eſt ani B mæ, vt declarat S. Tho.2.2.q.30.art.1. & Ariſto.2. Ethico. pertinet tamen ad virtutem, ut declarat Auguſt. lib.5. de ciuita. Dei. cap.5. ¶ Manua. prælud.5. numero 5.

Miſericordiæ opus tam ſpirituale, quam temporale debetur etiam præter extremam neceſſitatem ad vitandum peccatum Adria.4. de correctio. frater. colla.12. ¶ Commen. de eleemoſina numero 45.

Miſericordia quædam iniuſta eſt, vt illa qua vtitur iudex contra legem ſui ſuperioris, vt d. Ambr. relatus. in c. eſt iuſta. 23.q.4. ¶ Com. in rubri. de iudi. C num.99.

Miſericordia non eſt facienda relicta iuſtitiæ diſciplina, quam iudices in ſubditos pie ſæuientes debent exercere, vt docet Gregorius cap.6. libro 20. moral. relatus in cap. diſciplina. 45. diſtin. ¶ Com. cap. neminem de pœn. d. 1. num.2.

Miſericordia Dei immenſa non tollit illius iuſtitiam cum pari paſſu in omnia Dei opera concurrant, & conſequenter in maximo opere iuſtificationis, vt declarat D. Tho.1.2.q.113.9. ¶ Com. cap. vide benignæ. de pœn. d. 1. num.3.

# Miſſa.

Miſſa eſt actio, qua ex inſtitutione Chriſti in memoriã eius paſſionis panis, & vinum in eiuſdem corpus & ſanguinem tranſubſtantiantur, & illa ſub eorundem ſpecie Deo offeruntur. Et eſt dictio nõ ficta, ſed ab antiquis partibus ex hebræo, & caldeo miſſales deducta Deuter.6. quod oblationem ſpontaneam ſignificat, vt tradit Demochares. capito.1. de ſacrificio miſſę. Quare miſſare ſignificat miſſam facere, vel dicere, vt tradit Felin. c. ſufficit de conſecr. diſt.1. & Greg. in c. ſalernitanæ diſt.63. & Concil. Tolet. cap. nihil.7.q.1. & Caiet. in tracta. de ſacrif. miſſę Innocen. autem lib.6. cap. 12. de ſacrif. miſſæ immemor illius loci Deu.6. Verb. miſſa à mittendo deducit. ¶ Manu. cap.25. nu.11.

Miſſa publica oratio eſt, quare, & publice dicenda, & non ſecrete, & ita ſubmiſſe, ſed alte, vt ab intereſsētibus audiatur. ¶ de oratione. cap.17. num. 38. Dicere autem illam ſubmiſſe abuſus eſt, vt declarauit Conc. Baſil. ſeſſ. 21. & ideo eſt peccatum, quia eſt cauſa diſtractionis. ¶ Ibi. cap.16. num.54. Licet tamen ſubmiſſe dicere ita, vt qui illam dicit ſeipſum audiat, quando non dicitur coram illis, qui tenentur illam de iure audire, quia id ſeruant doctiores, & pietiores. Et quia vt dicit Caietanus. 2.2.q.87. artico.12. oratio publica etſi de præcepto debeat eſſe vocalis, de decentia tamen debet eſſe alta, & clara, quæ decentia ceſſat cũ ad non impediendum, aut offendendum alterũ ſubmiſſe dicitur. ¶ Ibi. c.20. nu.14.

Miſſa poteſt conſiderari. Primò quatenus opus bonum ex opere operãtis vim habens merendi, & ſatisfaciendi, non ſolum, vt actus miſſantis, ſed etiam, vt actus Eccleſię. Secundò quatenus

tenus oratio, & tunc habet vim impetrandi. Tertiò, vt ſacramentum, & tūc operatur ex opere operatio gratiam ſoli ſacrifico communicanti, & alijs circunſtātibus cōmunicantibus. Quarto, vt oblatio, & ſacrificium incruentum repręſentans cruentum factum in cruce, & exiſtens omnino idem. Et tūc prodeſt ex opere operato, quod ad remiſſionem pęnæ offerenti, & facientibus offerre, & his pro quibus offertur, quod ſentit Tho. 4. d. 45. q. 2. Sotus. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 2. ar. 2. Scotus implicite. quol. 20. maior. 4. d. 45. Qui gradus remiſſionis limitatus eſt, et certus ſoli Deo notus propter finitam applicationem, & vnicuique deputatur, vel vt orthodoxus, vel vt circunſtans, qui gradus nec creſcit nec decreſcit ob maiorem, vel minorem numerum circunſtantium, quia datur pluribus, ut ſingulis. Vel eſt deputatus illi, ut ſacrificans, uel ut nominatus ab eo priuatim, uel ut porrigens pittantiam, uel ut faciens miſſam fieri. Et tunc creſcit, uel decreſcit pro numero maiore, vel minore, quia datur pluribus, vt vniuerſis propter vnitatem, quam habent cū miſſante. Et his pro quibus faciunt miſſam offerre. Et ex his conſequitur, vt quis poſſit quadruplicem miſſæ fructum conſequi, vt orthodoxus, vt circunſtans, vt nominatus ab Eccleſia, & vt faciens eam fieri. Et qui celebrat poteſt habere duas, vel tres portiones. ¶ Manual. cap. 25. num. 111.

Miſſæ valorem ſatisfactorium tenetur quis his, & eo modo applicare, quod debet; eſt enim eius valor triplex ſecundum Scotum vbi ſupra. Primus generalis, qui debetur toti Eccleſiæ. Secundus medius, qui debetur ei pro quo dicitur. Tertius ſpecialis qui debetur dicenti: ideo, qui non applicat vel generaliter, vel ſpecialiter, vel medio

A modo peccat, quia iniuſtitiam committit licet valorem ſpecialem ſibi debitum poſſit iuſte applicare cui voluerit. Quare, qui ſe obligauit ad dicendum miſſam pro aliquo non poteſt dicere illam pro illo, & alio, quia partē ſatiſfactionis vni debitam alteri iniuſte applicaret contra. ca. cā te. de iureiurand.

Neque poteſt pro vna miſſa habere duas pictantias, et paupertas miſſantis non excuſat, licet contra Sot. minus bene teneat. Ex quo ſequitur, quod miſſa vſa per multis dicta non tantū valeat cuilibet, quantum valeret ſi pro eo ſolo diceretur. Et non ſatisfacit

B pro duobus, qui pro uno dicit, niſi ille tacite, vel expreſſe conſentiat, tacite autem uidetur conſentire, quando conſuetudo habet, vt Parochus dicit miſſam publicam de defunctis pro Parochiano defuncto ſepeliendo, vt ſentit Scot. ubi ſup. ¶ Manu. c. 25. nu. 92. & 111. Enchir. de ora. ca. 20. nu. 48. vide Pariſienſ. 4. d. 45. q. 2. Adrian. quol. 8. ar. 6. Inn. in ca. penul. ne prælati. Imo. cap. ſignificatum de præben. Alex. cap. ſacroſancta. 22. d. Caietan. de celebr. miſſ. tom. 3. q. 2. Roſel. ver. miſſa. §. 22. cum Nauarr. ſenſit. ſuper capit. non mediocriter. de conſecr. diſt. 5. glo. ca. fra-

C ternitatem. de ſepulturis. Angelus verbo miſſæ. §. 52. Silueſt. quęſtion. noua. Tabien. verbo Reſtitutio. §. vltimo. Et hi tenent contra.

Miſſam celebrare extra locum ſacrum non licet, ideo peccat mortaliter, qui id facit. de conſecrat. diſt. 1. c. miſſarum. Neque hodie id licet cum altare portatili cum licentia Epiſcopi, quia neque Papa id concedit familiaribus ſuis non Epiſcopis. Propter neceſſitatē tamen id poſſe fieri, credimus etiā ſine licentia Epiſcopi, ſicuti ante Conc. Triden. fieri poterat, quia non videtur id per Conc. derogatum. l. pręcipimus.

C. de

C.de appell.ut in paruis heremitorijs ad quæ fieri ſolitæ ſupplicationes, præ quorum forib. ſolet dici miſſa, & in miſſis nouiciorum Sacerdotum, ad quas ſolet conuenire maxima hominũ moltitudo. ¶ Manu. cap. 25. num. 82.

Miſſam iu eccleſia interdicta, qui celebrat peccat mor. & fit irregularis, & qui in polluta ſanguine, vel ſemine peccat, ſed non fit irregularis. c. is qui. de ſent. excom. lib. 6. Et qui ſcienter, vel per ignorantiam craſſam ſuper arã enormiter fractam, aut non conſecratã celebrat. cap. 1. cum 17. adnot. de conſ. eccl. ¶ nu. 83.

Miſſam qui tenetur dicere in uno loco, non debet dicere in alio, per multa iura. l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de condit. & ca. nos quidam. de teſtam. & clem. quia contingit. de relig. dom. Et ita determinauit Bald. leg. ſi quis ad declinandam. in fine. C. de epiſcop. & cler. Imol d. c. nos quidam. ¶ De orat. c. 5. nu. 2.

Miſſa in choro extante interdictio generali capitulariter celebrari debet ſubmiſſa voce, ita ut poſſit choro capitulariter reſpondere celebrãti, quod confirmatur per celebre cap. Alma. de ſenten. excom. libr. 6. ¶ Ibid. nu. 52.

Miſſa dici poteſt omnibus diebus. ca. viſum. de conſecr. diſt. 1. Excepto feria 6. & ſabbato hebdomadæ ſanctæ. cap. ſabbato. de conſecr. diſt. 3. Quæ autem per conſuetudinem, quæ irrepſit dicitur hodie in ſabbato eſt miſſa noctis reſurrectionis, ut, dicit glo. recep. in d. ca. uiſum. & in capit. quod à patribus. diſt. 76. ¶ Vbi ſupra. num. 42. Et Conſil. 4. de celebr. miſſarum. nu. 3. de oratione. capitul. 3. numer. 42.

Miſſa, qui quotidie obligatus eſt dicere illam ſalua decentia dicere debet. Si autem locus id requirit, aut pro ſe, aut per alium ſupplere debet.

A ¶ Conſil. 25. de præbend.

Miſſa una ſingula hebdomada tempore interdicti ſpecialis licita eſt ad renouandum ſanctiſſ. ſacram. c. permittimus. de ſent. excom. Et etiam plures, quam una ſi neceſſitas infirmorum id poſtularet iuxta ſententiam Hoſtien. ibidem. ¶ Manual. ca. 27. num. 173.

Miſſa ſtatis horis dici debet. i. ab aurora uſque ad meridiem, de iure communi, & ex præcepto Conc. Trid. ſeſſ. 22. Epiſcopus ex conſuetudine poteſt ante dicere ſecundum Palud. 4. d. 13. q. 2. poſt gl. cap. fin. de priuil. lib. 6. Et de eius licentia, quilibet etiam dicere eã

B poteſt ante lucem ad communicandũ infirmum morti proximum, in defectu Euchariſtiæ, ut ait Ant. 3. p. ti. 13. cap. 6. §. 4. quẽ Angel. Silu. & alij ſequuntur, & in eius abſentia poteſt id fieri ſine licentia. arg. cap. quod non eſt. de regul. iur. ¶ Manu. cap. 25. nu. 85.

Miſſam nõ poſſe à ieiuno dici poſt meridiem uſque ad nonam ceſſante ſcãdalo, nullo iure cõmuni, aut efficaci ratione poteſt probari, quicquid dicat Sotus. li. 10. de iuſt. & iure. q. 5. ar. 4. poſt Ioan. And. communiter recep. in cap. primo. de celebr. miſſ. immo ratione inuerſa contrarium poteſt pro-

C bari. Nam hora nona poſt quam prohibetur, ne celebretur, incipit à ſecunda poſt merediem in vere, & à quarta in æſtate. Et ſecũdo, cum miſſa ſit oblatio incruenta eadem hora poteſt fieri, ſcilicet nona, qua Chriſtus ſacrificium cruentum obtulit. Et in ieiunijs poſt nonam dici poteſt, quod per omnes ad id aptos conſuetudine ſatis receptum eſt. ¶ De oratione. cap. 21. nu. 31. & Manual. cap. 25. nu. 85.

Miſſam celebrare ante dictas horas matutinas peccatum eſt mor. ob conſuetudinem generalem, & conſtitutionem Pij V. Miſſali nouo adiectam. Niſi

inci-

incidat aliqua repentina neceſſitas, quæ excuſet, ut euitatio ſcandali, aut alicuius grauis damni. Silu. Verbo miſſa. q.6. ¶ Manu. cap. 25. nu. 83. & de oratione. cap. 21. nu. 30. ubi ſoluit rationes allatas à Soto. lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 4. contrarium tenentis.

Miſſam ſine illis, quæ neceſſario adhibenda ſunt ex præſcriptione celebrare peccatum mor. eſt. Anto. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 6. etiam timore mortis ſecundum Caiet. 1. 2. q. 66. ar. 4. Quod uidetur durum non tamen irregularitatem inducit. ¶ Manu. cap. 25. nu. 84. Vt ſine lumine, aut aqua. cap. fin. de celebra. miſſ. In pane, & uino corruptis. Ricar. 4. d. 11. &c. in omphatio. ſacris, corporali, libro ſaltem continẽte canonem.

Miſſas plures, quam unam in die celebrare uetitum eſt. cap. ſufficit. de conſecr. diſt. 1. excipiuntur tamen ſeptem caſus, quos ponit Palud. 4. d. 15. q. 2. et Anton. ubi ſupra. Primus in die Nati. Domini. c. nocte ſancta. ead. diſt. Secundo, ſuperueniente aliqua perſona notabili, aut peregrini ſi ex præcepto teneantur eam audire. Tertio, cum repente poſt dictam miſſam defunctus ſepeliendus eſt, & conſuetudo habet ne ſine miſſa ſepeliatur. Quarto, quando neceſſe eſt communicare ifirmum. Quinto, cum quis præeſt duabus eccleſijs unitis, quæ duas miſſas indigent, & non eſt alius, qui ſupplere poſſit. Sexto, ob nuptiarum benedictionem. Septimo, cum occurrit cauſa, quæ iuſta uideatur ad hoc arbitrio boni uiri. per cap. conſuluiſti. de celebr. miſſ. debet autem ſacerdos in omnibus his caſibus eſſe ieiunus. ¶ Ibi. nu. 87. & Conſi. 9. de celebrat. miſſarum.

Miſſarum numerus ſi fuerit exorbitans, uel eleemoſinæ pro illis dicẽdis impares poſſunt Abbates, & Generales ordinãde illis diſponere ꝑ conſciẽtiam in capitulis generalibus, & eſt ius nouum. quo ad Abbates, & generales Conc. Trid. cap. 4. ſeſſ. 25. non autem. quo ad Epiſcopos, qui poſſunt hoc facere. arg. c. cum acceſſiſſent, & c. ex parte. de conſtit. ¶ De oratione, & c. 3. nu. 138. Reductio autem cum cauſæ cognitione fieri debet. Conſil. 3. de priuil. num. 5.

Miſſam celebrare capite cooperto non eſt iure ſpeciali prohibitum, immo antiquitus capite a mictu ſacro uelato celebrabant, quod autem nunc detorqueatur ad collum conſuetudo induxit. Alio tamen amictu, quam ſacro non licet, quia à diuerſis non fit illatio. l. Papinian⁹. ff. de minor. ſi autẽ adſit honeſta cauſa, & neceſſitas alijs nota, licet celebrare præſertim uſque ad conſecrationem aliquo uelamento honeſto, ad reſiſtendum frigori, vel dolore capitis inſtante etiam ſine diſpenſatione ob dictum. S. Tho. 2. 2. q. 147. ubi ait, quod qui habet iuſtam cauſam, & manifeſtam non ieiunandi poteſt frangere ieiunium. ¶ Conſi. 4. de celebr. miſſarum. per totum.

Miſſam, qui nimis feſtine, aut nimis tarde celebrat peccat, quorũ primi dicuntur uenatores, ſecundi cereorum conſumptores à Durando appellãtur, & aliorum deuotionem minuant, dum ſuam forſan augere ſtudent. ¶ De oratione. c. 16. nu. 20.

Miſſa pro dicenda non debet ſtatui quid certum, quia non eſt pecunia æſtimabilis. c. qui ſtudet. 1. q. 1. ¶ Manu. c. 25. nu. 106. Neque dari quid debet pro miſſis nouis, vt decernit Conci. Trid. ſeſſ. 22.

†Poteſt tamen nouellus ſacerdos ad altare ſtans eleemoſinas ab intereſſentibus accipere, vt declarauit Congr. Illuſtriſſimus Cardi. ſuper Concilium.

¶ Ma-

¶ Manual. capitulo 25. numero 82.

Miſſæ, qui interponit preces aliquas peculiares per miſſale non ſtatutas peccat, quia interrumpit eas, quæ ſtatutæ ſunt, licet tamen quæcunque ſancta, ſat que deuota myſteria meditari. ¶ De oratione.c.16.nu.76.

Miſſa peculiaris non eſt in die feſto dicenda, ita vt impediat acceſſum ad ſolenne.de S.Maria poteſt quotidie dici, nemo autem poteſt ad id impelli. ¶ Conſ.6.de elec.miſſarum.

Miſſam, qui in mortali celebrat id aduertens, & non confiteatur ſi poteſt, aut ſaltem conterat ſi copiam confeſſoris non habet, vel miſſam iam incepe- B rit, neque ab illa poteſt ſine ſcandalo deſiſtere. ſecũdum D.Th.3.p.q.52.ar.6.ad 2. mortaliter peccat. Silu. Verbo miſſa.q.7. ¶ De oratione.c.3.nu.76.& cap.16.nu.57.

Miſſam, qui celebrat cum ſit notorius concubinarius, aut fornicarius, & ante pœnitentiam celebrat fit irregularis, quia eſt ipſo iure ſuſpenſus.c.præter.31.diſt.donec pœnitentiam agat.c. ſi qui ſunt.81.diſt.ſi autẽ celebrat poſt actam pœnitentiam non eſt irregularis, peccat tamen celebrando ſine diſpenſatione.per cap.fin.de temp.ord. ¶ Ibid.nu.77.

C Miſſa pro defunctis infantibus, aut pueris morientibus ante vſum rationis non debet dici tanquam remediũ expiatiuum, bene ad agendum Deo gratias, vt ait D.Tho.4.d.45. in expoſitione literæ, aut pro alijs ſuis propinquis iuxta eundem.4.d.45.q.2.ar.2. Et Panor.c.fraternitatẽ.de ſepult. facit gloſ. in cap.non eſt.23.q.4. ¶ De orat.c.19. num.65.

Miſſæ ſuffragium mortuis applicari poteſt intentione, memoria in canone, per collectas, & per applicationem totius miſſæ.cap.cum grauia, & c.non

A æſtimemus.13.q.2.& c.viſum. de conſecr.d.1.ſed miſſarum de defunctis collectæ ſunt aptiores, quam de viuis. In miſſa tamen priuata non vetatur fieri commemoratio de defunctis, etiam in die feſto. Et in qualibet etiam ſolemni fit ſpecialis commemoratio pro defunctis. ¶ Conſ.6.de celebr.miſſarum.

Miſſæ celebrandæ duo de iure intereſſe debent.cap.nec quoque.de conſecra.d.1.conſuetudo tamẽ generalis facit, vt ſufficiat ſaltem vnus per gloſſa eundem. cap. ¶ Conſilio 36. de tempor.ordin.

Miſſam celebrare tenetur etiam ſimplex ſacerdos ſaltem ter, vel quater in anno, & ſi non facit ſaltem in maioribus ſolemnitatibus peccat. ſecundum S.Tho.3.p.quæſt.83.art.10. Ricard.4. diſtinctio.13.art.2. ¶ Manual.cap.25. nume.88.

Miſſam celebrare poteſt quis cum intentione rogandi Deum in illa, vt aliquis infidelis, aut excõmunicatus conuertatur, non tamen applicando illi orationes miſſæ, aut eius valorem ad ſatisfaciendum pro illo, ſed tantum applicando actum orandi, quod aliud eſt a prima applicatione, & ideo ab vno ad alterum non fit illatio. l. Papinianus. ff.de maior.& ca. ad audientiam. de decim. ¶ De oratione.c.19.nu.73.

Miſſam celebrans ſi ſit inuaſus poteſt armis ſumptis ſeſe defendere, & etiam occiſo inimico continuare ſi moderamen inculpatæ tutelæ non trãſgrediatur. Ioann.de Logna. de iuſto bello. Panor. in cap. clerici de vita, & honeſt.cleric. ¶ Com.3.regular.nu.51.

Miſſam iam inceptam, qui non finit peccat ſi non habeat iuſtam non finiendi cauſam, quia id eſt, iure vetitum.c. nihil.7.q.1.cap.illud.diſ.30. cum iuſta autem cauſa poteſt relinqui. Tho.3.p. q.33.ar.6.Pal.4.d.11.q.1.vt impotentia

tia facti ſuperueniens, memoria impo-A tentiæ iuris, vt comediſſe, eſſe excõmunicatum, &c. Tho. 3. p. q. 52. artic. 6. ad 2. Ingreſſus excommunicati, & denunciati pro tali ſi non vult egredi, & non eſt peruentum ad canonem. Te igitur, vt innuit Conc. viennens. clem. grauis de ſent. excom. iuxt. glo. Sed intellige, quando eſt progreſſum vſque ad conſecrationem, vt intelligit D. Tho. 3. p. q. 83. ar. 6. Palud. 4. d. 12. q. 1. Archid. & vterque Cardi. in cap. ſicut Apoſtoli. 11. q. 3. & eſt ſent. Innoc. in cap. nuper. de ſent. excom. qui loquitur in tali caſu non de eo, qui canonem incepit, ſed qui communionem inchoauit. Quarto, quando ſuperuenit interdictũ ſpeciale, vel generale, & non permitteren B tur valuæ occludi, quod eſt neceſſariũ in tali interdicto. ¶De oratione. c. 16. nu. 56. Qui autem abſque cauſa rationabili eam non finit, videtur excommunicatus ex Conc. Tolet. ca. nihil. 7. quæſtio. 1. & cap. nullus de conſi. d. 1. Sed tamen contrarium dicendum eſt, quia id nullo iure continetur, quare non eſt aſſerendum iuxt. gloſſ. ſolemnem & recep. cap. fin. de iure patro. in miſcel. 52. nu. 124. de oratione.

Miſſam, qui celebrat iuſta de cauſa ſuperueniente, quæ cum non ſit in iu- C re determinata boni viri arbitrio poſſet determinari poſſet denuo à gloria in excelſis, aliquando ab Epiſtola, & aliquando ab Euangelio ad introitum redire, quia per hoc non relinquitur officium imperfectum immo magis videtur perfici. ¶de oratione miſcel. 53. nu. 125.

Miſſam ſolemniter cum Diacono, & Subdiacono, qui celebrat non tenetur dicere Euangelium, & Epiſtolam, quia nullo iure id cauetur, neque miſſale id præcipit. ¶De ora. c. 10. nu. 45. & cap. 22. nu. 99.

†Sed hoc eſt falſum, vt videre eſt in rubr. miſſalis. de epiſtola.

Miſſa ſicca appellatur illa, quę continet omnia contenta in miſſa integra excepta conſecratione corporis, & ſanguinis Domini cum aliquot alijs ad eã pertinentibus, vt ait Durand. in ratio. lib. 4. nu. 23. Et dicitur interdum ſine caſula cum omnibus alijs paramentis, interdum cum ſtola ſuper. ſuperpellicium. Quod licet facere cum nullo iure id prohibeatur modo fiat ſine ſcandalo. cap. nihil cum ſcandalo de noui operis nunciat. Et ſine ſuperſtitione aliqua. c. non licet. 26. q. 5. & cap. nõ obſeruetis. 26. q. 7. Et ſine interpellatione miſſæ integræ. ¶De oratione. vbi ſupra. Quare non licet illam immiſcere miſſæ integræ ante benedictionem, aut ante Euangelium vltimũ, ſed poſt, vt continet ordo ſacerdotalis probati a Leo. x. 1. p. tract. 4. cap. 34. Et dicitur in mare, & in fluminibus vbi non licet celebrare. In qua tamen non debet dici poſt cõmunio, quando in eo fit mentio de ſacrificio, vel ſacramento; oblato, vel ſumpto, quia mendacium eſſet; quod nunquam licet. ¶Ib. miſcel. 56. Poteſt etiam dici coram infirmo: etſi id fieret in eccleſia non deberet ſacrã oſtendi, non tantum propter periculũ, vt inquit ſacerdotale d. 4. tract. cap. 36. Sed maxime ne fiat irreuerentia ſacramento educendo illud ex cuſtodia ob leuẽ cauſam, & tempore, & modo inſolito. ¶Ib. miſcel. 57.

Miſſam audire in ſua Parochia licet quis teneatur, attamen ſi ſine contemptu alibi audiat ſatisfacit. cap. 2. de Paroch. ſiue id faciat iuſta de cauſa, ut dicit Palud. & quia eſt conſuetudo generalis tolerata. Ideo ſecundum Silueſt. Verb. miſſa. 3. q. 8. Epiſcopus ſuis ſubditis contrarium præcipere nõ poteſt, licet poſſit populum admonere, & teneatur

neatur hoc facere, vt ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ſolemnioribus ad ſuas Parochias accedant Conc. Trid. ſeſſ.22.de ſeruandis, & euitand.in celebr.miſſ.Et licet ibi dicatur,quod poſſit in his Epiſcopus ordinare quicquid opportunius illi uidebitur,dicendum tamen eſt,hoc non videri opportunum,vt cum ſcandalo tot laicorum, & monachorum tam generalis conſuetudo tollatur præſertim cum Leo x. & Pius 5.declarent,quod audientes diebus feſtis miſſam in monaſterijs mendicantium ſatisfaciant præcepto.¶ Manu.c.21.nu.5.

Miſſam,quilibet Christianus omni die feſto audire debet. cap.miſſas. de conſecra.diſtinct.1. & cap.omnes fideles. eadem diſtin.& ſi id omittit etiam abſque vero contemptu per ſolam negligentiam,peccat mortaliter,ſecundũ Silueſt.verbo Miſſ.3.quæſ.2.quicquid dicat Angel.verbo Feriæ. §.42.poſt Ricard.quol.1.quæſt.19.Et ſufficit, vt audiat vnam,& non plures etiam in die Natiuitatis Domini. Niſi ad id voto, iuramento, aut alia lege ſpeciali teneatur.Et debet audire integrã, ita vt non deficiat pars notabilis per dictum cap. Miſſas; pars autem notabilis cum lex non determinet, quæ ſit,arbitrio boni viri determinanda eſt, videtur quod ſit ab Introitu,vſque ad Euangelium. Et qui audit dimidium vnius, & dimidium alterius ſatisfacit, ſecundum Maior.4.diſt.45.quæſt.2. Omittere benedictionem, & ſi prohibitum ſit per illud cap. exire ante non tamen videtur mortale, quia in omni materia paruitas rei excuſat ſecundum Thom.2.2.qu.88.art.5.Ant.2.par. titu.4.cap.5. Excuſatur autem,qui non audit ex cauſa legitima,vt infirmitatis,aut alterius damni animæ corporis, aut fortunæ. Nutrices,& negocij alicuius grauitas, aut officium,quod cum illa non poteſt cum dignitate exerceri, pauperes, qui carent teſtibus,&c.Silu.vbi ſupra. De vidua.verbo vidua. Excuſatur nupta, quæ non ſine magno mariti ſcandalo, audire eam non poteſt. argumen.cap. voluit.33.quæſt.5. ¶ man.c.21.à num. 1.vſque ad 6.

A

Miſſam audiens in die feſto, intendens animum his, quæ attentioni neceſſario repugnant in aliqua eius parte notabili peccat mort.ſecundum Ange.verb.Feriæ.§.41.Silueſt.verbo miſſa.2.q.6.Caiet.ver. Feſtorum violatio. ¶ Ibi.num.6.

B

Miſſę enim magis attendendũ eſt, & pręcipuè illi parti,quę conſecrationem continet, ad quam hortatur eccleſia, vt nos præparemus per illa verba (Surſum corda.) De orat. cap.14.nu. 4. Quare,qui audiendo dormit non ſatisfacit.¶ De oratio.cap.9.num.6. Neque qui audit ſine animo ſatisfaciendi, quia non audit etiam de feſto, aut non ea deuotione,qua volen.¶ dę ora. c.13.nu.28.

Satisfacit autem, qui animo deliberato vadit ad eccleſiam, vt ſatisfaciat obligationi. ¶ Ibi.nu.17. & cap. 21.num.6.

C

Et ſi non audiat die Dominico concurrente alio feſto de præcepto dupliciter peccat, quare tenetur dicere talẽ circunſtantiam,quando confitetur, videlicet non audiuiſſe tali die,quo duobus diuerſis pręceptis ad id tenebatur. ¶ man.c.11.nu.4.

Miſſam cõcubinarij audire, non eſt peccatum,niſi ſis cauſa,vt ille celebret quia mortaliter peccat, qui peccandi cauſam dat: melius tamen eſt audire à bono,quàm à malo, quia licet quo ad effectum Sacramenti,& operis operati idem ſit fructus.cap.intra.1.q.1.quo ad preces tamen, & opus operans efficacior

catior eſt. ¶man.cap.25.num.79. De ora.c.19.nu.59.c.20.num.67. Si tamen legem non ignoras prohibentem hoc, & audis peccas mor.c.prater, & c.nullus.32.d.& c.ſi qui ſunt, cum multis alijs.81.diſt. Thom.quol.2.ar.8. cũ multis alijs. Turrecrem. in multis locis, & præſertim ſuper c.vbi ſupra. & Conc. Trid. canones antiquos ſuper hoc approbat adijciendo pœnas grauiores.c. 14.de refor. ſeſſ.25. ¶manual.cap.25. nu.80.conſ.1.de verb.ſign.& conſ.61. de ſent.excom.

Miſſam audiens ex præcepto ſi preces priuatas, vel publicas, ita recitat, vt attentioni neceſſariæ repugnet peccat, ſiue preces ſint debitæ, ſiue volũtariæ, quicquid dicat Ang. §.42. & Gabriel. Caie. Maior. & alij. Si autem in vtrumque animum tantum intendit, quantum neceſſe eſt, non pecc. & ſatisfacit. Si autẽ faciat hoc, ait Caie. ſine cauſa iſta peccat venialiter, 2.tom.tit.de valore orat. quod poteſt eſſe verum, ſi id faciat, vt poſtea ocietur. ¶man.c.21.nu. 7. De orat.c.19.nu.178.

Miſſa ab audienda robuſtum, non excuſat trium milliarium diſtantia, imo neq; ſenes in ſolemniaribus feſtis. Quæ autem diſtantia excuſet cum non ſit determinatum in iure, arbitrio boni viri eſt decernenda. ¶ conſi.2. de fer. Inducta conſuetudo poteſt excuſare, quia audire eſt de iure poſitiuo. ¶Conſ.2.de celebr.miſſa. Audire ſecũdum morem Græcorum tenetur quis in eorum terris, quando non poteſt audire more Italico, modo ritus ille non ſit contrarius catholicos. ¶Ibi.

## *Molendinum*.

A Molendinis fluminum, vel ventorum in die feſto molere licet, quia ſine magna occupatione molunt, & maxime ſi adſit conſuetudo ab Epiſcopo ſcita, & tolerata. ¶manu.ca. 13.num.9.

Molendini reditus, ſi caſu fortuito creſcat, vel minuatur, debet etiam pro rata augeri, vel minui penſio. Idem de alia re. ¶manu.c.17.nu.191.

## *Mollities verſ. Pollutio.*

## *Monacha. verbo Monialis.*

## *Monachus.*

B Monachus à ſolitudine nomen accepit, ideo latinè interpretatur ſingularis, id eſt ſeparatus à conuerſatione ſæcularium. 16.q.1.c.1.iuncta gl. Et nomine monaci venit omnis Religioſus id eſt propriè, & ſtrictè in omni materia. Silueſt. verb. religio 7. in princ.

Monacus debet eſſe ſolitarius, & mœſtus ſecundum ſuis nominis Ethymologia mœſtus in deplorandis ſuis peccatis, & alienis. ſolitarius in fruendo ſeorſum conuerſatione eius ſolius, per cuius amore diſſociatus moratur, ac etiam ſegregatus ab alijs Chriſtianis, vt etiam declarat, ac ſenſit Eccleſia cum ſuis Doctoribus. cap.1. 4. & 5. &

C aptius cap. placuit el 2.16.q.1. ¶Com. cap.inter verba.concl.6.nu.415.

Monachus æquatur ſeruo, quo ad dominium veſtimentorum quotidianorum, quia illa proprio nomine poſſideri non poſſunt cum ipſi ab alio poſſideantur. l.quod ſeruus. ff. de acquir. poſſ. & Inno. c.cum olim.de priuil. & l.id veſtimentum. ff.de pecul. ¶De red. eccl.q.1.mon.10.nu.1.

Monachus quatenus talis non eſt clericus ſecundum Thom. 2.2.q.189. art.8. Et probatur per cap.alia, & cap. ſi cu-

ſi cupis.16.q.1. Et conſequenter appellatione monaci non venit Canonicus plus quàm alius clericus. ¶Com.3.de Reg.nu.40.

Monachus ſine ordine,& monaſterio inueniri poteſt, vt qui eiectus eſt per iuſtam definitiuam ſententiam. Et qui tranſlatus eſt in Epiſcopum,aut in eccleſiam ſæcularem. cap. ſi quis iam tranſlatus.21.quæſt.2.& c.ne per Dei. 16.q.1.glo.ſing.in clem. 1. de ſtatu monach. Tenetur tamen iſte ſeruare ſubſtantialia vota, non autem cōſtitutiones, & alia. ¶ Commen.3. de Regul. numero 46.

Monachus præcedit Parochum.

Primò, quo ad ſtatum, quia eſt Regularis.

Secundò, quo ad officium ob contemplationem. Thom.2.2.quæſt.188. artic.2. ¶conſi.5. de cleric. non reſid. numero.7.

Monachus fit ciuis per monachationem,ſicut per filiationem, dum tranſit in poteſtatem capituli;& Abbatis,qui ſunt ciues. Bart.l.prima.ff.ad municipalem.num.14. ¶Conſ.7.de teſtamen. numero 2.

Monachus nemo poteſt eſſe, niſi emittat profeſſionem validam.cap.2.de Regul.lib.6. quia monachum nō facit habitus,ſed profeſſio.c. porrectum. de Regul.gloſſ.in cap.vidua.eod.titu.&c. ¶conſ.17.de regul.nu.1.

Monachus ad prælatum ſe habet, vt ſeruus ad Dominum.Innocent.recept. in cap.cum olim.de priuileg.Feder. in conſ.259.Bar.l. 1. ff.de ſtipulatio.ſeru. Panormitan.conſ.88.conſil.20. de regul.num.8.

Quare ſuo prelato,ſecundum regulam aliquid præcipienti parere debet. 2.2.quæſt.104.artic.5.¶Conſ.1. vt lite pend.num.7.

Monachus creari debet a prælato,& A conuentu.glo.cap.fin.de regu.lib.6. Et eſt verum de conſuetudine, & de iure ad ſolum Abbatem hoc ſpectat,vt colligitur ex illo cap. ¶ Conſ.76. de Regu.num.2.

Monachus profeſſus ad chorum tenetur ad horas, etiam non ordinatus, & beneficio carens,vel ex eo,quòd illi debetur debita ſubſtentatio ex obſequio Religionis,vt ait Palud.4.diſtin. 15.quæſt.5. Vel quia ordinantur Religiones,& approbantur ab Eccleſia ad vitam contemplatiuam, non ſolum vt pro ſe,ſed etiam vt pro alijs orent, ſecūdum orationes ordinarias miniſtro- B rum eccleſiæ ſecundum Archiepi. 3.p. titu.14.c.4.§.1. Quod niſi monaci faciant peccant mor. ſecundam Gandau. quolib.29.quæſt.30. Etiamſi extra monaſterium degant.Silueſ.verſi.hora.q. 12.Sot.lib.10.de iuſt.& iur.q.5.art.3. ¶de ora.c.4.nu.7.& nu.21.

Monachus profeſſus ad officium, etiam ordine ſacro non inſignitus, non poteſt ad ordinem laicorum à ſuo prælato transferri, quia nō legitur factam fuiſſe illis licentiam a Summ. Pontif. dare licentiā tranſeundi ad laxiorem, quod eſt prohibitum.glo.cap.cum ſingula.§.fi. verb. Canonici de præbend. lib.6.Tho.2.2.q.fin.quod tamen conſe quereretur ſi poſſent,talem ad talem or- C dinem transferre.

Sequeretur etiam,quod ad triremes ob demerita dāmnatus abſolueretur à munere recitandi horas, quod falſum eſt, quia propria culpa nemini debet patrocinari, aut libertatem conferre, cap.primo.de poſtulat.prælato. contra Sot.vbi ſupra.¶ De orat. ca. 21.nu.20.

Monachus ad plura obligatur per ſtatuta,quàm iure communi cauentur. ¶ Conſi.76.de Regul.nu.26.

Monachus monaſterij deſtructi, nō eſt liberatus, niſi quando a fidelibus

recuperatur,quod ſentit Bart.¶ Com. 3.de Regul.num.46. A

Monachus factus Epiſcopus, non poteſt teſtari de bonis acquiſitis poſt Epiſcopatus conſecutionem.cap. ſtatutum.16.quæſt.1.Eſt incapax bonorum temporalium, non tamen adminiſtrationis eorum. Neque bonorum ſpiritualium, ideo poteſt petere gradum doctoratus, qui eſt gradus ob ſpiritualia debitus. ſecundum Thom. opuſ. 19. contra impugn.relig.ca.ſecundo.¶ De redim. eccl.quæſt.1.mon. 9.num.3.

Monacho vetatur vſus carnium.ca. carnem.de conſec.diſt.quinta.camiſas lineas.c.cum ad monaſterium,de ſtatu monac.¶ Com.3. de Regul. nu. 42. B

Monachus habens arma intra clauſtra monaſterij eſt excommunicatus.ſi ſine facultate Abbatis illa habeat.clement.ne in agro.§.quia verò Intelligitur de lapidibus,aut lignis glo.3.eiuſdem,quicquid dicat Panormit.Et non includit Canonicos regulares. ¶Man. cap. 27. nume. 139. Ignorantia iuris, negligentia obliuio excuſant Caietan. Et qui illa habet ad reſiſtendum Abbati,non includitur, quem probabiliter ſinum ſe inuaſurum. Ibid.

Monachus præſertim Benedictinus,tenetur confiteri, & communicare ſemel in menſe.¶ Manu.c.2.nu.9.c. 21.nu.59.de pœn.d.6.cap.placuit.nu. 110. & 122. C

Monachus, qui nullum ordinem habet,faciens officia tempore interdicti, interdicta clericis peccat mor.Et licet non incurrat Irregul.fit tamen religibilis actiue,& paſſiue.iux.Cald.¶ ma. nu.c.27.nu.187.

Monachus vtens cirurgia etiam ob pietatem fit irregularis ſi infirmus deformatur etiam ſine ſua culpa, quia exercuit officium ſibi prohibitum & conſequenter peccauit.¶ man.cap.27. nume.222. Vide ver. Religioſus.

Monachus depoſitos definitiue monachatu licet contineat via ſubſtantialia vota,& poſſit cogi ad ſeruandum illa,non videtur tamen poſſe cogi vt redeat ad monaſterium.¶Com.2.de Regul.num.36.

Vadens ad curiam Regiam ſi lucratur in ea multa,& vadit ad aliud monaſterium etiam legitime lucrifacta ante ingreſſum cedent Monaſterio priori Card.in clem.1.§. Quia vero de ſtatu Monach.¶Ibi. nu.38.

## *Monarcha. Verbo Rex & verbo Dominus.*

## *Monarchia.*

MOnarchia, iuxta omniũ Philoſophorum ſententiam,quę eſt vnius regimen, optima eſt regnandi forma.¶ Relect.c.nouit.de Iudic.Not. 3.num. 168.& de regul. Com.8.nu.15.

Monarchiæ celeberrimæ,iuxt. Auguſ.lib.18. de Ciui. Dei ca. 2. fuerunt quatuor. Prima Aſſiriorum, & Caldæorum. Secunda Medorum, atque Perſarum. Tertia Græcorum. Quarta Romanorum, & omnes per violentiã ſumpſerunt exordium.¶ Vbi ſup.

## *Monaſterium.*

MOnaſterium eſt domus,ſeu ædificium monachis dicatum, & ſeptum, aut neceſſarium ſepiendum, iuxta quod fit, aliqua eccleſia, vel capella ad facienda, ſeu ſuſcipienda ſacra incluſis neceſſaria. ¶ Com. 4. de reg.nu.44.

Monaſterio Ianitor, eſt neceſſarius per ſtatutum Conc. Aquiſgran. relatũ à Trulloli.2.ca.1.¶ Ibi.nu.37.

Monaſterio acquiritur ius adminiſtrandi peculiare, & ſubalternum,vel

vſum

-ſum fuorum miniſtrorum ſecundum Canones exercendum, ſupremum autem Papæ. ¶ Com. 2. de regul. num. 5.

Monaſterium ſuccedit in bonis Profeſſi mortui ſine teſtamento, etiam ſi haberet liberos dépta eorum legitima modo non ſit de mendicantib. Franciſcanorum, quia nihil capit. ca. exiſt. §. porrò. de verb. ſign. l. 6. Sed poſt Conc. Trid. ſeſſ. 25. non valet hoc niſi in illis de obſeruantia. ¶ Com. 2. de reg. nu. 50.

Monaſterij non fiunt, quæ morientis erant ante profeſſionem, quia morientes dicuntur abeuntes, abiens autem quocúque modo debet rehabere, quæ dedit ante profeſſionem, quia ante illam non erant facta monaſterij. ¶ Conſi. 1. de ſtatu mon. & Com. 2. de regu. nu. 4.

Monaſteria omnia de iure cõmuni ſubijciútur Epiſcopis. c. Abbates. 18. q. 2. niſi ſint exempta. ¶ Conſi. 6. de reg. nu. 4.

Tenentur pro debitis per prælatũ, & conuentum contractis. cap. quod quibuſdam. de fideiuſſ. ¶ Conſi. 14. de regu. 8. Non autem tenentur ſoluere debitum à religioſo, ſine eius mãdato contractum. ¶ Ibidem num. quarto.

Monaſterium præter Abbatias, alia beneficia habere poteſt. cap. cum ſingula. & cap. cùm beneſ. de præbend. lib. 6. Et clem. prima. de ſuppl. negl. præ lato. ad quæ omnis monachus profeſſus etiam illegitimus videtur habilis. ¶ Conſi. 3. de præl. presb. nu. 3.

Monaſterij gubernãdi poteſtas tam quo ad temporalia, quam quo ad ſpiritualia ad ſolum Abbatem pertinet ca. Nullam. 18. q. 2. tam Monachorũ, quã canonicorum Regularium per cap. 2. Regulæ. D. Augu. Et ca. 1 o. & c. Quando 86. diſtin. Quod & de Abbatiſſis, Prioribus, præpoſitis &c. quæ Monia-

A lium conuentibus præferuntur dicendum eſt, ſecundum Cardin. in conſ. 17. per cap. Dilecta iuncta glo. De Maiori. & obed. ¶ Com. 3. de Reg. nu. 5.

Habere non poteſt duo capita quia eſſet monſtrum contra cap. Quoniam in pleriſque De off. ordin. ¶ Com. 4. de Regul. nu. 25.

Monaſterio non acquirunt, qui dolo Epiſcopi, vel Abbatis factus eſt Regularis, vel Monachus ad hoc vt illi bona quæreret ſed acquirit cognatis venientibus ab inteſtato iux. text. in cap. Conſtituit 20. qu. 3. Neque requiritur vt totus conuentus, vel maior pars ex-

B hibeat dolum, vt putauit Panorm. in d. Dudum de conuerſ. coniug. quia quando agitur de iure quærẽdo poteſt ſolus prælatus præiudicare iuxta glo. recept. c. ſi Epiſcopum 16. qõ. 6. Et tradit ipſe Panor. in cap. 1. de Dol. & contu. Profeſſio tamen ſic facta ab eo valet cap. conſtituit 20. q. 3. quia iuxta glo. dolus dans cauſam contractui non annullat illum. metus autem ſic per cap. 1. de his quæ vi. In temporalibus autem contra ſe habet vt dicitur verſ. Metus. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 31.

Monaſterium tenetur ex contractu Monachi quatenus factum eſt locuple-

C tius, vel inde quæſitum, verſum fuerit inutilitatem eius Card. clem. 1. §. vero q. 6. de ſtatu monach. ¶ Ibi nu. 32.

## *Monere, Vide Verbo Monitio.*

## *Moneta.*

Moneta Domini, ſine eius licentia uti campſario non licet. ¶ Conſ. 8. de emp. & uend. nu. 3.

Moneta transferri poteſt, vbi plus ualet, ſed non uendi pluris, quàm ualet. ¶ Conſil. 28. de Vſur. & manuali

cap.19.num.283. cap.23. num.77.

Monetæ precium illud eſt, quod Principe conſtituitur.argum.c. quanto. de iureiur. vbi id notat Panorm. nu.6. Illius augumentum, uel diminutio parum durans, ſed attenditur. l. precium. ſub finem. ff. ad l. Falcidiam. ¶ Conſil.3. de ſolut.nu.3. & conſi.12. de Vſur.nu.5.

Monetam falſificans. Vide verbo Falſarius.

## Monialis.

Monialis corrupta, etiam occultè, nullatenus poteſt cōſecrari benedictione virginum. cap. Acutius. 26. diſtinct. c. Deuotis. & c. Iuuenculas. 70. quæſt. 1. Etiam ad euitandum ſcandalum. Thom. recept. 4. diſtinct. 38. quęſt. prima. ar. 4. Quare ſi occulte corrupta eſt, poteſt ſimulatè conſecrari, mutatis verbis virginitatem ſonantibus in uerba caſtitatem ſignificantia ad euitandum ſcandalum, vel infamiā. Thom. Ibidem. Sed hoc non uſitatur, quia apud intelligentes eſſet eam infamare. Tutius igitur erit uti uerbis virginitatem ſignificantibus, ſed intelligendo intra mentem caſtitatem. Si autem eſt corrupta aperte, Epiſcopus debet uti benedictione viduarum, & licet non ſit vidua, quaſi vidua, atramen conſecratur. ¶ Conſi. ſecundo. de regu.

Hæc corrupta ſi congregationis ſuæ uellum accipit peccat, niſi diſpenſet Epiſcopus, aut cum aliqua iuſta caute la accipiat. Siluestr. verbo Cōſecutio. Vt declarat D. Thom. 2. 2. quæſt. 154. ar. 1. ad 4. ¶ manual. cap. 16. num. 3.

Monialis eſt ſponſa Chriſti, ideo nubendo bigamiam quandam contrahit. c. quicunque. 27. q. 1. ¶ Conſi. 61. de regu.

Monialis per profeſſionem renunciat voluntati ſuæ. cap. quorundam. & 

A ca. religioſus. lib. ſexto. Et ideo illi indicitur clauſura. ¶ Conſ. 81. de reg. nu.6. Quæ clauſura iure tantum humano introducta eſt, quia illa non ſeruabatur tēpore apoſtolorū, iuxt. Caietan. 2. 2. q. 88. Et ſecūdum iura communia, uſque ad Bonifac. 8. Moniales nō tenebantur ad alia, quam quæ ſuis regulis erant præcepta. Bonifac. autem ipſe plurimum auxit clauſurā. ca. 1. de ſtatu monac. li. 6. cuius conſtitutionē nuper innouauit Conc. Trident. ſeſſ. 25. & Pius V. in extrauag. circa paſtoralia. Com. 4. de regul. num. 39.

B Monialis omnis tacite, vel expreſſe profeſſa ad clauſuram tenetur, ſiue ſit de numero chori, ſiue de numero laicarum, etiamſi in illo monaſterio, in quo eſt profeſſa, nunquam fuerit ſeruata, uel & ſi fuiſſet violata quia talis fuit mens Conc. quæ attendenda eſt. cap. Marchion. 1. q. 1. quam; & declarauit Pius V. ¶ Ibi. nu. 44.

Monialis eximitur a clauſura, quando extra monaſterium profeſſa eſt. Et ſi quæ ſunt communiter viuentes ſine profeſſione non debent amplius aliquam recipere, vt finiatur illorum ordo. Ibi.

C Moniales plures in monaſterio admitti non debent, quàm ex eorum redditibus abſque penuria earum ſuſtentari poſſint. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. ſiue illæ ſint dotatæ, ſiue indotatæ. Quod ſi plures ſint non admittatur alia, donec, uel decreſcat numerus, vel augeantur prouentus. ¶ Manua. de redimend. eccleſ. quęſt. 1. mon. 62. nu. 1. Poſſunt tamen præfectæ monaſterij, alias ad Religionem anhellantes, & aptas ſine culpa admittere ſi ſint ſufficienter dotatæ, etiamſi expletus ſit numerus earum, quæ ali poſſunt ex redditibus monaſterij, melius tamen eſt non recipere ob periculum ſimoniæ pro-

propter extrauagan. Vrbani quinti. ¶ Ibid.num.42.

Monialium neceſſitatibus prouideatur, ſine exitu monaſterij, quare conuerſæ, quæ olim mittebantur ad quærendas eleemoſinas, non debent amplius mitti ob extraua. Pij V. & Greg. 13. ¶ Ib.nu.54.

†Sed ut apparet, non eſt uſu recepta in his partibus, quo ad hoc.

Monialis nulla etiam prælata, niſi tribus de cauſis extra monaſterium exire poteſt, videlicet incendij, infirmitatis puta lepræ, epidimiæ. Et poteſt de licentia extendi ad cauſas ſimiles, & ad quodlibet morbum, de quo medici periti, ac pij iudicarent aliquam morituram, quia defenſio naturalis minime eſt tollenda. clemen. paſtoralis. §. cęterum. de re iud. Et ideo Greg. 13. per breue dedit facultatem ſancti- monialibus cuiuſdam Illuſtriſſimi monaſterij, ut exirent. ¶ Ibid.num.49. Ob cauſam infirmitatis etiam Bonifac. 8. Id dicit, ſed ob nullam aliam. Ideo Pius V. & Greg. licentiam relaxarunt etiam ad alias cauſas. ¶ Ibi.nu.49.

Moniales exeũtes monaſterium, excõmunicantur excommunicatione Papali, & qui faciũt illis licentiã exeũdi abſque illis cauſis, comitantes, recipiẽtes, etiamſi ſint conſanguinei eandem incurrunt, niſi adſit caſus extremæ neceſſitatis. ¶ Ibidem numer. 51. manua. cap. vigeſimoſeptimo. nume. 150.

Monialium facultates exeundi oẽs ampliſſime reuocantur, etiamſi conceſſæ ſint ad inſtantiam Imper. Regum, Reginarum, quare nulla hodie extra monaſterium manere poteſt. ¶ Ibid. num. 53.

Monialium monaſterium nullus uir, uel fœmina rationis uſu pollens ingredi debet cap. periculoſo. & ex Conc. Triden. & ex extrauagan. Pij V.

A Permittitur autẽ tribus concurrentib. primò, quod ſit perſona honeſta. Secũdò, quod eã ſit rationabilis. Tertiò, quod adſit licentia Superioris ſcriptis obtenta. ¶ Com. 4. de regu. nu. 19. cõſi. 6. de ſta. monac.

Monialis poteſt transferri de uno ad aliud monaſterium cum licentia Epiſcopi, ſeu alterius Superioris, dum cauſa eſt licita. ¶ Conſi. 48. de regu.

Moniales non incurrunt ſimoniam ex receptione ob ingreſſum monaſterij, niſi quando interuenit pactum, aut quando recipiunt ineptas. iux. mentẽ Innoc. 7. Sed Archiep. 3. p. tit. 24. c. 70.

B & Silu. verbo excomm. caſu 44. aiunt, quod Martinus 5. declarauit eas non incurrere vllo modo, & Clement. 7. dixit nolle ut ille ſimoniam incurrere ob pacta in dotib. monialiũ. ¶ man. c. 27. nu. 26. de red. eccl. q. 1. mon. 62. nu. 2.

Moniales cũ ſint in ſtatu perfectionis à dandis, & recipiendis uanitatum occaſionibus multum cauere debent, licet non ſint niſi veniales, quare non debent vendere fucos &c. ¶ manu. ca. 14. nu. 43.

Moniales, an poſſint habere famulos laicos pro ſeruitijs neceſſarijs &c.

C diſputat Auctor ad utranque partem, & reformantibus conſulit, ut ſi id concedant, non faciant illis facultatem exeundi pluſquam ipſis monialib. &c. ¶ Com. 4. de reg. nu. 66.

Monialis cuiuſquẽ ordinis, quę non communicat ſemel in menſe peccat Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 10. De Reg. ¶ manual. cap. 21. num. 59.

† Sed hoc non videtur verum 92. Conc. non mandat id conſtit. Epiſcoporum præcipi, ſed tantum hortari.

# Monitio.

MOnitio, & citatio ex interuallo data perinde, ac ſi ſimul datæ fuiſſent operatur, quia paria ſunt duo fieri eadem die, vel duabus interpollatis per viã adiectionis, & acceſſionis. argum. ca. acceſſorium. de reg. iu. lib. 6. ¶ Conſi. 17. de ſent. excom. nu. 2.

Monitio extraiudicialis non debet eſſe neceſſario trina, & etiam illa, quæ fit in iudicio alteri, quàm partibus litigantib. gl. celebr. in cle. 1. §. 1. de pœn. & Panor. & Dec. in c. cum cauſa. de off. dele.

Monitio non plus complicibus in ſimonia, quàm alijs peccatis debita eſt: nulla enim adeſt ratio iure naturales uel diuino fundata, neque vllus canon. ¶ Conſi. 2. de ſimonia. num. 3.

Monitionem facere, nemo tenetur illi, qui peccat ob ignorantiam iuris, ſaltem humani, quæ ipſum à peccato excuſat, ſi in tertij præiudicium non vergit, immo aliquando monere malũ eſſet ſecundum Adrian. 4. do confeſſ. quæſt. 4. ¶ Com. in cap. ſi quis autem. de pœ. d. 7. nu. 71. & Manu. c. 22. nu. 83. c. 15. nu. 79.

Monere tenentur de Ieiunio caupones, & Tabernarij, eos, qui diuertunt ad eos, quando volunt cibos vetitos, & non debet illis miniſtrare alioquin peccarent. ¶ man. ca. 21. num. 26.

Monitionem, qui accipit ſub excommunicationis pœna, vt denũciet quicquid nouerit de hoc, &c. Et metu tacens debet puniri, facta prius admonitione fraterna. ¶ Man. c. 17. nu. 34.

Monitionem, qui accipit, ut reuelet ad plus tenetur, quàm monitus ad denunciandum, quia ad denunciandum non tenetur niſi poſſit probare, vt dictum eſt Verb. Denunciatio Ad reuelandum autem tenetur iuxta ca. ad noA ſtram. el ſecundo. de iur. iu. cũ adnotat. à Pan. & alijs. ¶ manu. c. 17. nu. 135.

† Intellige de reuelatione delicti, quæ fit Superiori non ut iudici, qui habeat procedere, ſed vt patri, qui debet prouidere non aliter, vt dicit Angelus Verbo Denunciatio. §. final. Alio quia Author eſſet ſibi contrarius hoc eodem loco.

# Monitorium.

MOnitorium ſub varijs formis dari, & varia cõtinere poteſt. B Poteſt enim dari ad denunciandum, ad teſtificandum, reſtituendum, &c.

Et ſi datur ad denunciandum intelligitur de manifeſtis, & famoſis. Colligitur ex cap. inquiſitioni, & ca. qualiter, & quando. el ſecundo. de accuſ. & l. Diuus 2. ff. de cuſtodia reorũ. ¶ Conſ. 6. de accuſ. & Com. c. inter verba. cõcl. 6. nu. 331.

Dari poteſt ſeruata Canonum forma. gl. ſolemn. cap. ex parte. de verbor. ſignific. & tex. ca. qui cum. & ibi annotat. per Panor. de exceſſ. prælato. & dũ dum eſt magna cum cauſa, & præſertim ad reuelandum, videlicet ne includat ſecreta, & quæ non poſſunt probari, C ante perſonas, quæ ad id non tenentur. ¶ Conſi. 6. de accuſ.

Monitoria de aliquid edendo, non ligant partem aduerſam, neque eius patronos, & non comprehendunt, niſi eos, qui iniuſte detinent bona, vel iura impetrantis, ea, & ſcientes, quod illa iniuſte detinentur. ¶ Cõſi. 5. de cenſib. num. 3.

Monitorium pro denunciandis furtis, & alijs delictis, dari iure poteſt. verb. excommunicatum.

# Mons Pietatis.

MOns Pietatis, approbatur per Leonem X. in Concil. Latera. ſeſſ.

ſeſſ. 10. Quare licitus eſt, quod etiam ſenſerunt Sixtus 4. Innocent. 8. Iul. 2. quia nihil capit à pauperib. propter mutuum, ſed ob cuſtodiam. Et ideo, & ſi poſſet melius inſtitui, nō propterea tamen deſinit eſſe licitus. ¶ Com. de vſur. num. 59. manu. cap. 17. num. 113. conſi. 17. de uſur. nu. 6. cōtra Caietan. opuſ. 2. tom. 2. & Sot. lib. 6. de iuſt. & iure. quæſtio. 1. artic. 6. & Com. de Cambijs. num. 17.

## *Mora.*

C Mora duplex eſt, quædam regularis, quædā irregularis, quæ re ipſa ſine vlla interpellatione committitur, notat hoc Bald. communiter recept. in l. curabit. C. de comp. & act. Regularis vero ex interpellatione lapſus diei ſolutioni præfixæ oritur. leg. mora. ff. de vſuris. cū annotat. ibi per gloſſ. & in cap. mora. de regul. iur. lib. ſexto. ¶ Conſil. quinto. de vſur. num. 6.

## *Mors.*

† Mors priuatio uitæ eſt. Et ideo eſt triplex, corporalis. ſpiritualis, id eſt priuatio gratiæ æternalis, priuatio gloriæ. Viguer. de peccato origin. lib. Inſt. Theolog.

Mors fortis eſt, quia omnia ſoluit. Auth. de nup. §. deinceps. ¶ Com. cap. valida. de pœnit. diſt. 2.

Mortis cogitatio utiliſſima eſt. Eccleſ. 6. Memorare nouiſſima tua. & Matth. 14. Vigilate, &c. Hieron. ad Marcellam Auguſt. 2. de Doctr. Chriſtiana. Senec. ad Lucil. epiſt. 25. & ep. 43. ¶ Com. c. idcirco. de pœn. diſtinct. 7. num. 4.

Mortis pœna cum in veteri, ſiue noua lege imponitur tranſgreſſori, ibi adeſt obligatio ad mortale. ¶ Com. ca. fraternitatem. de lege pœnali. nu. 18.

Mortis articulus. verbo Articulus.

A Quis ſit abſoluendus, verb. Abſolutio.

Mortem alienam, qui deſiderat deliberate, vel de illa delectatur, ob aliquā etiam vtilitatē, peccat mort. Bonauen. 2. diſtin. 24. Caie. in verbo Delectatio. Non autem ſi delectetur de bono ſibi obueniente ob illam mortem. Neque ſi illam deſiderat ob bonū finem, puta ad hoc ne talis tot facinora perpetret. Alexan. tract. de maled. & Tho. 2. 2. q. 36. ar. 2. Sotus li. 5. de iuſt. & iu. q. 12. ar. 2. Et qui eam ſibi optat animo deliberato ob impatientiam, Ira &c, cap. ſi non licet. 23. quæſt. 5. Auguſt. lib. 1. de

B Ciu. Dei. Tho. 2. 2. q. 64. Quia uitæ ſuæ nemo eſt Dominus. Vt dicemus in verbo Vita. ¶ manu. cap. 15. nu. 10.

Mortem oppetere pro honore, non eſt iuſta fortitudo, ſed falſa etiam ſecundum Ariſtot. 3. Ethic. Grego. c. omnes. diſt. 47. Tho. 2. 2. qu. 128. arti. 1. ad ſecundum.

Bene tamen eſt vera, quando oppetitur pro eo, cui honor debetur, id eſt pro virtute. ¶ Com. c. inter verba, conclu. 4. nu. 25.

Mortem ferre potius debet quis, quàm conſentire ſtupro, vel adulterio,

C aut cuiquam peccato mortali, & hoc videtur velle Pau. Iureconſultus. l. iſti quidem. ff. quod metu cauſ. ¶ Vbi ſupr. num. 22. Et hanc mortem qui fert cum ſit id glorioſum præmium maximum conſequitur. ¶ Com. c. ita quorundam, de Iudæ. not. 11. nu. 17.

Mortem, qui obijt detrimentū ſentire poteſt ob id, quia eleemoſinas, quas mandauit non ſoluantur, quia orationes retardantur, & ſacrificia, quæ fierent pro anima eius, ex quibus plurimum iuuaretur. Thom. quol. 16. artic. 13. ¶ conſ. 26. de pœnitent. & remiſſ. nume. 7.

Mortem, qui obijt nec conſentire,

nec

nec diſſentire poteſt. c. gratioſe. de reſcr. lib. 6. ¶man. c. 22. nu. 64.

Mortem, qui obijt proprie, quo ad Deum, neque abſolui, neque excommunicari poteſt, quia non eſt homo mortalis, licet poſſit declarari, deceſſiſſe excommunicatum, quod voluit glo. ca. ſi quis. de hæredi. per illa verba. Dicatur mortuo anathema. Et declarauit id Caſtrenſ. lib. 2. de iuſta hære. pun. cap. 19. ¶man. c. 27. nu. 271.

Mortem iuſtè infert iudex, publica auctoritate iuridice iudicans. cap. ille. 23. q. 4. Exod. 22. maleficos non patieris viuere. Et qui in bello iuſto militet. c. noli. 23. q. 1. Qui ſe defendēdo aliud facere non poteſt. Caieta. 2. 2. q. 64. ar. 7. Anton. 3. par. tit. 4. cap. 3. Qui etiam ob defenſionem iuſtam proximi id facit. glo. penul. clem. 1. de homic. in ſumma. 15. q. 8. Inno. Panor. & communis. Et qui ob odium priuatum id facit, in omnibus iſtis caſibus peccat mortaliter. c. cum miniſter. 33. q. 3. ¶manu. ca. 15. num. 2.

Mortem, qui obijt ſine confeſſione annua, vel ſi fuit notorius peccator, & ſigna contritionis non oſtendit, nō eſt ſepeliendus in loco ſacro. cap. quibus. 13. q. 2. Et c. omnis. de pœniten. & remiſſion. ¶manu. c. 26. nu. 33. de pœn. diſt. 7. c. ſi quis. nu. 3.

Mortem ad iniuſtam, qui pergit, vel aliū ducit, vel illam qui infert, qui iniuſte damnatum, qui non liberat, peccat mortal. cap. omnis. diſt. 45. & cap. 2. de re iudicata, præſertim ſi poteſt ſuo teſtimonio, vel alio modo. 2. 2. q. 70. art. 2. Gabriel. 4. diſtin. 25. quæſt. 6. art. 2. ¶manual. cap. 14. nu. 10. cap. 15. num. 16. cap. 24. num. 17. & de pœnit. diſtinct. 5. in princ. 3. par. nu. 14. Et d. 6. c. 1. §. pen. nu. 14.

Morte non punitur puer, qui gladio iratus occidit alium, ſecundum Alciatum lib. 1. diſput. cap. 27. quia facta puerorum non ſunt pœna ordinaria punienda. leg. auxilium. ff. de minorib. §. in delictis, & gloſ. cap. 1. de delict. puer. ¶ Com. cap. aut facta. de pœn. diſtin. 1.

A

Mortem oppetere poteſt quis tripliciter ſcilicet mente, actu, & conſuetudine, & hi ſignificantur per tres mortuos, quos ſuſcitauit Dominus. ¶ manual. prælud. nono. num. 3. & Com. c. ſicut tribus. de pęniten. diſt. 1.

Mortuo non tenemur exhibere, quo vitæ reſtituatur, etiamſi præſtare id poſſemus. Et valet id tam de corporali, quàm de ſpirituali morte. ¶Com. in princ. de pęniten. diſt. 5. num. 15.

B

Mortuos exempterantes ſunt excōmunicati. per extrauagan. 2. de ſepultur. Intelligitur de his, qui extempterant in terris fidelium, vt alio deferant ad ſepeliendum, non autem, qui ob alium finem, &c. ¶man. c. 27. nu. 105.

Mori, & ſi quis poſſit quolibet momento, non propterea dicitur in articulo mortis verſari; quia probabiliter exiſtimare poſſumus non inſtare mortem. ¶ Com. in princi. de pęn. diſt. 5. numero 15.

Moriuntur multi iuuenes boni, ne fiant mali. Sap. 4. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius. cap. ſi ex bono. de pœniten. diſt. 4. ¶De oratio. cap. 15. num. 26.

C

Mortua opera. Verbo Opus.

Mortuus etſi peccare nequeat, potuit tamen peccaſſe ideo in illum omnis detractio locum habet verſ. Detractio. Mortuus damnatus nulla charitate dignus eſt plusquam Dæmon. 2. 2. q. 25. ar. 1. ¶Com. cap. inter verba concl. 6. nu. 467.

Mortuus in ſtatu peccati mortalis non poteſt per vllam pœnitentiam poſtea factam iuſtificari, nec ſaluari quod de-

definitur clarius in ca. Qualis 25. diſt. pro quo ſcribit Eccle.2. Vnde ceciderit lignum illuc ſtabit. ¶com.c.multiplex.de pœn.diſt.2.nu.4.

## Motus Senſualitatis. Verbo Senſualitas.

## Mulier.

MVlier fingens ſe prægnantem, & ſibi partum ſupponens, & quæ filium ſuſcipit ex Adulterio peccat ſed abſolui poteſt, non reuelando ſi timet de morte ſibi inferẽda, vel maritum mortali odio peccaturum, ut reſpondet Innoc.in cap.officij.de pœniten.& remiſſ.& Panorm. per illũ text. Et ſufficit timor perdendi famã ſecundum Caieta.tomo 1.opuſcu.32. reſpõ. 14.Sotus 4.diſtinctio.15.quæſt.2. Anton.2.p.titu.1.cap.18.§.8. Fallit hoc, quando erat infamata de adulterio, & credit probabiliter abſque mortis periculo,quod tam à patre, quàm à filio fides adhibeatur,ut dicit ibi Innocen. & omnes. tenetur tamen in primo caſu ad reſtitutionem eo modo, quo poteſt,vel directè, vel indirectè augendo ſaltem mariti bona laborando, vel parce expendendo, vel relinquendo, aut donando ex ſuis bonis filijs legitimis, quæ in animæ ſuæ, vel extraneorum gratiam relinquere poteſt. Aurhẽn.vnde ſi parens. C.de inofficio.teſtamen. Quod ſi nihil ex his poteſt, ſufficit, vt conteratur,& ſalua erit.

Teſtari etiam poteſt hæc mulier appellando filium,quem ex adulterio ſuſcepit legitimum, abſque intentione, uel intelligendo legitimum, ſecũdum communem extimationem.¶man.cap. 16.num.45.

Mulier meſtrua patiens, non excuſatur ab audienda miſſa, niſi adſit debilitas alia in id ſufficiens. argumen. cap.ad eius.diſtinctio.5.& cap.1.de purifica. poſt partum. ¶manual. cap.21. numero 9.

Mulier violata per vim abſolutam, non tenetur manus uiolentas in uiolatorem inijcere, neque clamore ſe defendere ob timorem infamiæ. Sed ſufficit ad non peccandum,ut non cõſentiat in actum,& ſaltem,ut ſe ſuis proprijs membris defendat reſiſtendo, vt non ſe præparando, ut ſentit Sotus li. 5.de iuſt.& iure.quæſt.1.art.5. contra Caieta.2.2.quęſt.154.art.4.qui cenſet huiuſmodi mulierem debere clamare, eſt tamen verior Soti opin. Quod ſi aliquid cooperatur ſe aptando ad actũ, ueſtem eleuando, &c.peccat non ob reſiſtentiam non factam, ſed ob conſenſum in ipſum actum. ¶man.cap.16.nu. 1.& 12.

Mulier crinibus alienis utens ad ornatum commodum non peccat ſicuti, neque aliena lana, aut lino ad ſe commode ueſtiendã, quia de ſimilib. idem eſt iudicium.cap.dudum.el ſecundo.de electio.& l.illud. ff.ad leg. Aqui. Quãdo tamen fingit illos,vt proprios,peccat venialiter,quia mendacium eſt officioſum in factis.iux. dicta ver.mendacium.¶manu. cap.23.numero 20. & Com.cap.ſi quis autem, de pœniten. diſtin.7.nu.62.

Mulier iure eccleſiaſtico, & humano eſt incapax eccleſiaſticæ poteſtatis ſi ſit Religioſa.c. dilecta.de exceſ.prælat.¶De Iud.Not.3.nu.43.Et ordinum cap.Noua de pęnit.& Remiſſ. ¶ Com. cap.inter ver.concl.6.nu.435.

Mulier,quę pro honeſta habetur potius ſeruitutem,cum bona fama,quam libertatem cum infamia eligere debet. argu.l.iſti quidem.§.fin.ff. quod metu cau.¶man.cap.17 nu.90.

Mulier ſe in feneſtra exhibens conſpicien-

ſpiciendam ſine cauſa, illi de quo cogitat, quod peccabit, ſaltē deſiderio mortali peccat. Anton. 2. p. tit. 7. cap. quanto. facit cap. nihil de præſcrip. ¶man. cap. conſideret. §. animaduertere. de pœn. diſt. 5. nu. 6.

Mulier oſtendens pectus nudū, quo pulchrior videatur non peccat, niſi habeat aliam malam intētionem, quia id ſibi non vetatur aliqua lege obligante ad mortale. ¶man. c. 23. nu. 19.

Mulier dicens ſe eſſe Virginē, cum non ſit, vel non fuiſſe cognitam, niſi à Nobili, & ideo maiora extorſit ab amico, tenetur ad reſtitutionem. ¶man. ca. 17. num. 41.

Mulier cuiuſuis conditionis ſit, etiā ſacrata accipiens aliquid pro turpi lucro, licet peccet, non tenetur ad reſtitutionem. ¶manual. cap. 17. vide verb. meretrix.

Mulier veſtiens ſe veſte virili, iuſta de cauſa, vt puta ne ab inimicis cognoſcatur, & c. nullo modo peccat. Tho. 2. 2. q. 169. ar. 6. ad 3. manu. c. 23. nu. 22.

Mulier, quæ vnius uiri cōtenta erat laurea à Romanis donabatur, ut narrat Valer. li. 2. c. 1. de Areopag. ¶Com. c. inter verba. concl. 5. nu. 4.

Mulier ingrediens monaſteria religioſorum excōmunicatur per extraua. Pij V. ¶man. c. 27. nu. 150.

Mulieres uiuentes in congregatione, & profitentes aliquem modum uiuendi, nō ſunt verè Religioſæ. ¶Com. 4. de reg. nu. 44.

Mulierem honeſtā inducens ad peccandum tenetur ſuadere illi pœnitentiam, licet communis opinio id habeat Scoti 4. diſt in. 15. q. 3. art. 1. Adrian. 4. de Reſtitutio. q. 3 1. & alij alibi contrarium tamen eſt magis probabile, & tenendum primo quia, id eſt peccatum contra legem charitatis, & non iuſtitiæ ſpecialis.

A Secundò, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria. c. ſcienti. de regul. iuris. lib. 6. Et tandem nullus uidetur eſſe Canon, aut lex, quæ id iubeat, ergo nec conſequenter aſſerendum eſſe de præcepto. argum. cap. conſuluiſti. 2. q. 4. Niſi quid aliud præter peccādi perſuaſionem interuenit, aut ad id vi, dolo, aut fraude induxit. Cum ergo illa ſciat hoc eſſe peccatum, & poſſit libere abſtinere abſque vllo timore illius, qui induere tētat, niſi per ſe reſipiſcat id ſibi imputabitur. ¶Com. c. noli putare. de pœn. d. 1. per tot. manu. c. 16. nu. 15. & c. 14. nu. 45.

B Mulier, quæ officio tutelæ fungitur poſt ſecūdas nuptias, uel poſt ſtuprum commiſſum peccat. l. fina. C. quando mul. offic. tuto. funge. ¶man. cap. 25. numero 67.

Mulieres tertij ordinis S. Franciſci, & Dominici verberantes, dum viuunt gregatim, & habitum geſtant Religionis ſunt excom. Fel. c. 2. de foro comp. ¶man. c. 27. num. 79.

Mulierem cogere ad ingrediendum monaſterium, & ſuſcipiendum habitum, vel profitendū, peccatum eſt mort. cum excommuni. annexa. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de regul. ¶manu. cap. 27. num. 150.

C Mulieres ſuſpectæ conſuetudine, aut familiaritate, qui vtitur, & aduertit ſe ſcandalū præbere alijs peccat, niſi deſiſtat, quia paruifacit ſcandalum aliorū. Et qui mulierē in domo habet, de quā populus ſiniſtri quid ſuſpicatur, ſiue ſit cognata, ſiue extranea debet illam à ſe reijcere alioquin peccat. maio. 4. d. 1. q. 30. ¶man. c. 14. nu. 31.

Mulier Abortum procurans. verbo aborſus.

Mulier Adultera. verb. Adulteriū.

Mulieri grauidæ abortum ſuadens, aut illam aboriri faciens, aut qui percutit,

cutit,&c.Verbo Aborſus.

Mulier decepta quando poſſit, vel non poſſit contrahere, & an ſic detrahere,teneatur debitum petere,vel reddere.Verb.matrim.

Mulier,quę accepta pecunia à ſubſtitutis per medicamenta abortiuit vt illi ſuccederent, morte punienda eſt. l. Cicero.ff.de pęn.quod tenet gl.Ang.& Salic.l.pęn.C.ad l.Cor.de ſiccar.Io.ab Anan.in ca.ſicut el 2. de Homic.quem ſequitur Felin. ibi. ¶ Com.cap.ſi quis necandi de pęnit.diſt.1.nu.5.

Mulierem nudam conſpiciens, aut velle deliberate conſpicere ſine neceſſitate,aut vtilitate etiã ſub ſpecie experiendi an habeat carnem mortificata, peccat,& magis mulier ſi virũ nudum. Anton.2.p.tit.5.c.2.§.7.¶Com.c.inter verba concl.6.nu.434.

Mulier corrupta, & putata virgo quam quis vult ducere ad quid teneatur. Vide verſ.virgo.

Mulier paritura tenetur cõfiteri ſaltem illa,quæ nunquam peperit, aut ſolet experiri partus difficiles ob mortis periculum.Panor.in cap. Paſtoralis de offic.ordin.arg.l.2.§. ſi non propter ff. ſi quis cautio. ¶manu.cap.2.nu.19.

## *Multiloquium.*

MVltiloquium eſt filia Gulæ, & hoc eſt peccatũ mortale, quando quis eo vtitur in notabilem Dei irreuerentiam,aut eo ita delectatur, vt paratus ſit id præfere implemento alicuius præcepti. Antonin.2.parte titu. 6.cap.4.¶manua.cap.23.num.123.

## *Munus. Verbo Officiũ.*

## *Murmuratio.*

Et per eodem verſ. Detractio.

MVrmuratio, atque detractio nõ ſunt idē, ſed murmuratio eſt, A quid magis generale cum multa comprehendat,quæ non comprehendit illa,quia murmur latine propriè ſignificat ſtrepitum aquæ lenem,ac mitem, à qua murmuro, & ſtrepitum facio, & murmuratio actus, quo fit ſtrepitus, præſertim obſcurus,atque obuolutus. Et ideo non eſt ſpecies peccati diſtincta ab aliis, quia reperiri poſſit in omnibus generibus peccatorum,quare de illa ſpeciatim non egit D.Thom.vt ait Caiet.2.tom.opuſc.lib.17.Reſp.13.

Quare murmuratio, & detractio differũt vt genus,& ſpecies, & tamen communiter pro eodem reputantur. B Et ſic etiã nos de illis agemus.¶Com. c.inter verba.concl.6.num.415.16.17. & 18.

Murmuratio eſt voluntas denigrandi,vel denigratio famæ,aut gloriæ hominis,nondum canonizati, contra ius directe,uel indirecte.¶Ibi.nu.419.

Murmuratio inuenitur cum intentione infamandi, &.ſine illa, vt ſi adſit inconſideratio, leuitas, &c. ¶ numero 431.

Murmuratio reperitur aliquando uenialis,aliquando mortalis ſine infamia,vel voluntate infamandi,ob periculum peccandi,quo ſe,qui murmurat C exponit.iux.regu.Gerſ.2.p.tit.1. Quã potuit colligere ex d. Tho.quol.8.art. 13.uel ob læſionem notabilem famæ alterius ſine ſua uoluntate. ¶ num.432. & 438.

Murmuratio alia eſt formalis,quando ex propoſito damnificat famam,uel gloriam,alia materialis, quæ ſine propoſito infamat.¶nu.439.

Committiturque non tantũ loquendo,ſed etiam audiendo,& tacendo,per geſtus,atque ſigna.¶nu.441.

Murmurationis modi.iuxta Alex.2, part.q.146. & ſex ſunt, & iuxta Tho. 2.2.quæſt.73.art.3.ad 3, Septem: qua-

ruor

tuor directi, ut imponere alicui falſum, augere peccatum, reuelare ſecretum, bonum mala intentione factum eſſe fateri, & tres indirecti negare, reticere, aut minuere bonum aliorum. Qui omnes poſſunt reduci ad duos de tribus, quos Scot ponit 4. d. 15. q. 4. videlicet imponere falſum, reuelare occultum, ac negare verum, crimen ſibi ipſi impoſitum. ¶ Ibi. nu. 442.

Et hæc ſequũtur etiam, quo ad murmurationem, ſeu diminutionem famæ ſuiipſius. ¶ nu. 443.

Reperitur, & alius modo, qui fit laudando, quia ſi id fiat modice, ſequitur læſio famæ indirectè, quia ut ait Gell. lib. 19. Noct. At. cap. 3. Turpius eſt exigue, ac frigide laudare, quam grauiter uituperare. ¶ Ibid. 444. Qui modus uituperabilis uiſus fuit, vt ait Polib. in Aulis Principũ, ibi alitur, acquieſcit. ¶ nu. 447.

Datur, & alius modus calidiſſimus qui eſt contradicendo murmuratori hac intentione, vt indignatus magis murmuret. 48.

Datur, & alius modus murmurandi reflectendo mala audita in tribus caſibus.

Primò, addendo.

Secundò, referendi mala intentione.

Tertiò, ſuſpicando, ut audita relatione illi ſidem adhibeat. ¶ 449.

Murmurant aliqui referẽdo, & non affirmãdo, dum addũt, non prodit fumus, vbi non eſt ignis. iuxta Ariſto. 7. Ethicor. c. 13. Quam populi celebrant omnino fama perire nulla poteſt. ¶ Ibi. 450.

Murmurant, qui augent delictum, idem dicendum de illo, qui auget aliud malum, aut naturalem, vel accidentalem defectum, vt de illo, qui parum videt dicere eſſe omnino cæcum. 451.

A Murmurat, qui opera bona facta ab aliquo dicit facta eſſe mala intẽtione, quia infamaret notabiliter ſuum proximum. iuxt. S. Anto. 2. par. tit. 8. cap. 4. ¶ 453.

Murmurat, qui tacet uirtutes alienas, quas ſcit, ſi propter bonum illius interrogetur. cap. 1. de crim. falſ. ¶ 454.

Murmurat, qui componit fabulas, paſquillos, aut libellos infamatorios, & qui de his ſcribit ſchedulas, vel publicat, & qui illas inuenit, & non dilaniat, ſed propalat, quia damnificare intendunt, & damnificant. ¶ num. 455.

B Murmurat, qui iniuria aliquem afficit ad hoc, vt infamet vocando adulterum, furem ad hoc, vt id credatur. ¶ nu. 456.

Murmurat, qui reuelat etiam defectus naturales, & accidentales, & aliquando etiam virtutes, vt de Chriſtiano, quod eſt Chriſtianus ad hoc, ut occidatur à mauris. 458.

Murmurat, qui dicit de corrupta, quod eſt virgo, ut impediat ingreſſus eius in monaſterium cõuertitarum: & qui dicit Chriſtianum non eſſe maurum, nobilem nõ eſſe ruſticum ad effectum, &c. ¶ 464.

C Murmurat, quis contra non potentes peccare, ut contra infantes, mente captos, mortuos, qui omnes iniuriam, & ſi non poſſint inferre, pati tamen poſſunt. l. illud. ff. de iniur. & c. illud. 15. q. 1. ¶ 466.

Sed murmurare contra mortuos eſt luctari contra laruis. Et ſi eſt Sanctus Canonizatus, id eſt blaſphemare. Non autem ſi id fiat, quo ad ea, quæ fecit antequam Sanctus eſſet, niſi fiat ad extenuandam Sanctitatem, quam habet nunc. ¶ 469.

Murmurat, qui detegit alterius malum vni ſoli. 2. 2. q. 73. ar. 1. ad ſecũdũ. Et magis aliquando, quàm ſi detegat coram

coram multis, ſi ille cui malum detegit ſit perſona Nobilis, aut Prælatus. arg. l. illud. ad leg. Aquil. & c. 2. de transl. præl. nu. 507.

Murmurat, qui reuelat delictum timore tormentorũ, quod iniuſte ſciuit, ut ſi aperiat illius literas iniuſte, quia id nullo modo facere debet. num. 562.

Murmurat, qui denunciat Iudici, vt Iudici id, quod nullo modo probare poteſt, vt innuit Eugen. c. ſi Sacerdos. de of. ord. Vel denunciat alicui viro bono ſummiſſa correctione fraterna, niſi ſperet ipſum bonum virum magis profuturũ, ut recte ait Sotus. de rat. deteg. mem. 2. quæſt. 2. Caie. 2. 2. q. 73. ar. 2. nu. 572.

Murmurat pater, & mater concedẽdo vitia ſecreta filiorum inuicem, licet non ſit communiter amplius, quàm veniale. 573.

Murmurat, qui reuelat per generalem monitionem delinquentem, qui reſtituit. ¶ num. 590.

Murmuratio communiter eſt peccatum mortal. quia eſt contra ſeptimum præcept. uel octauum. nu. 474.

In quibuſdam caſibus tamen eſt venialis ſi intentio fuit parum lædendi, & non ſecuta eſt læſio. nu. 477.

Secundò, ſi ſit ipſa, quam fecit.

Murmuratio ſubreptitia ſine deliberatione, non eſt pluſquam venialsi. ¶ 485.

Murmuratio ex ſui natura, non eſt minus peccatorum etiam illorum, quæ contra proximum committũtur, quia famæ, quæ læditur per hanc non eſt de potiorib. bonis. ¶ 494. & ſeqq.

Murmuratio non eſt maius peccatorum contra proximum ſolo uerbo cõmiſſorum, ſed minus quàm iniuria, uel contumelia, & ſuſurratio. nu. 500.

Murmuratio eſt detegere malum vni ſoli 2. 2. q. 73. art. 1. ad ſecundum ſi ad-

A ſit animus infamandi, aut ſequitur dãnum famæ. num. 507. Etiamſi non ſequatur infamia, quæ requirit ac plures id ſciant: verſic. infamia. ¶ Ibid. num. 508.

Et aliquando maius malum erit, quam ſi fieret coram multis. nu. 511.

Murmuratio de paruo malo, venialis eſt, ut ait D. Thom. 2. 2. quæſt. 73. ar. 2. ad 3.

Quod accidit ratione temeritatis, ac facilitatis, & intentione parum lædendi. 513.

Et ſimiliter ſi eſt de peccato veniali. Anton. 2. par. titul. octauo, capit. 4.

B & Siluestr. Verb. Detractor. ¶ 514.

Et de hoc intelligitur, quando ſit ſub uerbis generalibus dicendo, quem eſſe ſuperbum, iracundum, &c. ¶ 515. Modo non adſit intentio multum lædendi, & non fiat murmuratio coram illis, qui magis abominantur malum illud paruũ, quàm aliud magnũ. ¶ 516.

Alioquin ſi murmuratio fiat ſub verbis generalibus, quæ poſſunt neque intelligi de uenialibus & mortalibus mortalis erit ſi adſit notabile damnum vel periculum magni ledendi famam proximi. ¶ nu. 518.

Murmuratio materialis communi-

C ter venialis eſt. iux. Caie. 2. 2. q. 73. ar. 2. & colligitur ex D. Thom. Ibid. modo non ſequatur, uel læſio notabilis famæ proximi, uel ſaltem periculum, vt lędatur. nu. 519. Quod ſi illa ſit de peccato mortali, modo non pariat dãnum notabile, erit etiam venialis, attẽto ſtatu, & conditione perſonæ de qua murmuraſti. 522.

Murmuratio eſt, non tamen communiter mortalis, detegere propria peccata, etiam cum notabili famæ iactura. iuxt. Sotum de rat. tegen. ſecre. num. 1. quęſt. 3. & Adria. 4. de reſt. quæſt. 35. & quol. 2. quia non eſt contra iuſtitiã, neque

neque contra charitatem proximi, cũ nõ lædat alium, neque contra propriã, cum neminem obligetur illam ſeruare. Et quia prodigalitas de ſui natura non eſt naturalis. ¶ nu. 565.

Contrarium tenet Caietan. 2. 2. q. 73. ar. 3. & ĩ Summa. Verbo Detractor, cuius ſententia vera erit, quando ex infamatione ſuiipſius ſequitur damnum animæ, uel vitæ propriæ, aut alieni honoris, aut fortunæ alienæ, quia tunc ſit ſibi præiudicium in rebus, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, opinio verò Scoti uera eſſet præter hos caſus. ¶ nume. 568.

Murmuratio non eſt propalare in uno territorio vitia alicuius, quæ ſunt publica in alio, quia infamia eſt nota perſonalis, & ſequitur infamatũ quocunque vadat, vt lepra leproſum. iux. glo. ſingul. l. ex ca. ff. eo. de poſtul. Et quia vt dicit Scotus 4. diſt. 15. quæſt. 4. ar. 2. publicatio illius, qui peccando ſeipſum infamauit, & aufert famam, ſed facit, ut quod de ſe erat publicum veniat in notitiam aliorum, qui illud, neſciebant. ¶ nu. 737. & 843.

Murmurator homicida eſt Ioann. 3. nõ formaliter, ſed occaſionaliter quia præbet occaſionem homicidij. iuxt. S. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 3. iud. 2. priuando fama, qua homo viuit in animis alienis vel ſecundum Alex. de Ales 2. par. q. 146. nu. 7. ¶ 503.

Murmurator poteſt eſſe audiens detractiones, & quomodo Audire.

Murmurator eſt prælatus, aut viſitator capiens iuramentum à ſubditis dicendi omnia delicta, quę ſciunt, non excipiendo occulta, quia præbent occaſionem infamandi. Secundò, quia prębere tale iuramen. eſt contra ius. ¶ nu. 577. & qui infamatum de uno interrogat de alio, de quo nõ eſt infamatus 2. 2. qu. 70. arti. 1. iux. conſiderationem

A Caiet. ¶ Ibi. nu. 588.

Murmurator eſt teſtis, qui generaliter interrogatus per viſitationem reuelat ſecreta peccata, licet fuerit iuratus de dicenda veritate, etiam ſi ſpecialiter iuraſſet dicere veritatem de delicto occulto. iux. Adria. in 4. de correct. ¶ 578.

Murmurator eſt Iudex, qui ſine infamia inquirit, quia lædit, vel lædere vult, aut ſe probabili periculo exponit, vt contra ius lædatur fama proximi. ¶ 579.

Murmurator eſt Iudex, qui interrogat confeſſum de ſuo delicto, de ſuis B complicibus occultis, quia ſaltem dat magnam cauſam infamandi, ac ſtat in periculo faciens contra iura. cap. 1. de confeſſis. cap. nemini. 15. quęſt. 5. Et l. fina. C. de accuſat. Idem dicẽdo de reo, qui illos manifeſtat. ¶ 584.

Et ſimiliter ſi inquirit ſuper delicto notorio contra delinquẽtes occultos, iux. Caietan. 2. 2. quęſtion. 69. ar. ſecundo. & Sot. de rat. teg. in 2. q. 6.

Cõtraria tamẽ eſt cõmunis opinio. Innocen. in ca. bona. de elect. Panorm. & Imol. & gl. ſingul. in cap. quidam. 5. C quæſt. 1. Barto. §. ſi publico. l. 2. ad leg. Iul. de adul. pro qua faciunt multę leges. & per Caie. etiam & Soto adſunt fundamenta plurima. Sed tamen communis, eſt potius ſequenda, quia non habet contra ſe vllũ tex. expreſſum, & magna adeſt neceſſitas, vt detegantur delinquentes in delictis notorijs, & puniantur. cap. Romana. §. Notoria. de cenſib. li. ſexto. Et conſuetudo ubique hanc ſeruat. Quare etſi ſent. Caietani fundatur in iure ſcripto, communis tamen quæ fundatur in conſuetudine ſeruanda eſt. Quia conſuetudo ius ſcriptum tollit verſic. conſuetudo. ¶ Ibi. num. 587.

Murmurator eſt quiuis, qui quãdo, vel

vel quomodo nõ debet contra ius vult ſcire delinquentes,uel delicta occulta, & poteſt eſſe mente, verbo, re, & magis,qui cogit ad id, & magis adhuc ſi eſt Superior. ¶ nume. 593.94.95.& 96.

Murmurator non eſt reuelans, iuſta de cauſa ſecundum ius ſua peccata, vel aliena,dum intentio bona eſt, quia nõ lædit contra ius. Et multi doctiſſimi, ac Sancti viri hoc fecerunt etiam in peccatis, carnis August. lib. ſecundo. confeſſ. Hieron. in epiſt. Non debet. Anſelm. in deplorat. virg. commiſſæ. ¶ num. 602. Neque reuelare ſuum delictum occultum Curiç ſæculari ad hoc, vt de illo pœnas ſumat, quia hoc eſt magnam uirtutis, & pęnitentiæ opus. iuxta Scotum 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. ¶ num. 603.

Murmurator non eſt, qui propalat ſuum aliquod peccatum, vt diminuat ſuam magnam famam, cum uidet eius magnitudinem ſibi officere ad uitam ſpiritualem. iuxta Sotum de rat. teg. m. 1. quæſt. 3. facit illud Matthæ. 18. Si oculus tuus ſcādalizat te, erue eum. c. gloria. 12. quæſt. ſecūda. & multa alia. ¶ num. 609.

Murmurator non eſt, qui publicum peccatorem publice repræhendit, quia non lædit, & talis repræhenſio conſonat iuri diuino. 1. Tim. 5. & iuuat ad remouendum ſcandalum, quod proximo ob illud præbetur, iuxt. D. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 7. Et habet locum in peccatis omnibus, quæ ſcandalizant, & inuitant ad alia ſimilia. Et in omnibus perſonis etiam particularibus. iuxt. Sot. ve rat. teg. m. 2. q. 4. quia omnes debēt habere ſummam curam eorum, qui pereunt. cap. tam ſacerdotes. 24. q. 3. Ad quam tamen non tenetur, niſi qui habet iuriſdictionem, & imperium. nu. 611. Vide Verb. Correctio.

Murmurans non eſt, qui detegit delicta, quę parantur pernicioſa Reip. vel proximo vt facit Daniel, qui propalauit iniquitatem duorum ſenum. nu. 619. verb. Reuelatio.

Neque etiam ſi non ſint pernicioſa, modo ſeruet debitam formam denunciationis Euangelicæ. nu. 629. verb. Correctio.

Murmurator non eſt, qui accuſat de peccato proximum, etiā ſecutum, quādo, quomodo, & quare poteſt. ¶ num. 636. verbo Accuſatio.

Neque teſtis, qui reuelat mala aliena iuridice, quia iuſta cauſa id facit licitum. ¶ nu. 698. verbo Teſtis.

Neque qui publicat notorium, & quod paulo poſt eſt ſciendum ei, qui neſciebat, modo mala intentio abſit, aut alia circunſtantia mala. ¶ 841.

Neque qui ſuo crimina detegit iuridice. ¶ Ibi. nu. 722.

## *Muſica inſtrumenta.*

### *Verbo Organa.*

MVtatio uitæ difficilis eſt, & cum magno labore fit. Authent. de Monachis. §. hinc autem. coll. 1. Et gloſſa. in ca. Reperiuntur. de pœn. diſt. 3. ¶ De indulgen. Not. 17. num. 10.

Mutatio eorum, quæ ſunt conſueta, non eſt facienda ob quamlibet utilitatem maiorem. l. 2. ff. de conſti. princip. & c. Ridiculum. 2. diſt. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 2. Ioann. Andr. cap. cum conſuetudinis. de conſuet. ¶ com. 2. de regul. nu. 30.

## *Mutuum.*

† MVtuum eſt res ex ſuo uſu conſumptibilis penitus, cuius proprietem, quis in alium transfert recepturus, deinde aliam rem non numero, ſed ſpecie, aut valore eandem. Silue. verbo Mutuum. in princ.

Mutuum dare non poteſt iuſte fieri, A niſi. gratis fiat. cap. conſuluit. de vſu. ¶ Com.de ſpolia.cle.§.16. nu.3. conſi. 12.de vſur.

Mutuum dare ſub vſuris Regib.etiã illos cogentib.non licet uiris pecunioſis non exercentib. mercaturam, aut nolentib. emere prædia.Secus ſi id faciant,& accipiant ſub veriſimile intereſſe lucri ceſſantes.¶ Manual.cap. 17. nu.302.

Mutuum dare triticum uetus cum pacto recipiendi nouum ad æquale, ſciens nouum melius, atque maioris precij fore, q̃ ſuũ tempore ſolutionis, non licet.Siluef.verbo vſuris. 1.q.17. B ¶ Com. de vſur.num. 224. conſi. 7.de empt.nu.2.

Mutuum dare pecuniam argẽteam, ut auream accipiat,ſi facit id,ut in æſtimatione lucretur, non licet. Hoſtien. in ſum.¶Ibi.nu.226.& cõſ.8. de emp. & uen.nu.4.

Mutuare ſub uſuris pro re pauperi danda, uel pro remittenda iniuria, & damno, quod affectus iniuria paſſus eſt, & in conſcientia debetur, non licet. Secus ſemper remittenda iniuria ſimplicìter ſecundum Silu. vſur. 1. q. 11.non ex eo,quia ſic illi liceat redimere ſuam vexationem, ſed quia pœna C illa non debet in conſcientia antequã à iudice condemnetur.¶ Ibi. nu.238.

Mutuum dare cum pacto,vt aliquid det alicui operi pio non licet. capit.ſuper eo.¶ Conſi.7. de vſur.

Mutuum dare enſem,vel aliud quod ad occidendum,aut furandum ſi ſequatur effectus inducit reſtitutionem. ¶ man.c.17.nu.295.

Mutuũ dare ea conditione, vt vbiq; terrarum poſſit ſua debita repetere, intelligitur deductis expenſis. tex. eſt in l. 4. ff. quod certo loc. ¶ man. cap. 17.nu.43.

Mutuum dare ſola intentione accipiendi aliquid plus, etiam ſine pacto peccatum eſt,et reſtitutionem inducit. ¶ Ibi.nu.208.& ca.23.num.103.& de vſur.nu.10.13.& 18.

Mutuum dare principaliter, vt ſibi conferatur beneficiũ ſimonia eſt.¶De vſuris.nume.17.

Mutuum dare cum ſpe habendi aliquid ex gratitudine tãtum, vel ex amicicia minus principaliter, & ſecundario licet.¶ manu.c.17.nu. 209.de vſu. 19.de ſinib.nu.39.

Mutuum dare principaliter ad amicitiam comparandam non eſt vſura,licet ex illa beneficium ſequatur & id intendatur 2. 2. q. 28. ar. 2. ¶ Ibi. nu. 209. de vſur.num. 20. & conſi. 50. de ſimon.nu.4.

Mutuum dare cum pacto, vt quis molat ſuo molendino, vſura eſt propter obligationem ciuilem, quæ inde naſcitur.¶ manu.cap.17.nu.220.Idem cum pacto vt remutuet altera vice. num.223.

Mutuum dare cum pacto, vt ſi mutuatarius moriatur intra certum tẽpus liber eſſet,& ſi viueret duplum redderet peccatum eſt, quia ex pacto lucratur illam obligationem ſoluendi duplum,quamuis illa ſit dubia.Sileſtr.à Tur.1.q.36.Et ſimiliter mutuare Magnatibus cum pacto,vt conferant beneficium pecunia æſtimabile. Et idẽ dic de quacunque tali pactione.¶ manual. cap.17.num.222.

Mutuũ eſt duplex verum,& palliatum Mutuum verum conſiſtit in reb. quæ vſu conſumuntur, & in pondere, numero,& menſura conſiſtunt.

Palliatum verò eſt illud,quod ſecũdum ſuam formam apertam, & verba contrahentium eſt alicuius cõtractus, quàm mutui, ſecundum verò formam latentem, & mentem contrahentium

ueram,

uerat, uel præſumptam eſt mutuum. A

Qualis eſt omnis contractus alius à mutuo, in quo quis minoris iuſto pretio, quærit aliquid propter anticipatã ſolutionem. ¶ Ibi. nu. 206.

Mutuum, qui non ſoluit æque bonum, & ſtato die, niſi conſenſu mutuã tis excuſetur peccat. ¶ nu. 214.

Mutuum, quod uis cum pacto, ut mutuans aſſecuret uſura eſt propter obligationẽ. Non autẽ ſi ſine fraude, & pacto aſſecuratio præſtetur. ¶ nu. 284.

Mutuum, & depoſitum pecuniæ cũ facultate utendi, paria ſunt. ¶ Conſi. 1. de depoſit. nu. 10.

Mutuandi actus uendibilis non eſt, ſicque locabilis. ¶ Conſi. 1. de depoſ. nu. 13. B

Mutuum natura eſt gratuitum, & eius intuitu nihil amplius, quàm quod datũ eſt recipi poteſt. c. 1. 14. quæſt. 3. ¶ Com. de cambijs. num. 61.

Mutuans pecuniã, & amplius quid recipiẽs, licet ſecuritatem præſtet, pro uſurario habendus eſt, et ſi in foro Dei forſan non ſit, quia ſecuritatis intuitu accipere poteſt. ¶ Ibid. nu. 5.

Mutuans pecunias alicui ſecuritatẽ depoſcenti, ut eas mari, uel alijs periculoſis locis transferat, & eidem ſine fraude ſecuritatem præſtans, precio C quo ab alio eam accepturus erat, ad reſtitutionem non tenetur, ſecus ſi ob mutuationem nu. 6. Quod ſi alias merces mutuet, & ſecuritatem præſtet, nõ cenſetur uſurarius per ca. fin. de Vſur. ꝗ de pecunijs tantum loquitur. ¶ Ibid.

Mutuans tot aureos, ſi pactus fuit, ut totidem eiuſdem generis redderentur, augumentum ſi pluris ualeant recipere poteſt, ſi nõ erat certus de precio augendo. nu. 49.

Mutuans modium tritici alium æque bonum recipere debet, etiã ſi precium pluris, uel minoris ualeat, quia eſt ei id extrinſecum. ¶ nume. 49.

Mutuanti pecuniam, uel aliam rem, aliam eiuſdem generis, ac æque bona, quo ad bonitatem intrinſecam reſtituenda eſt, etiam ſi non erat aſſeruatutus, ( æquius tamen contrarium) uel ſi expreſſerat, uel ſi inſumpta precio aucto. l. cum quid. & l. uinum. ff. de reb. cred. ¶ Ibi. nu. 50.

Mutuare pecuniam eſt actus, qui poteſt, & ſolet probari communiter per quoſuis quam fratres. ¶ com. cap. inter verba conclu. 6. nu. 817.

## *Mutuatarius.*

Mutuatarius ultra ſortẽ nihil ſoluere mutuanti tenetur. ¶ Cõſ. 3. de Vſur. nu. 1.

Mutuatarius uſuras pro mutuo permiſſa ſoluere non tenetur. c. debitores. de iur. iur. niſi ad id iuramento ſe obligauerit, qu ia tunc teneretur iuramentum adimplere. d. c. debitores. Sed poteſt ab Epiſcopo abſolui ob contractũ uſuræ. c. 1. de iur. iur. ¶ Cõſi. 3. de Vſur.

# *De litera N.*

## *Natura.*

Natura, quandoque ſignificat naturalem propenſionem, & naturæ impulſum ex ſenſualitate proueniẽtem. gl. 1. c. ius naturale. diſt. 1. ¶ Com. c. qualitas. de pœn. d. 5. nu. 44.

Natura naturans Deus eſt, de qua Paul. Iuriſconſultus. l. ſed & ſi. §. ſi. ff. de Iudic. ubi ait: In natura omnia certa eſſe, ut affirmat gloſ. l. reſpiciendum. ff. ſi cer. petat. ¶ De Iudic. Not. 1. num. 3.

Natura eſt Dei voluntas, Dei bonitas, ac Dei potentia, vt ait Plat. lib. 2. Politic. ut refert Luc. l. reſtituere. C. ne ſi. rem quam uen. ¶ Com. d. cap. qualitas. nu. 26.

## Nauis. Vide verbo Galea.

## Naufragium.

NAufragium nauis eſt fractio, vel ſummerſio. Cic. Pro Rege deiot. Cum eſſet ei renũciatum Domicilium naufragio periſſe. Sumitur metaphoricè pro calamitate, ſeu rerum iactura. Cice. lib. 4. Epiſto. Fam. Verſer in eorũ naufragijs, & bonorum direptionib. Calepin.

Naufragio res perditas capiens eſt excommunicatus, etiam ante monitionem reſtituendi per Bullæ Cœnæ. ¶ manu. cap. 27. num. 60. Et hoc quo ad Deum, quia quo ad Eccleſiam debet præcedere monitio, vt declarat Panor. cap. excommunicationie. de rapt. Fallit cum ſe periculo mortis exponit pro illis ſaluandis, & Dominus illarum non ſperat ſe recuperaturum, quia ſi id ſperat per aliquod medium tenetur reſtituere ſoluta ſibi ſui laboris mercede. Antonin. 2. p. tit. 1. cap. 15. §. 2. & Angel. Verbo Naufragium. §. 4. ¶ man. ca. 17. nu. 98. Fallit etiam, quando bono animo accipit, modo non ſit in mora reſtituendi. ¶ Cap. 27. nu. 118.

Naufragio bona deperdita, quando lex particularis illi, vel illi tribuit, eſt iniquiſſima, quia afflictio addit afflictionem contra c. cum percuſſio. 7. q. 1. & l. Diuus. ff. de offic. præſid. ¶ Vbi ſup. num. 118.

## Nauta.

NAnta appellatur, qui autem agit: iſte tenetur de furto, & maleficio in naui etiam per alium facto, & etiam eius executor. §. exercitor. Inſtitutio. cod. titu. ¶ manual. cap. 17. numero 17.

A Nautæ, & captiui per eãdem legem habentur ſuſpecti, etiam ſi ſint liberi. leg. quoties. C. de naufrag. lib. 2. & ibi ſcilicet. ¶ Com. cap. inter verba. num. 668.

## Neceſſarium.

NEceſſarium tripliciter capitur a iuriſperitis.

Primò pro eo, ſine quo aliquid fieri non poteſt, qualis hæredis Inſtitutio reſpectu teſtamenti. §. ante. Inſtitu. de lega.

Secundò pro eo, ſine quo res fieri quidem poteſt, ſed non vt oportet, qua B lis eſt Inſtitutio Poſthumorum reſpectu teſtamenti. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum.

Tertiò pro eo, quod eſt vtile, atque conuenions. l. 1. ff. ſolu. matrimo. adiuncta gloſſ. probata per Barto. ¶ Com. cap. ita quorundam. de Iud. not. 10. numero 2.

Neceſſarium ad ſtatus decentiam non conſiſtit in puncto indiuiduo, ſed habet latitudinem eo maiorem, quo maior eſt ipſe ſtatus. Silueſt. Verbo. Eleemoſina. quæſt. 1. Aurea. Roſ. 53. argumen. l. prima. ff. de iure deliberan cap. de cauſis. de offic. deleg. ¶ Manu. cap. C 27. num. 6.

Neceſſaria vitæ tantum habens non poteſt de illis licitè eleemoſinam facere, licet ſint ſua, quia id nequit ſine præiudicio uitæ facere, cui non poteſt renunciari. ¶ Commen. cap. de eleemoſy. num. 63.

## Neceſſitas.

NEceſſitas extrema, ita dicitur cũ quis iam non ſolum animam agit, ſed etiam cum iudicia probabilia apparent eo deuenturum, niſi illi ſubueniatur, & non ſe offert, neque expectetur probabiliter alius, qui ei ſubueniat.

ſtat. Th.4.diſt.2.q.2.art.4.q.4.¶man. A
cap.24.nu.5.

Neceſſitate in extrēma poſitis, omnes etiam Religioſi tenentur ſub peccato mortal.ſubuenire.nu.11.

Neceſſitate extrema qui laborat, poteſt iuſte accipere furtim ad ſe, ſubueniendúm etiam auctoritate propria. Non autem efficitur verus Dominus illius rei, qua indiget, & quam accepit, quare ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit, tenetur ad reſtitutionem: etſi communis opinio.4.d.15. contradicat, quam opinionem quidam recentiores ſequuntur, vt Armilla. Aurea Roſa, &c.nulla tamen lege, aut ratione ducuntur, ſine quibus nihil eſt affirmandum cōtra ius regulare. Quod habet id quod eſt vnius ſine illius cōſenſu non effici alterius. l.id quod noſtrū. ff. de regul.iur. neque obſtat lex illa, quam omnes per ſe adducunt, quæ habet. In neceſſitate omnia eſſe communia, & eſt lex 2.§.cum in eadem.ff.ad l. rhodiam. Quia ſi bene pōderetur non id aſſerit, ſed aſſerit in neceſſitate omnia eſſe communicanda, & non fieri communia. Hæc fuit etiam ſententia doctiſſ. Adrian.4. de reſtit.q.33. Si tamen ille non habet aliud, quam quod ad ſui ſuorumque ſuſtentationem eſt neceſſarium, non tenetur. ¶Manu.cap. 17.nu.60. & 118.Com.2. de regul.nu. 28.de Red.eccl.q.2.Mon.4.

Neque obſtat pariter Sotus.4. de iuſti.& iur.q.7.ar.1.dicens hoc verum eſſe de eo, quod non eſt inſumptū, quia etſi licite vti poſſit eo, quod vſu conſumitur, non tamen efficitur eius Dominus, ſicut etiam affirmat ibi Sot.q.1.de Franciſchano reſpectu illius, quod licite comedit.iux.c.exijt de Verb.ſignifi. lib.6. Quare concludendum eſt, quod quanuis neceſſitas extrema Dominium aliquam faceret, quo ad effectum ſe ab illa liberandi, non tamen tollit obligationem reſtituendi. argu.cap.ceſſante cum ei not.de appella. Et quod tribuit tantum ius ad accipiendum, & cogendum, vt illi detur, quod ſufficit, vt ab ea liberetur, & nō amplius, ſiue id fiat per mutuum, ſiue commodatum ſiue alio contractu. ¶Manu.cap.17.nu.62. Com.2.de regul.nu.29.de Red. eccle. q.3.nu.210.

Ego tamen cum communi contrarium tenerē ob ea quæ habet S.Tho.2. 2.q.66.artico.7.ad ſecundum ait enim quòd accipere rem alienam ſiue clam, ſiue aperte in caſu extreme neceſſitatis non habet rationem furti, B propterea quod efficitur ſuum id quod ſurripit, ſed nullus tenetur quod ſuum eſt alteri reſtituere, ſed alienum tantum.

Neceſſitas extrema facit vt Regularis teneatur exire de monaſterio ad ſubueniendū parentibus in ea exiſtentibus cum licentia, vel ſine illa. argu.c. paſce.86.di.& l.necare.ff. de lib.agnoſcen. Quando autem non eſt talis, ſed adeo vrgens, vt obligaret filiū ad ſubueniendum. Si præcedat obligat ad non intrandum, ingreſſum ad nō profitendum, profeſſum ad non exeundū. Non autem ſi ſequatur. Thom.2.2.q. C 201.artic.4. ¶Manu.cap.14.nume.14. Com.3.de Regul.nu.48.conſ.54.de regul.num.1.conſ.52.nu.1. & conſi.65. numero 2.

Neceſſitas extrema facit facultatem accipiendi ſi de ſuo non habeat à quocunque ſuperfluum naturæ habēte ad ſuccurrendum ei.argu.cap.ſicut hi.47. diſt.& hæc eſt ratio cur regularis poſſit facere eleemoſinam extreme egenti ſine licentia prælati. Et non illa, quam gl.2.aſſerit.c. non dicatis.12.quæſt.1. ¶Com.2.de reg.nu.28.

Neceſſitas extrema illa dicitur, quæ tenet hominem poſitū in articulo ſta-

tim moriendi, niſi ei ſuccurratur. Si au A tem oſtendat, quaſi euidentia ſigna illius accidentis futuri, niſi ſubueniatur ei, uocatur quaſi extrema. Th. & Felin. cap. 1. diſt. 1. ¶Com. 1. de eleemoſina. numero 26.

Neceſſitas talis tollitur, non ſolum per gratuitæ, ſed etiam per non gratuitam ſubuentionem, vt equo, vel veſte commodatis ad traijciendas niues alpium. ¶nu. 24.

Neceſſitatem talem parientes non tenemur quærere ſi non occurrant, niſi ad id publico officio obligemur. ¶Ibi. & Manu. c. 24. nu. 9.

Neceſſitate in extrema omnibus etiam infidelibus, & illis, quos iure occidere non poſſumus ſubuenire tenemur, quia aliter occidimus eos. cap. paſce. 86. diſt. 1. nu. 26. & medicus tenetur curare, non autem gratis, ſed reſeruato iuſto ſalario. 16.

Neceſſitas extrema, non ita omnia facit communia, vt quis reſtituere non teneatur ſi habet alias facultates, vel ſi ei ſuperueniunt bona. nu. 27.

Quare qui extreme egenti elargitur alienum non excuſatur a reſtitutione, ut ait Maior. 4. d. 5. nu. 28.

Neceſſitatem extremam patienti, ſi longe diſtet, non tenemur ſubuenire, ſed nec ſi de propè, modo probabiliter notis non conſtet non adeſſe aliũ, qui illi ſuccurrat. ¶nu. 30.

Neceſſitatem extremam ſi quis dicat ſe pati non tenemur credere: niſi id nobis per indicia conſtet, & teſtes de viſu adſint. 31.

Qui autem talia ſigna videt mortal. peccat ſi non ſuccurrat. ¶nu. 32.

Neceſſitate ab extrema, qui ſe laborando, vel mendicãdo liberare poteſt, non eſt vere in illa conſtitutus. gloſſ. ſolem. in ſunt. 82. diſt. nu. 34.

Neceſſitatem in extremam non tenetur quis ſe inijcere, vt alium ab illa ſubleuet. ¶nu. 37.

Neceſſitate extrema laborantibus quilibet tenetur ſuccur. modo ſit habilis ad ſuccurrendum iux. glo. iux. text. l. 3. ff. ad leg. Falcidiam quatenus habet quòd omnes poſſunt legare vſque ad dodrantem intelligendo de habilibus ad teſtandam. ¶Com. 2. de Regul. numero 28.

## *Necromantia. Verbo Ars magica.*

## *Negatio.*

B NEgatio talis eſt naturæ, vt omnia, quæ ſequuntur deſtruat, & contradictorium eorum ponat. glo. ſolemn. in cap. cum dilectus. de conſuetudi. quod ſentit Concil. in princip. ca. Monachi. de ſtatu mon. ¶Com. ſecũdo. de regul. nume. 15. conſi. 1. de feud. numero 12.

Negationi affirmatio cedit, quando eum illa concurrit. l. 3. §. liberti. ff. de ſuſp. tut. Et eſt vera ſaltem quando negatiua eſt ſpecialior. argu. c. generi per ſpeciem. de reg. iur. lib. 6. ¶In Auth. c. ſi quando. de reſcrip. nu. 8. & Com. 2. C de reg. nu. 15.

Negatio veri criminis in Iudicio, quando ſit peccatum mort. aut non. Vide verſ. reus. Si accuſator crimen nõ probauit, & ſi peccatum inducit, non tamen inducit famæ reſtitutionem, quando reſpondet accuſatorem decipi vel ſi reſpondeat illum calumniari, vt illi non creditur. Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad ſecundo. contra cõmunem. ¶Manu. cap. 18. num. 49.

Negatio peccati in confeſſione quale peccatum ſit. Vide verſiculo Mendacium.

Negatio Dei, vel fidei, quamuis ore tantum

tantum fiat nullo metu vnquam licet, A
ſed excōmunicationem inducit Caiet.
2.2.q.94.art.1.

Sed contrarium eſt verius cum iſte
non ſit vere hæreticus, qui ſic negaret
Silueſt.verbo Hæreſis.quæſt.9. Tabie.
Ibid.num. 2.& uerbo Apoſtaſia. num.
3.grauiſſimum tamen peccatum eſt. A-
lex. Ales. 2.p.titu.53.nume.2. ¶Manu.
cap.2.num.27.Com.cap. Humanæ au-
res. q.3.nu.6. Com.c.inter verba pre-
lud.3.Cor.c. poteſt fieri. de pœn.diſt.
1.num.2.

Negatiua lex præfertur affirmatiua
Bart.in l.3. §. liberti quoque ff. de ſu-
ſpec.Tutor. quod reprobat Iaſon in l. B
1.§.veteres ff. de acquir.poſſ.ſed De-
ci. approbat in cap. Paſtoralis de Ap-
pellatio. & cap. At ſi de Iudic. ¶Com.
cap.inter verba Concl.6.nu.805.

## *Negligentia.*

NEgligentia (propriè utendo uo-
cabulis eſt defectus circa inte-
riorem actú voluntatis qui eſt electio,
non quidem actus, ſed circunſtantiæ.
quare ſecundum Iſido.negligens dici-
tur, quaſi nec eligens. Largè uero, eſt
omiſſio alicuius rei, quæ fieri debet, &
poteſt, quare ſine mora eſſe non poteſt.
capitulo vltimo, de elec. Silu.verſicu. C
negligentia.

Negligentia grauis, nó autem leuis
inducit peccatum mort.arg.glo.1.cap.
dictum.diſt.81.Fel.in ca. irrefragabili.
de of.ord.¶Com.c.contrarium.de pœ.
d.5.nu.18.

Negligentia hæredis, vel executoris
in ſoluendo debita, vel exequendo pia
opera nocet defuncto, impediendo re-
media accidentalia ſuæ liberationis a
Purgatorio.¶conſ.26.de pœn.& rem.
nu.5.man.c.17.num.68.& Th.quol.6.
ar.13.Adri.quol.8.

Negligentia conſeruandi res eccle-
ſiæ, peccatum eſt lethale prælato. ca.in
canonibus.16.q.1. c. irrefragabili, de
of.ord.quando illa eſt magna, per glo.
reputata ſing.in c.& quæ.de offic. Ar-
chie.¶de Iud.not.3.nu.22.

Negligentia nominati ad parochia-
lem non debet Epiſcopo nocumen-
tum afferre. ¶Conſilio 17. de præb.
numero 2.

## *Negociator. verbo Mercator.*

## *Negociatio.*

NEgociatio in genere actus eſt ſua
natura indifferens, & talis, qui
ob ſuas circunſtantias poteſt eſſe bo-
nus, & malus, & præſertim ex fine.
Tho.1.2.q.7.& 118. Quare duplex e-
rit, altera honeſta, altera turpis, ſeu illi
cita. Et hæc item duplex, altera contra
Iuſtitiam ſpecialem, altera cōtra alias
virtutes. Prima inducit peccatum, &
obligationem reſtituendi.2.2.q.62.ar.
1.altera inducit peccatum tantú. ¶cōſ.
10.de teſtam.

Negociatio omnis, qua emitur ali-
quid, ut carius uendatur propter lu-
crum, illicita non eſt quando lucrum
eſt honeſtum, quia ut dicitur ca. Quo-
niam.diſt.88.

Negociatio non facit quem malum,
ſed propria iniquitas. Et quia non pro
pterea prohibetur in iure. Immo vide-
tur eſſe licita, quia dignus eſt opera-
rius mercede ſua. Luc.23. Et negocia-
tio, qua quis res quibus abundat dat al
teri, quo ab eo res, quibus eget accipiat
honeſtior eſt; & iam inde ab exordio
Mundi probata.l.1.ff. de contrah. em-
ptio. Altera uero, qua uilius emptum
carius ad lucrum uendit, & ſi præ ſe fe
rat aliquid cupiditatis, illi tamen lu-
crum poteſt præſtitui finis honeſtus,

vt ſuſtentatio ſuæ domus, pauperi, &c. Thom. ſecunda ſecundæ q. 77. articulo quarto.

Quare tota Negociationis huiuſmodi laus ex fine illius pendet. ¶Com. cap. qualitas. de pœn. diſt. 5. num. 1. vſque ad 25.

## *Nemeſis.*

NEmeſis eſt quando quis triſtatur de eo, quod Deus bona malis largiatur incuſando maxime diuinam bonitatem, & prouidentiam in diuidendo. ¶ Com. cap. ſi quis. de pœnitent. diſtinctio. quinta, & Manu. cap. 23. num. 118.

## *Nobilis, & Nobilitas.*

NObilem eſſe, & natum ex nobili aliud eſt, ſicut duplex eſt Nobilitas altera quidem Naturalis, id eſt ſanguinis, quæ nõ poteſt perdi per Religionis ingreſſum, & profeſſionem. argumen. argum. l. ius agnitionis. ff. de puer.

Altera Politica, quæ perditur. iuxt. glo. vulgatum. cap. 1. de purgatio. Canon. & ca. & quæ. de ſtatu monac. ¶De redim. eccl. q. 3. Mon. 21. nu. 1. & c. inter verba. 5. conci. nu. 64.

Nobiles non bene diſcunt, niſi æqui tate propterea, quòd præceptores illorum illis ſuadeant ſe ſcire, quod neſciunt. ¶Com. c. inter verba. conclu. 1. num. 23.

Nobilitatis gradus, & literaturæ plures ſunt, vt colligitur ex vltima regu. Cancella. & ex gloſſ. in tertia parte eiuſdem. ¶De ora. c. 22. nu. 71.

Nobiles viros artes duæ tantum decent agricultura, & militaris ad exemplum Romanorum. ¶ de eleemoſy. numero 20.

Nobilitatem non tantum Chriſtianam, ſed & gentilicam non decet eum,

A qui talis eſt vocare cæcum, gibboſum, & etiam ſi communiter id non ſit mortale peccatũ. ¶Com. c. inter verba. concl. 6. nu. 534.

Nobilis fœmina tenetur vendere veſtem ciuilem, & emere ruſticanam, vt ſubueniat extreme agenti, in quo errauit. Silueſt. in Roſa aur. concluſio. 57. contrarium tenens. ¶ De eleemoſ. numero 37.

## *Nomen.*

NOmen ſibi mutare ſine fraude, licet niſi eſſet ſeruus. l. 1. C. de mutatio. nomin. Vel niſi ad fraudandum,

B aut damnificandum creditores, vel alios. l. falſi. ff. ad leg. Cor. de falſ. ¶conſ. 2. de crim. falſ.

Nominare perſonam cum qua peccauit, non tenetur pœnitens. ver. Pœnitens.

Nominatio cum onere nominandi facta ab eo, qui ſimpliciter nominare poterat valida eſt, & non captatoria. & conſ. 7. de teſtam.

Nominatus ad præsbytera beneficium peccat acceptando ſine propoſito efficaci aſſumendi presbyterium, & reſidendi, & modo, quo iuſſit teſtator. ¶conſ. 5. de præben. Quare talis debet

C eſſe ætatis idoneæ ad ſuſcipiendum presbyterium, non autem actu presbyter. cap. ei cui. de præben. lib. 6. ¶conſ. 6. eod. titu.

Nominatus per concurſum ad Parochialem, & ſic etiam poſtea neglexerit nullum monere tenetur. Neque per lapſum ſex menſium ius ſuum amittit. Et renunciando ius ſuum in manibus Epiſcopi ſatisfacit. ¶ Conſi. 17. de præb.

## *Notarius.*

† NOtarius eſt perſona habens publicum officium ſcribendi inſtrumenta ad faciendam fidem, alias dictus

dictus Tabellio.& Tabularius.lege generali. C. de tabu. de cuius multiplici nomine. nota. in capit. quoniam contra. de probatio. Silueſtr. verbo Tabellio.

Notarius ſi non ſeruet capitula à ſe iurata, quando creatus fuit peccat mortalit. Hoſtienſ.capit. ſicut. ne cleric. vel monach. Anton. tertia par. titul. ſexto.ca.3.§.1.

Si facit inſtrumentum falſum, aut occultat verũ,& vtile parti, ſi rumpit, ſi delet, vel per ignorantiam notabilẽ, aut malitiam male conficit, aut ſolemnitates requiſitas dolo, aut lata culpa omittit.

Si non tradit illud cui debet. Si non informat partem igorantem renunciaturam alicui iuri. Antonin. Ibid.

Si conficit de re illicita. Si ſcribit ſtatuta vſuraria. Si non detinet protocollum. Si ſtipendium maius capit. Si literas ordinum carius vendit. ¶ Man. cap. vigeſimo quinto. num. 52.

Si accipit pro inſtrumento ordinis plus quam debet, modo id faciat ſine vllo pacto non eſt Simoniacus, & non accipiat pro precio ordinis. ¶ Manual. capit. 23. nume. 102. & capit. 25. numero 54.

Si facit inſtrumentum vſurarium palliatum tamen tenetur ad reſtitutionem, ſi non reſtituat ipſe principalis. ¶ Manual. capit. decimoſeptimo. numero 276.

Cogi poteſt à Iudice ad edenda inſtrumenta, & acta publica coram illo geſta. l. 2. C. de edendo. et capit. quoniã contra. de probatio. cap. perpetuus. de fide inſtrument. ¶ cõſi. primo. de elect. num. 4.

Poteſt accipere iuſtum ſalarium à viſitatis. cap. ſtatutum. §. notarius. de reſcrip. li. 6. quia Luc. 23. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Niſi ille ſit

A de familia Epiſcopi, vel habeat ſalariũ de publico. Panormit. communiter recept. cap. primo. de ſimon. Niſi adſit conſuetudo laudabilis, vt nihil recipiatur. Concil. Trident. ſeſſion. vigeſimaprima. cap. primo. de reform. ¶ Conſil. primo. de cenſibus.

## Notorium.

NOtorium dictum à noto, quod eſt ſigno, vel monſtro videtur ſignificare euidẽtiam alicuius rei, ita vt ſine tergiuerſatione notari poſſit. Silueſtr. Verbo notorium.

Notoriũ dicitur tripliciter. Primò,
B illud ſuper quo lata ſententia, quæ trãſiuit in rem iudicatam. Et dicitur notoriũ iuris. Secundò illud, quod eſt adeo manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, vt publicus concubinarius. & ca. noſtra de cohab. cle. & mul. c. fi. de temp. ord. Tertiò illud, quod ſcit euidenter maior pars populi, viciniæ, aut collegij, modo in eo ſint ſaltẽ decem. Quare cum ſex ſoli quid ſciunt poſſunt id facere notorium, quicquid dicat Silueſt. Verbo notorium. quæ. 4. ¶ Manual. cap. 25. num. 73.

Notorium aliquando accipitur à Iuriſperitis pro eo, quod eſt manifeſtum
C ſecundum Panor. in d.c. veſtra. ¶ Com. cap. cum contingat. Remed. 2. nu. 24. Quod ſi aliqua tergiuerſatione celari poteſt, notorium non dicitur. ¶ Conſi. 15. de pœn. & rem. num. 7.

Notorie etiam delinquens orationẽ requirit. iux. gl. c. euidentiam. de accuſ. & cap. ad veſtram. de iureiu. ¶ Cap. cũ contingat. 2. cauſa nullit. num. 13.

Notorie dignus non debet examinari. c. nullas. 24. diſt. ¶ Ibid.

In notorijs non eſt neceſſaria declaratio, ſecũdũ Fel. c. Rodulphus. de reſc. Quare notorie fornicarius excõicatus, & declaratus æquatur p extrauag. Mart.

Mart.5. Ad euitanda. ¶ Conſil. 12. de A Hæredi.

Notorius defectꝰ proprietatis expellit, quem à petitione reſtitutionis beneficij. c. quoniam. de fil. presb.

## Nouitas.

NOuitas multa commendat, cum ſcriptis tamen antiquitas gratiam, nouitas inuidiam conciliare ſolet. ¶ In procem. oppoſ. ſeptima.

Nouitates quidem fugiendæ ſunt, vt non omnia noua ſemper reprobanda, cum multa etiam ſint laudanda. Inutiles nouitates contra ſcripturam, & ſacros canones non ſunt inducendæ. cap. quis neſciat. 2. diſt. & cap. cum conſuetudinis. de conſuetu. ¶ de Iud. Not. 6. num. 88. B

Nouitates præſertim aures hominũ relaxantes inducendę non ſunt, cum non ſit præſtanda materia in omnibus relaxandis. c. ex parte. de conſuetudin. ¶ De redim. eccleſ. quæſt. prima. Mon. 48. num. quarto. & quæſt. 3. Mon. 35. num. 5. & Concil. 2. de reb. eccl. non alien. nu. 5.

## Nouiciatus.

NOuiciatus cũ licentia extra monaſterium agi, & compleri poteſt. ¶ conſil. 52. de reg. & conſil. 41. nume. 3. conſ. 10. de cler. non reſid. numero 3.

Per exitum Nouicij ſine licentia ꝑ tres dies interrumpitur. ¶ Conſil. 42. de Regul. nume. decimotertio. Quia Nouiciatus omnis continuus eſſe debet. per capit. 1. de reg. libr. 6. ¶ conſil. 49. eod.

Non tamen illum interrumpit latitatio in Monaſterio animo non profitendi. ¶ conſi. 45. nume. 2.

## Nouicius.

† NOuicius dicitur, qui habitu Religionis accepto, nondum aliqua profeſſione aſtrictus, experitur Religionis caſtitatem. Silu. Ver. Relig. 5. in prin.

Nouitius auſteritates religionis experiendo in genere ſatisfacit. ¶ Conſi. 82. de reg.

Nouitius etiam deputatus ad chorum, non tenetur ad horas canonicas, licet gaudeat priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. Verb. Hora. De orat. ca. 19. nu. 23.

De eius delictis poteſt prælatus cognoſcere, etiamſi fuerit laicus. ca. religioſum. de ſenten. excom. ¶ Conſil. 58. de regu.

Illius acceptio ad conuentum, & ꝓlatos pertinet immediate, & non ad ſuperiorem mediatum. arg. c. ad apoſtolicam. de reg. ¶ Ibid.

Si actibus profeſſorum ſe imiſceat cõſentit profiteri tacite, ſi expreſſe nõ ſit profeſſus c. uidua. de reg. ¶ Conſi. 5. de his, quæ ui. nu. 10.

C Infra annum probationis teſtari poteſt ſecundum Inn. communiter recep. in ca. 2. de teſta. quia non eſt uere religioſus. licet qui ad priuilegium Can. ſi quis ſuadente religioſus ſit cap. Religioſo de ſent. excom. in 6. ¶ Com. 2. de reg. nu. 44. Non tamen poteſt ita libere teſtari, ut miles. ¶ Ibi. nu. 52. Et tenetur tenere in teſtando debitum ordinem relinquendo legitimam aſcendentib. ac deſcendentibus, quia ab hoc onere nõ liberatur. Authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. ¶ Vbi ſupra.

Nouitij uota non irritat ſuperior. ¶ Man. cap. 12. nume. 65. Vide Verbo. Votum.

Nouitius infra annos profeſſionis

non

non eſt uere religioſus cap. Religioſo A §. Quam uis de ſent.excom.lib.6. Non perdit beneficium cap. beneficium de reg.iur.lib.6. neque perdit dominium, neque poſſeſſionem bonorum ſuorum ſecundum omnes, neque tranſeunt illa in Monaſteriũ uſque ad profeſſionem. Auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.Eccl. quam omnes intelligunt de ingreſſo irreuocabiliter. 1.ſolemniter profeſſo. ¶ Cõ, 2.de Regul.num.49.

## Numerus.

NVmerus peccatorum toties auge tur, quoties uoluntas renouatur B Io.And.in reg.delictum.de reg.iu.li.6. in Memoria.quod uerũ eſt in internis, non autem in externis. ¶ Man. c.6.nu. 16. Vide Ver.Peccatum.

Numerus uerifimilis peccatorũ con fitendus eſt, quia qui aliquid de nume ro ſubticet præ pudore, aut hypocriſi mor. peccat, immo etiamſi id ex culpa lata fiat. ¶ Ibid. nume. 15.& de pœnit. diſt.in ctio.5.in princ.c.conſideret.numero 43.

Numeri circunſtantia, non eſt proprie circunſtantia, ſed peccati additio ad peccatum, quia frequentia peccati non circunſtat plus peccatũ, ſed nouũ C conſtituit. ¶ Ibidem nume. decimoquarto. Et de oratione. cap. ſeptimo. numer.octauo. & d.c. conſideret. numero 41.

Numerus ſeptenarius quia perfectus eſt ideo ſeptem de pœnitentia diſtinctiones poſuit Gratianus ait gloſſ. 1.in principio diſtin.primæ, contra tamen uidetur ratio, quia non habet par tes aliquotas, quæ illum præciſe reddant. Ideo melius dicendum talem numerum poſuiſſe Gratianũ, quia ſeptem ſibi diſtinctè de pœnit. Mactanda occurrebant. ¶ Com.de pœniten.diſtin. 1.prælud.5.

## Nuptiæ.

† NVptiæ dictæ ſunt, quaſi nube tectæ eo, quod nubentium ca pita uelabantur. 35.q.5.c.noſtrates. Et idem ſunt, quod matrimonium.c.nulla.ead. qõn, licet aliquando ſumantur pro copula carnali, ſicut ſponſus Beat. Virginis dicitur ad eius nuptias non perueniſſe. Silueſtr. verbo nuptiæ.

Nuptiæ primæ nulli directè, vel indirectè prohiberi poſſunt, ut habetur toto titulo de Indictio.viduit. ¶ Conſ. 21.de ſponſal.num.quatto.

Nuptiæ ſecundæ, non debent benedici benedictione ſolemni Sacerdotali, quę intra Miſſam fit. per ca. primo. de ſecund. nuptijs. Primæ verò benedicendæ ſunt per c.ſponſus.30. quæſt. quinta. Vide verbo Benedictio.

Nuptiarum benedictio, prohibetur ab Eccleſia à die primo Quadrageſ. vſque ad Dominicam in albis incluſiue. Et à prima Dominica Aduentus, vſque ad diem Epiphaniæ incluſiuè. Et ſimiliter prohibetur illarum ſolemnitas. ¶ Man.capit. vigeſimo ſecundo. num.71.

# De Litera O.

## Obedientia.

OBedientia, prout eſt ſpecialis virtus, eſt virtus inclinans ad faciẽdum, quod iubetur, eo quòd principaliter iubetur. 2.2.q.104.ar.1. Prout autem eſt virtus generalis comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit quod iubetur ſiue faciendo, ſiue omittendo. Et contra inobedientia eſt non facere, ſeu omittere, quod iubetur, etiam ſi non obligat ad pluſquã veniale, vt probat Caie. ubi ſupr. ¶ man.c.23.nu.35.

Obedientia in dubio excuſat. cap.

Quid

Quid culpatur.23.q.1. Modo dubietatem illam ex animo pellat virtute obedientiæ,& licitum credat, quod à Superiore iubetur.¶Ib.cap.17.num.202. & Com.c.ſi quis. de pœnit. d. 7. numero 114. A

Obediendũ non eſt Superiori,quãdo quid præcipit contra legem. cap. ſi Dominus. & cap.qui reſiſtit. 11.q.3. Et quando iubet id,ad quod ſua poteſtas non ſe extendit, ut ſunt actus omnino interiores, & actus ſpirituales. Et ille eſt ſæcularis.ca.fin.de reb eccl. non alienan.& c.eccleſia.de conſtit.& B etiam reuelatio peccati occulti omnino.c. erubeſcant.32.diſtinct.¶ manu. ca.23.nume.38. & Com. c. cogitationis.de pęn. d.1.& Cõ.2.de Reg.nu.3.

Obediendum eſt Superiori poſſidẽti, donec lis pendet ſuper proprietate. cap.2.vt lite pendent.cap. cum non liceat. de præſc. ¶ Conſil.primo. vt lite pend. num. 7. Conſil. 13. de pœn.& rem.nu.4.

Obediendum eſt maiori, quando etiam contrarium iubet ei, qui minor eſt.Et minor præcipiens aliquid contra id,quod maior pæcipit inobediẽtiam magnam incurrit.ca. qui reſiſtit. C 11.q.3.¶ Com.3. de reg.nu.12.& 18. conſi.2.de iu.pat.nu.18.

Obedire nolle, vel obedientiam nõ implere in conſultis non eſt peccat. in præceptis obligantibus ad mortal. in alijs eſt veniale.¶ Manu.capit. 23. numero 36.

Obediri non debet ſuperiori eum dubitatur ſi bene præcipiat rem præiudicialem,quæ mergat in magnam periculum Reip.proximi, vel proprios perſonæ.¶Com.c.inter verba concl.6.nu. 599.vide verſ.Reus.

Obedire inferiorum eſt,& ſubditorum capitu. omnis anima de cenſibus. ¶com.cap.ſi quis autem de pęnit. diſt. 7.num.89.vide.verſic.ſubditus verſic. ſuperior.

## *Oblatio.*

† OBlatio eſt, quod Deo effertur immediate, id eſt ad cultum Dei,& dicitur ſacrificium, ſi inde fiat aliquod ſacrum conſumendum. Et eſt triplex, ſcilicet Donatio inter viuos facta Deo,vel Eccl.Donatio cauſa mortis pro anima, quæ dicitur etiam moritorium,& oblatio quotidiana, & eſualis, quam faciunt fideles quotidie ad Miſſam,vel huiuſmodi, vt immediate ſit Deo, licet cedat in vſum Miniſtrorum. Et requirit tria, vt offerens, ſit fidelis.Secundò, vt offeratur Eccleſiæ. Tertiò, ꝙ de licite acquiſitis Panor.c. 1.de verbor.ſignifi.Sihieſt. Verbo Decima.in princip.

Oblatio in Miſſam cum ſtat antichiſſima conſuetudo facienda eſt, & qui nil offert cum notabili ſcandalo, aut præbet occaſionem, vt maior pars populi non offerat in die feſto peccat. argumen.ca.omnis.de conſecr.diſt.1. Conſuetudo autem ſufficit, vt à decẽ annis ſit introducta ſecundum Panor. in c. ſuam.de ſimo.Neq; etiam infringit, qui cum non habet nihil offert, quia ſatis eſt offerre,quod libitum eſt ſecũdum Siluestri vbi ſupra.§. primo. Niſi taxata ſit certa quota. De iure autem communi, nullus tenetur ad offerendum, ſecundum Diuum Tho. 2.2. quæſt.86.art.1. & Turrecrem.in d.ca. omnis. & Archiep.3.p. tit. 2. Ioan. Andr. Panormitan. & omnes in dict. capit.omnis. ¶ Manual. capit. 13.numero 19.

Oblationes vẽdi,& locari poſſunt, quia ſunt de numero ſacrorum abſque benedictione dicatorum: ſed id debet tantum fieri cum ad ſuſtentationem miniſtrorum datæ ſunt. Quare gloſſ. cap.

cap. altare. 1. quæſt. 3. putata ſingulà Ludo. Roman. in ſing. 664. fructus refutatur ab omnib. vt ait Archid. c. Sanctorum. 10. q. 1.

Oblatio maior poteſt fieri celebrāti primam Miſſam, vel baptiſmum eo, quòd publicè fiat, vel inuitatus, quia nemine vidente. modo principaliter ob Deum fiat. ¶ De eleemoſ. num. 77. Non autem vendi poteſt ius accipiendi illas, quia cenſetur ſpirituale, c. quā pio. 1. quæſt. 2. Et hoc intelligitur de oblationibus factis: nam de faciendis dubium eſt, propter ſcandalum, & occaſionem, qua diminui poſſet offerentium deuotio. Si autem id fieret ſecreto poſſet. ¶ Com. de ſpol. cler. §. 18. num. 8.

Oblationes ſolent facere aliquādo Superiores ſine animo ſe obligandi, c. cum veniſſent. de Inſt. ¶ Conſi. 70. de ſimo.

Oblationem faciēs de ſe, & de ſuis rebus Monaſterio cenſetur vitam mutare, & voluntatem, ſed non ſi ſua offerantur parentib. ¶ Conſi. 25. de reg. num. 3.

## *Oblata, & oblatus.*

OBlatus dicitur, qui ſe, & ſua offert monaſterio, nihil ſibi reſeruato, vt dicit Panorm. in cap. vt priuilegia. Ideò talis nō eſt Monachus, quia eſſentialia vota non emittit, ſed longe differt. cap. ex eo. §. 1. de elect. li. 6. & dicto cap. vt priuilegia. de priuileg. Immo minus eſt, quàm eſſe conuerſū, quia habitum non mutat, vt conuerſus facit. ¶ Conſi. 7. de regul. & conſi. 81. num. 15. Vide Panorm. in cap. non eſt. de Regul. quem ſequitur Dec. in c. eccleſia. de conſtitution. & Felin. in cap. præſentia. de probat. ¶ Ibid. numero 16.

Et tunc non poteſt teſtari, non quia ſit Religioſus, ſed quia pia donatione ſe illa poteſtate iure priuauit: ſi autem quid ſibi reſeruauit de illo teſtari poteſt. ¶ Com. 2. de Regu. nu. 8.

Oblatus plene proprietarius dici poteſt cum non emiſerit votum paupertatis: non autem ſtricto modo, quia ſua donauit. ¶ Cōſi. 75. de regu. nu. 23.

Oblatus, ſi Matrimonium contrahit ualet, quia nō eſt vere Religioſus. gloſſ. ca. vt lex continentiæ. 27. quæſt. 1. ¶ Conſi. 81. de Regu. num. 15.

Oblata à parentibus in pupillari ætate, ad ſæculum redire poteſt. cap. ſignificatum & c. cum verum. de regul. ¶ Conſil. 25. de Voto.

Oblatæ perpetuam præſidentem, ſecundū cōſuetudinem eligere poſſunt, non tamen tenentur ad clauſuram perpetuam, neque ligantur ſtatutis, & cōſtitutionib. Pontificijs editis de Monialibus, quia non ſunt Monachæ, & non per Religionis ordinem, ſed pro Sancte viuendi modo approbatæ ſunt. ¶ Conſi. 82. de reg.

Oblatæ propriæ ſunt, quæ nullum ſumunt habitum Religionis, nullam profitentur Regulam, neque obedientiam monachalem permittunt. ¶ conſ. 81. de reg.

## *Oblatio.*

† OBligatio eſt iuris uinculum, quo neceſſario adſtringimur ad aliquid dandum, uel faciendum. Inſtit. de obligat. in princip. adde, & faciendum, quod reducitur ad agere, & ſine conſenſu nulla eſt. l. prima. ff. de pact. Silueſtr. Verbo obliga. in principio.

† Obligatio aliqua eſt Naturalis, continens tantum naturalem æquitatem, & per uinculum naturale, id eſt conſenſū contrahitur. Aliqua eſt ciuilis, ut cum quis ciuili tantū iure aſtringitur

gitur naturali ęquitate diſſuadente, quę non obligat in foro conſcientiæ. Tertia eſt mixta, ut cum quis potens ſe obligare cum iuris ſolemnitate obligat ſe ad aliquid æquum naturaliter. Siluestr.Ibid.

Obligatio naturalis, ex conſenſu etiam nudo nata, obligat in foro conſcientię.¶ Có.2.de regu. nu.42.

Obligatio naturalis, quæ ex pacto nudo naſcitur, obligat paciſcentem ad implendam pactionem ſub pœna peccati mortal. ſecundum Panorm. communiter rece. poſſ.Hoſtienſ. & Ioann. And.in cap.1.de pactis.¶ Conſi. 2.de Regul. Et ſi ex foro Cæſareo non ſeruaretur, in foro tamen conſcientiæ ſeruanda eſt, ut tradit Barto. communiter recep.in extrauagant. ad reprimendam. uerb. denunciationem. Si tamen ex cauſa licita oriatur.¶ Cóſi.quinto. de emptio.nu.14. Et qui illam non obſeruat peccat mort. ſecundum Innoc. cap.nouit de Iud.nu.4. ut colligit Fel. in procem.Grego.nume. 25. & in cap. quæ in eccleſiarum.de conſtitut.num. 55. ¶ Conſil.20. de Regul. numer. 14. ¶ man. cap.18. nu.6.

Obligatio naturalis iure Canonico, ſaltem quo ad forum conſcientiæ, ſequitur naturali, & ciuili.c.1.de pact. ¶conſ.3.de pœnit. & remiſſ.

Obligatio antidotalis lege naturæ ineſt beneficiario erga beneficiantem pro loco, & tempore opportuno.iuxta l.benefacienti, benefaciendum eſt. l. ſi non ſortem.§.libertas, iuncta gloſſ.verbo naturaliter.ff.de condict.indebi.& cap.cum officijs.de teſtam.& Thom.2. 2.q.106.ar.3. ¶Com.de dat.& promp. numero 21.

Obligatio eſt mater actionis. l.licet.§.& obligatio.ff.de procur. ¶ man. prælud.7.nu.21.

Obligatio iuris, ſiue iure ad id obli-

A gante non eſt inducenda. argum.cap. conſuluiſti. 1.qu.4. & cap.2. de tranſlation. prælator. ¶ conſilio 1.de conſt. numero 49.

Obligatio tempore, nec inducitur, nec tollitur.l.obligationum. §.placet. ff.de act.& oblig.cap.peruenit.de cenſibus quare longa uſurpatio pręterita, non inducit obligationem in futurum. cap.quia cognouerim.10.q.3. ¶ conſil. 1.de pact.

Obligatio ex contractu ſecundum mentem contrahentium ligat, legat; legalis autem ſecundum mentem legis. l.primas.§.ſi conuenit.ff.de poſit.& c. contractus. de regu.iu.li.6. ¶ Com.in

B prin.de pę.d.5.nu.21.

Obligatio de dando quantitatem eſt diuidua ſua natura, & effectu, ita ut præſtatio partis liberet debitorem à ſolutione illius, quo ad illam partem. l.ſecunda. §.etiam literarum.ff.de uerborum obligatio. ¶Com.de Vſur.numero 102.

Obligatio debendi cenſum minor eſt ſi oritur ex contractu cenſico, quàm ſi ex contractu emphyteotito. ¶Ib.nu. 109.& non tollitur ſecuritate adiecta. num.38.

Obligatio in dubio eſt reſtringenda.l. quicquid reſtringendæ. ff.de uer.

C oblig.cap.cum iura partium.de reg.iu. libro 6. ¶Conſilio 14.de celebra.Miſſ. numero 9.

Obligatio in forma Cameræ ad pœnas, & incommoda, in cenſibus non incurritur, quia extrauagan. de cenſibus liberat ab illa irritando omnia pacta, & conuentiones.¶De uſur.nu.116.

Obligatio ad dicendũ Miſſam quotie de B. Virg. intelligitur de omnibus diebus quibus frequentius ſalua honeſtate, & deuotione debita poteſt.argu. cap.ſignificatum. de præb. ¶man.cap. 25.nu.134.

Obligatio

Obligatio in dubio, quod minus eſt A continet, vt dictum eſt de obligatione cenſus. ¶ de vſur. nu. 109.

Obligatio antidotalis ſi ſubleuetur per collationem beneficij dati pro pretio formaliter animo ſe ab illa ſubleuandi ſimoniam inducit. Et hoc modo intelligitur. Innocen. cap. de ætate, & qualitate. ¶ Manual. capitulo 23. num. 106.

Obligatio non inuenitur ex ſolo propoſito faciendi aliquid, licet illud ſit ardens. 2.2. quæſt. 88. arti. 1. & Archid. in cap. qui bona. 17. q. 1. Panor. in cap. literaturam. de uot. quicquid uideatur aſſerere glo. celebris. in dicto B cap. qui bona. ¶ Manu. cap. 12. num. 26. de pœn. diſt. 2. cap. non reuertebantur. numero 1.

Obligat ſæpius cõſcientia, ad quod non compellit iuſtitia, etiam cum lex in falſa præſumptione non fundatur, quia coactio Iuſtitiæ, & obligatio conſcientiæ ſunt diuerſæ. ¶ Com. cap. inter uerba. concl. 6. nu. 716.

Obligatio antidotalis ratione gratitudinis compenſationem remuneratoriam inducit, non tamen parit actioné, neque ius petendi, ſecus de obligatione legali. per notata à S. Tho. 2.2. q. 58. & quæſt. 106. Et ab aliis in l. ex hoc iure. ff. de Iuſtit. & iure, & l. ſed & ſi. §. conſuluit. ff. de pet. hære. ¶ man. c. 17. C num. 113.

Obligatio, qua quis præceptum aliquod tenetur adimplere, tali termino eo elapſo tenetur adimplere, quàm citius poteſt, vt patet. de confeſſ. & communione. per Anton. 2. par. titu. 9. cap. 9. Et Silueſt. verbo Euchar. 3. quæſtio. 15. Quia licet, quando tẽpus ad finiendam obligationem præfinitur, eo elapſo ea finiatur. cap. ſicut. de ſponſal. tamen quando præfinitur ad dilatandum ſolutionem non finitur per lapſum ipſius. c. cum dilecti. de dolo, & contum. ¶ manu. c. 21. nu. 45.

Obligatio omnis eſt ius. Inſtitu. de obliga. in principio. ¶ Com. 1. de Regul. num. 12.

## *Obligatus.*

OBligatus ſimpliciter, ſtatim ſoluere debet. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de ſolutio. Debet tamen illi dare ſpacium competens à Iudice arbitratum. gloſſ. memorab. §. fina. Inſti. de inut. ſtip. Sed conſuetudo declarauit illud moderamen decem dierum eſſe, vt dicit glo. l. ſi debitori. ff. de Iudic. facit l. promiſſor. §. 2. ff. de conſtitutio. pecun. ¶ Com. in princ. de pœn. diſt. 5. numero 17.

Obligatus ex delicto, damnum ſtatim reſtituere debet, cap. ſæpe. de reſti. ſpoliato. 2.2. q. 60. arti. fin. Nam & fur ſemper dicitur in mora eſſe in re furtiua. l. fina. ff. de cond. fur. Non autem tenetur ad pœnam in conſcientia, donec condemnetur. glo. putata ſingu. in cap. fraternitas. 12. qu. 1. Quæ etiam locum habet in pœna ipſo iure incurſa, ſecundum Caieta. Panor. & Feli. ¶ Vbi ſup. numero 22.

Obligatus religioni in genere, & ingrediens Carthuſiam ante ætatem, à qua ob id eijcitur, nõ ſatisfacit ſuo voto, quia ingreſſus fuit inutilis, & conſequenter nullus, cum nullum atque inutile exequentur c. 2. de tranſla. prælat. & c. Nicolao. de appellatio. Et quia exiuit non quod ingrata ſibi fuerit Religio, ſed quia ſtatuta ſibi repugnabãt. ¶ conſ. 21. de voto.

Obligatus ad aliquid certo loco faciendum extra illum non ſatisfacit. ca. nos quidem, & cap. Ioannes. de teſtament. & l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſco. & cleric. ¶ conſ. 14. de celeb. Miſſ. nu. 1.

Obli-

Obligatus ad aliquid intra certum tempus faciendum eo elapſo non liberatur, l. Celſus. ff. de condict. arbitr. ca. cum dilecto. de do. & cont. ¶ conſ. 4. de ſum. trini.

Obligatus ad duo copulatiuè, non ſufficit ſi alterum tantum adimplet. l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. Inſtitut. & c. 2. de reſcript. ¶ conſi. 13. de ſponſ. num. 6. Et ſi non poteſt vtrunque debet præſtare, quod maius eſt. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. ff. de re iudica. cap. comparata. de appellatione. ¶ Conſilio quinto, de clerico. non reſiden. num. 7.

B Obligatus ad recitãdum Roſarium ſatisfacit non meditãdo miſteria. ¶ De orat. miſcel. nu. 42.

Obligati ſumus interdum euitare, quod magis directe proximo prodeſt, quàm quod obeſt. ¶ Com. c. inter verba. concluſio. 6. num. 555.

Obligatus ad ratiocinia non poteſt intrare Religionem niſi prius illa reddat. verſ. Religio.

Obligatum non debemus iudicare illum, quem nulla lex obligat. ca. legatur 24. quæſt. 2. & l. illam. C. de collat. ¶ Com. capitulo inter verba concl. 6. num. 743.

C Obligatus ad reſtitutionem, vel ad ſoluendum tibi aliquod non definit eſſe tale, ex eo quòd tibi procuraret tantundem, vel maius bonum. ¶ Ibi. numero 862.

## *Oblitus.*

OBlitus alicuius peccati, vel cenſuræ, vel irregularitatis tempore Iubilæi, poſtea quouis approbato confeſſore abſolui poteſt, quia tunc deſinunt illa eſſe reſeruata, aut habere excommunicationem, aut aliam cẽſuram adiunctam. ¶ manual. c. 26. num. 12. & Com. c. conſideret. §. cautus. nu. 32. de A pœnit. diſt. 5. & in cap. 1. diſtinctio. 6. num. 32. & 70.

Oblitus alicuius peccati morta. in ſpecie tenetur confiteri in genere. Maiorita. 4. diſtinctio. 17. quæſt. 3. ¶ man. c. 10. num. 7.

## *Obſcurum.*

OBſcura, & dubia ita interpretanda ſunt, vt quam minimã obligationem inducant. ¶ De Vſur. nume. 109. probat id l. ſemper ſub obſcuris, & l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regula. iur. Miſcel. 28. de oratione numero 39.

## *Obſeruantia.*

OBſeruantia virtus eſt ſecundum M. Tul. 3. Rhet. & S. Thom. 2. 2. q. 102. articu. 1. qua viros in dignitate conſtitutos veneramur tanquàm principia gubernationis. Et ſæpe nomine pietatis exprimitur. 2. 2. q. 101. ¶ man. cap. 14. num. 2.

Obſeruantia vana, & ſuperſtitioſa eſt vſus cuiuſuis rei ad effectum, quem ea, nec virtute naturali, neque iuſtitiæ diuinæ, vel humanæ eccleſiaſticæ operari poteſt.

Neque eſt cæremonia concernens reuerentiam Dei, & Sanctorum honorem. 2. 2. quæſt. 36. ¶ De oratio. cap. 6. num. 45.

## *Obſeſſus.*

OBſeſſus à Dæmone antequam ordinetur, nunquam eſt ordinandus etiamſi conualeſcat. Si autem ordinatus eſt, poſt conualeſcentiam ordinibus uti poteſt iuxta opinionem multorum doctorum, & intellectum. de ordina. ſacramen. ¶ Conſi. 5. de ætat. & qualitate.

Ob-

## Obſtetrix.

OBſtetrix,quæ ignorat formam baptizandi peccat. Palu.4.d.5.qu. 2.Ant.3.p.tit.14.c.13. ¶ manu.cap.22. numero 6.

Obſtetrices Aegyptiæ non meruerunt domos propter mendacia, ſed ob reuerẽtiam,& timorem Dei,quem habuerunt,ut declarat Lyranus. Exod.1. & ibi Caieta. Quicquid dicat Adrian. quol.8.articu.1. ¶ De oratione.cap.20. numero 36.]

## Occaſio.

† OCcaſio in genere nihil aliud eſt,quã cauſa inſufficiẽs data, uel accepta alicuius rei faciendæ, & dicitur ex Tho.quol.4.q.12.Silueſt. Verbo Occaſio.

Occaſio peccandi, à qua pœnitens abſtinere debet, & nunquam amplius eam daturam ſtatuere, vt abſolutionis beneficium accipiatur eſt omnis, & ſola illa,quæ eſt ſcandalum mortiferum,ideſt quo qui eam dat mortal. peccat.ideſt illa ſola, quæ datur per peccatum mortale, aut intentione principali,vel minus principali inducendi ad illud,aut ad id iuuando, aut contemnendo ſalutem ſpiritualem proximi, aut in id ſaltem interpretatiuè conſentiẽdo.Thom.ſecunda ſecundæ quæſt.43. ¶ Manu.cã.14.nume 32.&c.3.nu.14.

Occaſio iſta propinqua dicitur ad differentiam occaſionis remotæ, qualis poteſt eſſe bona ualetudo, infirmitas,diuitiæ, ars, &c.à qua non eſt neceſſariũ propoſitum abſtinẽdi.¶ Man. c.3.nu.10.

Occaſio propinqua ſecundum Gregor.in ca.negocium. de pœniten.diſt. quinta.illa eſt, quam non poſſumus, niſi cum magna difficultate uti ſine peccato. Sed contra habet Leo in ca-
A pit.qualitas,& cap.contrarium.eadem diſtinct. quia difficili eſſet militi, aut negociatori ſuam artem exercere, qui tamen non tenentur illam relinquere. Verbo Miles.

Et quia id,quod uni occaſio propinqua, non eſt talis alteri. Et non eſt ut plurimum talis occaſio habitanti cum matre.filia, ſorore, cap. uolumus. 81 diſt.Et nulla eſt occaſio,quę poſſit nos cogere ad peccandum cum peccatum ſit uoluntarium. Verb. peccatũ. ¶ Vbi ſup.nu.12.

Occaſio peccandi propinqua, illa uere eſt, quæ ſupra eſt definita.Quam
B dat ille,qui coram alio mortaliter peccat. Et ſi tali modò non dederit, quod teneatur de tali circunſtãtia confiteri. ¶ Manual.cap. decimoquarto. nu.34. Secundò,qui intentione principali inducendi ad amorẽ inhoneſtũ eleemoſinam præbet alloquitur, inuiſit,docet, conſulit,& fortius ſi uiſa, nutu,blãda, amatoria locutione, tactibus, munerib.in hunc finem directis præbet,etiã ſi finis non ſequatur.¶ nu.35. Tertiò, Qui facit aliquid, cuius principalis uſus,peccatum eſt mortale, ut idola fabricare,reficere ſinagogas,&c.¶ num. 36.Quartò,qui cantãdo, & pulſando,
C choreas ducendo, ſaltando, ludendo diebus feſtis alios à Miſſa de præcepto prohibet paruipendendo eorum ſalutem ſpiritualem, nec curando de illis peccatis.¶ Ibidem. Quintò,qui pudẽda oſtendunt, nuda aliorum uident, quia ſaltem delectationem moroſam mortalem habent.¶ Ibi.

Sextò, qui alicui obuiam procedit uidens illum ob ſuam infirmitatem in peccato mor.caſurum, & id aduertit. ¶ nu.37.

Septimò, qui imperat, conſulit,rogat aliquem, ut falſo iuret, iniuriam inferat,fornicetur ad irritandam uir-

tutem eius, licet non intendunt inducere ad peccatum. ¶ numer. trigeſimo octauo.

Octauo, qui introducit in cubiculum alterius puellam noctu cum intentione tentandi eius caſtitatis uirtutem. ¶ 42.

Nono, qui ex cauſa occulta neſcitur carnibus prohibitis, aut diebus præceptis non ieiunat, & eos, quos ſine cauſa ſcandalizari uidet certiores non reddit. ¶ 44.

† Et multi alij caſus ſunt, quos unuſquiſq; per ſe formare poteſt. Occaſionem igitur iſtam propinquam peccandi, qui nō relinquit, aut vult relinquere non eſt abſoluēdus regulariter, niſi quatuor concurrant. Primò, uera de peccato præterito pœnitudo. Secūdò uerum propoſitum non peccandi. Tertiò credulitas, quod Deo iuuante non peccabit cum in ea occaſione iterum ſe inuenerit. Quartò, quod ſubſit aliqua cauſa rationabilis non ſe ſeparandi ab ea. ¶ Man. c. 3. nu. 15.

Occaſionem remotam peccandi, nō tenetur pœnitens relinquere, vt abſoluatur, alioquin illi neceſſe eſſet ex hac vita migrare, quia quicquid ferè in mundo eſt occaſio peccandi, poteſt eſſe. cap. de occidendis. 23. quæſt. 5. Neque tenetur ſtatuere ſe relicturum occaſiones peccandi uenialiter. iux. cap. cum in cunctis. de elect. ¶ Ibid. numer. 20.

Occaſionem peccandi dare nunquā licet. arg. l. conueniri. ff. de pact. dotal. & cap. ex parte. de conſuetu. ¶ Tractat. opin. ſolut. ſeptima. num. 15. & Com. cap. inter verba. concl. 2. nu. 7.

Occaſionem peccandi dare prohibitum eſt omni iure. l. fin. C. de pact. cap. 2. de conceſſ. præbend. ¶ conſi. 1. de procur. nu. 3. Quia nulli danda eſt. cōſi. 76. de Regul. nu. 5. Et ſi eſt propinqua, qui dat illam peccat mor. ¶ conſi. 76. de Iud.

A

Occaſio omnis peccandi eſt impedienda ne detur. Et ſi data fuit tollenda eſt, 1. Timot. 4. cap. nolo. 12. q. 1. & d. l. conueniri. ff. de pact. dotal. ¶ De ſpol. cle. §. 19. nu. 4. Com. cap. inter verba. concl. 6. nu. 437.

Occaſio qualis qualis de mente alterius non ſufficit ad incurrendam irregularitatem. ¶ conſi. 35. de homic. num. 9.

Occaſionem peccandi dare poteſt, quis directè, & indirectè per ſe, & per accidens cum peccato, & ſine, cum ſcādalo actiuo, & paſſiuo. Et ideo iura prohibentia occaſionem peccati dare de omnibus his modis intelligitur. Et ita colligitur ex D. Th. 2. 2. quæſt. 43. ar. 1. & cap. de occidendis. 23. quæſt. 5. & ca. nihil cum ſcandalo. de præſcrip. Quia ſpecies omnes continentur ſub genere. ¶ De Iub. not. 34. nu. 5.

B

Occaſio remota, quam dedit uxor adulterando per viri abſentiam, non excuſat uxorem à perditione iuris perdendi debitum. Panorm. & Præpoſ. ca. diſcretionem. De eo, qui cogn. &c. & gloſſ. apta. in c. ſi abſtines. 27. quæſt. 2. ¶ Conſi. ſecundo. de conuerſ. coniug. numero 3.

C

## *Occiſio*.

Occidens, vel per ſe, vel per aliū, dū id iniuſte facit, peccat mort. 23. q. 4. in fi. ſumm. ¶ Man. c. 15. nu. 4.

Occidens furem cum poſſet illum apprehendere etiam de nocte peccat, opinio communis in ca. ſi perfodiens. de homic. Etiam qui id facit ad tuendam ſuam caſtitatem, quam alio modo poterat tueri fugiendo, clamando, &c. Archiep. p. 2. titu. 4. cap. 8. §. 2. ¶ Ibi. nu. 5. Et qui caſu id facit, dum in culpa fuit non aduertendo. cap. ad audientia.

dientia.ca.preſbyterum.de homic.l.ſi putator.ff. ad leg. Aquil. nume ſexto. Et ſi erat damnatus ad mortem, quando occidit miniſtros, aut percutit, vt ſe eripiat, ſi reſiſtentia iniuſta eſt.gl.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iu. ¶ Ibi.num.8.

Occidens etiam iuſtè, modum defenſionis excedens, multo minus peccat, quàm occidens voluntariè, & minorem pœnitētiam in foro interiori, & leuiorem pœnam in exteriori meretur.tex.ſingu.in c.ſignificauit.de pœnit.& remiſſ. & l. ſi adulterium.ff.de adulter. non tantam tamen reſtitutionem tenetur obnoxius ſi culpa mortalis exiſtat.iux. l. ſi ex plagis. §.ſi.ff. ad leg.Aquil.¶ Conſi. 8. de homic.

Occidens voluntariè iuſtè fit irregularis, non tamē eſt indiſpenſabilis, licet incurreret peccatum ex defectu intētionis, aut alterius circunſtantiæ. ¶ Rubric.de Iudic.num. 109.

Occidens clericum caſu cum vx ore inuentum, non eſt excommunicatus, ſecus ſi ex præcedente maturo Iudicio id faciat. Ange. verbo Excomm.5.§.9. Non facit autem id maturo Iudicio, qui abſconditus domi, vt factum inueniat, dolore victus id agit ſubito impetu.¶ Conſil.41.de ſenten. excomm. numero 5.

Occidens inuaſorem etiam cū moderamine fit irregularis, ſi ſua culpa ipſe fit inuaſus, vt puta ſi dediſſet alapam vindicando iniuriam auctoritate propria.¶ Conſi.32.de homic.non autem ſi ſine culpa, neque tenetur reſarcire damnum.¶Rubr. de Iud.num. 100.

Occidere aggreſſorem, licet, cum moderamine inculpatæ tutellæ, id eſt cum id ſolum facit, ſine quo iniuria uitari non poteſt.gl. fina. in cap.olim. 1. de reſtitutio. ſpolia. Ad ꝙ requiritur primò, quòd fiat id nō interpoſita multa mora, ſed incontinenti. Quare

A mulier pugione ſuppoſito ceruicali poteſt virum occidere, à quo cognouit ſe occidendam ſi fugere non poteſt.

Secundò, vt id non fiat maiori vi, quàm ſit neceſſaria ad propulſandam iniuriam. per d. cap. olim. & per leg. primā.C.vnde vi. & Archiep. 2. part. tit.7.cap.8.§.1.

Tertiò, quòd non adſit locus fugæ, niſi dedecus ſummum ob fugam conſequeretur: quia honor plus valet, quàm bona fortunæ capi. ſuum. iuncta gloſſ. verbo Modeſtiæ.de pœnis.¶ manu.ca. 15.nu.3.de Iud.nota.2.nume.13.& in Rubric.nu.110.¶ Conſi.12.de Homic.

B Occidere inuaſorem non poteſt ſine peccato vulneratum, quando ipſe iam aufugit, quia illud eſt vindictam iam ſumere. Ricar.3. diſtin. 37. niſi id ſibi in magnum dedecus redundaret, & honoris iacturam plurimā faceret. ¶ Ibidem.

Occidere armis, licet ſe defendēdo inuaſorem, quando non poteſt ſine magno dedecore vitare alapam, quam ſibi molitur impingere. Bald. in Reperto.l.1.C.vnde vi. ¶ Ibi. & conſilio 2. de homic.

C Occidente fœtum animatum non principaliter ex odio ſed obſeruandum honorem ſui a ſuorum minuenda eſt pœna argu.l. ſeruos C.de vi public. ¶Com.cap.ſi quis necandi de pęniten.diſt.1.num.5.

Occidere hominem interdum licet quia per præceptum 8. Decal. non omnis occiſio, ſed inordinata tantū prohibetur. Et hæc eſt peccatum, quod extenditur ad conſulentem, præcipientem, exhortantem, comitantem, adiuuantem.per cap.ſi quis viduam.50. di. & cap.quanta.de ſentent.excomm.includit non defendentem, & glo.cap. ſi quis viduam. includit ratum habentem. Non tamen ſunt excommunicati

iſti, ſi expreſſe non contineantur in le A ge, cum lex pœnalis non extendatur vltra proprium caſum ſecundù Caie. verbo Excommunicat. Silueſt. & Tab. ¶ Com. cap. periculoſe. de pœniten. d. 1. num. 2. & 3.

Occidere, & adigere aliquem in locum ita anguſtû, vt ſe ille occidat, non ſunt paria, quod apparet ex hoc, quòd lex Aquilia in primo caſu dat actionem utilem: in altero autem directam. l. ſi boues alienos. ff. de Relig. & ſumpt. ¶ Com. cap. fraternitatis. De lege pœn. num. 19.

Occidere infantē, & ſi ex eo, quod innocens eſt, maius ſit, quàm occidere B adultum, quod innuit lex 8. Attamen, quia magis nocet qui occidit adultum & ex nocumenti magnitudine penſanda eſt magnitudo peccati. Verbo peccatum ideo magis peccat. ¶ Com. ca. ſi quis necandi. de pœn. d. 1. num. 2.

Occidere infante nōdum aptû, nec anima rationali informantû non inducit pœnam legis ſecundum Salyc. per quo eſt tex. in c. Qđ vero 32. q. 2. ¶ Ibi.

Occidere nunquam licet ad comedendum etiam data extrema neceſſitate. ¶ conſ. 2. de ſortil.

Occidere in Haſtiludio, non inducit irregularitatem, in torneamentis C autem ſic. In ludo vero licito, qui occidit euadit pœnam legis cau. de ſiccar. vt dicit Anch. conſil. 283. ¶ conſ. 7. de hære. num. 3.

Occidere hominem ob honorē defendendum, an liceat. Vide ver. honor.

Occidere Iudæis quantum, & quando licebat. Vide ver. Iudæus.

Occidere, & bellare Sacerdotibus veteris legis, & Leuitis olim licuit etiam manibus proprijs. Excomm. 32. nu. 25. 1. Regû 15. 1. Machab. 2. ¶ conſ. 1. de his, quæ vi.

Occidēs aliquem metu tyrrani non debet mori Bal. per tex. in l. ſeruus. C. de vi public. quia pæna debet mitigari. ¶ Com. cap. ſi quis necandi. de pæn. diſt. 1. num. 5.

Occidit alterum, quis ſæpe licitè, vt Iudex. cap. ille. 23. q. 4. Exo. 22. Maleficos non patieris viuere. Tho. 2. 2. q. 64. artico. 2. Etiam ob furtum. iuxta Caiet. & eſt communis opinio. 4. diſt. contra Sot.

Secundò, Milites in bello iuſto, quod etiam auctoritate publica agitur. c. Niſi. c. militare. 23. q. 1.

Tertiò, ob vitæ propriæ defenſionem poſt Caie. diſtin. quæſt. ar. 7. Antonin. 3. par. tit. 4. cap. 3. Silueſt. verb. Bellum. quæſt. 2.

Quartò, propter defenſionem proximi. glo. penult. clem. 1. de homici. Et in ſumma 15. qu. 8. Innoc. Panorm. & alij in cap. ſi verò. el primo de ſenten. excomm. quicquid dicat Fortunius. l. vt vim. ff. de iure iurand. nume. 24. In omnibus autē his caſibus peccat, qui occidit ob odium, aut vindictam priuatam. cap. cum miniſter. 23. q. 3. Et in primis duobus caſibus poteſt quis habere propoſitum occidendi pro bono pacis. In alijs autem non poteſt, neque apprehendere mortem alicuius tanquam medium ad ſe defendendum, ſed ſolam ſui, aut proximi defenſionem, licet inde mors aggreſſoris ſequatur quod videtur ſentire d. Thom. vbi ſupra, & Cardina. Sanct. Sixti. d. cap. de occidendis. 23. quæſt. 5. Abulenſ. ſuper Matt. cap. 5. quæſt. 46. Sed hęc limitatio videtur ſubtilis, & noua, quare fugienda, vt dictum eſt. Verbo Nouitas. Et quia occidere ſe petentem vnicuique. licet. l. ſed & ſi. ff. ad l. Aquil. Et quia uix nullus occideret aggreſſorem ſine peccato, cum omnis inuaſus, vt plurimum concipiat animum occidendi, ſi aliter ſe tueri non poteſt.

¶ man.

¶man.c.15.num.3.Com. de Iud. Nota.11.nu.13.

Occidit qui ſeruum pignori datũ, tenetur ad reſtitutionem vſque ad ualorem ſerui, quod debetur creditori, ſi debitor non eſt ſoluẽdo. l.qui occidit. ff.ad leg. Aquil. ¶Cõ.de dat.& prom. num.45.

Occiſio placens, aut ratihabitio de occiſione non inducit irregularitatem ſi non eſt meo nomine facta. cap. cum quis. de ſenten. excommuni.lib.6. de homici.

Occiſio vxoris ſine iudicio, inducit impedimentum ad contrahendum matrimonium.cap.interfecto. cap.admouere.33.q.2. Et eſt communis ſententia.4.diſtinctio.34. Et Cano.cap.2. de pœni.& remiſſ. quod habet non dirimere contractum, quod probat.capit. quicunque.33.qu.3. quatenus habeat occidenti ſuam vxorem, imponendam eſſe pœnitentiam publicam ſi contrahat cum alia, non tamen ait matrimo. non tenere. Et ratio eſt, quia multa prohibentur, quæ facta tenent.glo.ca. hoc ipſum.§ de pœnitentibus 33.q.2. ¶Conſ.28.de ſponſ.nu.4.

Occidere Tyrãnum, nemo propria auctoritate poteſt. Concil. Conſtantin.ſeſſio.15. in titulo Condemnatio. ¶Commen.de oratione, capitulo 19. numero 79.

Occidens aliquem pro pecunia ſibi promiſſa, non poteſt eam poſt factum repetere tanquam ſibi debitam, quia peccaret mort. ſed tanquam eleemoſinam ad leuandam ſuam inopiam. ſi quam habet non placens, ſed abominans factum.¶Manu.c.17.nu.41.

Occidit, qui aliquem iuſſu alieno ob ſolam vtilitatem præcipientis, tenetur ſatisfacere percuſſo, aut eius hæredibus.¶Ibidem.num.19.Et qui occidit animal domeſticum alterius. c.15. A numero 22.cap.17.numero 120.

Occidere hominem percutiendo, & non adiuuando extremæ egentem æquiparantur, quo ad peccandũ mortaliter, non autem quo ad æqualitatem peccati, & alias pœna. ¶de eleemoſy. numero 38.

## Occultum.

Occultum illud dicitur, quod non eſt publicum, de cuius eſſentia non eſt, vt non ſit probabile ſua materia, qualia ſunt mentalia. cap.erubeſcant.32.diſt.

B Neque quod, licet ſua materia ſit probabile, nullatenus tamen probari poſſit; quia illud eſt contra.§. hæc ergo, iuncta glo. verbo ſecreta ſub cap. quis aliquando.de pœn.diſt.1. Quatenus habet dici occultum factum in præſentia quinque. ¶Et contra. cap.2. de appella.

Et occultum etiam dicitur, quod toleratur etiã ſi ab aliquibus ſciatur.

Hinc ſequitur, quod occultum dicitur tripliciter.

Primò, quod ſua materia non eſt probabile.

Secundò, quod nullo modo probari poteſt, licet ſit probabile cum coram C nemine factum ſit.

Tertiò, quod probari poteſt, ſed adeo à paucis, quod inde nulla fama orta eſt, neque eſt in iudicium deductum. Et hoc appellatur, quaſi occultum a glo.cap.manifeſta.2.quæſt.1. ¶manu cap.27.nu.255.

Occultum eſt duplex, alterum quidem per ſe, id eſt, id quod ſua natura non eſt probabile, alterum per accidens, eo quod accidat illud tam clam fieri, quod nemo de illo teſtari poteſt. Primum non ſubiacet vlli cognitioni, neque legi humanæ. l.cogitationis pœnam nullus meretur. ff. de pœn. trãſla-

tum in c.cogitationis,de pœniten.diſtinctio.1. ¶ Com. in Rubri. de Iudic. numero 67.

Occultum per ſe poteſt eſſe duplex, alterum concomitatum actu exteriori,per quem, nunquam per effectũ probari poteſt. Alterum vero non concomitatum, vt quando quis amorem, vel odium mente conceptum affectu aliquo prodit. ¶ Com.c.cogitationis. de pœn.d.1.

Occultũ per ſe caſtigari nullo modo poteſt,occultum autẽ per accidens bene ut latro furtum occultum manifeſtans.Paludan.4.diſtinctio.17. quæſtio.2. contra Thom. quolib. quarto. artico.12.

Occultum peccatorem à cõmunione reijcere non poteſt Parochus,quando ille communicare tenetur, quia id eſſet confeſſionem reuelare. ¶Man.ca. 21.nu.55.

Occultum peccatum,non licet reuelare ante correctionem fraternam, ſi eſt ſpes emendationis.cap.ſi peccauerit.2.quæſt.1.cap.nouit.de Iudic.¶man.cap.18.num.56.Rubr. de Iudi.nu. 53.Com.cap.inter uerba.concluſio.6. num.19.

Occulta exempta ſunt a cognitione,& Iudicio humano. Caieta.2.2.q. 89.art.1.2.2.q.33.artic.7.ad primum, pro quo ſunt cap. erubeſcant. 32.diſt. ¶Com.de Iudic.nume.65. Poſſunt tamen per uiam iudiciariam cognoſci à Iudice.cap.1.de offic. ordin. & l.congruit.ff.de offic.præſid. ¶ Ibidem numero 66.

Et inducunt pœnas à Iudice eccleſiaſtico impoſitas, ut excõmu.ſuſpen. &c. Quod Caietanus fatetur 2.2. qu. 11.artic.ſeptimo, & quæſt.62.artic.3. ¶Ibidem.

Occulta,quod ſubijciantur auctoritati eccleſiaſticæ tenet Adri.4. quæſt.

A 2.de confeſſ.per glo.putata ſing.clem. 1.§.uerum.de Hæret.quæ habet etiam ſola mente Hæreticum excommunicatum eſſe ipſo facto. Cui ſimilis tamen eſt in Summa 24.q.1.& in cap.cogitationis. de pœniten.diſt.1. Quæ gloſſę videntur receptæ à Canonibus,vt patet per Panorm.cap.extirpandæ.§.qui uero.colum.8.num.21.de præb.& Bal. l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cler. Fel.in cap.nullus.de ſenten.excom. At contra eſt omnis ſententia Theol.Th. 1.2.q.100.ar.9.Palud.4.d.17.quæſt.2. Archiep.3.p.tit.24.cap.4.Ang. Verbo Hæreticus.§.2.Silu. Verbo Hæreſis.q.
B 8.verbo Excom.7.q.2.verſic.Pœna.§. 25.Maior.3.d.25.qu.3. Almai.lib. de aucto.eccl. ¶Com.in prin.de pœn.diſt. 5.num.22.

Occulta,quomodo ſint reuelanda. Vide verbo Reuelatio,verbo Interrogatio,&c.

Occultum peccatum alterius, uel uitium etiam naturale, ſiue verum,ſiue falſum detegere peccatum eſt veniale,ſi illud ſit veniale,aut parum nocumentum inducit,alioquin mortale, & reſtitutionem famæ inducit. ¶man.c.
C 7.nu.7.c.18.nu.31.45.& 54. com.cap. inter uerba.conclu.6.nume.18. & 21. Com.c.pen.de pœ.d.6.nu.3.

Occulta nemo debet detegere inquirenti generaliter detecta,tamẽ punienda ſunt,ſiue detectio ſit facta incidenter,ſiue ex propoſito, nam perturbarent Rempu. niſi poſtquam detecta ſunt punirentur. niſi facta ſit proteſtatio à viſitatore ſe nolle habere, vt decreta illa, quando de notorijs tantum inquirit,quo caſu poteſt intelligi opinio.Soti,de ratione l.2.m.2.q.6. ¶ De Iudic.in Rub.nu.87.

Occulti criminis diſſimulatio, utilior eſt Reipub.quam punitio ſine querela,qua turbatur Reſpub. ¶Ibi.nu.56. & 81.

& 81. & Com. cap. quis aliquando. de pœniten. diſtinctio. 1. §. non tibi dico. numero 16.

Occulta peccata mortalia ſcire deſiderans, vel procurans peccat mortal. ¶ Manu. c. 12. nu. 23. c. 18. num. 41. ca. 23. num. 27.

Occultus auctor delicti publici nó poteſt compelli cenſura excommunicationis, ut ſe prodat. Bene autem ad reſtitutionem faciendam. cap. quidam. 5. quæſt. 1. Caieta. lib. 17. q. 13. reſp. & 2. 2. qu. 69. arti. 1. Vide Verbo Secretum, &c.

## *Odium.*

B

ODium ſecundum Diuum Tho. 2. 2. q. 29. eſt diſſonantia appetitus animalis, aut rationalis ad apprehenſum, vt diſconueniens. Et difert ab ira, quia hæc appetit malum ſub ratione iuſti, & punitionis. Illud uerò abſolute. Silu. Verb. odium.

Odium Dei genere ſuo maximum eſt peccatorum. 2. 2. q. 34. arti. 2. & qu. 39. arti. 2. & 1. 2. qu. 73. arti. 4. quia eſt actus oppoſitus ſummo bono, & conſequēter eſt ſummè malus. Et quia eſt contrarium præcepto maximo, Matth. 22. Diliges Dominum, &c.

C Tertiò, quia directe ſeparat à Deo. ¶ man. c. 11. num. 18.

Odium, & rancor duplex eſt, alterum eſt bonum, qui ortum habet ex ira, cum quis appetit, vt per Iudicem caſtigetur delictum. Et hoc quis aliquando tenetur concipere conſeruare, & oſtendere. c. ſi is qui. & c. eſt iniuſta miſericordia. 24. qu. 4. Silueſtr. Verbo Charitas. qu. 4. Et maxime quando ad ſalutem corporalem, & ſpirituale͂, aut ad Dei obſequium, vel Reipub. vtilitatem conducit. Alterũ vero eſt malum, vt puta ex iracundia mala, & Acedia. ¶ man. cap. 14. nu. 25. Conſ. 5. de pœn.

A & remiſſ. nu. 2.

Odium, & rancorem malum, qui offenſus eſt tenetur dimittere, immo, & non concipere, iuxta Gregor. dictum cap. fin. de pœniten. d. 5. ¶ Ibid.

Odium proſequi parentes malum eſt, & peccatum graue, & circunſtantia neceſſario confitenda. ¶ man. cap. 14. num. 11.

Odium habere aliquibus nationibus ob aliquos illarum malos ſtultum eſt. ¶ De ora. cap. 19. numero 95.

Odia debent reſtringi cap. odia de regu. iur. lib. 6. ¶ Com. de orat. cap. 20. numero 32.

## *Offerre. vide Oblatio.*

## *Officium.*

† OFficium ab efficiendo nomen habet, eſt autem id, quod quiſque efficere tenetur ſeruata locorum temporum, & perſonarum conditione. Calepi.

Originem ducit ab officio officis, ut ait Ambroſ. lib. 1. offi. & componit ex ob, & facio ſecundum aliquos accipie͂do ob pro circum, quaſi circumſpecto facio, quia ſignificat in quod vnuſquiſque ſecundum ſuam profeſſionem circũſpecte facere debet per metaphoram plurima alia ſignat, vt ait Albericus in ſuo Dictionario in cap. nemo de pœn. diſt. 1. ſignificat officiales Curię. ideo dicitur officium Cancellarię officium Cameræ, & ¶ Com. d. ca. Nemo numero 3.

Quo ad Eccleſiaſticos, aliquod eſt ſimplex, id eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, aliquod autem habet adminiſtrationem adnexam, & appellatur dignitas, aut perſonarum, de quibus ſuis locis. Vide Silu. Verb. officium.

Officium aliquod, qui ſuſcipit ad

quos ſua ſcientia non ſufficit peccat. A Innocen. & omnes. cap. cum in cunctis.de electio.glo.putata ſingul.qu.3. clem.2.de Magiſtr. pro quibus eſt tex. optimus.cap.non eſt putanda.1.qu.2. ¶ Releɛt.c. ſi quando. except. 16.nu.4. & de ora.c.2.nu.20.

Officium, quando relinquendum. Verbo Ars.

Officia ſingula ſingulis ſunt cõmittenda perſonis.cap.ſingula.89.diſtinctio. cap.cum ſingulis. de præbend. libro 6. ¶Commen. de ſpol.cleri.§.2. numero 5.

Officia etiam ſæcularia, qui male procurant ſibi, uel alijs cum indigni B ſint, uel per modos illicitos peccant. ¶Commen.cap.inter verba. conclu.1. numero 13.

Officia ſæcularia, quæ ſine peccato vendi non poſſunt ſi quis emat, & vendit peccat quidem, & titulus non eſt vllus. ¶Man.c.17.nu.81.

Officia Eccleſiaſtica, de quibus in cap.de multa. de præben. & c. cum ad monaſterium.de ſtatu monac.& clem. 2.de ſim.qui renũciat cum pacto committit ſimoniam.

Officium iudicandi uendi non debet. l.ſancimus. C. ad l.Iuliam.relata in cap.ſancimus.1.q.7. Nam licet non C ſit inuendibile iure naturali, uel diuino, non tamen expedit id facere. Sed iure humano gratis debet dari. Ideo poteſt uẽdi à Principe, qui iure humano non ſubeſt.l.Princeps.ff.de l. Non autem ab inferiori. Authent.ut Iudices.cap.1. ¶Commen.de datis,& promiſſ.numero 47.conſil.primo,ne pręlati vices.¶Manual.cap.17.num.81.& cap.25.nume.ſeptimo.

Officium cuſtodiendi depoſita, & ei ſalario honeſto conſtituto eſt iuſtũ, atque honeſtum.¶ conſi.1. de depoſit. numero 12.

Officium Principis, non debet ſine ipſius licentia, vel ſine cauſa, quæ ipſum tangit tractare. argum.ca.primo. de poſtulat.¶conſi.primo de reſt.ſpol. numero 1.

Officium Iudicis nobilis, non eſt proprie actio, vt frequenter detur contra obligatum alia lege, quàm iuſtitiæ. ¶ Tracta.de redim. eccl.q.3. Mon.31. nume.3. Ad hoc officium ſpectat prouidere pauperi de aduocato, fratribus minoribus, de eleemoſina, & pauperi extreme egenti, & patienti.¶ Ibidem.

Officium aliquod eſt licitum, quod auctoritate priuata nequit exerceri, publica autem ſic. ¶ De camb. nu.18.

Officia duorum, nulli quantumcumque exercitato uno tempore committẽda ſunt.cap. ſingula. 89.diſtinct.¶ De incompatib.benefic. num. nono.

Officia publica exercẽda qui ſumit cum ea ignorãtia, vt veriſimile fuerit per eorum exercitium damna notabilia alij in perſona aut rebus euentura, mortaliter peccat ſecundum. S.Antonin.2.p.titu.3.c.6.§.4.¶ Com.c.inter verba.concl.1. nu.18.

## *Officium diuinum.*

Officia diuina ſũt, quę in Miſſali, & Breuiario ordinata ſunt, aut in alijs legitime ad uſum ordinum, & aliorum ſacramentorum, aut ſacramentalium, aut ad horas Canonicas. ¶ Manual. c.27. nu.272. Quæ prohibeantur per quodcunque interdictũ. Colligitur ex cap.non eſt. de ſpon, & cap.fin.de exceſ.præl.Ibid. nu.11.

Cum cœpta ſunt integre, & ſine interruptione debent perſolui, & non debent relinqui incœpta. cap.nihil.7. quæſt,prima. Et intelligitur de publicis, & publicè in eccleſia celebratis. ¶ De oratione.c.decimo.nu.38.& 42.

Non debet quis nimis longe, neque

nimis

nimis feſtinantur recitare, ſed in mediocri, modeſta, attenta, deuota, humili, & tranquilla mente, & modulatione pſallere. ¶ Capit. 16. num. 53.

Ibi ſunt celebranda, ubi iuſſa ſunt. nos quidem. de teſtam. ¶ Conſi. 14. de teſtam.

Officium Beatæ Virg. tenentur recitare Penſionarij ſub eadem pœna, qua beneficiarij horas maiores. Pius V. ¶ De oratione cap. ſeptimo. nume. 25.

Officium Beatæ Mariæ de precepto antiquo tenebantur dicere omnes, qui tenebantur ad horas maiores. & hoc non ſolum ob conſuetudinem, ſed ob præceptum Vrbani Secundi. Sed obligatio hodie ſublata eſt per Pium Quintum. ¶ De oratio. ca. 10. nu. 3. & cap. 22. num. 99.

## Officialis.

OFficialis nomen latum eſt deſcendens à Verbo officium. Et ſignificat omnes, qui ſeruiunt alicui in aliquo officio, tanquam Iudices. Executores, uel Miniſtri alterius generis in miſterij. argumen. clemé. 2. de reſcrip. capi. ſecundo de off. uic. c. 3. de ſenten. excom. c. cum prælati. de appell.

At reſtringitur per additionem genitiuorum, uel aliorũ nominum æquipollentium, ut Papæ Cardin. Datarij, Magiſt. &c. Et dicitur ille, qui ſeruit ei immediate in aliquo officio. Hinc colligitur, ꝙ uere officialis Papæ eſt ille, qui immediate ei ſeruit, non autem, qui ab alio inſtituitur, ut alijs præſit. Quare Rectores Ciuitatum in terris eccleſiæ, & ſi officiales Papæ appellantur, non tamen uere ſunt. extrau. de regiſſ. de prælu. ¶ conſi. 19. de ſen. exc.

## Omiſsio.

OMiſſio eſt, qua quis poteſt, & debet agere agit. Et ad hoc, ut ſit A puræ uoluntaria tria requiruntur. Primò, quod poſſit. Secundò, quòd debeat agere. Tertiò, quod non uelit negatiue tãtum, id eſt neque uelit, neque nolit. Thom. 1. 2. quæſt. ſexta. ar. 1. ¶ Manual. prælud. 6. num. 3.

Quibus concurrentibus eſt actus humanus, malus, atque peccatum. Et dicitur factum negatiue, quia debet fieri. prælud. ſexto numer. ſeptimo.

Omiſſio precum in ueſtiẽdis ſacris indumentis peccatum mort. eſt quãdo ex cõtemptu fit cum ſit præcepta, quia cum illo etiam omiſſio conſiliorum talis eſt. iuxta gloſſ. ſingul. rece. in c. qui B autem. d. 10.

Etiam quando omitterẽtur omnes, ſcienter, deliberatè ſine cauſa, aduertẽdo ſe illa omittere, etiam ſi nullus adeſſet contemptus formal is. Non autem, per incogitantiam, obliuionem, aut aliam cauſam putatam iuſtam, etiam ſi non eſſet talis. Neque ſi una, aut altera ſine cõtemptu omitteretur, quia paruitas excuſaret. ¶ conſi. 2. de celeb. Miſſarum. nu. 4. de orat. cap. 10. nu. 9. Man. prælu. 9. à nu. 10.

Omiſſio publicationis reſignationem annullat cum non fuerit intra ſex menſes per regul. Cancel. publ. reſign. C & extrau. Pij V. ¶ Conſi. 3. de renunc.

Omiſſio leuis ſolemnitatum, non uitiat actum. leg. prima. §. fin. ff. de ueg. inſtru. tradit Bal. leg. prima. ff. de liber. & poſthum. ¶ Cono. ſeptimo. de donat.

Omiſſio conſiliorum non facit, quẽ religioſi nomine indignum. arg. c. fina. 4. diſ. & Thom. 2. 2. quæſt. 186. ar. 2.

Omiſſio defenſionis non facit, quem incurrere cenſuras, aut irregul. niſi ſit debita lege Iuſtitiæ. ¶ Man. c. 24. nu. 22.

Omiſſio illius, quod decentius eſt, peccatum non inducit, niſi id fiat, quod eſt penitus dedecens. ¶ De I. pœn. nume. 4.

Omni-

## *Omnino.*

VOx iſta ſignificat aliquid nõnunquam ſine aliqua pactione, conditione, uel modo. iuxta glo. memorab. cap. ex parte. el primo, de off. deleg. Non nũquam ſignificat, ipſo iure. iuxta glo. in l. 1. §. ſi pecuniam. ff. de depoſ. Nonnunquam ſignificat, totaliter, ſiue in totum. iuxta text. iuncta expoſitione Archiep. quem alij ſequuntur in ca. ſi beneficia. de præben. libro ſexto. ¶ Com. cap. primo de pœn diſt. 5. §. ponat. nume. 2. & cap. contrarium. num. 7.

## *Onus.*

ONus nõ debet eſſe alleuiatio. arg. cap. ad noſtram de appel. & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. ¶ Com. cap. inter uerba. concl. 6. num. 819.

Onus, & modũ inducunt diſtinctiones Vt, Ad, Ob, Pro, In, Ne. de rediméd. eccleſ. q. prima. Mon. 42. nume. 7.

Onus impoſitum emptori præter naturam contractus diminuit precium ca. cum Ioannes, de fide inſtrument. & leg. fundi partem. ff. de cõtrahend. emption. ¶ conſil. 19. de Vſur. nume. ſexto.

Onus impoſitum laicis ſubditis. Idẽ cenſetur Abbati impoſitum, ſi onus cõpellitur ſubire, quia qui uult antecedens, vult & conſequens. l. illud. ff. de acquiren. hæredit. & l. 2. ff. de iuriſ. om. iud. cum allatis per Iaſo. c. præterito. de off. delegat.

Onus inſolitum Eccleſiaſticis perſonis, qui imponit incidit in excõmunicationem Cœnæ. ¶ conſi. 32. de ſen. exc. numero 5.

Onus, perſonæ impoſitum illam non egreditur. argum. cap. odia. de regu. iur. li. ſexto. & l. 1. in fine. ff. de conſtitutio. prin. ¶ conſi. 5. de ledæis. nume. 6.

Onera ordinaria, extraordinario tamen modo inducta, non ſunt æque fauo-

A rabilia, nec naturaliter debita, ut ordinario impoſita modo. glo. ſingul. in cle. 2. de off. ord. ¶ De lege pœn. nume. 49.

Onus qui aſsũpſit, debet illud recte ſubire c. Non eſt putanda 1. q. 1. ¶ Man. c. 5. nu. 1.

## *Opinio infra.*

## *Opus.*

OPera pia plurimi tangunt, ut Lup. Roman. Authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. & alij de quibus dicendum,
B quòd ea ſola ſunt talia, quæ ad diuinum cultum, pietatem, & miſericordiam pertinent, quia & ſi pietas, ut uirtus moralis ſolum patrem & parentes contineat, tamen etiã pro religione accipitur per Auguſt. 10. de Ciuit. Dei. cap. 4. relatum cap. 1. 22. q. 2. Et pro miſericordia cap. ſi quemlibet. 22. q. 2. c. legi. 23. q. 8. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 26. nu. 2.

Opera nulla ſunt meritoria abſque charitate facta. cap. charitas. de pœ. d. 2. ¶ Com. c. ut cognouerunt ead. diſt.

Opera plurima uulgo cenſetur bona, quæ tamen ſunt peccata mortalia, aut uenialia, quamuis non omnia ſint talia,
C ut impie aſſerũt Lutherani. ¶ De oratione. cap. octauo. num. 5.

Opera nulla bona facere poſſunt peccatores obſtinati, & infideles, licet non ſint meritoria, quia non poteſt malus in omnibus eſſe malus, ſed aliquid boni habet, vt teſtatur Chryſoſt. cap. quid ego. de pœn. d. 3. ¶ Ibid. ca. 20. nu. 2.

Opera noſtra cæteris parib. tãto ſunt meliora, quanto minorem mixturam habent appetitus honoris, & gloriæ, & excellentiora, quæ nullum, ſed ſolo Dei amore, aut virtutis fiũt. ¶ Com. ca. inter verba. conclu. 5. num. 25.

Opera ſuo genere bona, qui facit principaliter afflictionis vitandæ cauſa, aut temporalis proſperitatis acquirẽ-

dæ peccat. Non autem ſi ea facit minus principaliter. Thom. 2.2. quæſt. 18 ar. 4. & 2. ſent. diſt. 38. ¶ Ibid. nu. 43.

Opera ſeruilia ea ſunt, quæ proprie ſeruis competunt, iuxta tex. Leuiti. 23. Non autem ea, quæ communia ſunt ſecundum Thom. 1.2. q. 122. ar. 4. ad 3. ¶ Manual. ca. 3. numero tertio.

Opera talia ſunt, qualis finis illorũ, ideo meliora, vel peiora, quo finis melior, vel peior eſt. iuxta illud. Cuius finis malus eſt, & illud malũ eſt. ¶ Man. prælud. 19. nu. 18. cap. 6. num. 4. ca. 14. nume. 31. cap. Humanum aures. q. 3. num. 2. cap. inter verba. concl. 5. nu. 25. 32. 42. 53. ca. magna. de pœ. d. 5. nu. 13. cap. 1. de pœ. d. 6. nu. 41.

Opera ſatisfactoria ſunt ea, quæ fiunt non ad debitum perſoluendum, ſed ad ſatisfaciendum Deo pro peccato, vt ærumnę tribulationes, flagella à Deo inflicta, & patienter tollerata. Thom. 4. diſt. 15. q. 1. ar. 4. & eſt id de fide. Conc. Triden. ſeſſ. 14. ca. 8. ¶ Man. cap. 3. nu. 4. & cap. 26. nu. 24. de pœ. ad 3. c. ſatisfactio, nu. 5. & d. 6. c. 1. nu. 36. & d. 7. c. ſi quis. nu. 31.

Opera ad laudem Dei principaliter inducta, vt Miſſare, prędicare, &c. Si fiant principaliter ad laudem propriã, non inducunt ob id mortale, ſicut videtur ſentire, & ſentit Angelus verbo Vanagloria. §. primo. licet illum, & male excuſat Poſtillator eius. Quod & tenuit ante eũ Abulenſ. ſuper Matt. 6. q. 3. Sed tunc tantum, quando in illis conſtituitur vltimus finis, vt tenet Silueſtr. verbo Vanagloria. quæſt. tertia. ¶ De oratione. cap. vigeſimoſecundo. num. 12. Vide verbo Appetitus. verb. Gloria.

Opera propria plus regulariter proſunt, & nocent, quàm aliena. Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit ipſa morietur, relatum ab Auguſtino cap. iam ita

A que. prima quęſtion. quarta. Apocalip. Opera illorum ſequũtur illos. Et licet quo ad effectum expiatiuum, vel ſatiſfactorium pœnæ debitæ poſſint alicui applicari opera bona, non tamen quo ad effectum meritoriũ, neque præſeruatiuũ à peccato futuro. Ricard. & Bonauẽ. quarta diſtin. prima. Et ſic intelligitur Th. quarta diſtinctio. 45. queſt. ſecunda. artic. 1. ¶ De oratione. cap. 28. num. 49. & Miſcell. nume. 25.

Opera etiam alias debita pro pœnitentia eius poni, & ſuſcipi poſſunt. Verbo Satisfactio.

B Opera non ſunt ſatisfactoria in peccato niſi per virtutem, quam accipiunt ex paſſione Chriſti. Conc. Trid. ſeſſ. 14. ca. octauo. Et non communicantur, niſi ſuis amicis, ſibique gratis, quo ad gratiam, & gloriam æternã, nec conſequenter, quo ad remiſſionem æternæ pœnæ, ſed tantum, quo ad pœnam corporalem. ¶ Man. c. 3. nu. 8.

Opera bona facta in peccato mort. proſunt ad multa. iux. gl. ca. quod quidam. de pœn. & remiſ. & cap. Quęrat. §. quod aũt. De pœnit. d. 3. Sunt enim præparatoria ad gratiam, & auxilium ſpeciale. ¶ Ibid. & ca. 27. nu. 220. De

C orat. c. 6. num. 22. c. 20. nu. 36. de pœ. d. 1. c. poteſt fieri. nu. 9. & cap. Quęrat. de pœnit. d. 3.

Opera bona in mor. facta, ſi quis dicat nihil prodeſſe ſimpliciter falſum dicit, contra Conc. Tri. ſeſ. 14. cap. 4. Si autem intelligat, quo ad meritũ vitæ æternæ, verũ dicit. ¶ De veritate Reſp. q. 1. nu. 3. & Com. c. quærat. §. quod autem. nu. 1. de pœn. d. 3.

Opera bona mortificata per ſubſequens pecca. mortale per pœnitentiã reſurgunt. Thom. communiter recep. 4. d. 22. art. 1. ad 6. & 3. p. q. 89. artic. 5. tex. eſt aptiſſimus in cap. pium. de pęn. d. 3. quia ceſſante cauſa, ſcilicet peccatum

catum ceſſat effectus. c. cum ceſſante. de app. Et licet opera mortificata, & mortua uideantur æquari, illud eſt verum de omnium mortificatis. ¶ Com. cap. quærat. de pœniten. diſtin. 3. §. Quod autem, & cap. Diuina. d. 4. §. ſicut ergo.

Opera bona facere, vt videamur, ſiue laudemur ab hominibus ſiſtendo ſolum in eo gradu non licet. Licet autem illa facere, quo Deus glorificetur. Et ſic magis intelliguntur illæ duæ au ctoritates, quæ uidentur contrariæ. Mat. 6. Attendite ne faciatis iuſtitiam ueſtram coram hominibus, & Matth. 5. Luceat lux veſtra coram hominibus vt videant bona opera veſtra, quàm vt intelligit Gerſon 3. p. Alphab. q. 3. tracta. de temper. ¶ Cō. c. inter verba. conclu. 5. nu. 57.

Opera ſuo genere bona pro amore laudis, quo ad gratiam produũtur cum ſit peccatum veniale illa facere ob illam, & hoc ſufficit, quo ad hoc. Thom. 2. d. 40. quæſt. 1. art. quarto. Maior. diſtinctio. 17. qu. 12. Caie. Matth. ſexto. ¶ Ibidem.

Opera bona nulla, quantumlibet magnam damnato pœnam æternam differunt, mala vero quantumlibet par ua gloriam differunt, & ratio eſt, quia bona omnia illius, aut mortua fuerunt ſemper, aut mortificata. Mala verò viuificari non potuerunt. Et ideo illa oportet abradi, & igne abſumi, quo pura, & nitens anima ingrediatur vbi nil coinquinatum admittitur. ¶ Com. cap. ultim. de pœniten. diſtin. 7. §. ſi quis. numero 12.

Operum bonorum impedimentis gaudere malũ eſt generaliter, vt quod lapſa ſit hora audiendi Miſſam, ſed ali quando licet. Verb. Gaudium.

Opus quodcunque bonum, etiam alias debitum, & pure mentale eſt ſa- A tisfactorium pœnæ peccati remiſſi. ¶ Manual. cap. 3. nume. 4. capitulo 26. numero 23.

Opus uoti melius eſt, quã opus uoluntarium ſecundum Tho. 2. 2. quæſt. 88. arti. 6. & opuſc. 17. cap. 12. Ricard. & alios. 4 d. 38. glo. ſingul. clemen. prima. de Reli. & vener. Sanct. Quia qui tale opus facit offert Deo arborem cum ſuo fructu. ¶ Manu. cap. 12. nu. 32.

Opus de ſe bonum factum à peccante uenialiter ſi illud eſt extrarium non impedit acquiſitionem Indulgentiæ.

Si autem eſt de eſſentia ipſius, & B ad indulgent. acquirendam requiſitus impedit. ¶ De Iub. Not. 32. nu. 45.

Opus alias ex genere ſuo non ſeruile, etiam ſi intentione ſolum lucrandi fiat, non ſit ſeruile. Caie. 2. 2. q. 122. at. 4. Et ſi Ricar. 3. diſt. 37. Angel. Verb. Feriæ. §. 9. Tabien. §. 17. & Silueſt. verbo Dominica. qu. 4. qui non ſatis rem perpenderunt contrarium aſſerunt. ¶ Manu. c. 13. nu. 5.

Opus vnum & idem non poteſt eſſe bonum, & malum. Thom. 2. quæſt. 40. cap. cum renunciatur. 32. quæſtio. 1. ¶ Com. cap. inter uerba. conclu. 5. numero 44.

C Opus non dicitur bonum, aut malum, quia bonum, aut malum ex eo ſucceſſit, niſi id præuiſum fuerit, uel præuideri debuerit. Thom. 1. 2. quæſt. 20. art. 7. ¶ Cap. inter verba. concluſio. 6. numero 436.

Opus aliquod, non ideo precio caret, quia ab aliquo gratis illud fieri contingat id ex accidenti ſit. ¶ De cãb. numero 62.

Opus exterius cæteris paribus non addit, neque detrahit malitiam peccat. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 6. num. 421. de com. cap. Magna. de pœn. diſt. 1. num. 9.

Opus

Opus omne quod de ſuo generè eſt A peccatum mortale, non eſt amplius quam veniale quando eſt paruum, & non peruenit ad notabilem quantitatem. 1.2.q.88.arti.6. ¶ Com.cap.inter verba concl.6.num.478. Idem dicendum quando eſt factum ſine ſufficienti deliberatione.2.2.q.35.ar.3.vbi loquitur de Triſtitia & q.58.ar.3.de magno appetitu uindictæ.¶Ibi.nu.488.

Opera veſtra non denominãtur bona, vel mala ex eo quod contingit ex illis ſequi,niſi id fuerit præuiſum, aut præuideri debitum.1. 2.q.20. artic.2. ¶Ibi.nu.436.

Operis bonitas,& malitia in ſe, & B obiectiue prius ſunt in exteriori, quã in voluntate. voluntas enim in tãtum & mala inquantum, factum de ſe eſt malum. ¶Com.cap. ſi cui.§. item, de pœnit.diſt.1.nu.4.

## Opinio.

OPinio eſt,quando adhæremus vni parti contradictionis,non tamen firmiter, ſed cũm formidine ne pars altera ſit vera.facit gl.in l.ſi duo. §.penul.ff.vti poſſit. Bal.l. Admonendi.ff.de iureiur.num.21.Et cum obſcura ſit ſua natura conuenit cum credulitate.Sed differt cum nullam habeat firmitatem, quod docet Bart. ubi ſupra, & probare videtur tex.in l.3.eiuſdem ff.de teſtib. ¶Rub.de Iud.nu.43. man. c.27.nu.279.de pœn.d.7.c. ſi quis autem,nu.11.

Opinio communis non videtur appellanda ad effectum præiudicandi alteri illa, quam plures ſequuntur. Sed illa, quam ſex, vel ſeptem Auctores claſſici rem ex profeſſo tractantes aſſerunt. Quia opinio non ex numero opinantium, ſed ex pondere Auctorum communis fit,vt dicit Alex.conſ.202. lib, ſeptimo num.6. relatus à Gomeſ. quæſt.2. in procem. Regul.Cancel. Et quilibet poteſt dici communis cum habet octo, vel decem aſſertores graues, & cum iudicio eam diligentes. ¶Man.c.27.nu.289.

Opinio communis circa fidem, & bonos mores,quam ſequuntur omnes catholiei periculosè relinquitur, niſi adſit, vel lex, vel ratio efficax in contrarium per cap.fina. 20.diſtin.& Ioa. And.recept.in cap.de conſti. ¶ De redim.eccle.quæſt.1.Mon.44.num.2.de pœn.d.7.c.ſi quis.num.55.conſ.55.de præb.nu.3.

Opinio communis non facit ius, immo vnius ſententia meliori ratione fundata debet ei preferri.l.2.§.ſed nec C.de veter.iur.enucl. ¶Man.cap.3.numero octauo.

Opinio ſingularis fortiori ratione nixa prævalet communi.cap. Capellanus.de ferijs. Panorm. & Felin. cap.1. de conſtitu. ¶ Conſi.octauo, de conſangu. & affin.num.7.conſ.17.de priuil.num.8.

Opinio Canoniſtarum de Matrimonio conditionali melior eſt opinione Theolo. quia fortioribus rationibus nititur conſ.1. de condi. appoſ.nu.7.

C Opinionem eligens,quam putat rationi conformem ſatisfacit. ¶Conſ.8. de pœniten.& remiſſio.nume.5. Et ſi illa opinio eſt alicuius grauis Auctoris in his precipue, quæ ſunt iuris humani non peccat ſecundum Innocen. cap. per tuæ, el ſecundo de ſimon. qui recipitur à Bald.& alios,quos citat Felin.cap.1.de ſenten.& re iudic.¶Conſilio ſecundo, de ſponſa.numero 4. de pœn.di.7. cap.ſi quis autem. numero 53. & 66.

Opiniones quando occurrunt variæ elegi debet illa, quæ nititur alicui textui,cui contraria, licet ſit communis ne-

nis nequit apte reſpondere, vel nititur alicui forti rationi. ¶ Manual. cap. 27. num. 286. de Vſur. numero 109. de pœniten. diſtinctio. 7. cap. ſi quis autem. numero 52.

Opiniones Doctorum variæ, plus turbant, quàm illuſtrent ueritatem. ¶ Commen. cap. accepta. oppoſ. 3. numero 3. de red. eccle. quæſtio. 1. Mon. 17. num. 1.

Opinionibus varijs exiſtentib. confeſſ. allegat illam, quæ alicui text. nititur deficiente tex. rationi, deficienti ratione eligat cõmunem. Ceſſante communi eligat illam, quæ plures habet auctores plura fundamenta ceſſantibus prædictis eligat fauorabiliorem. l. ſemper in dubijs. ff. de reg. iur. ¶ Manu. ca. 27. nu. 287.

Opinio communis relinquenda eſt quando per contraria opinione textus uel ratio, cui non poſſit ſatis bene reſponderi. text. cum gloſ. & communis in cap. Capellanus de fer. Et l. 1. §. ſed neque. C. de viter. iur. Enucl. ¶ Manu. cap. 7. num. 4. & cap. 27. num. 286.

Opinionem, de duabus qui alteram eligit non peccat ratione dubietatis, cum bona fide credit eam eſſe ueram. ¶ Com. cap. ſi quis autem de pœniten. diſtin. 7. num. 48. Niſi contra illam adſit aliquod ſcripturæ teſtimonium apertum, neque hactenus fuit Eccleſiæ authoritate declarata. D. Thom. quol. 9. ar. 13. ¶ Ibi. c. 16. nu. 50.

## *Opus ſupra.*

## *Oratio.*

ORatio actus eſt eminentiſſimus, & omnium virtutem colophõ, iux. B. Ciprian. actus latriæ, & Religionis verum ſacrificium. iux. Oſeam 14. & Paul. ad Hebr. 13. & Conci. Vien. clem. 1. de celeb. Miſſ. Quare, & res eſt

A admodum neceſſaria, ut impiger nuncius ad Deum magnarum virium ad impetrandum: uincit enim, & cogit quadantenus Deum, qui orandi formam præſcripſit, & vt ſimus ad orandum ſolliciti grauiter adhortatus eſt.

Oratio difficile definitur ob opinionum varietatem. Nam quidam uolunt illam eſſe actus intellectus, quidam voluntatis, quidam vero vtrunque, vt videre eſt apud Alexan. 1. p. quæſt. 22. & D. Thom. 2. 2. q. 83. arti. 1. & 4. diſt. 15. quæſt. 4. Gabriel. in can. lect. 61. Et aliter à Gram. aliter à Rhetor. à Theolo. & à Canon. accipitur. vt ait Abul.

B Matth. 6. quæſt. 24. Quare dicendum pro concordia quod oratio tripliciter accipitur.

Primò generaliſſime, & comprehendit omnem bonam actionem, ut docet Ricar. 4. diſtinctio. 15. artico. 4. q. 1. iuxt. illud Luc. 18. Oportet ſemper orare, & glo. ibi. Semper orat, qui bene agit.

Secundò generaliter, & ſignificat actum contemplandi, meditandi, & lauandi Deum, & Sanctos, gratiaſque agendi. Innocen. 3. cap. niſi de renunc. 1. Tim. 2. Obſecro primum fieri obſecrationes, orationes, &c. Thom. 2. 2. q.

C 23. ar. fi. ad 2. Et ſic accipitur definitio Damaſc. lib. 3. c. 42.

Tertiò accipitur ſpecialiter, & tunc eſt petitio Deo facta ſecundũ omnes. Has ſignificationes tangit Bonau. 4. d. 15. Archie. 4. p. tit. 3. Et fere ſemper in hac ſignificatione accipitur ab his qui de ea agunt.

Eſt igitur petitio Deo aperte, vel operte facta, & ideo erit actus intellectus, vt neruoſe probat D. Thom. ubi ſupra quia petere, rogare, impetrare, ordinare, loqui ſunt actus rationis. Deſiderium autem impetrandi, aut orandi non eſt oratio, ſed cauſa eius, quare

dicitur

dicitur oratio per Methonimiam, & A similiter per talem figurâ appellatur purus affectus in Deum ab Augu. lib. de modo orandi. Et quòd ſit deuotio, quædam ex compunctione procedens, vt dicit Hugo de S.V. Sequitur etiam, quòd definitio illa Neotericorum, uidelicet, quod oratio eſt erectio mentis in Deum cum ſtudio, quicpiam ab eo impetrandi, non eſt ſatis perpéſa, quia non conuenit orationi uocali, quæ eſt verè oratio, & quia ſubſtantia orationis eſt petitio, & non erectio. Illa autem definitio Damaſc. 1. Oratio eſt petitio decentium à Deo, non eſt bene aſſignata, quia etiam indecentia petit B vera oratio, vt probat D. Tho. 4. diſt. 15. q. 4. ar. 1. quod non uidit Caietan. qui hoc negat. 2. 2. q. 83. art. 4. Idipſum dicunt Caſſiod. & Archid. in cap preſ byteris. 95. diſt. & male, niſi aſſumant rationem pro ſola petitione bonorũ. Sed datur etiam oratio mala, vt dicunt Hieron. & Grego. ſuper illud Malach. 2. Maledicam maledictionibus neſtris cap. Maledicam. 1. q. 1. iuxta illud. Pſa. 108. Oratio eius fiat in peccatũ, quare vt dicit Abul. Matth. 6. q. 27 quod Dæmones, & ſi poſſint nunquam orant, intelligendum eſt de oratione bona.

Oratio eſt duplex alia métalis, quâ- C do qui orat nulla exprimit uerba. Alia vocabilis, ſeu verbalis. Tertia mixta hanc addit. c. 18. nu. 104.

Oratio verbalis, & mixta eſt duplex vna publica, quæ fit nomine eccleſiæ per illius Miniſtros pro populo. iux. gl. recep. cle. 1. de reliq. & uen. S. Thom. vbi ſupra. Alia priuata propria, & particularis, quam quis nomine ſuo, aut alieno, non tamen uti Miniſter eccleſię facit.

Orationis partes integrales ſunt obſecratio, oratio, petitio, & gratiarum actio 1. Timo. 2. Caſſian. collat. 9. cap. 2. Ex quo colligimus, quod in oratione quatuor quilibet tenetur facere. Primo oculos mentis in Deum erigere contemplando Dei omnip. ſapientiam, & bonitatem. Deinde gratias agerę pro beneficijs acceptis.

Tertiò, poſtulare optata, & tandem dicere, vt ſui amore, aut Chriſti, aut B. Virg. id præſtet. ¶ De oratio. cap. 1. per tot.

Oratio bona eſt, quando caret malis circunſtantijs, & eo melior, quo purior eſt ab omni deſiderio malo. Non poteſt, autem eſſe bona, & mala ſimul, iuxta veram opinionem. D. Tho. 2. d. 40. q. 1. arti. 4. & probatur per cap. renunciatur. 32. quæſt. 5. & cap. fi. de pęniten. diſt. 2.

Oratio mala eſt ratione alicuius circunſtantiæ.

Primò, quando fit a Miniſtro exiſtente in peccato mortali ſecundum Adri. quolib. octauo. quia ille indigne vtitur ſuo miniſterio ſpirituali, quæ opinio procedit in illo, qui facit illã, vt Miniſter Eccleſiæ publice cum apparatu Euangelium cãtando, &c. non autem ſi priuatim dicat, etiam ſi ex ordine id illi incumbat.

Mala eſt oratio, quando fit ſine debita vigilantia, & ſolicitudine, & generaliter, quando petit quod, propter quid, à quo, vbi, quãdo, quomodo, aut pro quo non debet, quia nullus actus eſt bonus cui illa requiſita deficiunt. Quare talis erit, quæ vindictam petit, aut victoriam illicitam in duello, lucrum illicitum. Mortem alicuius, &c.

Mala eſt oratio, quæ ſine debita attentione fit. de qua Verbo Attentio. Et illa, quæ cum riſu, cachinnis indebitiſque geſtibus fit, corpore fracto, & incompoſito, ita vt ſcandalum pariat. ¶ Capitulo 20. per totum. cap. 13. per tot.

Contra

Contra verò tenet Medina. qu. 13. de oratione † cuius rationes Auctor ponit.cap.20. numero 26. Illiſque reſpondet, & quæſtionem ſoluit. numero 27.

Oratio item mala eſt ſiue ſit publica, ſiue priuata ſi poſtquam cepta eſt voluntarie relinquitur imperfecta, vel ſi illi aliquid alienum admiſcetur, quo interrumpatur, & cauſetur diſtractio mentis, quòd probatur in Concilio Vien.clem.1. de celebra. miſſ. Concil. Baſil. ſeſſ. 21. Non autem hoc accidit ſi fiat cum cauſa, vt quando id ſpectat ad ipſum officium ſicuti ſi occurreret aliquod dubium, de quo velimus nos certos reddere. argu.l.hæredes palam. §.fina. ff.de teſta. Vel cum id ſpectet ad eundem finem, vel ſaluti confert.argumen.leg. cum antiquitas. de teſtament.aut commodo corporali, vel temporali proximi, aut ſui, modo id fiat ſine ſcandalo alieno, vel ſi id quod inſeritur breue ſit. argumen. leg. continuus. in principio. ff. de verborum oblig. Et quo magis publica eſt oratio, eo minus fieri debet interruptio, quæ tamen non inducit obligationem iterandi, niſi tam magna ſit, quod induceat veram diſcontinuitatem. ¶ Cap. decimotertio.& cap.16. per totum.

Oratio mala item eſt, quæ fit in peccato mortali, & nó eſt meritoria.iuxta D.Tho.2.2.quæſt.83.art. 15. Concil. de Colon. Nihil enim ualet niſi fiat fide viua, ſcilicet, quo ad gratiam, & gloriam, licet poſſit eſſe impetratoria ſuſtentationis corporalis, vel aliarum rerum.¶ Ca.8.

Oratio item mala eſt, ſi fiat à dormiente, quia vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt.l.pupillus. §.final. ff. de his, quæ in fraud.credit. Quare ob hoc vocantur vigiliæ. diſt. 91.& capit.clericus.quia debent ſecundum ſolicitudinem vigilem recitari. Hoſtienſ.de celeb.Miſſ.cap. 1. Et quia dormiendo nemo meretur. clem. 1.de homic.Thom.4.d.9.q.1. & 2. 2.q.54. ar.8.¶ Cap. 9.

Oratio item mala eſt ſi ſine attentione eſt, & ſi oratio eſt volũtaria peccatum non eſt mortale, quia quod non præcipitur, vt faciamus, minus præcipitur, vt attente faciamus cũ non entis non ſint qualitates.leg.ſi ſeruus.§.primo.ff.de act.emptio.cap. cum Paulus. 1.q.1. Et licèt adſit præceptum, generale de bene faciendo, attamen cum non concurrat in ſpeciali non obligat ad mortale. ¶ conſi. 1.de Sortil. Si autem eſt præcepta, peccatum mort.inducit, quia ibi cõuenit tam de orando, quod obligat ad mor. cap. quod præcipitur 4.quæſt.1.quàm de bene orando, quod concurrens cum primo obligat pariter ad mor.¶ Cap.21.nu.41.

Oratio mentalis eſt, quæ nullo verbo prolato fit, quæ in omni loco fieri poteſt, dum adſunt circunſtantiæ, vt tradit Tho.c.2.ad Tim.lect.1.¶Cap.5. nu.6. Qui modus orandi eſt præclariſſimus, vt reputat Caſſian.col.9.ca.36. Cui maxime intendere deberemus, cũ tamen illa longa eſt patitur maiores euagationes, & interdum vertiginem capitis cerebro debilibus parit. Et hoc ſacerdotibus non præcipitur in vtroque memento Miſſæ, vt aliqui credũt, cum id nullo iure probetur. Neque hac ſatisfacimus recitando horas nos clerici. Deberet tamen eſſe fundamentũ omnium orationũ vocalium.¶ Ca.18.

Oratio vocalis, quæ nomine eccleſię fit à priuata, differt in duob. Primò, quia ferè ſemper debet verbis, & non ſufficit ſi ſola mente fiat, etiam ſi fieret cum omni attentione. Th.2.2.q.83.ar. 12.& Com.ele.14.de rel.& vene.ſanct. quam eleganter explicat Adria. quol.

8.Se-

8. Secundò, quia à publica non poſſes A
adimere vocem, nec verba, etiamſi illa
impediant deuotionem. Et hoc intelli-
gitur de publica cum publicè fit, non
autem quando priuatim, quia tunc ver-
ba tantum, non auté vox ſunt neceſſa-
ria. ¶ Cap. 17. num. 38. & 41.

Sufficit. n. formare verba intra la-
bia, ita vt ipſe audire, aut intelligere
queat, qui dicit. Nó autem requiritur,
vt alij audiant, quod & ſeruant docto-
res, & pientiores, alioquin tenerentur
reſtituere fructus. Et, vt ait Caie. 2. 2.
q. 87. ar. 12. Et ſi omnino publica de
præcepto debet eſſe vocalis clara ta-
men, & alta dēt eſſe tantum de decen- B
tia, quę ceſſat cum non ad offendendū
alterum ſubmiſſe dicitur. Et ſufficit ſi
ſe mente in Deum moueat, qui recitat.
¶ Cap. 20. nu. 14.

Oratio publica illa eſt, q̄ publice
fit, & eſt præſtātior, quàm priuata, id
enim à temporibus vſque Apoſtolorū
pro melius habitum eſt, Idque facie-
bant Monaci Aegyptij. Et deuoti ſua
deuotione calefaciunt frigidos, p̄ ſan-
ctam illam cōionem conſeruatur ami-
citia & charitas fratrū augetur. ¶ Ca.
10. nu. 46. c. 17. num. 24. Vbi reſpondet
aliquib. rationib. in contrariam parté
adductus à nu. 26.

† Ex his omnes collige, quòd ora-
tio, vel eſt Mētalis, vel Vocalis, & hæc C
vel publica, vel priuata. Et hæc, vl vo-
luntaria, vel præcepta.

Oratio tres habet ſpecies. argume.
cap. charitas de pœn. diſtinct. 2. Prima
appellatur viua, & eſt illa, quæ bene,
& virtuoſe fit abſque vllius circunſtā-
tiæ defectu ab eo, qui eſt ī ſtatu gratię.

Secūda dicitur mortua, quæ eſt qui-
dem bona moraliter, & eſt illa, quæ fit
ab eo, qui eſt in peccato mortali.

Tertia dicitur mortifera, quæ eſt vi-
tioſa, & peccatum ex defectu alicuius
A circunſtantiæ, ſub qua includitur etiā
illa, quę eſt peccatum veniale, nō quia
mortem inferat, ſed quia diſponit ad
illam, vel vitam æternam differt eo,
quod nata eſt priuare nos pro aliquo
tempore ipſa gloria. argu. l. fina. ff. de
e.dim. & l. prima. ff. de publ. Iud. ¶ Ca.
20. num. 33.

Oratio viua ad tria valet. Primò, ad
merendum gratiæ augumentum, quod
quidem non ineſt ei ex ſua natura ma-
gis, quàm alijs bonis operibus, ſed ex
gratia in qua eſt orans. licet ex gratia
ſola non dependeat magis, vel minus
mereri. Medina. quæſtio. 17. de oratio-
B ne contra Gerſon. 3. par. Alphab. c. 76.
poſt Adri. quol. 8. Secundò, valet ad
ſatisfaciendum, quod illi ineſt ex diui-
na promiſſione cum ſit bonum opus,
atque pœnale, quia fatigat, & humi-
liat orantem, contra tamen inclinatio-
nem ſenſualem: non autem contra in-
clinationem actualem, vt ſibi perſua-
det Medina. Tertiò, valet ad obtinen-
dum poſtulata, quod ineſt illi ob pro-
miſſiones nobis factas à Redemptore:
Matth. octauo. Ioann. vlt. &c. ¶ Ca. 20.

Debent autem ad hoc quatuor con-
currere. Primò, vt orans pro ſe petat.

Secundò, vt petat bona intentione.

Tertiò, vt petat neceſſaria ad ſaluté.

Quartò, cum perſeuerantia debita.
C Concil. Baſil. Relatum à D. Thom. 2. 2.
quæſtio. 83. art. 15. ¶ Cap. 19. nu. 162.
Et conſil. 5. de pœn. & remiſſ.

Oratio viua propter ſe, de iuſtitia
meretur gratiæ augumentum, & glo-
riæ, & iuſtitiæ ſatisfacit, & Dei miſeri-
cordia impetrat ſi illa concurrant, ſi
autem non coucurrunt poteſt illa cau-
ſare ex diuina liberalitate. ¶ Ibidem
numero 34.

Oratio mortua non meretur gratiā
de Iuſtitia, neque ſatisfactionem ſecun-
dum D. Thom. Sed Scotus aliter ſentit

Quæ Scoti opinio videtur verior, ſed A tamen opinio D.Thomas videtur vtilior. Impetrat tamẽ ſecundum omnes, non quidem de iuſtitia, ſed ex miſericordia promittentis.¶ Ibid.

Oratio hæc mortua, quæ eſt de ſe bona, valet ad multa, ſicut alia opera mortua bona, quorum tria ponit D. Thom.4. diſt. 15. quæſt.prima. art.3. quæſt.3.& gloſſ.in cap. quod quidam. de pœn.d.3.& Adria. quo lib.octauo. Siluelt. verbo Charitas. quæſt.8.

Primò, ut detur inſpiratio, quæ diſponat ad gratiam. Secundò, ad euitationem noui peccati mortalis. Tertiò, ad obtinendum auxilium Sancto- B rum, & conſeruationem bonorum temporalium.ad aſſuendum bonis operib. &c.¶ Cap.20.num.35.Com.cap.quod quidam. §. quod autem. de pœn.d.3.

Oratio mortifera mala eſt, & non prodeſt, nec de iuſtitia, nec de liberalitate, quin potius nocet, & meretur pœnam, licet in malum orantis ſæpius audiatur ſecundum omnes. Satisfacit tamen de iuſtitia præcepto obligante ad dicendum illam contra Adr. quol. 8. art.18.quod probat Clem.1. de Reliq. & ven.Sanct. & Thom. vbi ſupra.ar. 16.Id autem non facit, quãdo ei adeſt defectus attentionis, vel deuotionis. C ¶ Capit.20.num.36.

Oratio conuenit ſolis Angelis, & hominib. quia neque inanima, neque Bruta rõnis expertia poſſunt exercere actum rationi conuenientem Diuinæ autem perſonæ non poſſunt adire Superiorem, quod oratio requirit ſecundum omnes. De irrationabilibus dicitur Pſalm.176.quod inuocant, ſed hoc intelligitur de deſiderio naturali, quo bonitatem diuinam, modo ſibi apto participare cupiunt. Thom.2. 2. q.83. art.10. Chriſtus item orauit ſed ut homo, & pro nobis interpellando nunc orat. 1.Io.2.Tho.4.d.15.q.4. ar.6.

Dæmones orare quidem poſſunt, ait Abul.Matth.6. at nũquam id faciunt. quod verum eſt de oratione bona, non autem de mala, quia etiam peccatores orant male frequenter, & damnati faciunt.¶ Cap.primo, & vigeſimo.

Exiſtentes in Purgatorio nõ orant, quia eorum oratio nõ poteſt eſſe meritoria cum ſint extra ſtatum merendi, neque ſatisfactoria, quia non poſſunt ſatisfacere, niſi eo modo ſibi iam determinato patiendo. Et eſt doctrina communis. D.Thom. 2.2. q. 83. art.4.ad 3. & 4.d. 15. q. 5. ar. 5. Antonin.4. par. titul. 5.cap.8.Silueſt. verb. oratio.q.2. ¶ Cap.1.a num.2.

Ex his ſequitur, quod oratio propria ad Homines pertinet in hoc mundo exiſtentes, quare omnes præcepto naturali, & diuino præfixo cum ad ætatem diſcretionis peruenerint tenẽtur aliquando orare, ut ſentit Thom.quarta diſtin.decimaquinta. quæſt. quarta. per illud Luc. 8. oportet ſemper orare cuius verbi ſignificatio neceſſitatem importat, ſecundum Chryſ. & gl.communiter recepta cum ibi late citata à Iaſ.l.1.ff.de iuſt. & iur. quia tenemur ſalutis curam habere, & conſequenter quærere, & petere, quæ ad illam neceſſaria ſunt.ca.omnes de Cenſ.d.4.cap. firmiſſime 15.q.1. tale autem eſt diuinum auxilium, quod nõ poſſumus promereri niſi petamus Auguſt. de eccleſ. dogm.cap.56.¶ Cap.3.nu.8. Et conuenit tam peccatoribus etiam obſtinatis, quam iuſtis, quia etiam iuſti petũt rogando quod eſt propriè orare, vt probat Tho.vbi ſupra, & Caiet. 2.2.q.83. ar.4.¶ Cap.20.nu.22.

Oratio ad Deũ ſolũ proprie dirigi debet ad effectum, vt det, aut efficiat id pro quo oratur Apoc. 2. Quia oratio eſt actus latriæ, quæ ſoli Deo debetur

Tho.

Tho. vbi ſup. ar. 3. Et quia ſola gratia, atque beatitudo petêda eſt, quæ à Deo ſolo prouenit pſalm. 83. ¶ Ca. 1. nu. 21.

Oramus autem non, vt noue velit cum ſit plane immutabilis, ſed vt det, quod decreuit nobis velle dare oratione mediante. ¶ Cap. 19. nu. 54.

Angeli etiam, & Sancti orandi ſunt ſecundario ad effectum conſequendi à Deo, quæ petimus. Iob. 5. voce ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sancto rum conuertere. Quare vſus eccleſie ab Apoſtolis emanatus habet, vt ad Deum orantes dicamus. Miſerere nobis ad Sanctos autem ora pro nobis. Conc. Trid. ſeſſ. 25. in decreto de Inuoc. Sanctorum contrarium autem dicere eſt hæreticum. ¶ Cap. 1. nu. 21.

Oratio ad exiſtentes in Purgatorio non eſt dirigenda, vel quia, vt ſentit D. Th. non ſunt beati, vel quia adhuc ſunt in via. Sed rationes iſtæ sūt ineſficaces, quia exiſtentes in limbo ante Chriſtum nondum erant in patria beati, & tamen poterant orari. Niſi dicamus, quod viuus non eſt certus de ſua beatitudine, ſicut de illa ſunt certi illi. ¶ Cap. 1. nu. 22. & ca. 20. nu. 10. Poſſumus autē illos rogare verbis, vel ſcripto, vt orent pro nobis, at id vulgo nō dicitur oratio.

† Dicerem ego, quod exiſtentes in Purgatorio cum ſint in tormentis magis debere eſſe, ſoliciti pro ſe quā pro alijs, etſi poſſent magis rogarent nos, vt rogaremus, pro ipſis, ad hoc vt citius expiati, & in patriam recepti orarent ipſi pro nobis.

Oratio ad Deum directa non manifeſtat illi noſtrum deſiderium, atque neceſſitatem cum Deo omnia à principio cognita ſint. Non petit, vt noue velit cum noſtros cognoſcat defectus, & ſit immutabilis. Sed Dei nobis familiaritatem conciliat, & licet multiplicentur petitiones, nullum tamen illi faſtidium patiunt. Compendi Theol. cap. 257. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 9. ad 5. & 4. diſtin. q. 4. ¶ Cap. 19. nu. 57.

Oratio poteſt fieri pro ſe, & pro alijs amicis, & inimicis, viuis, & Mortuis, fidelibus, & infidelibus, iuſtis, & iniuſtis. Orare autē tenemur pro alijs, quia Saluator noſter id nos docuit dū orationem compoſuit communem, & in numero plurali. Et quia illa, quæ ſiunt pro pluribus cæteris paribus melior eſt. Secundum Adria. quol. 8. ¶ Ca. 19. nu. 97. & nu. 118.

Oratio non eſt Deo dirigenda pro Beatis in Coelo neque pro damnatis in inferno, neque pro relegatis in limbo, quia hi omnes oratione non indigent illi, quia ſuum finem ſupernaturalem, & gloriam iam conſecuti ſunt. Alij quia ipſam conſequi minime poſſunt Tho. 4. d. 25. q. 1. ¶ Ca. 20. nu. 37.

Pro obſtinatis peccatoribus exiſtentibus in mortali peccato non tenemur orare licet id nobis non ſit vetitum. Tho. d. 45. in expoſ. literæ. ¶ Cap. 19. numero 84.

Pro infidelibus, & excommunicatis poſſumus orare oratione priuata, licet illis nihil proficiat ad gratiam, & gloriam niſi conuertantur Tho. 4. di. 18. q. 2. ar. 1. q. 2. ad 1. & 2. 2. q. 31. Nō autem id poſſumus facere oratione publica, quæ dicitur pro membris eccleſiæ ſecundum eūdem. Sed ſi ſigna darent cōtritionis, ob quæ poſſemus credere eos eſſe extra peccatum mortale, poſſemus pro illis orare oratione publica, ſed tamen ſecrete iuxt. ca. A nobis el 2. de ſen. excom. quia tunc fidei, & charitatis glutino vnirentur Eccleſiæ licet occulte. ¶ Ca. 19. nu. 68. Quod ſi eccleſia facit id publice in die veneris Sancti orando pro paganis, Iudæis, atque hęreticis, ſciendum, quod illa id

non facit orationibus compoſitis ad A
orandum pro ſuis membris, ſed oratio
nibus peculiaribus ad orandum. pro
ſuis inimicis, quibus & quilibet, &
ſimilib. poteſt quis vti non vt perſona
publica rogando, ut illi conuertantur,
immo & applicando ualorem oratio-
num publicarum illis, quib. debet ad
effectum, ut Deus preces exaudiat.
¶ Capitul. 19. nume. 71.

Pro inimicis tenemur orare, ut fecit
Dominus, & Stephanus. Matth. ſexto.
Orate pro perſequẽtibus, & calumniã
tibus. Ad hoc autem tenemur in gene-
rali, ita uidelicet, ut orando pro alijs
orationib. publicis nõ eximamus illos. B
Thom. 2.2. q. 63. ar. 8. Et habere uolun
tatem in particulari orandi pro illis, ſi
uideremus id eſſe neceſſarium ad eorũ
ſalutem. ¶ Cap. decimonono. nu. 76.

Pro exiſtentib. in Purgatorio ora-
tio fieri debet, & illis multum prodeſt.
Primò, quoad conſolationem, quam
recipiunt cum ſciũt nos pro ipſis id fa
cere. Secundò, quoad ſatisfactionem
in totum, uel in partem debitam. cap.
Animæ. 13. q. 2. Thom. 4. d. q. 55. q. 2.
ar. 2. ca. 20. num. 43.

Prodeſt autem illis uia Iuſtitiæ, &
ſecundum communem ſententiam li-
berantur à poena, quam debent ſoluen C
te alio pro illis. Thom. 4. diſt. 45. q. 3.
ar. 1. Et ſi Medina 4. de oratione. quæſt.
19. dicat non reperiri tex. id probantẽ.

Oratio ſemper debet fieri aliquo lo
co. Circa qđ multæ irrepſerunt hære-
ſes, quas reprobat Vuald. li. de ſacram.
c. 143. Dicendum tamen recte, quod
oratio uocalis, & priuata, & publica
priuatim facta cum non eſt certo loco
præcepta poteſt fieri quocunque loco
modo aliæ circumſtantię concurrant.
1. Tim. 2. Volo uiros orare in omni lo-
co. Et eccleſia canit in præfat. Nos tibi
ſẽper & ubique gratias agere. Bernar.
relatus à gl. magna. in clem. 1. de reliq.
& uen. ſanc. Vbicunque fueris intra
teipſum ora. Si longe fueris ab orato-
rio non quæras locum, quia ipſe locus
es. Quæ autem præcepta eſt certo loco,
fieri non ualet, ſi extra fiat. l. quę con-
ditio. §. cum ita. ff. de cond. & cap. nos
quidem. de teſta. clem. quia contingit.
de relig. dom. Bald. in leg. ſi quis ad de
clinandum. C. de epiſcop. & cler. &
omnes in cap. ſi pater. de teſtam.

Oratio congruentius fit in locis ſa-
cris, & in eccleſijs, quàm alibi. Conc.
Gangr. ca. Parſimoniam cum gl. 41. d.
Conc. Lugdu. cap. decet. de Immun.
eccl. li. 6. Baſil. ſeſ. 21. Vuald. de ſacram.
c. 147. Primò, ratione uirtutis conſe-
crationis. Secundò, ob miſteria, quæ
illi continentur, & concurſum oran-
tium. 2. 2. q. 84. ar. 3.

Poteſt etiam fieri in loco propha-
no, mõ ille ſit honeſtus ne loci circun-
ſtantia uideatur deeſſe. Ambr. & Aug.
ſuper illud 1. Tim. 2. Et id non intelli-
gitur de mentali, neque de uocali in
caſu neceſſitatis, quia nulla eſt lex con
traria. Sed Aug. & Amb. reputat inde-
centiorem locum cõmunem, ubi mul-
tus fit concurſus, ut forum. At multi
pij uiri equitantes in ſtabulis apud ſua
iumenta melius recitant, quàm in cu-
biculo diuerſorij clamoſo. Et quia tan
dem ceſſante ſcandalo, atque contem-
ptu, & irreuerentia, nihil aliud obſtare
uidetur, quo minus ibi poſſimus reci-
tare. ¶ Cap. 5. à num. 1. uſque ad 9. Pu-
blica uero oratio in loco ſacro fieri de
bet. Vide verbo Hora.

Oratio fieri debet aliquo tempore,
& in veteri teſtamento orabant tribus
horis, Tertia, Sexta, & Nona; quo ſi-
gnificabatur eſſe vnus, & trinus Deus,
qui adorabatur Daniel ſexto. Dauid
ſepties in die. pſalm. 118. D. Iacobus
centies in die, & toties in nocte genua
flectebat.

flectebát. De alijs aliter legitur in ſcripturis. ¶ Cap. 3. nu. 1. At ſi Ius diuinũ cõſideremus, uel naturale poſitiuum, non decernitur nobis aliquod tempus ad orandum præfixum. Th. 4. diſtinct. 15. quæſt. quarta ar. primo q. 3. Palud. ibidem. quæſt. quinta, & Archiepiſc. quarta part. titul. quinto cap. octauo. Abulenſ. Matth. ſexto. queſtion. 32. Et quãuis in ſcripturis de aliquibus legitur, Statis horis illos oraſſe, non propterea tamen id ex obligatione faciebant. Quod ſi Chriſtus Luc. 18. dicat, oportet ſemper orare, id de oratione generaliſſimè ſumpta, id eſt de bono opere omni, uel de oratione proptiè, quo ad cauſam, id eſt, quod cauſa orationis debet ſemper durare intelligitur ſecundum Thom. 2.2. q. 83. art. 4. & Abul. ubi ſup. q. 34.

Tenemur autem omnes cum ad annum diſcretionis peruenimus aliquo tempore orare, vt ſupra dictum eſt. ¶ Cap. 3. nu. 6.

Quando autem quis teneatur ſub pœna peccati morta. orare difficile eſt determinare attento ſolo iure naturali, ac diuino poſitiuo, vt dixit Palud. 4. d. 15. quæſtio. 5. quia tunc tantum tenemur bona ſpiritualia petere, cum non ſubeſt alia cauſa in id, & quia alia remedia adſunt liberandi à peccato cum in illo ſumus, quã oratio. Non tenetur quis ſemper orare pro proximo, cum videt eſſe in peccato mortali. ¶ Ibid. num. 10. Verum ſecundum mentem eiuſdem vbi ſupra, Videmur ad hoc teneri ſub tali pœna, quoties apparet non eſſe aliam rationem conſequendi noſtram proximique ſalutẽ, vt ſi aliquis iret ad duellum, neq; ego poſſem illum aliter retrahere. ¶ Ibidẽ. numero 14.

Tenemur etiam ad orationem cum adeſt votum, aut iuramentum, præce- A ptum, aut pœnitentia iniuncta. cap. Magnæ. ext. de voto. cap. ſi verò. de iureiur. cap. Admonere. 33. q. 2. Ibi. num. 15. Abulenſ. Matth. 6. quæſt. 32. dicit nos teneri cum ad vſum diſcretionis peruenerimus, & hoc iure naturali. Sed non videtur verum, licet quis tũc teneatur deliberare de ſe, & de ſuo fine, quod docet d. Thom. 1.2. q. 89. arti. 6. Et Caie. ibi comprobat duabus fortiſſimis rationibus, videlicet quòd tũc omnis debet ſe ordinare ad finem debitum, vt virtuoſe viuat, non tamen concludit, quòd neceſſe ſit orare, atq; ad hoc auxilium petere à Deo. ¶ Ibi. B nu. 16. & 17.

Tenemur orare ceſſante impedimẽto legitimo cum ſumus in Miſſa, & aſſiſtimus Sacerdoti oranti. cap. Miſſas, de conſecrat. diſtinctio. 5. Diuerſi diuerſo tempore, deinde tenentur ſecundum ſtatuta diuerſorum Pontif. Abbatum, Regum, Confraternitatum. Ibidem num. 18.

Reliqua ad hoc propoſitum de oratione publica. Vide verbo Hora.

Deberemus orare, ſaltẽ pauxillum in lecto à ſomno primo experrecti, in mane ſurgendo, in principio, & fine prandij, & cœnæ, ad quod præcipuè C tenentur Sacerdotes. cap quando 44. diſt. A ſomno meridiano cum pulſatur, ad eleuationem Sacram. ad veſperas, ad Auemaria. Sed non eſt de præcepto. ¶ cap. 18. nu. 40.

Quantum ad geſtus orandi dicendum, quòd nullo iure diuino, aut natũrali, vel ſuper naturali nouo, geſtus aliquis nobis præcipitur, quo orare teneamur. Et licet Paulus. 1. Tim. 2. dixerit: Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus, &c. id tamẽ præcipere non intendit, vt exponit ibi D. Thom. Sed puritatem tantum operum intelligit. Et ſimiliter, quando dicit.

Huius rei gratia flecto genua mea, &c. dat nobis exemplum orandi non præceptum, ad Epheſ.3. Qui quidem geſtus corporales, & ſi per ſe Deo neque placeant, neque diſpliceant, multum tamen ualet ad excitandam deuotionem contra Lutheranos, vt ait Augu. Tho. ſecunda ſecundæ.q.84.art.2. ¶ c. 4.numero 4.

Oratio publica cum in Eccleſia publice fit, debet fieri cum illis geſtibus, quos ſuę Eccleſia de conſuetudine obſeruat.

Oratio autem priuata, & publica cum priuatim recitatur poteſt fieri, quocunque modo ambulando, ſtando, ſedendo, & procumbendo, modo nullum ſcandalum alijs pariat. Innocent. cap.1.de celebratio. Miſſarum. ¶cap.4. num.14. Quoniam tamen geſtus adaugent deuotionem, debet quilibet experiri quos geſtus ſibi magis expediat, & illis frequenter vti. Qui tamen ſeruat illas ipſas ceremonias, quas & chorus obſeruat non male facit, ſunt enim illæ magis probatæ. ¶ Ibi. numero 17.

## *Ordinarius.*

ORdinarius Religioſorum eſt Prælatus, ſeu Superior, eorũ habens in eos iuriſdictionem ordinariam: ca. cum ab eccl. prælatis. de of. ord. & l. fi. C. de iuriſdictio. omn. iu. ¶conſ.22. de temp. or.

Ordinarius quotquot curiæ præficiuntur examinare debet. ca. paſtoralis. §. quia vero. ff. de officio deleg.

Neque poteſt reuocare ſententiam delegati à Papa. capit. cum inferior. de maior. & obed. Sed intellige id verum eſſe in executore meram executionem habente, circa ea, quæ fieri poſſunt abſque legis diuinæ offenſione, non autem de executore mixto, & de re, quæ

A non poteſt fieri ſine ſcandalo, & offenſione Dei. ¶conſ.1.de corpo. vit. nu.2. Vide ver. Papa.

Ordinarius, pro ſe, & animarum ſalute, & nomine eccleſiæ, & pro vtilitate publica agere poteſt. Et in cauſa eccleſiæ ſuæ Iudex eſt. cap. ſi quis ergo. adiuncta glo. communiter accepta. 2. q.7. ¶Vbi ſup. nu.9.

Ordinarius non tenetur ſeruare illas cenſuras, quæ iure ipſo ſunt nullæ ſecundum gloſſ. 1. in capitulo paſtoralis. §. quia vero. de officio delega-

B torum. ¶ Com. cap. cum contingat. Remed.4.

Ordinarius poteſt delegato reſiſtere contra diſpoſitionem capituli ſtatutum. Et multa poteſt circa appellationem ad ſedem Apoſtolicam. ¶ Ibid. num.2. & 3.

Ordinarius cui diuerſi delegati cõtraria exequenda præcipiunt, poteſt præcipere illis, ut exhibeant proceſſus, quia id conſuetudo, quæ optima eſt legum interpres habet. ¶ Ibidem numero 5.

## *Ordo.*

C ORdo proprie ſumptus auctoritate Augu.19. de Ciuita. Dei. cap. 13. Eſt parium, diſpariumque rerũ ſua cuique loca tribuẽs, diſpoſitio. Et hoc modo cap. tua in c. ad hoc. 89. diſtinct. & in Rubr. de ordin. cogn. & ff. de decret. ab ord. fac. Et quia perſonæ præſtant rebus, ideo hominum ordo præſtantior eſt ordine rerum. ff. de ſtatu hominum.

Et quia inter homines Deo ſacri cęteris præſtant. cap. ſolitæ. de maiori. & obed. Ideo per antonomaſiam appellatione ordinis ſimpliciter prolati intelligitur ordo eccleſiaſticus. Qui definitur a Thom. Vualden. lib.2. de ſacramen. cap.116. Eſſe ſacramenta adminiſtran-

niſtrantium habitudo legitima cuique ratione miniſtri ſui conueniens, & ſic accipitur ordo prędicatorũ Minorum, &c. Sed in hac materia accipitur pro ſacra ordinatione, & actu, quo homines in Eccleſiaſticũ ordinem coaptantur. Et colligitur ex Conc. Tridēt. ſeſſ. 23. cap. 3. & potius ſecundum mētem, quàm verba Magiſtri in 4. diſtin. 24. a glo. in Summa. 32. diſtinctio. & diſinitur ſic.

Ordo. Eſt Sacramentum, quo traditur character, & poteſtas, conſecrandi Euchariſtiam, vel in id adminiſtrãdi. Cuius materia eſt traditio rei ſenſibilis, in qua debet concurrere tactus illius cum prolatione verborum formę, aliter ſi ante, vel poſt fieret, ordinatio eſſet nulla. Caie. tracta. 26. de collatio. ord. & fundatur in cap. fin. de ſacram. non iter. Impoſitio autem manuum, non eſt de eſſentia, vt ait Sotus. 4. diſt. 24. quęſt. 1. arti. 4. Forma prolatio verborum. Effectus character. ¶ Man. cap. 22. nu. 17.

Quo ad numerum ordinum differunt inter ſe Canoniſtæ, & Theologi. Nam Canoniſtæ volunt eſſe nouem. c. cum contingat. de æta. & qual. & c. cleros. 20. d. Theolog. vero in 4. diſt. 24. volunt eſſe tantũ ſeptem, quia volunt, quod prima tonſura, & Epiſcopatus non ſint ordines, ſed officia tantum. ¶ Ibi. nu. 18.

† Prima igitur tonſura non eſt ordo propriè, ſed eſt quoddam medium inter ordines, quare quæ ad illam conueniunt non ſunt ita de eſſentia, vt neceſſe ſit, quod qui illam aſſumit, verba dicat, ſed ſufficit vt epiſcopus ea faciat, quæ requiruntur. Nullo enim iure id probatur. ¶ Conſilio 12 de tempo. ordina.

Hanc non poteſt conferre Epiſcopus alienus licite, neque familiari ſuo A etiam continuo triennali, niſi ſtatim ei beneficium conferat. Conc. Triden. ſeſſ. 23. Comprehenditur generaliter in numero ordinum. cap. cum contingat. de æta. & qual.

Quare eſt ordo ſimpliciter, ſecundum communem vſum loquendi, qui ſeruandus eſt. l. Labeo. §. quod tamen. ff. de legib. quæ requirantur. vide Cõcilio Triden. ſeſſ. 23. cap. 4. ¶ Manual. cap. 25. num. 68. De oratio. cap. 22. numero 109.

Ordines Minores ſunt quatuor, Oſtiarius, Lector, Exorciſta, Acolitus. B Et non ſunt vere ſacramenta, vt omnes Theologi fatentur, quibus magis adhærendum eſt, quàm Canoniſtis. Ideo dicuntur non ſacri, & ſacramentalia potius. Et qui illis ante ætatem legitimam ſuſcipiunt, non ſunt ſuſpenſi, licet ſint ſuſpendendi. c. vel non eſt compoſ. de tempor. ordin. ¶ Conſ. 28. de ſent. excomm. nu. 14.

Debent ſuſcipi per temporum interſtitia, niſi aliter Epiſcopo videatur. Concilio Triden. ¶ Conſ. 48. de temp. ordin. Abbates conferre poſſunt. Ver. Abbas.

Minores ordines accipere in pecc. C mortali, non eſt mortale, eum non ſint vere ſacramenta. ¶ Manual. cap. 22. numero 18.

Secus ſi ille erat excommunicatus. cap. ſi celebrat. de cler. excommunicatio. Mino. Et ſi excommunicatio erat maior ſit irregularis à ſolo Papa abſolutio. Panorm. & communis in c. cum illorum. de ſent. excom. Neq; Silueſtr. Verb. Diſpenſatio. qu. 10. §. 10. aliter ſentit, licet aliquibus id viſum ſit. ¶ Man. c. 25. nu. 72.

In primo etiam caſu dubium eſt an peccet, quia eccleſia indeterminatum reliquit, an iſti ordines ſint vera ſacramenta, vt videre eſt in Conc. Colon.

& Conc.Triden.cap.2.& 3. ſeſſio.23. videtur inclinare in partem affirmatiuam .

Ideo qui ſine ſaltem contritione in mortali exhibet ſe inſigniendum, periculo ſe exponit ſuſcipiendi in ſtatu damnationis & conſequenter uidetur peccare lethaliter, iuxta illud Eccleſiaſtico. 3. Qui amat periculum peribit in illo. ¶ Com.in princip.de pœn.d.5. numero 40.

Minores ordines, recipere ſine animo clericandi non eſt mortale, quia id nullo iure prohibetur, immo & illegitimus Epiſcopi diſpenſatione, poteſt promoueri ad minores, & tamen non poteſt aſcendere plus vltra. ¶ Ibidem nume. 109. & de oratio. cap.22. numero 112.

Ordines minores, qui tantũ habẽt non tenentur ad recitandum horas. Vide verbo Hora.

Maiores verò ordines, qui & Sacri dicuntur tres ſunt, Subdiaconatus Diaconatus, & Presbyteratus, quibus ſi addas Epiſcopatum erunt quatuor, quod magis tenendum videtur recedendo in hoc à Theolo. per cap. 1. iuncta glo.32.diſt.& per Can.7.Conci.Triden.ſeſſ.23. vbi determinat Epiſcopos eſſe presbyteris ſuperiores, & habere dignitatem diſtinctam. ¶ Manual.cap.22.numero 18. de ora.cap.3. numero 27.

Hos conferre non poteſt, qui non eſt Epiſcopus, etiam ex Papæ commiſſione.cap.Manus.de conſecr.diſt.5.ca. quanto, de cõſuetu.Scot.Durã. Adria. & Tho.4.d.7.Canoniſtę in cap.peruenit.95.d.Quod videtur innuere Con. Triden.ſeſſion.23.cap.8. Dum ſtatuit vnumquenque à proprio Epiſcopo debere ordinari. ¶ Conſilio 13. de priuileg.

† Nota, quòd habere dignitatem diſtinctam, & gradum ſuperiorem, non eſt habere diſtinctum ordinem. Qu are non ſequitur, quod Epiſcopatus ſit ordo.

A Maiores ordines ab alieno ſi conferantur, collatio non tenet. ¶ conſil.30. de tempo.ordi.Et qui illos confert alere non tenetur ordinatum, qui ſe patrimonium habere ementitus eſt Dec.c. Epiſcopus.de præben. ¶ Conſilio 47. eod.titu.

Et cum collatio iſta ſit actio humana, ideo requirit intentionem faciendi, quod facit Eccleſia. ¶ Conſ.7. numero 3.

B Si conferantur infanti, etiam vnius diei imprimunt characterem, modo ille ſit baptizatus. Guiler.clem.1.de ętate, & qualitate communiter receptus. Sed cum non adſit conſenſus non inhabilitat ad matrimonium, vt omnes tenent glo.in c.vbi illa.74.d. ¶ cõſ.3.de his, quę vi.

Ordines ſacros, qui recipere vult debet habere multa requiſita.

Primò, requiritur ætas legitima, & qui illam non habet verum quidem ordinem ſuſcipit, ſed eſt ſuſpenſus per

C extrauag.Pij 2.Cum ex ſacrorum. Ante illam tamen ſolummodo erant ſuſpendendi. capitulo Sanctorum. diſt. 70. ¶ conſ.1.de tempo.ordi.conſilio 7. 19.20.36.

Illam autem non incurreret, qui ordinaretur ante illam bono, & ſimplici animo, ſaltem quo ad forum conſcientiæ exiſtimans ſe legitime ordinatum, cum ibi non adſit præſumptio, quã requirit illa extrauagans, & conſequenter abſit dolus, iuxta doctr. Cardina.in clem.1.ar.38.de priuil. ¶ man. cap.27.nu.155.& Com.cap.Accepta. op.8.num.32.

Secundò, requiritur tempus ab Eccleſia ſtatutum, & qui extra illud ordinatur,

dinatur, eſt ipſo iure ſuſpenſus per eãdem extrauagan. Et ſi celebrat antequã abſoluatur fit irregularis. per eandem. & c. 1. de re iudic. lib. 6. ¶ Man. c. 25. nu. 71. & c. 27. nu. 242. conſ. 40. de tempor. ordi.

Tertiò requiritur, ne ſit corpore vitiatus ita vt ordines non poſſit exercere, vt mutilatus aliquo membro principali. tit. de corp. vitiat. per tot.

Qui ſeipſum caſtrauerit ex quo eſt effectus irregularis. cap. ſi quis abſcidit. & cap. Eunuchus. d. 55. ¶ Conſ. 2. de frigidis, &c.

Quartò, ne habeat aliquem defectum animæ, vt ſi ſit ignorans, aut illiteratus, aut ſimoniacus. de quo vide locis proprijs.

Quintò, ne ſit illegitimus, aut bigamus. Ver. Illegitimus Ver. Bigamia.

Sextò, quod habeat titulum ſufficientem, vel patrimonij, aut alterius beneficij, ſiue penſionis, ex quib. ordinatus neceſſaria recipere poſſit. c. Sanctorum. 70. d. & cap. tua, & c. cum ſecundam. Ibi.

Et qui non habet, non eſt iuſte ordinatus. ¶ conſ. 18. de temp. ordi.

Quare qui ordinatur ſine patrimonio, vel ad præſentationẽ alicuius beneficij, cum pacto de non petendi ab Epiſcopo victum, vel nihil petẽdo eſt ſuſpenſus. cap. penul. de ſimon. vel qui ordinatur cũ patrimonio, vel alimentis promiſſis, vel donatis cum pacto non petendi.

Si autem retrodonauerit poſtquàm fuerit ordinatus ſine pacto præcedente, non videtur incurrere. arg. glo. ſingul. cap. tuis. de præbend. ¶ Man. ca. 27. numero 258.

Ordines, & eorũ vſus impedit peccatum Notorium depoſitione dignum ante diſpenſationem, etiam peracta pœnitentia. capitulo fina. de tempor.

A ordinar. ¶ Manual. capit. 25. nu. 73.

Ordines aſſumere nõ impedit coeũdi impotentia, niſi illam concomitetur aliqua irregularitas, vel inhabilitas alia, etiam ſi ſit Eunuchus, aut caſtratus. ¶ Conſilio 2. de frigidi. & malef. num. 3.

Ordines accipere cum intentione illos accipiendi, licet cum ſcrupulo illos non accipiendi verè illos accipit, ſufficit enim quòd velit accipere bene vel male, etiam metu mortis, vt determinat Inn. c. Maiores. de Baptiſ. ¶ cõſ. 17. de temp. or. nu. 5.

B Ordinis ſacrorum miniſteriũ, ſummam mundiciam requirit. Leu. 19. ca. propoſuiſti. 32. d. & ſummam attẽtionem. c. Quando, de conſec. d. 1. ¶ conſ. 10. de ſponſal.

Ordines ſumere poteſt ille cuius vxor clam ducta alij nupſit. c. Agathoſa. 27. q. 2. ¶ conſ. 1. de Adult.

Ordines aſſumere non debet, nec poteſt accuſatus, denunciatus, Inquiſitus, Infamis, &c. ¶ conſilio 3. de Accuſatio.

Ordinatus ſcienter per ſimoniam eſt irregularis. Verb. Irregularitas.

Ordinatus ordinibus Sacris poſt Matrimonium præſumptum, poteſt ſeparare ſe, ſi illa adulterata ſit ſine auctoritate. cap. Agathoſa. 27. queſt. 2. & C ſimiliter poteſt iuſte Religionẽ intrare, & profiteri, & ordinari eum matrimonium poſſit diuidi, quo ad Thorũ, & cohabitationem in foro conſcientiæ. Et poteſt etiam ordinibus uti abſque alia diſpenſatione. ¶ Conſ. 23. de ſponſal.

Ordinatus abſque validis dimiſſorijs publica diſpenſatione eget cũ ſit ſuſpenſus per extrauagan. Pij 2. ¶ cõſ. 51. de temp. ordina.

Ordinatus ad titulum ſibi donatum, licet tantundem debeat ordinibus,

bus, non eſt ſuſpenſus, quia verè habet titulum. ¶ conſi. 13. de temp. ord.

Ordinatus ſine titulo iuſto ſecundum antiquos canones erat ſuſpenſus. cap. Neminem, & cap. Sanctorum. 70. diſtinct. etiam promotus ad Minores. Hodie per Conc. Trid. ſeſ. 21. cap. 2. de Reform. reſtringitur ſuſpēſio ad Maiores tantum, & ad titulum non ſolum iuſtum, ſed extenditur ad titulum beneficij ſufficientem ad ſuſtentandum ordinatum, quando ille, qui ordinatur eſt in culpa. Quia Innocen. 3. cap. cum ſecundum. de præbend. ſuſpenſionem abſtulit aggrauauitque Epiſcopum or dinantem ad ſuſtentandum ordinatū, ſi ſolus ille ſit in culpa. Si autem tam ordinans, quàm ordinatus in culpa ſint, & ordinatus eſt ſuſpenſus, & ordinans alere illum tenetur.

Per quæ reconciliantur ipſa iura vetera, & noua, quæ non ſunt corrigenda cum rationabiliter poſſint conciliari. Verbo Ius. ¶ Conſil. quartodecimo. de tempor. ordina. num. quarto.

Ordinatus de licentia cap. ſede vacante, non poteſt habere beneficium. cap. ex literis. de tranſact. quia Concil. Trident. cap. decimo. ſeſſ. ſeptima. non vult hunc gaudere priuilegijs, &c. ¶ Conſi. 20. de temp. ord.

Intellige, quando id facit capitulū infra annum à vacatione, & quando non aderat cauſa iuſta, vt puta beneficium obtētum, ob quod neceſſe eſſet infra annum ordines ſuſcipere. Conc. Trident. ſeſſ. 7. capitu. 10. ¶ Man. cap. 25. nu. 68.

Ordinatus ad titulum patrimonij, tenetur ſeruare leges ſui Epiſcopi. ca. ſecundo. de maior. & obed. & Breuiarium recitare, iuxta morem eccleſiæ Cathedralis, etiam ſi nullum habeat beneficium. Et ideo Direct. lib. 1. tract. 8. qui contra dicit (poſſe, ſcilicet illum A pro beneplacito, iuxta quam malit formam recitare) errat. ¶ De orat. cap. 19. nu. 214.

Ordinatus per ſimonia commiſſam à tertio ſe neſciente, aut contradicente non peccat, neque eſt ſuſpenſus. Alex. in cap. ſtatuimus. & c. ſi quis. 1. quæſt. 1. quicquid dicat glo. in cap. ſi quis. maxime poſt extrauag. Matth. 5. ad euitanda.

Neque poſtea ſoluendo promiſſum ſuſp. aut excomm. incurrit ſecundum Silu. verb. Simon. q. 8. §. 5. Nec peccat in foro conſcientiæ, quicquid ille dicat, niſi pactum habeat id, quia nulla B eſt lex, quæ id prohibeat quo ad illum fori. ¶ Man. c. 25. nu. 68.

Ordinatus pro ſaltum ſcienter ſuſpenſus eſt Epiſcopus autem poteſt diſpēſare, antequàm miniſtret. Hoſtienſ. in ſumma. de cler. per ſalt. produto. §. & videtur Concil. Triden. approbare modo antequàm vtatur diſpenſatione ordinem omiſſum ſuſcipiat. ¶ Man. c. 25. nu. 71.

Ordinatus omiſſio aliquo de neceſſitate præcepti, licet non de neceſſitate Sacramenti peccat mort. Et ſi eo vtitur non ſuppleto defectu ſimiliter peccat, non tamen eſt ſuſpenſus, aut irre- C gularis. Silueſtr. Verbo irregularitas, quæſt. 12.

Et qui duos ſacros ordines eadem die ſuſcipit, & eſt à ſuperiore ſuſpenſus, in quo ſolus Papa diſpenſat. cap. dilectus. adiuncta glo. de tempo. ord. Et qui Minores, & ſubdiaconatum ſuſcipit. cap. 2. de eo, qui fur. ord. ſuſc. nō qui quatuor minores. Conſuetudo accipiendi minores, & ſubdiaconatum valet ſecundum Anto. 3. p. tit. 14. c. 16. & Conc. Trid. illam non ſuſtulit. ¶ Manu. ca. 25. nu. 21.

Ordinatus habēs faciem, ac manus notabiliter deformes, vel oculo caret, vel

vel habet naſum, aut digitos abſciſos, A cōpactos, ſuperfluos peccat.ca.ſi Euangelia.§.diſt.non tamen efficitur irregularis, licet promotus celebret.Panorm. in ca.ſi celebret. de cler.excomm.min. Idem de eo, qui fuit Arreptitiis, aut Morbo caduco laborans.cap. Maulum. 33.diſt.¶ nu.72.

Ordinatus ſine examine, etiam ſi ſit idoneus, poteſt à ſuo Epiſcopo ad tempus ſuſpendi.Concil.Trident. ſeſſion. decimaquarta.cap.3.

Et qui ad titulum beneficij, ſeu Patrimonij ordinatus eſt, non poteſt illū reſignare, neque Epiſcopus poteſt reſignationem admittere, niſi conſtet illū aliunde commode viuere poſſe.Conc. Triden.ſeſſ.21.ca.ſecundo. de reform. ¶ Manual.cap.22. num.18.

Ordinatus antequam confirmetur & etiam adminiſtrans in ordine ante confirmationem etiam ſcienter non peccat mortali, modo id ſine contemptu fiat.¶Ibi.nu.9.

† Et ideo à contrario ſenſu intelligendum eſt, quòd peccat morta.ſi cum contemptu id faciat, & hoc modo intelligitur id quod aſſerit Author.Manual.cap.25.nu.68.

## Organa.

Organorum vſus, atque illorum ſonus, non eſt tantifaciendus ad verum cultum diuinū, quanti vulgo facit. Tum quia non eſt res per ſe Deo grata.argu.ca.cum in cunctis.de elect. & Authen. Multomagis. C. de ſacroſanc.eccl.§. ſonus organi, aut fidium. Tum quia eſt noua cæremonia laudandi Deum in eccleſia catholica. Nam tempore S.Thom.qui obijt ann.1274. talis vſus non erat inuentus, vt colligitur 2.2.q.91.ar.1.ad 4.

Neque hodierno die coram Papa illis vtitur eccleſia. Tum quia inſtrumenta muſica ſecundum Philoſophū non conueniunt ſcientiæ adipiſcendæ, ſed magis mouent ad delectationem ſecundum Thom.quàm ad bonā diſpoſitionem. Tum quia multi organiſtæ cantilenas prophanas in illis pulſant. Tum quia ſunt cauſa, quòd multoties non canantur, neque audiuntur Gloria, & Credo à populo. Sunt etiam cauſa, vt multi colloquātur, & multæ aliæ inordinationes ob illa occurrunt.¶De oratio.ca.16.à num.45.

Organorum vſus poteſt in eccleſia tolerari, quatenus poteſt eſſe occaſio ad excitandam ſaltem eminus deuotio B nem auditoris, vel populi, aut alliciendum ad audiendum diuina officia à quib. ob refrigeſcentem in eo charitatem auocatur. Tum quia eſt res in vniuerſa eccleſia Chriſtiana recepta, & conſuetudine preſcripta, quæ ob præfatum reſpectū dici poteſt rationabilis, & conſequenter ualida. Illis igitur nō eſt vtendum principaliter ad delectandum.¶Ibi cap.17.num.31.

Et qui in illis miſcet prophana, diuinis peccat.cap. 12.nu.87. C

## Originale peccatum. Verbo Peccatum.

## Ornamentum.

† Ornamētum eſt res extrinſecus adiectam naturalem gratiam augens, vel minuens. Silueſtr. Verbo Ornatus, in princip.

Ornamentorum Eccleſiæ, quæ ſunt ſacra vſibus prophanis applicanda nō ſunt.cap.ueſtimenta. & cap.ad Nuptiarum.& cap.Vaſa.de conſec. diſt. 1. & cap.ſemel dicata.de Reg.iur.lib.6.

## Ornatus.

† Ornatus in genere humano eſt applicatio ornamenti ad huma-

manam perſonam.Silu.Ibi.

Ornare ſe eo animo,vt videatur,& carnaliter appetatur, aut ametur mortale peccatum eſt, non autem ſi id fiat in finem honeſtum,puta pro matrimonio.¶ Manu.cap.16.num.14.

Si crederetur id euenturum,ſed neſciret à quo,aut ſi ſciret à quo,ſed neſcit ei ob propriam malitiam, & malam habitudinem euenturum non peccat.c.14.nu.37.

Neque etiam peccat ſi continentiā in ſecreto nouiſſet, quia id nullum eſt iure prohibitum.ca.23.nu.22.

Ornare ſe ad augendam pulchritu- B dinem,etiam ſi id ſit mendacium operis,non eſt peccatum niſi fiat ob luxuriam mortalem, ſecundum D. Thom. 22.quæſt.169.ar.2. ad tertium.Eſt tamen graue ueniale,niſi fiat ob deformitatem tegendam.¶ Ibi.nu.20.

Ornare ſe, quouis ornatu ea mente,ut ob eo nullo modo deſiſtat,etiam ſi id ſibi aliqua lege uetetur, quæ obliget ad mortale, mortale peccatum eſt. ¶ Manual.cap.23.num.27.

Ornare laſciue imagines Sanctorū peccatum eſt, quando ob id ad libidinem inducant.¶ Man.c.2.nu.25.

## Oſculum.

OSculum ſi fiat honeſte,& ad finē honeſtum dirigatur,puta ad debitam vrbanitatem, ad reconciliationem,aut alium amorem honeſtum, & etiam ad delectandum ſe caſte, & honeſte,non eſt peccatum,immo virtutis actus,modo nō fiat tali loco tempore, & modo, quo ſe periculo concipiendi mali propoſiti operis, vel delectationis luxurioſæ exponant.

Neque eſt pluſquam veniale dare oſculum ex curioſitate cognoſcendi, qua pulchritudine, aut quo inceſſu, aut geſtu ſit.¶ Manu.cap.16.nu.2.

A Oſcula plura, qui dat poſt commiſſam fornicationem ſemel tantum peccat,ſi fiat ad delectationem,ſecus ſi ad iterum fornicandum.¶Conſi.ſeptimo. de pœnitent.& remiſſ.nu.3.& Man. cap.ſexto.nu.18.Verbo Tactus.

Oſculari licitè inter ſe poſſunt ſpōſi de futuro,modo non ſe exponant periculo pollutionis, quia ſponſalia faciunt facultatem fruendi voluptatē præambula voluptati matrimoniali. iux.Caie.2.2.q.154.art.4.¶ Man.cap. 16.nu.12.

# De Litera P.

## Pactio.

† PActio,& pactum à paciſcor dicitur. Et eſt duorum,pluriumue in idem placitum, ſeu conſenſus, ſcilicet ad aliquid faciendum,uel dandum,ut dicit tex.in l.1.ff.de pac. Vnde omnis contractus generali nomine pactum dicitur. Silueſtr. Verbo Pactum. in princ.

Pactio omnis ſine beneplacito Papæ in ſpiritualibus vetatur.ca.quāpio 1.q.2.¶ conſi.58.de præbend.& conſi. 6.de ſimo.conſi.43.eod.tit.

Pactio pro iuſtitia, vel gratia obti- C nenda ſi fiat. Primò ad corrumpendū Iudicē in criminalibus, ſeu in ciuilib. eſt contra Ius naturale ob detrimentum, quod credit eum fore proximo contra illud.Non occides,vel,Non dicas falſum teſtimonium,vel, Non furtum facies . Si ſecundò , fiat ad citius procurandum Iuſtitiam ſine alterius præiudicio non eſt prohibita iure naturæ, quo ad forum interius, neque quo ad exterius, quando conſtat de omni eius ſinceritate,quia non eſt cōtra aliquod præceptum legis, ſed tamē præſumitur contra ius naturale,vel humanū.l.2.§.ſed ſi ded.ff.de cōd.obt.cā.

Si

Si fiat tertiò ad perſuadendum Iudici,quod cupit non conſiderando iuſtum ne ſit,an ſecus,prohibita eſt iure naturali, quia facit contra illam regulam:In dubijs tutior pars eſt eligenda. cap. Iuuenis. de ſponſ. cap. ſi quis autem.de pœ.d.7. A

Si fiat quartò ad redimendam vexationem, quam patitur ſuper iure quæſito non eſt contra aliquod præceptū diuinum, aut humanum. argum. cap. Dilectus,id eſt de ſimonia. Et quia cōſeruatio ſui, & ſuorum iure naturali eſt licita.leg.vim vi.de Iuſt.& iur.quare,qui illam procurat non incurrit pœnas extrau.Greg.13.de datis,& prom. B pro iuſtitia,& gratia.Præſumptiuè autem, ſecùs ſi non conſtaret de illis recta intentione.¶Com.in eadē extraua. num.16.tom.3.

Pactio pro decreto arbitrario ad quod Iuſtitia Iudicē non obligat puniatur in dicta extrau.nu.17.

Pactio pro Iuſtitia, & gratia facta cum Papa ſi eſſet contra ius naturale, aut diuinum eſſet peccatum, ſi autem contra ius humanum poſitiuum minime, & nullo modo punitur pœna in extrau.¶ Ibid.

Pactio de auferendo,aut differendo Iuſtitiam includitur ſub pacto de obtinendo illam;quia obtinere,ut differatur,uel auferatur Iuſtitia unius,eſt obtinere Iuſtitiā ſaltem in aliquo. Tum quia non ſolum ſententia, & qua appellatur Ius,ſed etiam iniqua.lege Ius pluribus modis. ff. de Iuſtit. & iure. ¶ Ibid.numer. 19. C

## Pactum.

PActum, vel conuentio, qua quid ob maleficium datur non valet in illa forma,quam partes ſolæ prætendunt facere. Valet tamen, vt donatio quædam uirtualis,vel ut quidam actus habendi pro derelicto quod lex in pœnam male dantis interpretatur,taliter. male dantem habere id pro derelicto, uel pro obtento ad hoc,ut hoc non debeat neceſſario reddi.ut alta mente dixit Anton. in leg. Iuris gentium. §.ſi ob maleficium.ff.de pact. relatus à Panormit. in cap. quia pierique. de immunita. eccleſ.¶ Man. cap. 17. numero 32.

Pactum factum vltimo de petendo tollit impedimentum exceptionis ortæ ex pacto de non petendo præcedenti,& ex hoc aperitur vir ad agendum. l.ſi unus §.pactus ff.de pactis. ¶Com. cap.voluiſſent. §.ex his. de pœniten. diſt.1.num.3.

Pactum perſonale ad alios non extēditur.l. iuriſgentium.§. pactum.ff. de pact. & c.de cætero. de tranſ. ¶ conſi. 6.de Iudæ.

Pactum ſoluendi duplum ſi hoc,vel illud eueniat,valet propter incertitudinem rei.¶conſi.25.de Vſur.Et etiam de ſoluendo duodecim pro centenario poſt ſolutā ſocietatem quouſque ſoluatur principale. ¶ Ibi.nu.2.

Pactum vt caſtitas in matrimonium ſeruetur, vel debitum non petatur eſt contra illius fidem, & finem,quæ ſunt duo bona principalia matrim.ca.omne nuptiarum. 27.q.2. Et ideo vitiat eius valorem.c.fin.de condict. appoſ.& D. Thom.4.diſt.28.Adrian.4.de ſponſal. quæſt. 9. Et eſt communis opin. & ſi Palud.d.29.contra ſentiat. ¶ conſi.18. de ſponſ.num.2.

Pactum, vel modus, qui iure non ineſt collationem vitiat, & ideo Epiſcopus non poteſt illud facere.argum. cap.quampio.1.q.2.& ca.fina.de pact. ¶ conſi.primo. de conceſ.præb.

Pactum de quota litis danda aduocato caſu quo vincat reprobatur à Iure.l.ſi qui.C.de poſtul.& c.Arceantur. 3.q.7.

3. q. 7. Idem intelligendum de pacto dandi certam quantitatem ſecundum gloſſ. in leg. ſumptus. ff. de pact. communiter recept. ¶ conſil. 1. de procur. numero 2. A

Pactum lege naturæ diuinæ, & humanæ ſeruare debemus. l. 1. ff. de pact. cap. Antigonus. eod. tit. ¶ conſi. 4. de renunc. num. 6. Et hoc eſt intelligendum, quando eſt legitimum. ¶ conſi. 5. de pac. nu. 5.

Pacta regulariter valent. l. 1. ff. de pac.

Pactum de dando aliquid pro palmario litis valet. l. 1. §. & ſi momine. ff. de var. & extraord. cogn. ¶ conſi. 1. de proc. B

Pactum legis commiſſoriæ eſt, quòd id, quod mutuo datur, niſi ad præfixũ diem rediniatur ſit uenditum addendo, quòd omnes fructus, aut pars eorum, qui vſque ad eum diem caperentur eſſent ſui. cap. ſignificante cum ei adnot. de pign. Quod quidem pactum appoſitum in pœnam ſine fraude vſurarum valet. Et etiam appoſitum, vt lapſo die luendi pignus eſſet venditũ iuſto precio. l. ſi fundus. §. fina. ff. de pignor. Et hæc ſunt de mente Panor. in d. ca. ſignificante. & Archiep. tit. 1. ca. 7. Silueſt. in Roſa Aurea caſu 28. Secus autem eſt ſi Dominus directus accipit in pignus prædium feudale. cap. Conqueſtus. de vſu. adiuncta gloſ. fin. ¶ Manual. capitu. decimoſeptimo. nume. 217. C

Pactum de retrouendendo eſt, quo emptor promittit reuẽdere rem emptã venditori, quandocunque uoluerit, vel intra certum tempus, quod licitũ eſt, & minuit de precio. cap. cum Ioannes. de fid. Inſtru. & l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & l. ſi fundũ. C. de pact. inter emp. & vend. Et hoc ſecundum omnes in cap. ad noſtram. de empt. 4. diſtinct. 15. Ad iuſtitiam autem huius pacti concurrere debent. Primò, vt omnis ſimulatio ſaltem ex parte emptoris abſit. Secundò, vt fiat pactu ne redẽptio fiat maiori precio. cã. illos vos. de pign. Tertiò, quòd id fiat ad complacentiam venditoris; quod tamen non eſt multo iuridicum. Multi addũt alias conditiones, quæ tamen nõ ſunt neceſſariȩ. ¶ Man. c. 17. nu. 247.

Pactum ne depoſitarius de dolo teneatur non valet, quia materiam peccandi præbet quod non licet. cap. ex parte. de conſuetud. & l. conuenire. ff. de pact. ¶ Ibi. cap. 181.

## Pannicularia.

PAnnicularia veſtes ſũt viles, quas Reus attulit in carcerem, & Nummi inueterales. leg. Diuus. ff. de bon. damn. Cuius nominis ſignificationem dicit ibi ſe ignorare Budæus, per quos tamen Iuriſconſult. intelligit illos, quos inuictum quotidianũ reus affert. Et glo. non inepte declarat pertinere ad cuſtodes, aut cuſtodum adiutores, & ſpeculatorem, reo affecto ſupplicio. ¶ Com. de ſpo. cle. §. 1. nu. 1.

## Papa.

† PApa dictus eſt, quaſi admirabilis à Papè interiectione admirantis. Eo quod Vicarius ſit Chriſti, & Dei. Cuius eſt terra, & plenitudo eius. cap. tuã. el ſecundo. de decim. Clemen. Romani. de iureiurand. Vicarius inquam expreſſe, & immediate, & non mediante lumine rationis, vt alij principes ſecundum Heru. de poteſtat. eccleſ. licet aliquãdo impropriè dicatur Vicarius Petri eo, quia eundem habet locum, quem habuit Petrus, & dicitur Papa, quaſi pater patrum

trum

trum, ſolus habens plenitudinem poteſtatis.3.quæſt.6.cap. qui ſe ſcit. Silueſtr. verb o Papa.

Papa eo temporis momento, quo eligitur accipit à Deo poteſtatem ſuper totum corpus Chriſti myſticum. cap. In nomine Domini. diſtinct 21. ¶Manu.cap.26.num.147.de ſpol.cler. §.2.num.3.

Quando conſecratur, intenditur quædam ſtuppa, qua ardente dicitur ei; ſic tranſit gloria Mundi. ¶Cap. inter verba concl.5.nu.77.

Papa quatenus Vicarius Chriſti in ſpiritualibus habet immediate à Chriſto ſummam iuriſdictionem ſpiritualem. iuxta capitulo licet. cum ei adnot.de elect.quæ habitu, & cauſaliter extenditur etiam ad temporalia, iuxta cap. Nouit.de Iudic.& cap.duo.96.diſtinctio. Habet etiam iuriſdictionem laicam, ſiue temporalem ſupremam vt Rex, vrbis, & certæ partis orbis acceptam mediante donatione Conſtantini, & aliorum Imperator. Reg.&c. nomine eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ. ¶Com.de dat.& promiſ.nu.29.de hac uide ver.poteſtas.

Papa habet in omnes Chriſtianos iuriſdictionem.extrau.vnam ſanctam. de maior.& obed.& Inno.c.1.de conſtitu. & non ſolum qualem qualem, ſed immediatam, quo ad omnia ſpiritualia, vt colligitur ex D.Th. in tract. contra errores Græcorum.conclu.65. aliàs c.42. conclu.33. quare nemo poteſt auferre, aut minuere. cap. cuncta per mundum.6.quæſt.3. ¶Man.ca. 27.nu.263.

Papa poteſtatis plenitudinem verè accepit ſocios tamen qui illum in ea adiuuent debet aſſumere. capitulo mandata. de præſumptio. ¶de ſpo.cler. §.2 num.5.

Papa non accipit ſuper ſeipſum iu- A riſditionem.arg.glo.l.pen.ff.de recep. arbi. Neque ſuper ſucceſſorem. c.innotuit.de elect. ¶Cap.placuit.de pœn.d. 6.num.15.

Papa nō eſt verus, & abſolutus Dominus bonorum eccleſiaſticorum, ſicut laici cōmuniter ſunt Domini ſuorum. Nam Dominium tale conuenit ſoli Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt dictum eſt in verſ.Bonum. Et ratio eſt, quia non poteſt donare, aut pro ſuo libito diſponere.c. non liceat Papæ.12. q.2. ſicut id facere poſſunt laici, & clerici de bonis ſuis patrimonialibus. l. ſed & ſi.§.conſuluit.ff.de pet.hæredi.

B Sed eſt tantum Summus adminiſtrator, ideo non poteſt illa alienare ſine iuſta cauſa. Verbo Alienatio. ¶De ſpo. cler.§.2.nu.2.Man.c.23.nu.108.de redim.eccle.q.1.Mon.40.num.6. & q.3. Mon.3.nu.3.

Papa eſt ſolutus legibus humanis, quo ad vim coerciuam. l.princeps. ff. de leg.non tamen quo ad vim directiuam.l.digna vos. C.de leg. & c.iuſtū. 9.d.Tho.1.2.q.96.art.5.ad 3. ¶ Com. 4.de Regul.num.36. de ſpol.cleri.§.2. numero 3.

Papa in his, quæ ſunt fidei nunquā errat Thom.2.2.q.1.Anto.3.p.tit.22.

C ca.6.§.18. Ideo iure Caie.reprobat in hoc Panor. qui in cap.ſignificaſti. de elect. dicebat: Dictum vnius priuati præferendum eſſe dicto Papæ ſi efficaci ratione niteretur. ¶ De Iud.Not.3. numero 46.

Poteſt ſaluari Panormi. ſi intelligit de dict. Papæ, non vt Papa, ſed vt Doctor particularis, quia tunc eius dictū, non plus valet, quàm dictum alterius doctoris, vt ſentit idem Auctor ex Felino cap. 1. de conſtitu. conſil.6. de Reſcript.

Papa præbens aliquid alicui, quem ſcit iure humano ad id inhabilem ipſo

ſo facto ſine alia diſpenſatione reddit ipſum habilem ex eo quia poteſt ſine aliqua cauſa diſpenſare. ¶Man.ca.25. num.74.cap.ſi quando.de reſcr.excep. 10.num.3.

Si conferat beneficiũ indigno peccat, & tenetur ad reſtitutionem Reip. vel eccleſiæ cui damnum intulit. ¶Manua.c.17.num.96.de red.eccl. quęſt.2. Mon.23.num.1.

Papa nõ reſeruat ſibi caſus ſine cenſura, qua ſublata ceſſat reſeruatio. Anto.3.p.titu.17.c.11. Caie. Verb. Caſus. niſi cum reſeruatione cenſuræ pãpalis concurreret etiam epiſcopalis: argu.c. ex tuorum: de auct. & vſu palij. ¶Man. cap.27.nu.261.

Papa cum quid vult eſſe infectum, irritat conſequentia illud. iuxta glo. ſingul. clemen.1. verbo pro infectis. de cenſibus. ¶Cap.accepta.oppoſi.8.numero 16.

Papa peccare poteſt peccato ſimoniæ in emptione, & venditione rei ſpiritualis, ſicut quilibet alius homo. Th. 2.2.q.100.ar.1.ad 7. nullam tamẽ pœnam temporalẽ incurrit, & poteſt facere ne alius incurrat cum non ſubſit iuri humano. [illegible] ideo auctoritas eius eximit ab ea pœna omnes, qui cum eo, vel eius conſenſu faciunt actum, alias ſimoniacum, non autem à culpa. l.qui etiam conſulebat.ff.de re iu. Quare vendens beneficium, & emens illud, eſt ſimoniacus, cum beneficium ſit inuendibile, omnino tanquam res ſpiritualis, ſicut ius decimarũ, & ius patronatus. Et eſt opinio communis Theologo. & maxime Caiet.1.tom.Matt.9.q.1. Arbitror tamen nullum Papam unquam vendidiſſe, ſed aliqua alia via licita alienaſſe, cum poſſit extinguere, vnire, diuidere, redditus augere, diminuire, &c.cap.ex parte.de conſtitut. Et nihilominus puto Papam poſſe iuſte vendere abſque peccato ex iuſta cauſa de potẽtia abſoluta, beneficia, quo ad partem, quam habent pecuniariam, & temporariam, ſicut poteſt ex cauſa iuſta vendere, donare, uel permutare aliam rem immobilem unius eccleſiæ, pro alia alterius, & tũc nihil ſpirituale vendit, ſed ſolum temporale, quia beneficia non ita ſunt annexa ordini clericali, vt nequeant auctoritate Papæ ſeparari multis modis. ¶Manual.cap.23. numero 208.

Papa ſolus, uel is, qui ab ipſo peculiarem habet facultatem poteſt diſpenſare ſuper voto continentiæ perpetuę, Religionis, peregrinationis in Hieruſalem, Romę, Compoſtellę. In iure exprimitur peregrinatio in Hieruſalem. cap.ex multa.de voto. cum glo.ſingul. verbo incumbit, quando eſt factum in ſubſidium Terræ Sanctæ, & non ex ſola deuotione, vt ibi dicit Panormi. De alijs colligitur ex ſtylo curiæ ex extrauagan. Sixti 4. cap. & ſi Domini. de pœniten. & remiſſio. ¶ Manu.cap.12. numero 71.

Papa poteſt diſpenſare, vt Monacus contrahat communis Theolog. Ricar. Paluda. Maior. diſt.38. gloſſ. Innocen. Hoſtienſ. Panorm. Ioan. Andr. in capi cum ad monaſterio. de ſtatu monachõ. Caietan.1.tom.tracta.27. Sotus lib.7. de iuſti. & iure tenet id faciendo, vt Monachus deſinat eſſe Monachus. Cõtrarium tenent Clithon. de continen. Sacerdot.cap.13. Medina lib.5. de ſacra.hom.contin. Thom.2.2.quæſt.88. art.2. ¶conſ.10.de ſponſa. num.1.& 9. conſ.1.de his, quæ vi.nu.6. conſil.1.de conuerſ. coniu.de red.eccl.qu.1.Mon. 55.num.10.

Poteſt ſolus diſpenſare ſuper violatione ſuſpenſionis. c.1. de re iudic. lib.6.& c.1.de ſent.excomm.lib.6. ¶conſ. 40. de tempor.ord.

Poteſt

Poteſt ſolus diſpenſare, vt Regularis dimiſſo habitu ſui ordinis maneat extra Monaſterium.c.2. ne clerici.lib. 6.c.Sanctimonialis.23.diſtin.¶Conſi. 54.de Regular.

Poteſt ſolus diſpenſare cum bigamis, vt ad ordines aſcendant, & cum homicida voluntario. ¶ Conſilio 2. de bigam.

Papa ſolus diſpēſat hoc ipſo, quòd ſciens contra ius agit, ſecundum Innocen.cap.diuerſis fallacijs.de cler.coniug.Bar.l.Barbatius.ff.de offic.prætor. per l.quidem conſulebant. ff.de re Iudi. ¶Cap. cum contingat.Except.10. numero 3.

Diſpenſat ſuper ſcientia, & honeſtate,ſed raro, licet quandoque indirectè faciat diſpenſando ſuper gradu,& ætate.¶Excep.19.num.2.

Diſpenſat in voto, & iuramento.c. verum.de iur.iur. Thom.2.2.q.88.art. 10.quæſt.89.arti.9. Sed iuſta de cauſa. ¶Com.cap.pen.§.Sacerdos. de pœni. d.6.num.33.

Papa diſpenſare non poteſt ſuper lege diuina. cap.ſunt quidam.25.q.1. ſuper humanam verò ſit. capit.cuncta per mūdum.9.q.3.¶conſ.1.de his,quæ vi,& conſ.1.de cle.ægro.nu.7.conſi.1. de depoſ.

Diſpenſare poteſt cum presbytero, vt iuſta de cauſa matrimo. contrahat ſecundum omnes. ¶ conſi.10.de ſponſa.num.9.

Non tamen, quòd ſimul vtatur eo, & clericatu. Et hoc intelligit Medina ſupra citatus, quia repugnat illi vſus ſacrorum ordinum,& matrimon.licet non repugnet ſua natura. ¶ Ibidem numero 12.

Diſpenſare nō poteſt ſuper defectu inducto iure naturali,vel diuino. Hoſtien.Panorm.& alij in cap.ſignificauit.de offic. ordina. Bald. in cap. cum

A adeo.de reſcriptio. ¶ conſilio primo, de depoſi.

Diſpenſare non poteſt cum Regulari,vt ſtante voto paupertatis ſolemni poſſit habere proprium, quia id repugnat.l.vbi repugnantia.ff.de regul.iu. cap.cum renunciatur.32.qu.1. Immo neque liberare illum ab eo.¶ De Reg. Commen.2.

Diſpenſare nō poteſt etiam ob maximam Reipub.vtilitatem,vt Confeſſarius reuelet peccatum, quia non poteſt ſuper ſcandalo diſpenſare. cap. ſi quando.de Reſcript.capit. cum teneamur.de præben. Non enim poteſt man

B dare, ut non obſtante ſcandalo fiat aliquid,quod lege Dei non eſt neceſſariū ſecundum Innocen.cap.Inquiſitioni. de ſent.excommu.Et id notat expreſſe Panormi.in d.c.cum teneamur. Quod ſi mandaret, non eſſet illi obediēdum ob poteſtatis defectum. ¶Commento cap.penul.§.Sacrdos. de pœni.diſtin. 6.num.131.

Papa poteſt ex cauſa alicui interdicere matrimo. ad tempus toto titu. de matrimo.contra [illegible] interd.eccl. Et poteſt per legem aliquas perſonas inhabiles facere ad matrim. vt colligitur ex titu.de conſangui. & tit.de co-

C gnat.ſpirituali, & cap.5.de reforma. Conc.Triden.ſeſſ.24.

Poteſt facere certas perſonas inhabiles ad inter ſe contrahendum per ſuum interdictum, ita vt contractum ſit nullum.Sed hæc eſt res ſine exemplo,& indigna,vt concedatur. argu.c. legatur.2.quæſt.2.¶conſ.24.de ſponſ. per tot.

Papa interdicere poteſt Epiſcopo, & parocho ex cauſa ne alicui matrimonio interſit, vel intereſſendi facultatem faciat.argum. cap.fin.de clandeſti.de ſponſ.clem.1.de conſangui.quia habet poteſtatem ſummam prohiben

di peccata,& occaſionem peccatorum. ¶Conſ.24.de ſponſa.

Papa ex cauſa matrimonium non conſummatum diſſoluit.gloſſ.celebra. cap.ex publico. de conuerſa. coniuga. ¶Conſ.49. de ſponſal.num.2. conſi.1. de frigi.& maſe.nume.4. de conuerſa. infid.num.12.

Papa reuocare poteſt Indulgentias à prædeceſſoribus conceſſas.argumen. cap.cuncta per mundum.9.quæſt.3. Et quia nullus præceſſor poteſt imponere ipſi legem,quæ tollat ſuam poteſtatem,vel minuat ipſam. cap.innotuit. de electio. & l.penultim. ff.de recept. arbitr. ¶conſ.2.de pœniten.& remiſſio.& de hac materia.Vide verſic.Indulgentia.

Papa ſtatuere poteſt,quod Iudex iudicare debeat,quid eſſe verum,quoad vnum forum, & non quoad aliud. ¶conſ.5.de priuil.nu.13.

Poteſt eſſe Iudex in cauſa propria, ſicut Imperator. gloſſ.cum text.in capitulo. Si ergo.2.quæſt.7. & cap.cum nouiſſem. de Iudic. ¶ conſ.25.de ſent. excommu.

Poteſt legari ab alio,nempe à Confeſſore cui ipſe ſe ſubdit.iuxta l.ſecundam,quam Andr.Sicul. putat ſingula. & cap.ſanè.3.de offic.d.legat. Sed habet ſimilem in cap.nemo. nona quæſt. 3. ¶ Com. in princi. de pœniten.diſt. 5.numero 34.

Papa conſtituere poteſt nouam Religionem, in qua nulla profeſſio fieret expreſſa, ſed ſolum tacita per ſolam habitus delationẽ certo tempore continuatam.argumen.c.cuncta per mundum.9.quæſt.3.cap.propoſuit.de conceſſion.præbend. ¶ conſil.2. de regul. numero 3.

Religionem eximere poteſt, quo ad eius eſſentiam,ita vt remaneat quo ad apparentiam,ſed non poteſt cogere

A

ad ueram Religionem uiuentes ut Monachos.¶Conſ.17.de Regu.

Papa ſine maxima cauſa Religioſi profeſſionem annihilare non poteſt, iuxta omnes in cap.cum ad monaſterium.de ſtatu monacho.Neque poteſt ſupplere conſenſum iure naturali requiſitum in matrimo.ſpirituali, ſicut neque in carnali.¶Conſi.32.de Regu. numero 6.

Concedere poteſt tranſitum Regulari ad æqualem,ſeu laxiorem Religionem ex cauſa. ¶conſ.40.eo.titu.

Atque, vt quid irreuocabiliter ad ſuos vſus teneat ſine auctoritate ſui prælati,argu. cap.cuncta per mũdum. 9.q.3.& ca.ad noſtram. de confirmat. vtil.ſtipul.¶Conſ.45.

B

Cõcedit frequenter Monachis penſiones ſuper beneficia ſui ordinis, & etiam aliorum, cum facultate diſpenſandi eas in ſuos vſus, vel alios pios & honeſtos. Et quidem iuſtè per cap. Niſi eſſent. de præbend. cum ei adnotat. per Panormita. ¶ conſilio 75. eodem titu.

Non ſolet, neque debet ſemper concedere Religioſo tantam facultatem diſponendi de quæſitis Monaſterio, quantam poteſt cõcedere Abbas,quia non ſolet libere diſponere de reditibus eccleſiæ inferioris. ¶ Com.2. de Regu.nu.26.

C

Papa poteſt tolerare aliquod malũ, vt aliquod peius impediatur. cap.denique. d.4.cap. non ſunt.23. quæſt.4. ¶Conſ.5.de Iud.

Papa vbique, & ſemper pallio vtitur ad denotandum,quòd vniuerſalem poteſtatem habet.¶ de ſpol. cle. §. 2. numero 7.

Papa quædam peccata etiam clericorum diſſimulat ob cauſam ſupradictã. ¶ De redim.eccl.q.1.Mon.54.

Papa de iure naturali tenetur ſeruare

uare

uare pacta iuſta ſecũ, vel inter alios facta, ſed ex cauſa poteſt derogare. Idem de dominio.¶ de ſpo. cle. §. 18. nu. 2.

Papa teſtari poteſt, ſicut & reliqui ſimplices clerici.gl.ſingu.l.cum hærede.C.qui teſta.fac.poſ.1.ad pios uſus. ¶ de red.eccl.q.3.Mon.3.nu.8.

Concedit paſſim licentiam teſtandi clericis de ſuperfluis reditib.beneficiorum, qui inteſtatis illis morientibus ſpolia remanent.¶de ſpo.cle.§.9.nu.3.

Teſtandi facultatem in pios vſus dare poteſt beneficiarijs ſecundum Phil. Franc.poſt alios in Rub.de teſta.num. 82.¶conſi.15. de Regul.

Papa ſolus poteſt contra ius commune ſtatuere ſi illud eſt canonicum, cap.quod ſuper his de maior. & obed. ¶ conſil.3.de Regul.num.4.

Papa uelle non debet tertio præiudicare.l. ſecunda.§. ſi quis à principe. ff.ne quid in loco publico.ca.ſuper eo. de offic.delegat.& per Regul.Cancell. de non tollendo iure quæſito.¶ Conſi. primo.de conuerſ.infid.nu. 13. Poteſt tamen id facere Quando quis conſentit l.3.§.eod.¶ Com.3.de Regul.nu.8. & cum cauſa iuſta per notata in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. per totum. Idem dicẽdum de contractibus ſubditorum,quos non poteſt diſſoluere, iuxta Regul. id quod noſtrum.ff.de reg.iur.cap. conuenienter. 23.quæſt.8. cap. primo. de proba.¶ num. 15.

Papa facilius ſoluit obligationem Deo quæſitam,quàm quæſitam homini. iuxta Medin. li. 5. de ſacr. homin. contin.¶ conſ.1.de Regul.nu.21.

Papa tranſgrediendo ſuas leges ſine ulla cauſa peccat.per ca.iuſtum eſt. 9. diſ. quod non ſolum de honeſtate, ſed etiam de iuſtitia eſt intelligendũ, vt dicit Dominicus.Ibid.¶ Relect. ca. cum contingat.Excep.8.nu.12.

Papa Hæreticus, non incidit in poe-
A nam contra hæreticos ab eccleſia ſtatutam.argum.cap. primo. de conſti. & l. princeps. ff. de leg. ¶ Cap. Nouit. de Iudic. Not.3.num.142.

Papa tenetur abſtinere à quibuſdã, ſicut Petr. 1. ab occupationibus ſæcularibus. cap. te quidem. 2.q.1.¶ Ibid. numero 39.

Papa deponere poteſt Reges, quãdo eſt neceſſaria depoſitio ad tollenda impedimenta uitæ æternæ conſequendæ, & conſentire ad eorum depoſitionem factam à populo de eius auctoritate. ¶ Ibid. nu. 100. Et poteſt coadiutores dare, iuxta ca. grandi.de ſupplend.ne-
B gligent.prælat.lib.ſexto.¶ Ibi.nu.106.

Papa beneficium viuentis nemini pure confert.ca. 1.de conceſ.præb. Sed ſub conditione ad tempus, & in diem. ¶ Ca. ſi quando de reſcr.præſu.3.nu.5. Poteſt cum cauſa rationabili.etiam ſine beneficiarij culpa diuidere, & vnire Eccleſias conferre, & auferre beneficia, ſed non pro ſolo uoluntatis arbitrio.¶ De ſpol.cle.§.3. num.6.

Papa tranſtulit Imperium à Græcis ad germanos.gl.ſing.in cap. c. venerabilem.de elec. ſuper quo multa poteſt, vt videre eſt in Iure. deponit Imperatorem, coronat, coronatum confirmat.
C facit tamen illa poteſtate humanitus accepta.¶ De Iudic. Notab. 3. numer. quarto. & 126.

Papa nequit efficere, vt repugnantia, & contraria ſimul ſe compatiantur. leg. vbi repugnantia. ff. de regul. iur.cap. ſollicitudinem. de appellatio. ¶ Conſi. 10. de ſponſ.num. primo.

Non poteſt ſupplere defectum conſenſus à natura requiſiti.Panorm.cap. per venerabilem. num. 21. qui fil.ſint legit. quia id eſſet derogare iuri diuino,& naturali.¶ conſi. 36. eodem tit.

Non poteſt conſecrata bona benedictione conſtitutiua prophanare, an-

teq̀uàm deſinant eſſe talia. ¶ De ſpol. cle.§.18.nu.10.verb.profanatio.

Non poteſt ſoluere de reditib.papatibus ad prophana, quia lex, quæ id prohibet naturalis eſt, & diuina. Quæ autem prohibet teſtandi ad pia eſt tantum humana. ¶ de red.eccl.q.2. Mon. 3.num.8.

Papa per papatum ab obedientiæ voto abſoluitur, ſed non a Religione. ¶Ibid.q.1.Mon.55.num.9.

Papæ nomen,& ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis conuenire poſſit, vt colligitur ex ſupraſcriptione,cap.abſit.50.diſt. & cap.vl.24.q.2. Solus attamen Summus Pont. antonomaſice ſic appellatur,quia plus ei conuenit,ſicut & veneratio. Et dicuntur, vel a Græco παππάς, pater, vel ita dicitur ab eo,quòd eſt pater patrum, vel patriæ,vel a dictione papè, quaſi admirabilis.glo.ſingu.in proœm. Clemen. Eſt enim pater omnium Chriſtianorum abſolutè, & totius orbis, ac gregis Dominici.cap.ſuper cunctā.9.quæſtione.3.cap.1. de conſtitut. Et eſt admirabilis ſua poteſtas, quam a Deo accipit. ¶De ſpoliat.cler.§.2.num.1.

Papæ ſunt omnes fructus Menſarū Eccleſiarum, patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium,& Monaſteriorum, qui obueniunt a die vacationis illorum, vſque ad prouiſionem eorundem, & eſt ius nouum. ¶Ibid.§. 6. num.7.

Papæ ſola mentio non facit, quem Religioſum per clemen.vlt.de ſen.excomm. vbi dicitur,quòd non cenſetur abſoluere excommunicatum per hoc, quod illi communicat. ¶Conſi. 2. de reg.num.3.

Papæ placet, vt ſua mandata non exequantur, quando adeſt cauſa iuſta ſupplicandi ab eis. cap. ſi quando. de Reſcript. ¶Cōſ.1.de corp. vitiat.nu.2.

A Papæ omnia iura ſunt nōta. ca.1.de conſt.lib.ſexto.¶Conſi.1.de maior.& obed.num.2. Illius intentio ſeruanda eſt, c.ſuper literis. ſub ſine.de reſcr.ca. fin. de præb. ¶Conſi.49.de præbend.

Papæ beneplacitum ab omni pęna, ſaltem temporali excuſat ſi ſequatur: ¶Conſi.ſexto, de ſimon. Et Manual.c. vigeſimotertio,num.108.

Papæ oſculantur pedes, ſed nō eius legato etiam a latere, & minus delegato. ¶Cap.Humanæ aures.q.117.

Papæ non licet alienare bona ſtabilia eccleſiæ pro ſoluendis debitis contractis, dum in minoribus exiſtebat.

B ¶De ſpo.cle.§.2.nu.5.

Papæ poteſtas alienandi diuerſa eſt a facultate aliorum prælatorum. ¶De ſpo.cler.§.2.nu.5.Vide ver.Alienatio.

Papæ electioni factæ etiam a duab. Cardinalium partibus contradicitur ſi ſit furioſius.¶De reſcr.c.ſi quando. excep.10.nu.4.

Papæ literas falſificans eſt excommunicatus per Bullam Cœnæ.ver.Litera.Et qui illam impugnat,etiam antequam coronetur eſt excommunicatus, per extrauag. ſi. de ſent. excomm. Clem.5.Anton.p.3.tit.24.c.68.& Fel. illam attribuit Benedicto 3.in ca. eam

C te.de reſcript. non autem hoc habet locum in eo,qui ob iuſtum timorem fuit electus in nomine. d.21. ¶Man.ca.27. num.147.

Papæ opinio, quam ponit, vt commentator non obligat ad plus, quam alterius Doctoris. Fel. cap.2.de conſt. & c.per tuas,el 2.de ſimo. iuxt.Innoc. Quando autem ſit Papæ, vt Papa, vel vt Doctor colligitur ſi id exprimat,vel ſine expreſſione quando reſpondet ad interrogationem ſibi factam,vt Papa, vel vt Doctor. Et ex circūſtantis, loci, modi,cauſa reſpondendi,&c. ¶Conſi. ſexto. de reſcript.

Papæ verbis narratiuis, quando ſuper illis fundatur gratia, credendum eſt. Clem. 1. de probat. Si factum a ſe, vel coram ſe narrat ſecundum Card. & communem contra gl. illius non autē ſi de facto alieno, vel ſequitur 2. quando Papa ea quæ narrat aſſerit, ſecus quando ait ſibi eſſe aſſertum, vt declarat Bonifac. ¶De reſcri. Excep. 8. nu. 5.

Papæ commentanti, non creditur ſic, vt legem ferenti, quia tunc procedit, vt doctor, non autem vt Papa. ¶De vſu. nu. 49.

Papæ duo eſſe non poſſunt eodem tempore, etiam ex vrgentiſſima cauſa. Almain. de poteſtat. eccle. cap. 5. quicquid ſentiat Io. Maior. 4. diſt. 24. quæſ. 3. quia vnus tantum Monarcha, & vna Monarchia, quo ad ſpiritualia ſtatuta eſt a Chriſto. ¶De Iud. Not. 3. nu. 140. Papæ triplex eſt poteſtas circa male ablata, ſcilicet diſpenſandi, componendi, & remittendi, diſpenſandi, quòd poteſt ea impendere. Componendi, quòd poteſt ſuper eis tranſigere. Remittendi, quòd poteſt ea condonare, habet enim plenitudinem poteſtatis, eſt pater patrum, &c. ¶De Indulgen. Not. 29. num. 1.

An poſſit diſpēſare ſuper voto paupertatis.

## *Paraphrenalia.*

PAraphrenalia bona dicantur illa, quæ præter ſuam dotem vxor habet. l. fi. C. de pact. conuen. & l. ſi ergo, §. dotis. ff. de iure dot. ¶Manu. cap. 17. num. 153.

## *Parentes.*

PArentum nomine non ſolum pater, & mater, ſed etiam cognati, amici, & patria, & ſecundario guberna tores, & tutores intelliguntur. Conc. Colon. 1. Cor. 4. 4. Regum 5. & ff. de

A auctor. tuto. & cur. per totum. Inſuper Magiſtri, & pedagogi, immo, & omnes proximi, iuxta D. Bonauent. 3. diſ. 37. in expoſ. literæ, quia quodammodo cognati noſtri ſunt. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. ¶Man. c. 14. nu. 3.

Parentes non honorando, vel non obediēdo illis, quomodo peccet filius. Verbo filius. Odio illos proſequi eſt circunſtantia neceſſario confitenda. Ver. Odium.

Parentes filios ſuo voto obligare non poſſunt, niſi ipſi ratum id habuerint animo ſe obligandi. ca. licet. cum ei ad not. per omnes de uoto. ¶Man. c.

B 12. num. 74.

Parentes non poſſunt iuſta conſciētia minuere filius partes bonorum ſuorum eis debitas per veras donationes per contractus ſimulatos, ſcilicet forma oneroſos, & re gratuitos; poſſunt tamen id facere per contractus verè oneroſos, & donationes remuneratorias per fundamenta Iaſo. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. ¶Man. c. 26. n. 39.

## *Paria.*

PAria ſunt duo fieri ſimul, vel per viam adiectionis. argum. c. Acceſſorium. de reg. iur. lib. 6. & c. de mul-

C ta. de præb. ¶Conſ. 21. de cond. appoſ. num. 2.

Paria ſunt aduertere, & debere aduertere, ſicut ſcire, & ſcire debere. l. quod te. ff. de reb. cre. ¶Conſi. 34. de homic. nu. 1.

Paria ſunt dare aliquid collatori, vel mediatori ad incurrendas pœnas. Innoc. c. tuas. de ætat. & qual. c. tanta. de ſimo. ¶Conſi. 42. de præb. nu. 2.

Paria ſunt alienare res mobiles precioſas, & alienare res immobiles. Panor. communiter recept. & ca. nulli. de reb. eccl. non alie. ¶Conſ. 7. eo. tit. de reb. eccl.

## Parochia.

PArochia tripliciter ſumitur. Primò impropriè aliquando pro tota Diœceſi.ca.1.de rapt.cap. ſuper eo. de paroch.

Secundò propriè, & tunc eſt locus, in quo degit populus alicui eccleſiæ baptiſmali deputatis, certis finibus limitatus. Goffred.in ſumm.

Tertiò ſumitur pro eccleſia cui ius parochiale dicitur competere. Et dicitur eccleſia parochialis. Silu. Ver. parochia.

Parochialis eccleſia, etiam reſeruata, vel vacans in Curia per concurſum conferri debet. Conc. Trident. ſeſſ.25. cap.8. ¶Man. c.25.nu.129. Et ſi ſummam ducat.100. non excedat nullis pēſionibus grauari poteſt. ſeſſ.23.ca.13. num. 137.

Non eſt propria vocanda præbenda, quia nouitates ſine vtilitate non ſunt inducendæ, cap. cum conſuetudinis, de conſuetud. Et qui eam perdit ipſo iure, non poteſt illa expoliari, niſi prius audiatur, iuxt. decretum. Bonifac.c.licet.2. de præbend. ¶De orat. c.21.num.55.

Et ratio primi eſt, quia appellatione præbendę, nec iure pontificio, neq; in literis Apoſtolicis communiter cōtinetur eccleſia parochialis. ¶Ibid. num.57.

Parochialem eccleſiam capiens animo non promouendi tenetur fructus reſtituere, niſi mutato animo promoueatur, quia iam ipſo iure perdit.cap. licet. Canoniſt.de elect.lib.6.cap.commiſſa.§.cæterum.eo.ti. ¶Man.cap.25. nu.118.de oratione, nu.45.& 50.

## Parochianus.

PArochianus non cōſtituitur, quis habitando ad tempus in paroch. A cap.is qui de ſepult.lib.6.¶Conſi.1.de clandeſt.deſpen.num.2. conſ.1.de parochia.

Neque qui habet habitationem tanquam peregrinus, aut viator.l. hæres. abſens.ff.de Iud. ¶Conſ.1. de paroch.

Parochianus non definit eſſe quis, niſi transferat alio domicilium, c.3.de ſepul.lib.6.¶Conſi.2.de decim.nu.5.

Parochianum facit frequētatio maior alterius eccleſiæ ſecundum omnes. ¶Conſ.52. de ſponſ.nu.2.

## Parochus.

PArochi nomen ſignificat illum, B qui habet eccleſiam parochialem, vt colligitur ex cap.licet canon, & ca. cum ex eo.de elect.lib. ſexto. Etiam ſi nondum ſit Sacerdos, quia poteſt omnia facere, quæ pertinent ad ſuam eccleſiam, præter ea, quæ ad ordines ſpectant.argum. c.ſuffraganei. de electio. Quare poterit adeſſe ad celebrationē matrimonij, etiam non Sacerdos. Et poteſt alteri committere, quæ ad curā pertinent, quam actu habet, etiam ante promotionem ad ordines. ¶Conſi. 27.de ſponſal.& conſil.30.

C Parochus ſi parochiano petenti ſacramenta non adminiſtrat, vel nō dat licentiam alteri confitendi, vel intereſt matrimonio clandeſtino, vel benedicit ſecundas nuptias, de quibus vide ſuis locis, peccat.¶Manual.cap.25. num.131.

Parochus ad concedendum licentiam, vt quis alteri confiteatur, non debet eſſe difficilis, ſed miſericors, quia licet ex illa multa mala poſſent occurrere, pluribus tamen malis occurritur ſecundum Tho.in lib.contra impugn. Relig.cap.4. ¶Com.c.placuit.de pœn. d.6. nu.151.

Parochus tenetur ad Confeſſiones parochianorum audiendas, quoties il

li audiri noluerint, niſi per hoc a maioribus, aut æquè neceſſariis Curæ oneribus auocetur, uel probabili ratione illi appareat, uel coniectura, quod id non expedit ſecũdum Adrian.4. de confeſſ. dub. 8. Quia etiam Dominus ſemper paratus eſt peccatorem recipere, & ille eſt Chriſti Vicarius in hoc, & ratio debet inducere delegatum, quæ delegantem. ca. ſuper literis. de reſcriptio. & cum ſi paſtor, tenetur ac quærendum ouem, ut paſcat. Ezech. 34. ergo magis per ſe venientem debet recipere. ¶ Ibi. a nu. 152. & infra.

Contrarium tamen, ſcilicet, quod debito neceſſitatis, à ſolis illis temporibus, quibus parochiani obligantur teneatur, tenuit Ricard. 5. diſt. 18. ar. ſecundo. quæſt. 3. Silueſt. Verbo Confeſſor. 1. q. 18. Et ratio eſt, quia nullo iure cauetur, quod parochus teneatur parochianum audire pluries, quàm ſemel in anno. cap. omnis. de pęnit. & remiſſ. Non tamen id obſtat, quia illud ca. non loquitur, niſi de parochianis, quòd teneantur pluries confiteri. Nihil autem apperit, an ſi uelint id, teneatur parochus audire, quod tamen rationes ſupra allatæ conuincunt. ¶ Ibi. à num. 159.

Parochus negans licentiam alteri confitendi peccat, ſecundum Thom. 4. diſtin. 17. quæſt. 3. art. 3. propter periculum cum id ſit multis laqueos damnationis iniicere. ¶ conſil. 19. de pęnitent. & remiſſ. num. 6.

Parochus tenetur reſidere in ſua eccleſia, ſiue illa ſit ſæcularis, ſiue regularis. cap. quia nonnulli. de cler. non reſiden. ¶ Conſi. quinto. eodem titul. Ex cauſa tamen iuſta, & licentia habita à reſidentia excuſatur, etiã ad multum tempus. cap. primo. de Reform. Concil. Triden. ſeſſ. 23. adiuncto cap. relatũ. de cle. non reſid. ¶ conſ. 4. eo. ti.

A Parochus nullius diœceſis nõ tenetur accedere ad Synodum proximioris Epiſcopi, licet ille habeat ius uiſitandi, tanquam delegatus à Concil. Trident. quia aliud eſt ius uiſitandi, & aliud ius uocandi ad ſynodum, & à ſeparatis non fit illatio. l. papinianus. ff. de minor. & c. ad audientiam. de decim. ¶ conſi. 2. de off. ord.

Parochus curam habens animarum illam per ſe immediate exercere debet ad hoc, ut beneficium dicatur parochiale. iuxta notata in ca. ſtatutum. de elect. li. 6. ¶ conſ. 27. de præb. num. 5.

Si ſua eccleſia ſit deſtituta non dicitur habere beneficium Curatum. glo. B celeb. communiter recep. in cap. ſtatutum. de elec. & Panorm. in c. de multa. de præb. ¶ conſi. 2. de maior. & obed.

Parochus penſione conſtituta ſuper ſuo parochiali ea lege, ut quinquaginta ſibi libere remaneant ordinaria onera ſubire debet. ¶ conſi. 17. de pręb.

Parochus, infra annum non ordinatus impedimento ceſſante parochialẽ perdit cap. licet canon, & ca. commiſſa. de elect. lib. ſexto. Et tunc non poteſt facere fructus ſuos, ſed tenetur reſtituere, etiam quo ad forum conſcientiæ, quamuis pœna regulariter non de- C beat in illo foro. iuxt. glo. ſing. ca. fraternitas. 12. quæſt. 2. ¶ Conſ. primo. de reſcrip. nume. primo, & ſecundo. Et ſi intendebat non moueri intra annum, debet etiam reſtituere fructus primi anni. ¶ Ibid. num. 10.

Parochus ad ſumendos ordines impeditus, reſtituendus eſt dando illi tantum temporis, quantum fuit impeditus, argu. ca. 1. de reſt. in integr. cum ei adno. præcipue ſi tempus non eſt determinatũ à lege. ¶ cõſ. 1. de temp. ord.

Parochus ſcholaſticorum ille eſt in cuius parochia illi habitant. ca. ult. de Paroch. ¶ conſi. 3. de paroch. nu. 1.

Parochus, extra ſuam parochiam A cenſetur perſona priuata, ſaltem quo ad exequendam ſuam poteſtatem. l. 3. cum gl. ff. de of. præſ. & gl. & tex. in c. de rapt.

Parochus i cuius parochia matrim. contrahitur uidetur eſſe parochus utriuſque contrahentium. iux. cap. fin. de foro compet. ¶ conſi. 52. de ſponſa.

Parochus non poteſt remittere denunciationes matrim. contrahẽdi præmittendas. ¶ conſi. 1. de clan. deſpon. num. 1.

Parochus debet eſſe præſens matrimonio contrahendo, uel alius de eius licentia, quia eius præſentia eſt de eſſentia matrimonij, ut decernit Conc. Trid. ad hoc ut maiori auctoritate illud contraheretur. ¶ conſil. 47. de ſponſal. nu. 5. conſ. 27. nu. 5.

Et hoc intelligitur ubi Concil. Trident. uim ſuam obtinet. ¶ conſi. 3. de clandeſt. de ſponſ. num. 1.

Parochus contrahentium ille intelligitur in cuius parochia contrahitur matrimo. ſiue ſit uir, ſiue fœmina, ut declarauit congregatio Conc. ſub Pio V. & Gregor. 13. ¶ Manu. cap. 25. num. 154.

Alij dicũt, quod illa declarauit ſufficere alterum parochum. ¶ Conſi. 52. de ſponſ.

Sed germanior ſenſus eſt iſte, vt ſit parochus in cuius parochia contrahitur, quia ſecundum hanc neutri datur auctoritas, vt in alterius parochia cõtrahatur, in altera vero ſic, quod ægre conceditur in his, quæ ad forum exterius pertinent cum præiudicio. cap. Lugdunenſis. 9. quæſt. 2. & Clem. 1. de priuileg. Secundò, quod ſecũdum priorem intellectum duplex ratio interuenit, vt alter parochus præſit in primo, quia eſt parochus contrahentium, & ſecundo, quia eſt in parochia ſua, & duo vincula ſunt fortiora. c. 1. de treg. & pac. & per multas alias rationes ibi adduct. conſi. 52. de ſponſ.

Parochus etiam peſte laborantibus tenetur ſacramenta adminiſtrare, neque poteſt fugere, niſi dimittat Idoneum Vicarium Caietan. 2. 2. q. 26. ar. 5. de mente S. Tho. & ca. aduerſitas. 7. q. 1. ¶ Cõſ. 1. de cõſt. Man. c. 24. nu. 10.

Parochus ſimplex non poteſt excõmunicare niſi conſuetudine quæſiſſet iuriſdictionem ad id faciendum. Pan. in c. ſi ſacerdos, & c. cum contingat, de foro comp. & gl. communiter recep. c. nemo. 2. q. 1. Palud. 4. d. 18. q. ſecunda, B quia iure communi nullam habet iuriſdictionem. ¶ Com. c. cum contingat. ſecunda cauſ. Null. nu. 27.

Parochus ſimplex epiſcopi, vel Papæ auctoritate abſoluit ab excomm. quam inferre non poteſt. ca. 1. de offic. deleg. ¶ De lege pœnal. num. 22.

Parochus communionem denegans. Verbo Communio.

Tenetur prædicare diebus dominicis, & feſtis ſolemnioribus Conc. Triđ. ſeſſ. 3. c. 5. ¶ Man. ca. 25. num. 121. 135. & 143.

Parochus poteſt abſoluere ab excõmunicatione a iure non reſeruata, & C etiã ab homine generaliter data. Inn. & Hoſt. ca. nuper. de ſent. excomm. Et eſt communis opi. Theol. 4. diſt. 18. & Summiſtarum licet oppoſitum teneat. Panor. d. c. nuper, per gl. ſing. in cap. ſi epiſcopus. de pœn. & remiſſ. libr. 6. ¶ Man. ca. 27. num. 39.

Parochus accerſitus ad Sacram Eucharitiam miniſtrãdam publicis peccatorib. o illis illam denegat eo, quòd ſint in publico adhuc pecc. etiamſi illos audiuerit in confeſſione ſigillum confeſſ. non frangit. Palu. 4. d. 9. qu. 4. ¶ Man. 5. nu. 11.

Parochus communionem ſubdito,

ſiue

ſiue ſecreto, ſiue publice petenti tempore, quo iure communicare tenetur, ſi denegat ob peccatum occultum, quod confeſſione audiuit, eo quod illum nō abſoluit, peccat, & eſt reuelator confeſſionis. ¶ Man.c.21.nu.55. Com.cap. Sacerdos.de pœ.d.6.nu.84. A

Parochus confeſſiones ſuorum ſubditorum ubique terrarum poteſt audire. Hoſti. accept. quia illa iuriſdictio eſt uoluntaria, & non contentioſa.ar. l.2.cum ibi adno. ff.de off. proconſ.& glo.in cap. Nouit.de off.lega. in verbo Terminus. ¶ Com.ca.placuit, de pœn. d.6.nu.84.

Parochus excommunicatus. poteſt ſuis parochianis adminiſtrare Sacramenta illis debita, ſicut & alia debita alijs ſoluere. per cap. intelleximus. de iud.& c.ſi uer.2.de ſen. excom.quæ eſt concl.Soti.4.d.22.ar.4.& defendenda quicquid alij contradicant. ¶ De orat. ca.25.num.7. B

Parochus excommunicatus poteſt dare Vicarium ad confeſſiones audiendas. Quod & facere poteſt parochus nō ſacerdos ſecūdū Palu.4.d.17.q.4.in fi. ¶ Com.c. placuit.de pœ. d.6.nu.51.

Parochus tenetur intra duos menſes à promotione facere profeſſionem fidei Concil. Trid. ſeſſ. ¶ Manu.cap.25. nu. 135. de qua vide Verbo Fides. Poteſt parochialem dimittere, & religionem profiteri Tho.2. 2. q.184.arti.8. & tenetur in ea perſeuerare, nec poteſt redire ad ſuam eccleſiam. cap.duæ.19. q. 81. Niſi per diſpenſationem legitimam retineat illam. ¶ Conſi.5, de cler. non Reſid.nu.4.& nu.13. C

† Nota, quod cap. duę loquitur de tranſitu, ſed de reditu nihil dicit. Quod autem non poſſit redire ratio profeſſionis efficit. Quia, qui mittit manum ad aratrum, & reſpicit retro, non aptus eſt Regno Dei. Petr.

## *Parricida.*

PArricida non tantum appellatur ille, qui parentes, ſed & qui fratres occidit, quod Budæus. l. 2. ff. de orig. iur. ampliat authoritate Feſti, & Cicer. ad omnes homicidas, quod non videtur ſatis caute dictum, quia alius eſt tex. ad leg. Cornel. de ſicca r. qui dę omnib. homici. diſponit. Et alius eſt tit. ad leg. pompeiam, de parricidis. Quare iuri conſonantius eſt dicere ſolum occiſorem parentum, aut filiorum dici parricidam, quia illorum tantum occiſor iubetur puniri grauiſſima pœna, quam ponit l.pen.ad leg.pompeiā. de parr. & hanc op. tenet glo. l. 1: de parr.& hoc proprijſſime. Nam & proprie appellantur omnes quos tales appellat.d.l.1.& Amb. qui Cain. occiſorem fratris parricidam appellat. li. dę parad.c.14. improprie verò & per trāſlatione, ita uocātur omnes homicidæ. ¶ Com.ca.ſerpens. de pœn. diſtinct.1. num.3.

## *Pars.*

PArs notabilis Miſſæ uidetur aliquib. uſque ad Kyr. Anton. autē dicit eſſe talem tertiam partem illius. Quare conſulit, ut qui capit audire Miſſam poſt ultimā collectam, audiat partem ſaltem omiſſa in altera Miſſa, & ſic ſatisfacit præcepto, & ad Maior 4. diſtin. 12. ¶ De oratio. cap. 10. numero 43.

Pars notabilis horarum appellatur quælibet tertia pars illarum, ſ. uſque in fi. 1. pſal. quo ad peccatum mor. non autem quo ad perdendum diſtributiones quotidianas. ¶ Ibidem num.44.

Pars alicuius rei eſt alia, cum conſideratur, ut ſeparata ab ipſa tota, ſeu diuerſa ratione. ¶ Com. de eleem. numero 4.

Par-

## *Participare.*

PArticipare cum excommunicato dicitur, qui eandem cum illo audit Miſſam, vel ſimilia, quod non licet, quicquid dicat Dur. 4. diſtinct. 18. q. 2. ¶ De orat. cap. 22. num. 8.

Participare cum excommunicato colloquendo timore mortis non peccat, neque incurrit in aliquam excommunicationem. Innoc. in cap. ſi verè. de ſent. excom. vt Maior. 4. d. 18. qō. 4. etiam participando in diuinis officijs. Silueſt. verbo Excōmunicato. 5. qō. 4. Modo non participet in peccato mort. aut cum negatione, ſaltem tacita fidei. ¶ Manu. cap. 27. num. 36. & cap. inter verba. prælu. 3. nu. 4.

Participare cū excommunicato contra præceptum Iudicis, non ſolum eſt peccatum mort. ſed etiam excommunicationem inducit. ¶ Ibid. Si participat in crimine ob, quod eſt excommunicatus. c. nuper. & c. Cōcubinæ. de ſenten. excommunic. ¶ Ibi. num. 112. & Com. cap. cum contingat. de Reſcrip. Rem. 3. numero 3.

Participare cū excommunicato notorio non licet, ſi ille eſt manifeſtus percuſſor clerici, uel declaratus excommunicatus. extrauagan. ad euitanda. Conci. Lateran. ſub Leo x. ¶ Ibi. nu. 35. Et hoc non eſt peccatum pluſquam veniale. iux. opinion. Hoſtien. in ſumma, de ſent. excomm. Ioan. Andr. & aliorū in c. ſacris, de his. quæ vi. & Theolog. 4. diſ. 18. Fallit in ſex caſibus. In Sacramentis, & diu. offic. Secundo, nimis frequenter. Tertio, in contemptum clauiū. Quarto, contra ſpeciale præceptum Iudicis. Quinto, ſi excommunicatio eſt à Papa cum participantibus. Sexto in peccato mortali. ¶ Ibidem numer. trigeſima.

Participare in male captis pec. eſt, atque reſtitutionem neceſſario inducit. ¶ Man. cap. 17. nu. 17. & 130.

## *Paruitas.*

PAruitas rei, & paruitas iudicij excuſant à peccato mortali, etiā in delectatione Venerea. Thom. 1. 2. quæſt. 88. art. 5. & 2. 2. quęſt. 3. art. 5. Anton. 2. p. tit. 4. cap. 5. Adrian. quol. 8. ¶ Manu. præl. nono. num. 12. cap. 2. nume. 4. cap. 12. nu. decimo. cap. 17. nu. 2. de datis & promiſ. nu. 20. Com. cap. ſi cui. de pœn. d. 1. nu. 17. Com. ca. inter verba. cōcl. 6. nu. 481. & n. 865.

## *Paſſio.*

PAſſio eſt animæ motus appetitiuæ virtutis ſenſibilis in imaginatione boni vel mali ſecūdum Damaſcen. libr. 2. ca. 22. & Thom. 1. 2. q. 22. ar. 3. Quare nō eſt in appetitu intellectiuo, & uoluntate ſuperiori. ¶ Man. prælu. 5. num. 1.

Sunt autem quatuor animæ paſſiones, Gaudium, ſcilicet, & triſtitia in appetitu cōcupiſcibili Spes atque timor in iraſcibili. ¶ Ibid. num. 2.

Minus principales sūt ſeptē. Amor, odium, deſiderium, fuga, in concupiſcibili, Deſperatio, audacia, & ira in iraſcibili. Anto. 2. p. c. 2. tit. 6. Ibid. nu. 3.

Paſſiones aliquæ ſunt per ſe bonæ, vt quæ de obiecto ſunt per ſe tali, ut Miſericordia, & verecundia, quæ retrahit à turpitudine. Quædam malę, vt gaudium de malo alieno, & triſtitia de bono alieno. Quod autem dicunt Stoici omnes eſſe malas, vel falsò dicunt, vel intelligendum eſt de illis, quæ à recta diſſonant ratione, aut illā præueniunt, vt declarat D. Thom. 1. 2. q. 24. art. ſecundo. ¶ Ibid. nu. 6.

Paſſiones ſi excedunt, id debet exprimi in confeſſione, ita vt intelligatur an peruenerint ad culpam mortalem.

ſtem. Et qui de illis in confuſo confitentur interrogandi ſunt, an omnes, vel quædam illarũ fuerint tantę, vt mouiſſent animum ad volendum præceptum tranſgredi, aut legem ad mortal. obligantem, quàm deſiſtere à propoſito. ¶ Ibid. nume. 2.

Paſſiones animæ cum præcedunt voluntatem turbant rationem, & minuunt libertatem arbitrij. Quando verò conſequuntur augent voluntatem iam conceptam, & eſt ipſum peccatum interius. Thom. 1. 2. quæſ. 77. ar. ſexto. ¶ Com. cap. ſciendum. de pœn. diſt. 2. num. 6.

Paſſiones delectabilium frequenter abſorbent uſum rationis, text. cum gl. 4. ca. vnuſquiſque. 22. qõ. 4. facit quod tradit Panorm. in ca. ſicut. el ſecundo. de iureiur. & Felyn. in c. 1. de probat. Ergo à fortiori plus abſorbent illæ, quæ veniunt à circunſtantibus, & præcipuè in mortis articulo. ¶ Com. cap. vltim §. Quod quamuis. de pœ. diſt. 7. num. nono.

Paſſio Chriſti eſt valoris infiniti tã quoad uim ſatisfactoriam, quàm quoad uim meritoriam. ¶ de Indulg. Not. 12. num. 7.

Paſſio Chriſti fuit grata Deo, etiam ſi actio illam procurantium diſplicuerit. ¶ Manual. cap. 21. num. 25. ca. inter verba. concluſ. 1. num. 5.

Paſſiones nullæ in Deo ſunt 1. p. q. 20. art. 1. ¶ Com. ca. ſed & de pen. d. 1.

## *Pater.*

PAtris nomen ſignificat præcipuè ſecundum Concil. Colon. eos, qui nos genuerunt cognatos, item patriam, & eius amicos, quæ nos conſeruant. Eccle. 3.

Secundò, gubernatores Eccleſiaſticos. 1. Cor. 4. Et ſæculares. 4. Regũ 56. Et qui noſtri curam gerũt, vt tutores,

A & curatores. ff. de aucto. tuto. & cur. Vide Ver. parentes. ¶ Man. ca. 14. nu. 3.

Pater honorandus eſt, & amandus, & obediendus tam corde, quàm verbo, & opere, minus tamẽ, quàm Deus. numero 4.

Pater peccat ſi notabiliter negligit exhibere illa, quæ ad filij neceſſitatem ſpiritualem, vel corporalem pertinent. Niſi habeat excuſationem paupertatis, aut aliam legitimam rationem. cap. duo iſta. & cap. non putes. 23. q. 4. 1. Tim. 3. cap. ſi quis reliquerit. 30. diſt. ¶ Ibi. nu. 17.

B Si exponit filium ad ianuam aliorũ, vel Xenodochij, ex auaritia. l. Necare. ff. de cib. agnoſcend. cap. 1. de infant. expoſ. cum gl. Vel ſi non vult filias etiã ſpurias dotare cum poteſt. cap. cum haberet, de eo, qui duxit ad matrimoniũ. Panormi. ibi Vualdenſ. de ſucceſſion. ab inteſt.

Si reuocat filiorum vota ſine cauſa, cum iàm conſenſerit.

Si cogit ad matrimonium contra illorum vota. cap. puella. 20. quæſt. 2.

Si ſinit filias, vel filios amare, vel amari ob malum ſinem. Vel iam deſpõſatas habere tactos impudicos. 2. 2. q.

C 154. ar. 4.

Si accipit, quid notabile ſibi, aut alteri à filio ſuę familiæ ex bònis Caſtrẽſibus, aut fructibus eorum, cum obligatione reſtituendi. argum. cap. qui abſtulerit. 12. q. 2. Idem de bonis aduentitijs, quo ad proprietatem, vel adminiſtrando ea male, vt lædatuŗ. ¶ Manu. c. 17. nume. 151.

Pater, qui inducit metu ſaltem reuerentiali filium, vel filiam, vt legitimæ ſuæ renunciet, vel patrimonio cum iuramento ſe contentandi ſola dote minori cum obligatione reſtituendi. arg. à contrario. c. quãuis. ¶ de pact. ¶ Man. c. 17. nu. 152.

Pater,

Pater,& filius poſſunt ſibi inuicem naturaliter obligari.l.fratrem à fratre. ff.de condict.indeb.¶ Conſ.3. de iniur. & damn.dato.nume.4.

Reſtituere debet fiſco legitimā filij condemnati ſtatuto debitam, quia nō licet per mendacia ſua, nec bona ſuā defendere.¶ Ibidem.

Pater ſepulturam filio ſuo impuberi eligere non valet, & ſi conſuetudo terræ hoc habet.c.licet de ſepul.li.6.

Poteſt facere filio impuberi teſtamentum. cap. ſi pater. de teſtam. lib. ſexto. Et ſubſtituere illis etiam in bonis maternis.l.1.ff.de vulgar. Et tenetur facere impenſas eius funerales.leg. filius.ff.de in rem.

Et quia hęc ſunt temporalia, ideo pater poteſt, ſepultura autem eſt,quid ſpirituale,ideo non poteſt.¶ Conſil.1. de ſepultur.per totum.

Pater repetere nō valet,quæ ex charitate pro filijs ſoluit, niſi proteſtatio præcederet, ſeu coactio.Bald.l. Niſſenius.ff.de negoc.geſt. & per l.Auia.C. eodem. Quia regulariter nemo præſumitur donare.leg. cum indebito. ff. de proba.¶ Conſi. 3. de iniur. & damn. dat.num.6.

Pater de bonis ſuis poteſt teſtari in quem vult etiam extraneum, relicta legitima filijs.leg.cum quærit, & auth. nouiſſima.C.de inoff.teſtam.¶ Conſi. 5.de teſtam.nu.3.

Pater tenetur docere filios,ne amēt principaliter bona honoraria, ſed virtutem cui debentur illa, referendo illa in Deum,vel alium fine aptum.¶ Com. cap. inter verba concl. 5.num.6.

Perdit patriam poteſtatem per ſuā profeſſionem quantum ad omnia.glo. ſingul.& recept.in l.ſi ex cauſa.§.pomponius. ff. de Minor. quam ſequitur Bald.& Burt. Auth. Si qua mulier.C. de ſacroſ.ecc.¶ Com.3.de regul.nu.47.

A Tenetur de filij delicto quatenus eſt in peculio ſaltem poſt filij condemnationem l.1.§.Quod ergo.ff.de vi,& vi arm.& l.Quod ſi minor.§.ſeruus.ff de minor.¶ Com.2. de regul.num.62.

Pater non poteſt agere furti pro furto quod fecit filius cum adhuc ei ſubeſſet.etiam poſt emācipationem.l.ſerui,& filij & le.ſi quis vxori ff. de furt. ¶ Conſil.3.de iniur.

Pater poteſt irritare votum ſimplex filij factum ante 14.annum, etiā poſt annum 16.dummodo filius in illa

B ætate ratum non fecerit votum.¶ Man. cap.12.nu.71.

Pater poteſt vendere filium etiam inuitum propter neceſſitatem. l. 2. C. de patr.¶ Manu.cap. 16.nu. 88.

Pater, qui malitioſe tenuit filium ad baptiſmum tenetur debitum reddere licet non poſſit petere:ſi autem errore id fecit poteſt petere, & reddere.ca. ſi vir de cognat. ſpirituali. Si autem baptizauit filium concubinæ iamiam moriturum in abſentia ſacerdotis,non poteſt illam in vxorem recipere ſine diſpenſationem ob natam compaternitatē, quæ matrim.impedit, & dirimit.

C ca.ad limina.30.q. 1. Idem dic de matre.¶ Manu.cap.16. num.34.

Pater familias miniſtrans filijs, vel ſubditis cibos prohibitos in diebus ieiuniorū peccat, cum ſit cauſa actus, quem exequuntur. Caiet. 2.2.q.147. ar. 4. Non autem ſi ſatis appareret eos non teneri ad ieiunandum.¶ Man. ca. 21.num.26.

Pater non poteſt exhæredare filiam eo,quod contra eius voluntatem maritum elegit gl.inſignis.cap.de raptoribus.36.q. 2. & Auth. ſed ſi poſt.C.de in off.teſtam.Felin.& Deci.in ca.eccl. de conſtitut. ¶ Manuál. capit. 14. nume.15.

Pater quando, & quomodo donar e non

non poſſit filio.cap.17.num.145. Vide A Verbo. Donatio.

Pater non tenetur præeligere filiũ digniorem in legatis, de quibus teſtari poteſt cũ ſit homo priuatus, qui priuata poteſtate ad ſua priuata bona delegit, quem nulla lex obligat ad eligendum alium, quam quem ipſe volet. licet contrarium Lup. dicat in cap. veſtras. §.26. de donat. inter vir. & vxor. ¶ Manu. cap.26. nu.37.

Pater, vel mater ad quid teneantur ob filium ex adulterio ſuſceptum. Verbo Mulier. & Verbo. Adulter.

Patris præceptum iuſtũ circa æconomiam obligat filium ad peccatum mortale. ¶ De lege poen. nu.18. B

Patrem magis quis debet diligere, quam ſuum filium, cum ille ſit, tanquã principium, & fons à quo emanauit D. Tho. 2.2. q.26. ar.9. Quare peius eſſet illum occidere, quã filium. ¶ Com. cap. inter verba. concl.4. num. 23.

Pater poteſt præcepto ſuo obligare, & uere obligat filium immortale, in reb. granibus. Alexand.3. part. ſuper 4. præcep. Angel. Verb. Filius. §.30. Sotus. quæſtion.22. ¶ Manu, cap. 14. nu.2.

## Patrinus.

† PAtrinus appellatur ille, qui baptizatum de ſacro fonte ſuſcipit, & olim ſponſor, ſuſceptor, fideiuſſor communi vocabulo à rerum diuinarũ ſcriptoribus vocabatur. Cathechiſ. ad paroch. in Doct. de ſacram. Bapt. C

Patrinus vnus ſolus poteſt eſſe, ſiue unus, & una ad plus ex Concl. Trid. ſeſſ.24. de reform. matrim. cap.2. etiãſi plures eſſent, qui tangerent baptizatũ.

Oportet tamen, ut patrini ſint deſignati alioquin omnes tangentes eſſent patrini ſecundum ius antiquum à quo non eſt recedendum, niſi quatenus contrarium per nouum exprimitur. l. præcipimus. C. de appel. Et Conc. uidetur loqui, quando ſunt deſignati. ¶ Manu. cap.22. nu.37.

Patrini plures ſi admittantur deſignati omnes cognationem cõtrahunt, quia durum eſt dicere, quod nullus illam contrahat, & multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. ca. ſecundo. de matrimon. contract. inf. Eccleſ. Et quo ad hoc Conc. nihil induxit. ¶ Cõſ. quarto. de cognatio. ſpirituali.

Patrinus poteſt eſſe homo, etiam in ſtatu infantiæ, id eſt intra ſeptennium, ſi tunc habet uſum rationis, & poteſt peccare, & obligare ſe uoto: ſecus autẽ ſi non pollet uſu rationis. ¶ Conſil. primo. de cognat. ſpirituali per totum, ubi multa allegat pro utraque parte.

Patrinus, qui uult eſſe debet exhibere ſuam propriam perſonam ad reſpondendum, geſtandum, profitendum. cap. illud. cap. & qui. de conſecr. diſt.4. ideo ad hoc non ſufficit aliena perſona extra notata in c. cum parati. de appellat. & per Concil. Trident. qui decernit, ut patrini nominentur, deſignentur, ſuſcipiant, deſcribãtur. Quare debent eſſe præſentes. Neque id ſufficit, niſi illos actus per ſe exerceant. ca. omnes, 30. quæſt. prima. cap. Martinus. de cognatio. ſpirit. ¶ conſi. ſecundo. de cogn. ſpirit. num.6.

Patrinus uidetur ſe conſtituere fideiuſſorem pro perſeuerantia Baptizati, quem leuauit in fide catholica. Et pedagogum ad illum docendum. c. uos ante. de conſec. diſt.4. ¶ Ibi. nu.2.

Parrinus neceſſario non debet eſſe maior baptizato, ut fabulãtur. Panormita. & Arhcid. in cap. debitum. de Baptiſmo. Quorum ratio falſum ſupponit, uidelicet patrinũ ſuſtinere perſonam patris in baptiſmo, quia iuxta Aug. baptizans ipſe illam ſuſtinet, & nõ patrinus. ¶ conſ.3. de cognat. ſpirit,

Patrinus

Patrinus nõ poteſt eſſe, qui baptizatus non eſt. Thom. 4. diſt. 42. queſt. 1. ar. 3. ¶ Conſi. primo. de conſt. num. 66.

Neque monachus. cap. non liceat. de conſec. diſt. 4. ca. ſecundo. de poſtul. Neque conſequenter Canonicus Regularis, quia lex diſponens de Monachis illum includit. ¶ Conſ. quinto. de ſtatu monachor. Com. 4. de Regul. num. 65.

Patrinus tenetur docere filium ſuſceptũ orationẽ Domin. Salut. Angel. Simb. Apoſt. ¶ De oratio. cap. 3. num. 20.

## *Patronus.*

1 PAtronus dupliciter ſumitur loquendo iuridice. primo ciuiliter, & eſt ille, qui ſeruum manumiſit, & aduocatus, qui aduocatur in cauſis.

Secundò canonice, & eſt ille, qui habet poteſtatem, præſentandi inſtituendum ad aliquod beneficium eccleſiaſticũ. Silueſt. uerb. Ius patronatus ĩ prin.

Patronus laicus cẽſetur clericus, quando ratione patrimonij ius habet præſentandi. capi. cum dilectus. adiuncta gl. & doctr. communis. de iur. patr.

2 Patronus clericus habet ſemeſtre tẽpus ad præſentandum. c. cum autem. eo. tit. Laicus quadrimeſtre. cap. cum propter. eod. titul. Cõſi. 32. de ſent. excom. numero 3.

Patronus clericus ex approbatis ad beneficium curatum uni gratificare poteſt cum ſunt ęquè digni, & non pertinet id ad epiſcopũ. alioquin uana eſſet præſentatio, quæ cum iure antiquo illi conueniat, & nihil innouetur per ius nouum. Conc. Tri. ſeſſ. 24. c. 18. quare non præſentare illum, quem elegerit epiſcopus, ſed quem uult ipſe, & præcipue cum Conc. non exprimat, ut illi fiat præiudicium. ¶ conſi. 6. de iure pat. per tot. Vbi multa adducit ad hoc propoſitum: Digniorem tamen præſentare tenetur, & ſi illum poſtponit peccat.

A Valet tamen præſentatio modo ſit dignus. c. monaſterium. 17. q. 2. De oratio. Miſcel. 43. & conſi. 5. eod. tit.

Patronus laicus ſi non præſentet intra tempus, quod habet ad præſentandum, beneficium uacat, & epiſcopus poteſt illud conferre. ¶ Conſi. 3. eo. ti. numero 2.

Patronum faciunt dos, ædificatio fundus. gl. cap. piæ mentis. 16. q. 7. cap. Abbati. 18. q. 2. Panor. & omnes in cã. cũ eccleſia Volaterana. de elect. ¶ conſi. 3. eo. tit. nu. 7.

## *Pauper.*

B PAuper ille eſt, cui pro ſua decentia neceſſaria deſunt. d. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 6. Bart. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. num. 36. Caiet. 2. 2. q. 43. ar. 8. Colligitur in cap. conſideranda. & c. nõ ſatis. diſt. 86.

Qui ſi eſt ditatus ex eleemoſynis, tenetur ad elargiendũ, vt alij diuites, & non plus, quia nulla ratio id conuincit. Et quod datur ex eleemoſyna libere, & ſine obligatione aliqua elargitur. ¶ De redi. eccl. q. j. Mon. 46. num. 3.

Pauper dicitur, qui parum habet ſecundum quoſdam: inops, qui nihil habet, ſed confunditur differentia, quia

C Franciſchani nihil habẽt, & dicuntur pauperes. c. exijt. de verbor. ſign. & eſt contra leg. ſi creditores. ff. de priuileg. creditor. ¶ Com. 1. de Regul. num. 16.

Pauper eleemoſinam ſibi elargitam expendens ſuperflue, aut voluptuoſe, non tenetur ad reſtituendum, quia illa ſibi nõ datur cum hoc onere. ¶ de redi. eccleſ. quæſt. 2. Mon. 25.

Pauper ſi eſt reſtitutioni obnoxius, poteſt ſibi totum, aut aliquam partem capere maximè de conſilio et Confeſ. tanquam vnus ex pauperibus. ¶ Manu. ca. 17. num. 93. & 71. De oratione. cap. 7. nu. 34. Apol. de red. eccl. q. 1. nu. 77.

tradit.

tradit.id Bal.l.id quod. C. videt.q.22. A Neque propterea ei iniungendum eſt onus orandi, vel alia pia opera faciendi, quia non eſt tex.aut ratio, quæ id probet. ¶ Manual. cap. 27. num. 93. de redimend.eccleſ. quæſt. 3. Mon. 24.

Pauperes hoſpitalis illius, qui fuit erectus, antequam fabricaretur conuentus illi adiunctus debent prius ali, quã Monaci illius conuentus: contra verò ſi conuentus primo fuit erectus, vel ſimul. ¶ Com. 3. de Regul. num. 7.

Pauperiores eligere in eleemoſynis diſtribuendis, & in his meliores, iuxt. cap. eſt probanda. & c. nõ ſatis. diſt. 86. Et ſi pientius ſit; non eſt tamen neceſſariũ, quia nulla lege, aut ratione conuincitur. ¶ Manu. c. 17. nu. 93. B

Pauperum in numero, non ſolum debent haberi perſonę, ſed etiam eccleſiæ, Xenodochia, & Monaſteria ornamentis, luminaribus, ædificijs & alijs ſimilibus indigentia ſecundũ Io. And. communiter recept. in ca. 1. de teſta. li. 6. ¶ Ibi.

Pauperes etiam tenentur interdum ad dandum eleemoſynam mentalem, quod facere poſſunt habendo voluntatem dandi quod quando, quantum, vbi, & quomodo id oportet ſi abundarent. Quare poſſunt etiam eſſe Magnifici, & liberales. ¶ De oratione. cap. 20. num. 6. C

Pauperibus potius, quàm ſacris ędibus ſtante æquali neceſſitate prouidendum eſt. ¶ De redi. eccle. quæſt. 3. Mon. 35. nu. 16. vbi id latè probat.

Pauperibus dare non ſufficit, quod debetur alteri c. ea. de iureiu. Niſi qñ ignoratur quis ſit. cap. cum tu. de vſu. ¶ conſil. 62. de præbend. num. 2. Conſ. 2. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 2.

Pauperem, qui ſe ſimulat, tenetur ad reſtituendum pauperibus iux. Scotum communiter recep. 4. d. 15. q. 2. Adrian. 4. q. 15. de reſtitut. licet ea eleemoſyna fuerit parua, quia id nõ refert, & ſi Sotus minus bene contra ſentiat. li. 6. de iuſt. & iu. quęſt. 8. Modo ſimulatio fuerit cauſa finalis, & non impulſiua. ¶ Man. cap. 17. nu. 107.

Pauper an ſit bonus, nec ne non eſt curioſius inquirendam. c. quieſcamus. 42. d. ¶ De eleem. nu. 12.

Pauperes nõ poſſunt implorare officium Superiores, vt cogat diuites ad ſubueniendum contra glo. cap. ſicut 2. 47. diſt. communiter recep. ibi, & per Panorm. cap. ſi quis. de furt. Bene tamẽ ipſe ex officio poſſet inquirere, & cogere habentes ſuperfluum etiam naturæ tantum ad dandum extreme egenti. ¶ de eleem. nu. 58.

Pauperes obligati diſtribuere pauperibus in generę, poſſunt ſe pro vno ex illis deligere. ¶ Ibi. nu. 70.

## *Paupertas.*

Paupertatis nomen ſecundum Var. de Ling. Lat. deductũ eſt à parua pecunia, & videtur ſignificare carentiam magnæ pecuniæ. ¶ Com. 1. de reg. numero 16.

Paupertas duplex eſt. Altera interior carentia, ſcilicet voluntaria habẽdi pecuniam Matth. 8. Beati pauperes ſpiritu. Altera exterior. Et eſt realis pecuniæ carentia, ſiue illa ſit voluntaria. ſiue non, & ex ſuo genere non eſt neq; bona, neque mala, ideo poteſt & bene, & male quæri. D. Thom. 3. contra Gentil. cap. 133. Bona quatenus per eam liberatur homo a ſolicitudinibus dimicantibus. Mala autem quatenus ſubſtẽtandi nos, atq; alios facultatem tollit.

Paupertas interior triplex eſt. Prima eſt carentia voluntatis quærendi, vel retinendi iuſte aliquid ius pecuniarum, & præcipitur implicite ſeptimo præcepto, & explicitè præcepto. decimo.

mo. Decalogi. Altera verò eſt carentia voluntatis habendi, vel retinendi aliquid etiam iuſte, niſi quatenus eſt inſtrumentum virtutis. Et eſt de conſilio 1. Cor. 7. Qui habent, tanquam non habentes ſint. Tertia eſt carentia voluntatis habendi eam vllo modo pro ſuo etiam iuſte, & quatenus eſt inſtrumentum virtutis, & eſt de conſilio magis, quàm ſecunda. Mat. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, &c.

Paupertas confert multa bona. Primò peccatorum cognitionem. Secundò, virtutem conſeruationem. Tertiò, cordis quietem. Quartò, deſiderij impletionem. Quintò, diuinę dulcedinis participationem. Sextò, exaltationem. Septimò, cœleſtis hæreditatis conſecutionem. Thom. in Eſa. c. 48. ſub fin. ¶ Ibi. num. 17.

Paupertas exterior eſt duplex. Altera voluntaria, quam quis ſua ſponte cõſequitur, vel incurrit. qualis fuit cleantis Thebani, de quo S. Hieron. relatus in c. gloria. 2. q. 2.

Altera eſt coacta. prouerb. 39. paupertatem, & diuitias non dederis mihi, quam quis contra ſuam voluntatẽ patitur. Et multoties eſt mala, & frequentius.

Prima rurſus eſt multiplex, vt probatur in d. c. gloria. Alia eſt nihil habentis, & nihil habere potentis propter abdicationem factam ex voto ſolẽni. Alia eſt illius, qui contentatur ſuo iuſto, & honeſto victu. Altera eſt illius, qui nihil quidem habet, eſt tamẽ capax ad habendum, cum ille non ſit voto ſolemne paupertatis obligatus. Et quælibet poteſt eſſe bona, & mala, prout ad bonum, vel malum finem dirigitur. ¶ Vbi ſupra.

Primam, qui vouet obligatur ad nõ volendum ſibi quærere, vel retinere iniuſte aliquid pecuniarum. Secundam, qui vouet tenetur ad non volendum illud etiam iuſte, niſi quatenus eſt iuſtum, & virtuoſum. Qui vouet tertiã, tenetur ad non uolendum quærere etiã iuſte, neque tanquam inſtrumentum virtutis. ¶ Ibi. nu. 18.

Paupertas, quo ad conſtituendum votũ paupertatis neceſſario requirit, quòd exuat ſe omnem rationem etiã iuſtam, quàm iniuſtam quęrendi, & habendi pecuniam c. cum ad Monaſteriũ. de ſtatu monacho. Thom. recept. 2. 2. quæſt. 186. ar. 6. & quod hoc fiat ſolemniter in Religione approbata in manibus prælati. cap. 1. de uoto lib. ſexto, & Clem. eos qui. de reg. ¶ Vbi ſup. Et tandem requiritur, quòd iſta interior paupertas tertiæ ſpeciei ſit comitata paupertati exteriori, & quod ſit abdicatio abſoluta animo, non ſolum volita, ſed & voto ſolemni firmata. ¶ Conſi. primo. de Regul. num. 24.

Paupertatis votum, & ſi ſuapte natura facilius ſit obſeruata, quia ſecundum Greg. facilius eſt relinquere noſtra, quàm nos, attamen violatio eius videtur fuiſſe frequentior cauſa lapſus Religionum. ¶ Com. 1. de Regul. nn. 2.

Tollit habilitatem quærendi Dominium. cap. non dicatis. 14. quæſt. 1. Non autem capacitatem miniſtrandi. c. cum diuæ. de priuileg. ¶ De red. eccl. qu. 1. Mon. 8. nu. 1.

Non tollitur per aſſumptionem ad Epiſcopatum. c. cũ ad monaſt. de ſtatu mon. Th. 2. 2. q. 185. ar. 8. ¶ Ibi. Mon. 9.

Et etiam ſi ſimplex ſit, obligat uouẽtes ad ſui obſeruantiam. arg. c. magnæ. de uoto. Ideo qui poſt illud peccando quærit aliquid non poteſt uti illo, tanquam ſuo. Ibi. Mon. 55. nu. 1. 19. & 20. & Mon. 56. nu. 2.

Super iſtud, diſpenſandi à Papa non videtur poſſe dari iuſta cauſa, ſicut poteſt dari ſuper votum caſtitatis. Quare non

non videtur poſſe Papã diſpenſare, vt Regularis habeat proprium aliqua de cauſa. ¶Com.2.de Regul.num.11. Et paupertatem ſimpliciter, qui vouet ſi id faciat in actu profeſſionis regularis videtur vouere tertium, quia materia ſubiecta indicat ſecundum quam acci-pienda ſunt verba.cap intelligentia, de verb.ſignif. Et etiam ſi id faciat verſic. profeſſionem regularem, quia ideſt ve-riſimilius cum maior ſit quam prima, aut ſecunda, & in dubio prius reſpicia mus quòd eſt veriſimilius glo. cap. in obſcuris de reg.iur.l.6. & ſola. Tertia communiter uouetur. ¶Com.1.de Reg. num.20. Et licet peccet mortaliter ad-eundo hæreditatem, acceptando dona tionem, uel legatum, &c. Contractus tamen, uel quaſi contractus tenet: & per eum quæritur in re empta, legata donata &c. quia non eſt factus inca-pax iuris pecuniarij per illud uotum ſimplex, ſicut fit per ſolemne, quia id nullo iure cauetur. ¶Ibi.nu.22.

## Pauſare.

† PAuſare, ceſſare ſignificat, à pau ſa, id eſt, quies, & deducitur à verbo παύομαι, Quod eſt Ceſſo.

Pauſare in medio, & fine cuiuslibet verſus in officio perſoluendo iuſtum eſt, & rationabile. iuxt. ſtatutum Conc. Baſil.ca.21. quia & ſi iubeat id fieri in medio, ratio conuincit quòd multo magis fiat in fine, propterea quod ibi ter-minatur ſententia. Et tunc vox refici-tur, & anima munitur ad recitandum melius, & eis attendendum. Sed pauſa non debet eſſe nimis magna, ne audito res faſtidiantur. ¶De oratione.cap.16. num.26.cap.17.num.43.

## Pax.

† PAx effectus eſt charitatis. Et ac cipitur dupliciter. Primò large,

A & ſic ſe extendit ad omnem concor-diam. Secundò propriè, pro concordia in bono tantum, & iuxta D.Auguſ.19. de Ciuit.Dei.ca.13. Eſt ordinata homi num cohabitantium ſub una fide, & e-terna lege concordia. Viguer. Inſtit. Theol. de charit.c.12.

Pax, vt innuit D.Thom.2.2.qu.29. art.2.ad 3. duplex eſt vna bona, quæ cũ virtutibus eſt ſeruanda, colenda, & ſu-ſpicienda. Ioann.14. Altera mala, quæ eſt cum vitiis, violanda, & deturpanda. Matth.10. Non veni pacem mittere; ¶Cap. Nouit.de Iudic.Not.6.num.26.

Pax ſemper quærenda eſt, fugiendæ-

B que lites, iuxta procemium Greg. Et il lud. Mutuam in vobiſmetipſis pacem habentes. ¶Conſi.26.de præben.

## Peccator.

PEccator non tenetur conteri, neq; confiteri vſque ad tempus. ¶conſ. 34.de homic.num.2.Man.c.1.& Com. c.in princ.de pœn.d.5.

. Peccator uendit ſe diabolo precio peccati mort. Ambroſ.c.3.in Iob relatus cap.non eſt.15.quæſt.1. Quare obli gatur Deo per reatum Iuſtitiæ, quam incurrit ex offenſa, Diabolo vero iure ſeruitutis, Ioann.8.Petri 2.Thom.3.p.

C q.48.ar.10.

Eſt igitur Diaboli, & iure belli, vt victus, & iure ſeruitutis, ſiue emptio-nis precio voluptatis, à qua redimere ſe poteſt per bona opera facta ſoluendo de precio ſanguinis Domini, non qui-dem Diabolo, ſed Deo patri, cui ſuffi-cit ſatisfactio, tanquam principali cre ditori. ¶Com.cap.Medicina.de pœni. diſt.1.nu.5. & 6.

Peccator, & ſi occultus debet pete-re ſuffragia Eccleſiæ, ad impetrandam ueniam pœnæ ſuo peccato debitæ. ¶Com.cap.Fleant. ¶Ibidem.

Peccator vtens ſpiritualibus genera

liter non peccat, niſi quod eſt peculia-
re alicuius ordinis exerceat, ut prædi-
cando ſacramenta, adminiſtrando, &c.
¶Com.c.1.de pœn.d.6.§.Sacerdos.

Peccator peccans uenialiter ex contemptu, mortaliter peccat, iuxt. gloſſ. ſingul. in ca. quis autem. 10. diſ. ¶Man. prælud. 9. num. 17. c. 20. num. 20. de pœnit. diſt. 1. Quando autem dicatur peccare ex contemptu. Vide verb. Contéptus.

Peccator peccãs ob fiduciam, quod poſtea per confeſſionem ueniam obtinebit, non addit circunſtantiam aggrauantem, immo minuit, ut ait Caie. 2.2. q. 121. ar. 2. Quicquid Bonau. in Apolog. inſinuauerit. ¶Man. c. 6. num. 3.

Peccator peccans ſpe veniæ, uel Indulgentiæ, quia non peccat pluſquam ſine illa, immo minus, & ſi deſperaret de illa, multo magis peccaret. Et ſi nullam conciperet ſpem peccando, magis appropinquaret malitiæ, vt cum ſit circunſtantia finis boni excuſat ſaltem à tanto. argum. c. non eſt putanda. 1. q. 1. ¶De Iubi. Not. 34. nu. 6. vbi multa adducit pro hac concluſ.

Peccator peccans opere non ſatisfacit, dicens, peccaui toties corde, ſed tenetur dicere quoties peccauit exterius. ¶Man. prælu. 7. nu. 10. c. 6 nu. 20.

Peccator peccare poteſt ex ſolo libero arbitrio, ſed non mereri, aut meritorie operari ſine gratia, cap. fin. de conſ. diſtin. 4. ¶Com. cap. ſi quis. de pœnit. diſt. 7. num. 24. Man. prælud. 3. nu. decimo. De Indulg. Not. 17. nu. 6.

Peccator ille plus peccat, qui plus nocet, & ſic magis peccat occidens adultum. Verbo Occiſio.

Peccator cui mortale peccatum placet, mort. pecca. de pœn. d. 5. in princi.

Peccator peccans in vno factus eſt omnium reus. Iacob. 12. relatus. ca. deſleat. de reg. iur. cap. concedere. & cap.

A fratres, de pœnit. diſt. 5. & intelligitur primo ob priuationem æternæ gloriæ, quæ perditur ob quodcunque peccatũ mort.

Secundo, quo ad ingratitudinem, quam incurrit, de qua tamen non agit Apoſtolus.

Tertio ob omnium virtutum diminutionem, quæ omnes in prudentia cõnectuntur, & ob procliuitatem in omnia uitia, quæ ex incurſione vnius uitij, & amiſſione prudentiæ obuenit: extrarius tamen eſt iſte intellectus; quia fieri poteſt, ut qui peccauit nullã adhuc habeat acquiſitam virtutem.

B Quarto, intelligitur ſecundum Ricard. 4. d. 21. ar. 1. quæſt. 7. & Thom. 1. 2. q. 23. art. 1. de auerſione à Deo & ipſius charitate, quæ tantum poteſt fieri per vnum peccatum mort. quantum per multa. Quare ita damnabitur quis ob unum, quàm ob multa. Et ideo omnia peccata coniuncta ſunt & paria, quo ad auerſionem. conuenit cum prima, & eſt conueniens.

Quinto intelligitur, quod qui peccat iu uno fiat omnium reus, quantum in ipſo eſt, quia qui aberrat à ſcopo ipſius legis, aberraturus videtur, quantũ in ipſo eſt (inquit Paraphraſtes) quo-
C ties ſe dederit occaſo, ueluti ille, qui in tenebris ambulat. ¶Com. in ca. fratres à nu. 107. uſque in fin. de pœn. diſt. 5.

Peccatori inſeruire licet etiã in his, ſine quibus ille non peccaret. ¶Conſil. 6. de pœnit. Id autem facere ob finem bonum exequendo officium ſuum, non eſt peccatum, modo nullus adſit in peccato conſenſus. ¶Ibid.

Peccator peccando periculo, quando ſe exponit, vel quid committit contra conſcientiam, tale committit peccatum, quale eſt illud periculũ. ¶Man. prælud. 9. nu. 9. ca. 14. num. 26. c. 15. nu. 8. De pœnit. diſt. 5. c. qualitas, num. 18.

diſt.7.cap.ſi quis autem.nume.4.

Peccator minus peccans, quandoq; tenetur maius reſtituere,& cōtra, quia reſtitutio ex damno illato, peccati uero grauitas ex ſola uoluntate damni dādi penſatur.¶Com.cap.noli putare.de pœnit.diſt.1.num.10.

Peccator toto tempore quo uiuit poteſt per pœnitentiam querere ueniam cap.Nemo.De pœnit.diſt.7.¶Com.ca. vide benignum.De pœn.diſt.1.num.5.

Peccator etiam occultus poſt contritionem,& confeſſionem debet querere ſuffragia eccleſiæ per remiſſionē pœne. & hoc eſt de conſilio, de precepto autem ſi id fuerit ſibi impoſitum à Sacerdote. ¶Com.cap.Fleat.ead.diſt.

Peccator ab aliqua peccata grauiora eſt arcendus, & ad aliquod tēpus prohibendus à ſacra communione cap.Nō nulli de pœn.diſtinct.1.¶Com.cap.in actione ead. diſt.

# *Peccatum.*

Peccati nomen,ſecundum Thom.1.p.q.63.ar.1. Significat omnem deuiationem,uel declinationem à rectitudine operi debita, ſiue in naturalibus, ſiue in moralibus,iux. Ariſtot.2.phyſ. vbi monſtra naturæ uocat peccata. Sed propriè accipitur pro deuiatione in moralibus,qualis eſt omnis actus moralis malus. ¶Man.præl.7.nu.4.

Peccatū accipitur quandoque pro pœna peccati Dan.4. peccāta tua eleemoſinis redime.¶Com.cap.Medicina. de pœn.diſt.1.num.4.

Peccatum definitur à multis uarie, uide omnes Theolog. lib.2. ſent.d.35. Thom.1.2.q.71.ar.6. Sed communiter placet definitio Auguſt. libr.2. contra Fauſtum.ca.27. & gl.c. ille.rex.de pœ. diſt.3.

Peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei æter-
A nam,& conſequenter contra legem, & rationem naturalem.¶Ibid.nu.5.Et ad hanc debet reduci etiam negatiua definitio puta:non dictum non factum, neque concupitum ſecundum legem Dei ad hoc,vt comprehendat ſub ſe peccata omiſſionis,quia affirmatio,& negatio reducuntur ad idem genus.l.ſi mora.ff.de verb.oblig. & Thom.ubi ſupr. nume.6. Et illa uerba comprehendunt actus ipſos dicendi, faciendi, uolendi, & etiam res factus, dictas,uolitas,quæ non ſunt peccata.nume.7. Quæ omnia comprehendit Grati.cap.1.15.q.1.ſub
B nomine uoluntatis, quæ eſt radix tam dicti, quàm facti.nu.8.

Hinc ſequitur, quòd peccatum omne,& ſi non ſit peccatum, quia prohibitum à lege humana,de quo intelligitur gloſſ.celebris, cap. ex parte.el 1.de off. dele. eſt tamen prohibitum à lege æterna,ut not. D.Thom.1.2.qu.71.ar. 6. ad 4.

Peccatum ſimpliciter non eſt uitiū, quia eſt actus, uitium autem ſonat habitum. Cicero quarto Tuſculan. relatus à Thoma, ubi ſupra, articulo primo,ad tertium. Cōſtat autem ex actu, qui eſt quædam res naturalis, & ex tor-
C tuoſitate, ſeu defectu rectitudinis, qua caret, quæ carentia appellatur priuatio,diminutio, deformitas. Et quo ad
D primum eſt quoddam bonum in genere entis, quo ad ſecundum autem eſt priuatio boni, ſcilicet rectitudinis, & conſequenter eſt nihil ſecundum Auguſtinum ſuper Ioann.Thom.2.diſtin. 37.qu.1.art.2. Et hoc in genere moris. Quare idem numero actus, qui eſt bonus in genere entis, poteſt eſſe malus in genere moris.Et in hoc conſtituitur ex uoluntate mala, & intentione, ut exemplificat D. Thom. de ambulatione ad eccleſiam.1.2.q.20.art.6.¶Ibidē nume.14.& 15.Comm.cap.inter verba con-

concluſ.prima,nume.quarto.

Peccatum interius, quo quis peccat volendo docere,facere,&c. & actiones externæ ſunt plura entia, vnum tamen peccatum in genere moris contra Ioa. Maior.4.diſt.42. quæſt.2. In confeſſio ne tamen oportet exprimere vtrũque; quia sũt duo in genere naturę, & oportet omnia integre confiteri. ca.omnes, de pœnit.& remiſſ.& Concil.Trid.ſeſ. 14.c.5. ¶num.19. in Man.prælud.7.

Peccatum aliud eſt reatu peccati, quia Reatus eſt obligatio, ad pœnam, orta ex peccato,& licet ſecundum Magiſtr.2.diſt.42. Reatus aliquando accipiatur pro culpa,non eſt tamen iſta ori B ginaria ſignificatio. Vide verb.Reatus.

Peccatur multis modis circa peccatorum cognitionem. Primo tenendo, quod non ſit a libero arbitrio,ſed à Dæmone, vt Valerius. Secundò eſſe tale omne opus etiam recte factum, vt Lutherus.

Tertiò eſſe omnino irremiſſibile,vt Aetius,& Armeni.

Quartò, quod nullum peccatum ſit tolerandnm, vt Valdenſes.

Quintò, quod non poſſit amplius committi à ſemel iuſtificato, vt Iouinianus.

Sextò, per illum perdatur omnis poteſtas tam laica, quàm ſpiritualis, vt Vald. Alph.Caſtr.ver.Peccatum. C

† Peccatum multipliciter diuiditur. Primò in originale, & actuale, & quia omnes aliæ diuiſiones, quæ afferuntur ſunt de actuali. Ideo de originali prius agamus.

Peccatum originale poteſt definiri; vt ſit peccatum primi Parentis,quatenus fuit Naturæ transfuſum per virtutem ſeminalem in omnes immediatè, vel mediante ab eo genitos,quo ſibi,& illis perdidit iuſtitiã originalem, quo ad hoc ſæculum, & beatitudinem æter A nam; quo ad alterum Anſel. De Concept.Virg.cap.2.Magiſter,& alij.2.diſ. 30.Thom.1.2.quæſt.81.& 82.3.par.q. 77. Ad rem.lect.2. Conc.Trident. ſeſſ. ¶Manu.prælud.8.

Peccatum originale tollitur per Baptiſmum,non autem carentia originalis iuſtitiæ.Ideo iſta carentia eſt magis effectus,quàm genus ad illud. Ib.nu.4.

Non eſt reatus, vt probat Magiſter, quia vt ſupra dictũ eſt; neque peccatum in communi eſt reatus; & cũ hoc omnes naſcimur. num.5.

Peccatũ originale nón eſt actus perſonalis, neque potentia, vt palam eſt; neque habitus,vt diſtinguitur ab actu; quia nulla peccata ſunt habitus, dici tamen poteſt habitus metaphoricè, quia inclinat ad ſuos actus 1.2. qu. 82. ar.1.ad 1.Pet. & alij 2.d.3.q.2.num.6. Neque eſt vere cõcupiſcentia,licet materia eius aliquo modo dici queat. Th. Ibid. nu. 7.

Eſt autem propriè culpa, ſeu deformitas & actus primi Parentis, quatenus fuit voluntarius totius naturæ. ¶Ibid. nu.8.

Peccatum originale in uno homine, non eſt niſi vnum.Thom.Ibid.art.ſecũdo. Et ineſt omnibus, & æqualiter,per quod ſi moriatur ante illius expiationem damnantur,& excluduntur à vita æterna.c.firmiſſime.de conſ.d.4.Ibi.

Peccato originali caruerunt Dominus noſter Ieſus Chriſtus.1.2.q.81.ar. 3.3.parte.quæſt.22.ar.2.Quia non deſcendit ab Adam,per virtutem ſeminalem. Et glorioſa Virgo,ſecundum pleroſque Catholicos præſeruata ab eo,ex priuilegio particulari. ¶Ibid.nu.9.

Peccatũ actuale dicitur illud, quod non eſt originale, & diuiditur multipliciter.Primo Anſelm. lib.de ſimilit. c.14.relatus à D.Thom.2.2.q.162.art. 4.Et in c.trib.de pœn.d.2.diuiditur in

pec-

peccatum,cordis,oris,& operis,ſed illa non eſt diuiſio generis in ſpecies, ſed eiuſdem in diuerſos gradus.Manu. prælud.nu. 1.c.16.nu.9.

Secundò Auguſtinus lib.de Sermo. Domini in Monte diuidit in peccatū cordis,facti, & conſuetudinis. Et hæc ſunt tria membra diuerſorum graduū eiuſdem peccati.¶ Ibid.

Tertiò Gregorius. 33.Moral.ca.31. diuidit in ſeptem vitia capitalia S.A. L.I.G.I.A.Quæ partiuntur)in carnalia, & ſpiritualia. Et ſunt diuerſorum generum ſubalternorum, quia obiecta ſpecie differunt.

Quartò Iſidorus libro de Summo bono diuidit peccatū in Deum proximum, & ſeipſum, ſed iſta diuiſio parū eſt neceſſaria animarum curatoribus.

Quintò, tandem communiter diuiditur in mortale,& veniale,quæ quidē peccata diſtinguuntur ab inuicem per ſuas differentias particulares,differūt tamē ſpecie analoga.1.2.quæſt.88.art. 1.¶Man.prelud.ſeptimo.num.2.

Peccatum veniale eſt illud,quod eſt actuale non mortale; & eſt peccatum, quia definitio ſupra poſita illi conuenit, & ſic appellat illud Auguſtinus relatum cap. vnum. §. fina. diſt. 25.& Ioan. Chryſoſtom.relatus ca. de quotidianis. de pęniten. diſtinct. 3. Et quia eſt actus inordinatus, uitioſus, quem Thom.1. 2. quæſt. 61. ar.1.peccatum etiam nominat.¶ Ibi.

Veniale peccatum non vult d. Bonauentur.2.d.41.Et quidam alij,quod ſit contra legem Dei,ſed præter.cui conſonat D.Th.Ibi.q.1.ar.4. & 1.2.q.88.ar. 1.At contra alij exiſtimant, & pręcipuè Dur.2.diſtinct.43. quem Caietan. 1. 2. q. 72. ar.5.confutat,vt D.Thom. defendat.Poſſumus tamē dicere, quod eſt contra legem Dei ſecundum quid, prout valet ad differendam beatitudi- A nem, non tamen eſt contra, ita vt impediat conſequendam.¶ Ibi.

Veniale peccatum ob nullā omnino rem committendum eſt. gl. ca.ſi ad aliquid.22.q.4.Et probatur in c.1.& ſeq. 22.qō.2.quia diſponit ad mortale. 1.2. q.38.artic.3.¶Manu. cap.14. num.37.

Peccatum veniale, nullum adeo eſt, quod non fiat mortale ſi placet, vt dicit Auguſtinus relatus 25. diſtinct.ca. criminis,quod intelligendū eſt de placentia cū contēptu legis contra quā illud eſt ut infra n.26.¶Cōſ.75.de Rege.

Peccatum igitur veniale factum ex contemptum vero; efficitur mortale B Tho.1.2.q.88.ar.5.ad primum & in 4. q.9.ar.3.q.3.non autem ſi ira,auaritia, aut voluptatis cauſa lex trāſgrediatur. ¶ Com.cap.tres ſunt.de pœn.diſtin.1. num.10.

Peccatum veniale per orationem dominicam remittitur.gl. ſolē. in proęm. lib. 6. quæ ſeptem alios modos citat. ¶ Com.c.tres ſubt.de pęn.diſt.1.

Peccatum veniale,non remittitur ſine pęnitentia. Thom. 3. par.q.87.non tamen tantam requirit, ſicut mortale. Et licet multis modis dimittatur,non C tamen ſemper tollitur pęna tota illi correſpondens. Ideo non eſt neceſſe illud confiteri, licet ſolum poſſit eſſe iuſta materia confeſſionis. Et remittitur abſque mortali, ſecundum Sotum 4.d.13.quæſt.1.Maior.Gabriel 4.d.46. ¶ Com.ca.de quotidianis.de pęn.diſt. 3.per totum.

Peccata venialia omnia uitari nequeunt in ſtatu naturæ lapſæ etiam cū gratia. Concil. Trid. ſeſſ.3. Priu. 14. Septies in die cadit iuſtus. Thom. 1.2. q.109.ar.18.¶ dicto ca.de quotidianis.

Peccatum veniale, ideo ſic appellatur,quia dignum eſt venia, vel quia habet cauſam, ex qua veniam meretur, iuxta glo.2.ca.ſerpens. de pęn. diſt.1.

Thom.4.diſtinctio.17. q.3.ar.5.quæſt.
1.¶ Com.ca.quem pęnitet.de pęn.d.1.
numero 5.

Peccatum veniale dicitur tribus mo
dis.Primo, quod conſequitur veniam
per pęnitentiam, vel alio modo,d.cap.
ſerpens. Secundo, quia mortem non
meretur,ſed alio modo punitur. c.1.de
pęn.diſt.6.Tertio, quia habet aliquam
circunſtãtiam, quæ peccatum alleuiat:
ut ignorantiam.1.Timot.1.Miſericor-
diam conſequutus ſum, quia ignorans
fui.facit cap.apoſtolicè.de cler.excom-
mun.mino. ¶ Com. dicti cap. ſerpens.

Peccatum veniale remittitur per ſo-
lam voluntatem ſumendi Euchariſtiã,
quia per eam infunditur gratia ei, qui
illam habet, quia eſt meritum de con-
gruo ex opere operantis, & continet
implicite diſplicentiã peccati,& reue-
rẽtiam erga Deum.¶Cõ.c.magna.de
pęn.d.1.nu.6.

Peccatũ veniale, quod non condona
tur ſine mortali,tenet gl.§. ſi Sacerdos
in ca.1.de pęn.d. 6. contra tex. Et ideo
Theol.ſunt bipartiti, quidam ſequun-
tur prędictam glo.quia non condona-
tur culpa, niſi per gratiam, quam non
poteſt habere, qui mortali peccato eſt
infectus.ca. cum renunciati. 32.q.1.&
ca.ſi enim.diſt.2. Neque poteſt habere
charitatem ſine cuius feruore ueniale
non dimittitur Thom. 3.p. q.87.ar.4.
Ricar.d.S.Vic.Palud.4.d.16.q.1.

Quidam Contrarium tenẽt ut Pari-
ſienſes.4.d.22. quia vnum veniale ſine
altero dimittitur. Et ſine noua gratiæ
infuſione condonatur, vt etiam aſſerit
Thom. Et quia multis modis veniale
dimittitur oratione Dominica Aug.li.
2.de pęnitentiæ medicina, per aquam
benedictam.cap.aqua,de conſ.d.4.per
benedictionem prælati.arg.ca.dictum.
1.q.1. per confeſſionem generalem,
eleemoſinas,ieiunia.c. ſanc. de pęn.d.
A 3.per Euchariſtiam.ca.omne.de conſe.
d.2.per extremam Vnctionem.ca.1.de
Sacr.Vnct. quæ omnia iura citat gloſſ.
in proęmio ſexti.Et tamen nihil de ſi-
mul delendo mortali mentionem ha-
bet.Et hæc opinio ſuperexaltat diuinã
miſericordiam: Et verior videbitur,
quam conſequitur pęnam temporalem
peccato debitam deleri per ſatisfactio
nem in mortali factam.Secundo venia
le ſine mort.tam in hoc ſæculo, quàm
in altero condonari.Contraria vero vi
detur vtilior,quia maius odium in pec
catum mor.excitat.¶ Com.c.1.de pęn.
d.6.§.Sacerdos.nu.25.vſque ad fi.& c.
B de quotidianis.d.3.nu.4.& 11.Manua.
c.1.nu.24.ca.3.nu.7.

Peccata venialia quotcunque ſunt
non faciunt vnum mortale, ſed aſſuetu
dinem tantum ad illud inducunt. Et li
cet Auguſt.ſer.4.de ãĩabus dicat nul-
lũ eſſe veniale quod ſi placent non fiat
mortale.Id intelligitur quando venia-
le ita placet ac ſi eſſet mortale,aut quã
do eſt,quæ leges ad mort. obligantes,
aut quando in eo conſtituitur finis vl
timus quia per tales circunſtantias mu
tatur ſpecies peccati.¶Com.c.tres sũt.
de pœn.d.1.nu.6.

Peccatum veniale auditum in con-
C feſſione detegere mortale eſt.c.omnis,
de pęni.& remiſſ.¶ Manu.c.8. num.3.
cap.18.nu.51. cap. inter verba.concl.
6. num. 77. de pęn. d. 6. §. Sacerdos.
numero 68.

Peccata venialia confiteri uiro pro-
bo, & graui, & mortalia familiari Sa-
cerdoti ne ſuam exiſtimationem amit-
tat,modo non adſit finis mortalis, aut
venialis non eſt peccatum,neque mor
tale, neque veniale. ¶ Manu. cap. 21.
numero 40.

Peccatum veniale viſitando,qui cõ-
mittit, ita vt reddatur malus veniali-
ter non poteſt quærere indulgentiam,
quia

quia perdit bonitatem mortalem ad iſtam neceſſariam. ¶ De indulg. Nor. 32. num. 46.

Peccata multa ſunt ſaltem mẽtalia, quæ abſque impudentia committũtur cũ nemo illa videat iuxta illud 1. Reg. 16. Homo videt in facie, & multa ſola voluntate abſq; operis perpetratione, cap. ſunt tribus. de pœn. diſt. 1. ¶ Com. cap. Perfecta. de pœn. d. 1. nu. 5.

Peccatum mortale eſt peccatum cõtra pręceptum diuinum, vel humanum promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pęna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum, vel an tale ſit dubitatum, quod ignorãtia, ſurreptio, vel rei paruitas, aut diſpenſatio iuſta, vel cauſa iuſta, quo ad legem humanam ab eo non excuſat. vel contra diuinum conſilium contemptum, vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam; vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus ponitur. Hinc ſequitur, quod peccatum non eſt facere contra conſilium etiam diuinum, neque mortale, neque ueniale. 14. q. 1. c. pe.

Mortale non eſt facere contra præceptum legum, quæ non infligunt pęnam æternam, vel ex ſe ob materiam cum illis coniunctam, vel ob mentem legislatoris, qui illam non intendit, quod cognoſcitur pręcipuę ſi non habuerint verba præceptoria. Mortale eſt facere contra conſcientiam dictantẽ, vel dubitantem de mortali, nec requiritur dubietas generalis, ſed ſufficit ſpecialis. Caieta. op. 31. reſp. 13.

Mortale excuſatur ab ignorantia, ſurreptione, rei prauitate, diſpenſatione, &c. Vide locis proprijs. Inducit autem contemptũ ſalutis proximi, & fine aliquo mortali. ¶ Man. prælu. 9. per tot.

Peccatorum mort. ſpecies diuerſificantur ſecundum fines, ac rationes diuerſus propter quos peccatur 1. 2. q. 2.

A & 18. ar. 6. ¶ Com. c. Inter verba concl. 6. nu. 430.

Peccata, quædam appellantur in Spiritum ſanctum, & eſt peccatum contra bonitatem, quæ ſpirituiſancto attribuitur. 2. ſenten. diſt. 43. Thom. 2. 2. quæſt. 14. articu. 1. gl. ca. ſi Sacerdos. de pęn. d. 1. Et appellatur irremiſſibile, quia repellit media, quibus remittuntur peccata, videlicet ſpem, timorẽ, dolorẽ. Sunt autem ſeptem diſperatio, præſumptio, impęnitentia, obſtinatio, impugnatio veritatis agnitæ. Irridentia fraternę charitatis. ¶ Manu. c. 32. nu. 126.

Peccatum in ſpiritum ſ. dicitur irre-
B miſſibile, quia non habet in ſe cauſam excuſationis, vel quia pro tali peccato punitur aliquis & in hoc ſæculo, & in futuro ſecundum. Tho. 2. 2. q. 14. art. 1. Vt propriè irremiſſibus & ſola dicitur impœnitentia finalis. ¶ Com. cap. Si ſacerdos de pœ. d. 1.

Peccata omnia mortifera in foro interiori, & diuina lege puniuntur pœna æquali, quo ad durationem, & perpetuitatem, & priuationem diuinæ uiſionis, etiam in altero ſęculo. ¶ Com. capitul. Homicidiorum. de pęnitent. diſt. 1. per totum.

Non puniuntur pęna æquali, quo
C ad forum exterius, & diuinam legem, quantum ad intenſionem pœnarum in altero ſæculo, quia peccata non ſunt paria, vt hæretici dicunt. Thom. de Malo. quęſt. ſecũda. ar. 9. 1. 2. quęſt. 73. ar. 2.

Et quia iuxta nocumenti magnitudinem cõſideranda eſt magnitudo peccati, & conſequenter magnitudo pœnæ, quæ illi debetur. Deut. 25. Apoc. 21. ¶ Vbi ſup.

Peccata omnia non expedit, quandoque in memoriam reuocare, præcipuè venerea, niſi cũ corpus eſſet adeo afflictum, & animus contra ea grauiter iratus. ¶ Com. c. vide benignũ. de pœ. d. 1.

Peccata mortifera poſſunt Reges ex cauſa permittere, argum. cap. Meretrices. 32. q. 4. & ca. inter opera. de ſponſ. ¶ Conſil. 3. de Iudæ. num. 2.

Non remittuntur abſque charitate. Luc. ſeptimo. Petr. 4. ¶ Com. cap. ſine charitate. de pœn d. 2.

Peccatum grauiſſimum, difficilius remittitur, quàm paruum, nullum tamen peccatum eſt, quod per pœnitentiam ante mortem non poſſit remitti, præter finalem impœnitentiam, quia poſt mortem non eſt remiſſio. Com. ca. Si Sacerdos. de pę. d. 6.

Peccatum rite ſemel confeſſum, nō eſt neceſſe iterum confiteri. Tho. quol. 1. q. 12. Palu. 4. d. 17. q. 1. ¶ Man. cap. 9.

Peccatum dimiſſum non redit ſecundum ſuam eſſentiam, neque ſecundum eundem reatum, & maculam, quam cauſabat, ſed ſolum per circunſtantiā ingratitudinis per quam vnum peccatum fit grauius ceteris parib. quàm futurum eſſet, ſi prius peccatū non fuiſſet condonatum, & ſic intelligendæ ſunt rationes, & auctoritates, quæ ſonant ea redire. ¶ Com. c. Gratianus. de pęn. diſt. 2. num. 1.

Peccatum tanto grauius eſt, quanto diuturnius. cap. fina. de conſuet. ¶ conſ. primo. de præſcrip. nume. 5. conſi. 1. de corpor. viciat. num. 4.

Item tanto grauius, quanto nocumentum eſt maius. arg. cap. fina. 14. q. 1. & 2. 2. q. 73. ar. 8. ¶ Com. cap. ſi quis necandi. de pœn. d. 1. nume. 1. Item eo grauius, quo minor eſt tētatio ad illud, quare carnale maioris eſt infamiæ, ac minoris culpæ ſecūdū Gregor. ¶ Com. in prin. de pœ. d. 5. nu. 86.

Item eo grauius, quo condonatum eſt, & iteratū. facit tex. l. 3. C. de epiſco. aud. quia peccatum conſuetudinarium maius eſt, quàm ſemel admiſſum, & multiplicatum maius eſt ſimplici, cap.

A final. de conſuetud. ¶ Com. cap. primo de pœniten. diſtinct. 5. §. Tanto.

Peccatum item eo grauius, quo manifeſtius commiſſum: tolerabilior. n. eſt culpa ſi lateat. c. nemo. 32. q. 4. ¶ Ibi. §. Animaduertere. num. 1.

Peccatum minus fit ob eo, quod eſt commiſſum propter ſpem veniæ cum illa videatur temperare malitiam, & non excludit delinquentem a participatione legis. ¶ de Iubil. Not. 34. nu. 7. Item ſi ex ignorantia procedat magis, quàm infirmitate, & ſi procedit ex paſſione minus eſt, quam ſine illa. ¶ Com. c. ſciendum. de pę. d. 2. nu. 5.

B Peccatum maius eſt ſi committatur in Deum, quàm in proximum. 1. 2. q. 73. ar. 4. ad 3. ¶ Com. cap. ſerpens. de pęn. d. 1. Quia ſunt maioris malitia. ¶ Com. c. inter verba concl. 6. nu. 494.

Et peccatū ex ſtudio maius eſt omnib. quia ab induſtria, & malitia procedit ex mera lib. arbitrij libertate, & ratione. ¶ Cō. c. ſciendum. de pę. d. 5. nu. 5.

Peccatum in omittendo ſuo genere, non eſt adeo magnum, ſicut peccatum in committendo. arg. cap. ſicut hi. 47. diſtinct. & eſt regula Iuriſconſult. leg. Mera. ff. ſolut. matrimon. ¶ Com. cap. Inter verba. concluſion. ſecunda. nu. 4.

C Peccatū quoties renouatur, aut volūtas peccādi, quæ fuerat interciſa, peccati numerus accreſcit, qđ verificatur de peccatis interiorib. quæ ſolo interiori actu couſumantur, vt odium, non autē in externis. Caieta. to. 1. op. 17. q. 3. Man. c. 6. nu. 6.

Peccatum vnum, qui committit, ex quo alia ſequuntur, vt qui elegit indignum, ex quo malę gubernationes oriūtur, non niſi vno peccato peccat ſecundum Alexand. 2. p. Bonau. 4. d. 38. q. 2. ſuper literam. ¶ Man. cap. 9. num. 4.

Peccatum triplicem ordinem offendit, & ideo ad triplicem pœnam obligat

gat ad remorſum conſcientiæ, quatenus offendit ordinem propriæ rationis. A

Ad pœnam legis diuinæ, quatenus offendit Dei ordinationem.

Et ad pœnam legis humanæ, quatenus offendit ordinationem hominum. ¶ Man.in prælu.7. nu.22.

Peccatum mortale eſt, quod notabiliter ſeparat à charitate Dei, uel proximi.1.2. q.72.5.quæſt.77.ar.2.2.ſentét. diſtinct.42.q.1.ar.4.Anton.3.p.tit.17. cap.18.¶ Com.c.inter uerba.concl.1. numero 17.

Peccatum ubi non eſt, nec pœna eſſe debet.c.2.de conſt.& l. Graccus. C.ad leg.Iul.de adult.¶ conſi.60.de ſimo. B

Peccatū unius non requirit, ut alius puniatur.1.quęſt.4.per totum.l.prima. C.ne filius pro patre. Et ſimiliter ne excuſetur niſi inuaſus ſe defendat com moderamine leg. ſi quis. C. unde ui. ¶ Conſi.3.de reb.eccl.non alien. nu.1.

Peccato mortifero, qui ſunt infecti. indigni ſunt ſacram. cap.illud, & cap. per Eſaiam.1.q.1.¶ conſi. 6. de tempo. ord.nu.9.Miſcell.34. de Roſar.

Peccatum publicum ſemper publicè in foro exteriori puniri debet, neque poteſt Iudex ſecrete id facere. Archiep. C 3.p.tit.14.cap.14. quem ſequitur Fel.c. accuſaſti, de accuſat. Quare peccatorū caſtigatio exterior, nō eſt tunc inducta tantum pro illo, qui peccauit, quantum: ut incutiatur metus alijs, ne ſimilia faciant. cap. quapropter. 2. q. 7.& l.aut facta.§.ſi.ff.de pœnis.¶ Com.c.pœna. de pœ.d.6.§.Sacerdos.nu 89.

Peccatum publicum ſemper peius eſt quàm ſecretum quare peccator publicus uidetur ex maiori contemptu peccaſſe, & quia hoc fit cum ſcandalo aliorum.¶ Com.cap.ſecunda. de pœn. diſt.1.num.2.

Peccatum abſconditur primo cum ſecretè fit ſecundo per negligentiam confeſſionis.¶ Ibid.nu.3.

Peccato futuro impunitas, ut Indulgentia dari poteſt, quia Deus illam promittit omnibus uerè pœnitentibus de peccato, non ſolum præterito, ſed & futuro.¶ de Indulg. Not.34. nu.1.

Peccato condonato per contritionē, non condonatur omnis pœna, niſi ob magnitudinem contritionis.extrauag. unigenitus.gl.octauo. Qui cum culpa, & ſi finita in ſe ſit, infinita tamen eſt ex parte auerſionis à bono infinito. Thom.1.2.quæſt.87.art.3. Quo fit, ut & pœna illi reſpondens infinita ſit, quo ad durationem, & ſi non quo ad intenſionem. ¶ De Iubil. Nota. 16. num.1.& 2.

Peccatum mortale ob quod quis excommunicatur peius eſt ipſa excommunicatione, quæ in medicinam eius infertur.cap.cum medicinalis.de ſent. excomm. lib. 6. ¶ Com. cap. porrò.de pœniten.diſt.1.

Peccatum tria continet impudentiā delectationem, perpetrationem, quæ tolluntur per uerecundiam, amaritudinem, recompenſationem, quas præſtāt tres partes pęnitentiæ.Sed hæc concluſio non eſt uera uniuerſaliter, quia multa ſunt peccata ſaltem mentalia, quæ abſque impudentia cōmittuntur, multa ſola uoluntate abſque operis perpetratione.Cum hoc tamen ſtat, ut ad quodlibet peccatum admittendum requirantur illa tria.¶ Com.ca.perfecta. de pœnit.diſt.1.

Pęccatum nulliter, quatenus tale eſt bene refferibile in Deum, uel alium bonum finem.Caie.1.2. q. 8. ar. 3.q.100. ar.19.¶ Cap.inter uerba.concl.quinta. num.44.Manual.cap.20.num.3.

Peccatum ſecretum, niſi grauiter alteri noceat, non eſt detegendum, neque Iudici competenti id præcipienti; ſecunda ſecundæ quæſt.69.ar.ſecundo;

¶ cap.inter uerba.conclu. 6. nume. 21.

Peccatum poteſt permitti ad euitandum maius modo in illo, qui permittit non habeat partem. c. deinque. 4. d. ca. non poteſt. 23. q. 4. ¶ conſi. 5. de Iud.

Peccatum mortale alterius, qui non impedit cum poteſt abſque ſuo nocumento, peccat. c. qui alios. de hære. ca. error. diſt. 33. ¶ Man. c. 14. nu. 27.

Peccatum exterius uix ſine interiori uitatur, quia ſecundum Auguſtin. ſine cauſa conatur incidere ramos, qui radicem non contendit uellere. Iuuat tamen ad aliquid, quia utile eſt arcere malos ab opere exteriori, etiam ſi non poſſint arceri ab opere interiori. cap. uices. 23. q. 6. ¶ Com. cap. quia radix. de pœnit. diſt. 2. nu. 7.

Peccata multa ex ſola circunſtantia, talia ſunt. cap. generabilib. de ſen. exc. ¶ Com. in prin. de pœn. d. 5. numero 2. Circũſtãtia enim pro Actionis, ut accidens eſt verſ. Circunſtantia. Ideo ex accidente vel de non peccato peccatũ facit, vel aliquando auget, aliquando minuit. ¶ Vbi ſup. & com. cap. Inter uerba concl. 6. nu. 498.

Peccatum alterius ad bonum uti licet. 2. 2. quæſt. 78. ar. 4. quia, & Deus id facit, ut dicit Auguſt. ep. 154. ¶ Com. ca. 1. de pœnit. 5. §. Sacerdos. nu. 7.

Peccatum ad mortẽ aliquod appellatur, non quia durat ad mortem uſque corporalem incluſiue, neque quia mortem animæ infert, ſed quia per ſe mortem animæ machinatur cum ex propoſito uitam eripiat. ¶ Com. ca. 1. de pœn. d. 7. num. 6.

Peccatum mortale ob quod collatio beneficij redditur nulla eſt, quod inducit irregularitatem ex ſua natura, & multa alia, quæ uidere licet in cap. niſi cum pridem. §. 1. de renunciat. per glo. uer. duntaxat. Alua. de planctu eccleſ. li. 1. art. 48. ut illud, quod eſt notoriũ iuris, uel facti. ¶ Cap. ſi quãdo. de reſcrip. Excep. 17. nu. 7.

A

Peccatum pro pœna peccati ſæpe ſumitur. 1. Mach. 12. ut a peccatis ſoluantur. ¶ de Iubil. Not. 10. nu. 15.

Peccata neque relinquere, neque relinqui poſſunt, niſi per pœnitentiam, ſaltem uirtualem, & generalẽ. ¶ Com. c. ſi quis autem. de pœn. d. 7. num. 7.

Peccata præterita non delet ceſſatio ab illis, ut uolunt hæretici, atque noua uita, ſed deteſtatio. de pœnitent. diſtinct. prima. cap. tres. num. 5.

Peccatum mortale, & ueniale differunt in infinitum. Thom. 1. 2. quæſ. 72. art. 5. ad 1. q. 87. ar. 5. & 4. diſt. 16. q. 3. ar. 2. q. 4. ad 5. Et ideo nõ poſſunt trãſmutari ad inuicem. ¶ Ibid. nu. 6.

B

Peccata cum occurrunt memoriæ non ſunt de neceſſitate deteſtanda, nõ debent tamen placere alioquin peccaremus. ¶ Man. cap. 1. num. 28.

Eſt tamen periculum complacẽtiæ, ſi quis quotieſcunque occurrunt illa non deteſtatur. ¶ Cap. Vide Benignum. de pœn. diſt. 1. num. 7.

Peccata, quo grauiora, grauiorem quoque requirunt pœnitentiam, ſed non de neceſſitate. argum. ca. tempora. 26 q. 7. Palu. 4. d. 17. ¶ Ibid. nu. 6.

C

Peccati condonatio. ver. Remiſſio.

Peccatum contra charitatem non fit in iuſtitia, ſed malitia. De eleem. nu. 28.

Peccatum cum eſt mortale ſuo genere fit ueniale ratione indeliberationis, iuxta communem, quam declarat D. Thom. 1. 2. quæſt. 88. ar. 6. & 2. 2. quæſt. 35. ar. 3. ¶ Cap. inter uerba. concl. 6. numero 486.

Peccatum mortiferum eſt communiter omne id, quod contra ius agitur, etiam ſi ſit humanum modo ſit præceptiuum. Panorm. cap. 1. de maior. Tho. 1. 2. q. 96. art. 4. Anto. 1. p. ti. 18. cap. 1. Ibid. nu. 475.

Pecca-

Peccatum nullũ eſt, quod ſola uera pęnitudine non dimittatur, eſt tamen peccator, quem Deus ob eius culpam ad hoc efficaciter non iuuat. ¶ Ibidem numero 605. A

Peccatum ſemper eſt dicere mala aliena, vel propria contra ius, & ſi non ſemper ſit murmuratio, nec ſemper quę eſt eiuſmodi ſit mortalis. ¶ Ibidem num. 509.

Peccatum eſt deſiderare malum alicui principaliter ob ſuum malum, ſecus vt emendetur. ¶ Ibi. nu. 635.

Peccatum non eſt permittere, vt quis incidat in maius vitium, vt ſe melius de illo corrigat, quia hoc eſt obſeruare tempus opportunum ad corrigendum. ¶ nu. 629. B

Peccatũ poteſt dici publicum, iuxta Caietan. lib. 17. reſp. nono. illud, quod quis fatetur in Iudicio, & quod perpetratur in communi hominum præſentia, id eſt, quod eſt notoriũ de iure, vel de facto, vel diffamatum per ca. veſtra. & ca. fi. de cohab. cler. ¶ Ibidem numero 842.

Peccatum minus damnoſum maius eſſe poteſt ex maiori de ordinatione damnoſiori, ac ob id odium proximi eſt maius quàm furtum. Tho. 2. 2. q. 34. ar. 4. ¶ Ibi. nu. 495.

Peccatum eſt mortale ex ſui natura negare, vel tacere veritatem debitam, etiamſi id fiat ſine iuramento. iux. D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 1. ad 3. ¶ Ibi. nu. 534.

Peccatum vnum poteſt eſſe materia aliorum, vt furari, & frangere ieiuniũ ad peccãdum cum meretricib. nu. 456.

Peccatum ex ſui natura minus ob circunſtantias ſæpe ſit maius, & contra. ¶ num. 498.

Peccata futura magis vitanda ſunt, quam punienda præterita. argument. c. præterea ſecundo. de ſponſ. ¶ De neceſſitate defend. prox. nu. 43.

Peccata publica, niſi puniantur pariunt murmurationem, & reprehenſionem Iudicum. ¶ Cap. inter verba. Conclusione ſexta. num. 665.

Peccata tanto grauiora ſunt, quanto ex conſuetudine fiunt. ca. fi. de conſuet. ¶ de incompat. benef. nu. 4.

Peccatum eſt periculo peccandi ſeſe exponere, iuxta regul. Gerſon 2. part. titul. 1. & probatur. Eccl. 3. Qui amat periculum peribit in illo. ¶ Cap. inter verba. Conclu. 6. ¶ num. 433.

Peccatum eſt non impedire peccata dum poſſis. cap. quantæ. de ſentent. excommun. ¶ Ibid. num. 549.

## *Peculium.*

PEculium, quaſi parua pecunia ab ipſa pecunia deducitur, quòd à pecude deductum ſignificat, quicquid in hominis eſt patrimonio, cap. totum. 4. q. 3. & l. peculiũ. ff. de pecul. Strictius autem ſignificat octo genera bonorũ, ut probat gloſſ. Rubr. & ff. de pecul. & principaliter quatuor, de quib. infra, quibus additur illud, quod habet Regularis. cap. Monachi. de ſtatu mon. ¶ Com. 1. de Regul. nu. 74.

Peculium quadruplex eſt. Primum caſtrenſe, quod filius in bello acquirit. C l. Caſtrẽſe. ff. de caſtr. pec. Rubr. C. eod. Et totum eſt ipſius filij, in quo nihil pater iuriſdictionis habet. l. fin. C. de inoff. teſta.

Alterum eſt quaſi caſtrenſe, quod filius acquirit per officium publicum leg. cum multa. C. de bon. quæ liber. Authent. presbyteros. C. de epiſc. & cler. In hoc nihil plus iuris pater habet, quàm in caſtrenſi. l. non ſolum. C. de bon. quæ lib.

Tertium dicitur Aduẽtitium, quod aliunde, quàm à patre, aut ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habetur. Vt bona hæreditario iure à matre,

matre, aut cognatis, aut amicis labôre, aut induſtria, aut fortuna parata. In q. bus proprietas eſt filij, uſus autem patris quamdiu uiuit. d. l. non ſolum. & l. cum oportet. C. de bo. quæ. li.

Quartò uocatur profectitium, & eſt peculium filij familias habitum à patre, aut eius cauſa, & de eius bonis, nec ad bellum, neque ad officia publica pertinens. Et in hoc tam proprietas, quàm uſusfructus eſt patris.

Additur & quintum, quod eſt mixtum ex his duob. ultimis ex bonis. ſ. patris, atque ex bonis labore induſtria acquiſitis, quicquid dicat Siluest. quia qui plus laborauit, plus de bonis patris debet habere, & eſt ſingul. doct. Bart. l. 1. C. de coll. bon. §. nec caſtrēſe. ¶ Man. ca. 17. nu. 141.

Peculium aduentitium habere, eſt habere proprietatem communiter ſine uſufructu. Habere autem profectitium non eſt habere dominium, neque ius aliquod ciuile, ſed adminiſtrationem bonorum patris cui ſubeſt. l. placet. ff. de acq. hær. Sicut neque habere peculium ſeruile. l. ueſtimentum. Neque ſimiliter habere monaſticum. d. c. Monachi de ſta. mona. Sed tantum iuſtam adminiſtrationem. cap. cum olim. 2. de priuil. Com. 1. de Regul. nu. 14.

Peculium conſequenter eſt duplex. Cuius non eſt Dominus habens illud. Alterum. ſ. iuſtum, quod cum iuſta licentia patris, Domini, uel prælati habent. Alterum iniuſtum, quod abſque tali licentia poſſidetur. ¶ Ibi. num. 15.

Peculij concedendi Regulari, duplex eſt Modus. Primus cum ſimpliciter datur illi, & committitur gubernatio. Et tunc non poteſt impendere, niſi illud, quod iuſta gubernatio requirit. Secundò, cum illi peculium cōceditur, quaſi locatum, ut cum traditur ei aliqua uilla, uel domus cum ſuis bonis, A ut certam penſionē ſoluat monaſterio, & reliqua uſui ſuo cedant. Et tunc ſoluta penſione poteſt de illis diſponere ad libitum, ut prælatus. Sed dubitatur an iſte ſecundus modus ſit licitus poſt Conc. Trid. c. 2. de regu. ſeſſ. 25. ¶ Com. 2. de Regu. nu. 9.

Vide uerb. Regularis. Et ſoluit negatiuè, quia peculium eſt ipſius monaſterij quicquid remanet non expenſum circa illius adminiſtrationem. ¶ Ibid. numero 12.

Peculia eccleſiaſticorum debentur eccleſiis, uel pauperibus, id eſt pijs operibus. ¶ de ſpol. cler. §. 19. nu. 3.

B

## Pecunia.

PEcunia deducitur à pecore, ſiue pecude. c. totum. 1. quæſt. 3. ¶ Com. 1. de Regul. num. 16.

Pecuniæ nomen, & ſi iux. generalem ſignificationem nummos, & quælibet alia bona ſignificet. c. totum. 1. q. 3. & l. quiſquis. de leg. 3. ſpecialiter tamen pro ſolis nūmis accipitur. cap. 1. 2. & 3. 14. q. 3. ¶ de camb. nu. 6.

Pecuniæ appellatione non ſolū venit pecunia numerata, ſed etiam quicquid ea eſt æſtimabile cap. Totum. 1. q. 3. & l. Pecuniæ nomine ff. de uerb. ſign. C quæ probant etiam iura, vt puta actiones, & obligationes pecuniam dici, vt ponderat gloſ. d. cap. Totum. ¶ Com. 1. De Regul. nu. 16.

Pecunia plus ualet negociatori, quā alij, ut triticum ſeminale apud uolentem ſeminare, & non habentem aliud ſimile. Caiet. 2. 2. q. 78. & eſt communis opin. ¶ Com. de uſu. nu. 46. Idem ualet dicere de pecunia numerata, quia pecunia dicitur numerata, quicquid ea eſt æſtimabile. ¶ Man. c. 23. nu. 71. Com. 1. de Reg. nu. 16.

Pecunia fuit inuenta, ut eſſet precium, quō neceſſaria uitæ emerentur, &

& ut eſſet menſura quædam rerum uenalium, cuius primus finis eſt emptio, & uenditio, & ſeptem alij ſecundarij in quos ea licite utimur, cãbiendo, permutando, opes oſtentando, ornando, aſpectu eius delectando, & iure ſiue ſucco eius medicando. Ex qua præter in mutuo, & commodato poteſt quis licite capere precium pro eius uſu. ¶ Man.c.17.num.287.de camb. nu.11.

Pecunia maiori precio præfixo exponi poteſt cum ex officio puplico fit, & priuatim etiam non ſolum ratione cambij, ſed etiam alicuius ſingularis intereſſe laboris, tedij, impedimenti, &c.num.288.

Pecunia emi, & uendi poteſt, quia conſiderata, ut quædam res, non autem ut precium eſt uendibilis. nu. 291.

Pecunia etiam quatenus pecunia cõmutari poteſt, & ex eius commutatione negociando lucrum quæri, & octo rationib: una poteſt alia plus ualere. Primò, ex diuerſitate metalli. Secũdò, bonitatis. Tertiò, formę, & ponderis. Quartò, locorum. Quintò, reprobationis in totum, uel in partem. Sextò, temporis. Septimò, copię, uel defectus. Octauò, abſentię, uel præſentiæ. Nunquam tamen una ualet pluris, uel minoris ex eo, quod citius, uel tradius danda, uel recipienda eſt. ¶ 294.

Pecunia pro beneficio data, reſtituẽda eſt eccleſiæ cui facta eſt iniuria, quãdo data eſt per ſimoniam, & non quæſita ex beneficio. ca de hoc. de ſimonia. ¶ conſi. 15. eodem tit. nu. 1.

Pecunia abſens minus, quam præſẽs extimatur, ideo plus ualet Venetijs, quam in Hiſpania. Conſi. 15. de uſur. nu. 4. Manua. cap. 17. nu. 295. de camb. numero 72.

Pecunia numeratur ſi deponatur cũ facultate utendi ea mutuum conſtituit in effectum. l. certi conditio, §. ſi numo

A rum. ff. de reb. cred. Cuius ratione nihil exigi poteſt ſine uſura, conſ. 4. de depoſ. numero 2.

Pecuniam diſperſam per agrum, aut in ſaculo cum foramine ſi quis inuenerit tenetur reddere Domino, quia non eſt Theſaurus. Bald. Rub. de rer. diuiſ. Idem de pecunia metu belli occultata. Man. c. 17. nu. 175.

Pecuniæ facultas duplex eſt vna ſecundum ſe, altera, prout eſt parata ad lucrandum, & hæc eſt merces. ¶ Conſ. de vſu. num. 48.

B Pecuniæ ſi eſt conſtitutum precium publica auctoritate, non poteſt mutari auctoritate priuata conſiderata illa, vt precium, bene tamen ſi conſideratur quatenus merces. ¶ Man. c. 17. nu. 295.

Pecuniæ cuſtos ſi ex ea negociatur ſine conſenſu Domini, vel ſi non ſoluit ex ea, quibus debet ſtatutis tẽporibus cum damno notabili, peccat mortaliter. Anto. 2. par. titu. 1. c. 15. §. 5. ¶ Man. cap. 23. num. 94.

Pecuniæ in nundinis augentur ob multitudinem eorum, qui volunt accipere per viam cambij, & ob paucitatẽ nolentium capere, & multitudinem C uolentium dare. ¶ Manu. c. 17. nu. 291.

Pecuniæ in ſocietatem collatæ periculum vitare poteſt, qui eam contulit facta cum ſocio conuentione, vt aſſicuret ſuſcipiendo in ſe periculum conſtituto illi precio ſecuritatis, qui eam tutius aſſicuraret, aut ut tanto minus de lucro accipiat. Talem enim ſecuritatẽ, ſicut facere poteſt tertius, ita & ſocius Silueſt. Verb. Societas. 1. q. 2. ¶ Ibidem numero 254.

Pecuniæ uſumfructum legare licet, l. 1. & 4. ff. de vſufruct. rerum, quæ uſu conſum. ¶ Ibid. nu. 257.

Pecuniam adulterinã, qui tradidit, non ſolum peccat, ſed tenetur etiam ad reſtitutioné, iux. omnes in ca. quod, an

de iur. iu. quia res eſt intrinſecus defe- A ctuoſa, & falſa. ¶ Manual. cap. 17. nu. 8. & num. 167.

Pecuniam argenteam, qui dat vt illi aurea per ſoluatur ſi hoc facit, vt æſtimatione lucretur peccat. Hoſt. in ſum. de vſu. nõ autẽ ſi uẽdat precio accipiẽs moderatũ ſecũdum Caie. Verbo vſura. not. 2. cal. 12. ¶ Man. c. 17. num. 226.

Pecunia numerata ſi mittatur per nuncium etiam fidelem, non tamen electum per illum, ad quem mittitur, ſi amittatur tenetur mittens ad iterum mittendum illam, iux. communem l. incendium. C. ſi cer. pet. & l. quod te. ff. eo. & c. ſignificante. de pigno. ¶ Manu. ca. 17. num. 186.

De eadem vide in verbo Societas verb. Mutuum Verb. Cambium, &c.

Pecuniæ vſus ad lucrandum ex eius permutatione non eſt ipſius naturæ quid contrarium, & licet à principali vſu, cuius cauſa inuenta eſt differat, nõ tamen differt à ſecundario, & minus principali. ¶ Com. de cambijs. num. 2.

Pecuniæ vſus habet octo fines ad quos adhiberi poteſt. Venditionem, negotiationem, permutationem. de quibus Thom. lib. 2. de Regimen. principum. ca. 14. opum oſtentationem. l. 3. §. fi. ff. commod. Ad tornamenta, & ornatum veſtium. Ad delectationem aſpectus. 2. 2. quæſt. 77. ar. 1. ad 1. Ad medicinam. Ad pignori pro debitis ponendum. Et ad hoc quinque locari poteſt. Et cum natura contractum diuerſa ſit, diuerſis regulis vtendum eſt ad iudicãdum licitum ad illicitum. ¶ Ibi. nu. 12.

Pecunia quatenus pecunia res artificioſa eſt, & non permutationis cauſa, ſed ut eſſet precium rerum inuenta eſt. l. 1. ff. de rerum permutat. & ad emendum neceſſaria. ¶ Ibid. num. 13.

Pecunia aurea ne augeatur precio, & mittatur extra Regnum cum eius damno prohiberi poteſt, nam ob lucrum extranei dant ciuibus pro eis plus ſatis, quàm valeant. ¶ num. 20.

Vendi autem poteſt, iuxta intrinſecum precium ſuum, quamuis lege tantum non valeat. Et ſi per legem extimata eſt ex ſingulari aliquo vſu, puta ad aurandum, & vtilitate plus valet, & ſi contra ſine ratione, quæ concludat teneat Medina. ¶ Ibi.

Pecunia emi, & vendi poteſt, & ſi contra teneat Sotus lib. 7. de Iuſt. & iur. q. 5. art. 3. quãdo nõ vt pecunia, ſed vt fruſtrũ metalli cõſideratur. ¶ nu. 32.

Pecunia etiam, vt pecunia commutari cum alia poteſt, vt lucrum ex tali negociatione licite quæri poſſit. Tho. B lib. 2. de Regiment. princip. cap. 14. Antonin. Caiet. & omnes ferè. ¶ nu. 43.

Pecunia pluris, uel minoris valere poteſt pro diuerſitate metali, bonitatis, figuræ, ponderis, regionum, temporis, copiæ, vel inopiæ, præſentia, vel abſentia, argumentum, vel diminutionis, &c. nu. 43. & ſeq.

Pecuniæ, vbi eſt magna inopia, cætera omnia vendibilia, quia opera, & labores hominum viliora fiunt, quod experientia manifeſtat. ¶ num. 51.

Pecunia nunquam eſt maioris precij, etiam ſi illius ſit pecunia, quàm æſti- C metur à principe, quia non eſt auctoritas Mercatorum publicę pecuniæ augendi, vel minuendi, iuxta Innoc. & Com. quam ſequitur Gabriel. 4. d. 15. q. 9. ¶ num. 53.

Pecunia, vt pecunia non eſt merx, ſed aliarum mercium precium in vnoquoque Regno æſtimatum, ideo creſcere non poteſt leg. ſi tibi. ff. de fideiuſſ. Ariſtot. 1. Polit. 6. iux. mentẽ Innocen. & aliorum in cap. quanto. de Iureiur. Ibidem.

Pecuniæ precium, & ſi propter pecuniam non mutetur, quo ad quantitatem

tem valoris,ita tamen creſcit,quòd plures res certo precio tunc per pecuniam, quàm ante cæteris parib. inueniuntur.

Pecuniæ finis principalis,& ſi ſit vt precium ſit, & menſura rerum vendibilium,ſecundarius tamen eſt, vt cum ea lucrari poſſit ex negociatione pecuniarum cum alijs, quia tunc eſt merx. ¶ num.55.

Pecuniæ precium æſtimatum dicitur, vt tantum, & non plus valeat rebus ſic ſtantibus, non quod ſtatu mutato,vt eius ſit magna inopia plus valere non poſſit,quantum probis,& prudentibus viris videntibus.¶ num.66.

Pecunia,vt pecunia pluris,& minoris valere poteſt in vnis, quàm alijs nundinis, vel in vna parte earum ob paucitatem capientium ad cambium, vel multitudinem dantium ſi ex penuria eius preciũ creſcat,& copia minuatur,iuxta Caieta. tractat. de camb.cap. 7.& Sotum lib.7.quæſt.5.ar.3.de Iuſt. Non tamen creſcere poteſt illius precium ex fictis cambijs, & monopolijs. ¶ numer.59.

Pecuniæ ſola abſentia eam minoris precij facit in loco a quo eſt abſens: Silu.verbo vſura.4.qu.4.Caiet.vbi ſupra.Cald.conſ.2.de vſur. quia conſideratur,vt merx. ¶62.

Pecuniæ abſentia ex ſua natura non habet annexas impenſas, labores, & pericula in transferendo, etiam ſi aliqua horum accidentialiter ſeiungantur ab ea, ob illas igitur minus valet; & etiam propter impenſas procuratorum, & reſpondentium,quos mercatores habent in locis. Et hoc intelligendum eſt cæteris paribus, id eſt ſi præſens tanti valeat,vbi eſt,quanti abſens in ſua regione.¶num.63.

Pecunia in cambiis ſi in eodem loco reddenda eſt, ubi ſit traditio non poteſt habere diminutum valorem, vt in

A cambijs minutis, quia tunc vitantur labores pericula & impenſę.¶nu.67.

Pecunia præſens maioris valoris in proprio loco,quàm alia, in ſuo duplici ratione pluris valet alia abſente, primo ob præſentia. Secundo, ob maius precium in proprio loco. ¶nu. 73.

Pecuniã abſentem, & ultra rectius nundinas reddendam poteſt quis iuſto precio cum præſente permutare modo, nec pluris iuſto precio rigido ob expectatam ſolutionem captet,quàm ſi primis nundinis accepiſſet. ¶nu.75.

Pecunias dans in uno loco reddendas in alio multis modis dare poteſt
B per mutuum cambium,&c. cum lucro, nunquàm tamen habita conſideratione principali temporis interlecti inter dationem,& ſolutionem. ¶num.78.

Pecunia vti poſſumus ad multos fines vt purà. ad ſoluendum debita. ad inſumendum neceſſaria. ad deponendum eam.ad oſtendendas diuitias,&c. l.3.§.fin.& l.4.¶Commoda.

## *Pedagium. verbo Gabella.*

## *Pœna. Pœnitens. Pœnitentia.*

C

### *Pœna.*

POena ſecundum Auguſtinum eſt læſio puniens delictum commiſſũ. c.pœnitentia. de pœn.diſt.3.Cui conſentiunt omnes in §. ſequens. Inſt. de act.¶De orat.cap.21.nu.47.

Pœna eſt duplex eſſentialis, quæ cõſiſtit in ſeparatione à Deo, & dolore ex inde proueniente, & reſpondet cõtẽptui Dei, qui reſpicitur voluntatem. Accidentalis, & conſiſtit in dolore cõcepto ex opere malo pro malam voluntatem

tatem

tatem operato, & de omnibus malis cõ ſequutis illud. ¶Comm.cap. Magna de pœn.d. 1.nu.16.

A

Pœna eſſentialis reſpondet quantitati demeriti, & hæc reſpondet quantitati offenſæ voluntatis interioris nul la habita ratione an opus volitum exequatur necne. ¶Ibid. nu. 19.

Pœna non debet extendi extra ſuũ caſum. cap. pœnę. de pœn. diſt. 2. quod fallit in correlatiuis, in quibus eadem ratio, idem ſuadet ſecundum Panorm. in proœ. Greg. ¶Man. c. 22. num. 74.

Pœna in futuro per verba futuri tẽporis non cenſetur ipſo iure impoſita. gl. cap. in pœnis. de reg. iur. lib. 6.

B

Et antequam inſtigatur, non ligat conſcientiam. gloſ. cap. tua fraternitas. 17. quæſt. ſecunda. ¶conſi. 34. de ſim, nu. 3. & conſi. 5. nu. 3.

Pęna aliquid ſoluendi in contractu mutui poni poteſt. iuxta gloſ. cap. conqueſtus, de uſuris. per cap. confraterni tatis. 12. quæſt. ſecunda. ¶conſi. quarto. de vſu. num. 1.

Pœna conuenta ad matrimonium contrahendum peti non poteſt. c. pœna. de ſpon. ¶conſi. 3. de ſponſ. Imp. nume. 3.

Pœna in Regulares coniugia ſolemnizantes per Clemen. prima. de priuil. ad ſæculares non extenditur. ¶Conſil. 1. de pœnis, num. 2.

C

Pœna dupliti, nemo debet ab homine puniri Bart. Panorm. & alij. Secus à iure, ut colligit Ioã. ab Anan. in reper. c. ita quorundam. de Iudæ. ¶Ibi. nu. 5.

Pęna poteſt augeri ab eo, qui de crimine poteſt cognoſcere. ¶Conſi. decimo. de Hæret. nu. 6.

Pęna parochi cuius culpa parochianus ſine pœnitentia moritur arbitraria eſt. Conſi. 3. de pœn. & rem. nu. 1.

Pœnas poſita in aſſumente, ſeu vtente ordine ſacro non ſuper ad minores ordines aſſumentem extenditur ſecundum communem ſententiam. ¶conſil. vigeſimo octauo. de ſent. excommunic. num. 12. Man. c. 23. nu. 155.

Pœna. c. de multa. in Epiſcopo non procedit ſecundum Panor. & communem in capit. cum noſtris. de conceſſ. præb. ¶conſi. 21. de præb. nu. 3.

Pęna poſita pro facto negatiuo non incurritur, niſi præcedente monitione. Innoc. in c. extirpandæ. §. qui verò. de præb. ¶conſi. 3. de cler. non reſid.

Pœna, quam quis de iure incurrit, non debet minui iuridice ob reintegrationem bonorum, quia aliud eſt damni reſtitutio, aliud pęna. cap. licet coram. & cap. commiſſa. de elect. lib. 6. Tho. 4. d. 15. ¶conſi. 3. de reb. eccl, non alien.

Pęna concuſſionis vtroque iure eſt quadruplum. ca. quoniam. 18. diſt. & l. ſancimus. C. ad leg. Iuliam. Repet. relata. ca. ſancimus. 14. q. 7. Quæ diminuitur à cap. exegit, de cenſibus. lib. ſexto. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. ca. 23. Imponendo pœnam dupli. ¶conſi. 2. de cenſib.

Pœna exacta ob non ſolutionem cẽſus eſt reſtituenda in foro conſcientiæ per extrauag. Pij 5. Et etiam ante illam ſi mente fœneraticia fuit facta. argum. leg. ſi pacto, quæ pœnam. C. de *pact.* ¶Com. de vſu. num. 3.

Pœnæ nouæ inductio veterem non tollit, l. quoties. de act. & obli. per quã dixit Imol. relatus à Domin. in ca. nos. de tempor. ord. lib. ſexto. quòd pœna à vetere lege impoſita non tollitur regulariter per alteram impoſitam à noua lege. ¶conſi. 1. de pœnis. num. 2.

Pœnæ canonum præſertim conſiliorum ſolent eſſe temporaneæ, ita quod non excedant menſuram delicti. capit. non offeramus. 4. quæſt. prima. ¶con ſi. quarto. de verbor. ſignific.

Pœnæ ſemper ſunt reſtringendæ, & præſertim ea, quæ in fornicatione eſt ca-

caſtiganda. leg. interpretatione. ff. de pœnis. ta. pœna. de pœnit. diſtinct. 1. ¶Conſi. 4. de adulter. num. 2.

Neque ob identitatem rationis extẽduntur. ¶Conſil. 2. de purg. vulg. nu. 4. conſi. 41. de temp. ord.

Pœnam furis, qui Eccleſiæ bona abſtulit, eccleſia de rigore iuris petere poteſt, ſed magis decet illi non petere. ¶Com. cap. fraternitatis. de lege pœna li. in principio. Verbo eccleſia.

Pęnam commiſſi, ſiue quæ iure committitur poteſt capere is, i cuius fauorẽ committitur ſi iuſte fuit impoſita. cap. potuit. de locatio. & leg. prima. C. de iur. emphyteu. Secus autem ſi iniuſtę. ¶Man. cap. 23. nu. 69.

Pœnam conciliarem Epiſcopus, nec legatus remittere poſſunt, iuxta gl. putatam ſing. cap. dilectus. el ſecundo, de præbend. Quæ tamen habet ſimilem in cap. cum dilectus. de Elect. & cap. ſi. de filij presbyter. ¶Conſi. 64. de præb. & conſi. 16. conſ. 8. de teſta.

Pęnam conuentionalem non iuſſus ſi non ſoluit, peccat. Hanc & ſi Eccleſia iuſte petere poſſit, decentius tamen abſtinet. ¶de lege pœn. nu. 44.

Pœna quando excuſetur per ignorãtiam. verbo Ignorantia.

Pęna purgatorij. ver. purgatorium.

Pęna de meriti duplex vna eſſentialis, quæ reſpondet contemptui: altera accidentalis, quæ reſpondet operi per eum facto. ¶Com. cap. magna. de pœn. diſtin. prima.

Pœna tota nunquam remittitur ſimul cum culpa, & qui hoc dicit excommunicatur per Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 8. quia æterna commutatur in temporalem. ¶Man. c. 3. num. 9.

Pœnæ paritas conſiderata, quo ad durationem, & extenſionem æqualis eſt, quo ad aliud ſæculum in inferno. Cõſiderata vero quo ad inteõſionem, & grauitatem non æqualis, quia maiori peccato, maior pœna datur. ¶Com. c. Homicidiorum. de pę. d. 1. nu. 4. & 51

Pœnam corporalem non omnem tenetur damnatus ad illam exequi in ſe, vt non comedere cum poteſt, ſi eſt damnatus ad fame mori: quia nemini licet ſeipſum occidere. c. non eſt 23. q. 5.

Sed aliqualem puta ieiunare, inſligere ſibi diſciplinam, ire ad locum, quod ſibi eſt deſtinatum, exire territorium, & ſimilem. ¶Com. 4. de Regul. nu. 63.

Pœna capientis beneficium parochiale non extenditur ad alia beneficia. Verbo Beneficium.

Pœna eadem procedens à maiori charitate, magis eſt ſatisfactoria, vt patet de pœna aſſumpta à Chriſto in ſua ſacratiſſima paſſione, quæ ab illius excellentiſſima charitate emanauit, & ideo fuit ſumme ſatisfactoria. ¶De pœniten. diſtinct. ſexta, cap. 1. nu. 41.

Pœna, vt communiter accipitur à Theol. & Iuriſperit. in Tit. ff. & C. de pęnis, & eodem tit. in Decre. in 6. & Clement. Illa tantum eſt, quæ imponitur ob aliquam culpam propriam, præteritam Caſtrenſ. lib. 1. c. 3. de lege pęn. iuxta illud Auguſtini, omnis pęna ſi iuſta eſt pro peccato aliquo penditur, & ſupplicium nominatur. libro 3. de lib. arb. cap. 38. Thom. quæſt. 4. de Malo. ar. 4. Sed frequenter accipitur pro defectu boni, quod quis aptus natus eſt habere, quia multæ leges appellant pęnã malum, & detrimentum hominis abſque culpa. Et interdictum. c. ſi ciuitas, de ſent. excomm. lib. 6. Et ſuſpicio abſque culpa incurſa. cap. Roman. eodem tit. Et multi caſus numerantur à gloſſ. in capi. ſecundo. de conſtit. Cui ſimilis eſt in cap. ſine culpa. de reg. iur. lib. 6. In quibus ſine culpa aliqua contrahitur pęna, ſed non ſine cauſa. Quare plenius fuerit definire pęnam, q̃ ſi priua-

tio boni, quod quis aptus natus eſt habere. ¶ Com. in ca. fraternitatis. 12. q. 2. de lege pęnali. à num. 10.

Pęna peccati eſt pęnitentia, contritió quidem pęna interior, confeſſio verò & ſatisfactio exterior, & nulla, neque omnes ſimul eſt tam grauis, quanta eſt illa, quam incurrunt damnati. i. carentia viſionis diuinæ. ¶ Com. c. non poteſt. de pęn. d. 1. nu. 4.

Pęna corporis afflictiua eſſe ſolum pęnam non ſatis concludit Panorm. c. inter alia. de immu. eccleſ. excludendo pęnam pecuniariam, vel alias, quæ non affligunt corpus, quia illis conuenit pęnæ definitio ab Auguſt. tradita, vt ſit pęna, quæ punit. Et ſunt omnes ſpecies pęnæ. ¶ Com. c. pęnitentia. el 2. de pęn. diſt. 3.

Pœna delicti præſumptione probati extraordinaria debet eſſe, vt probat Hoſti. de pręſumpto reuelatore confeſ. quem ſequitur Panor. & communis in c. omnes vtriuſque de pœn. & remiſſ. pro quo facit Innoc. in c. quia veriſimile, de præſumpt. ¶ Com. cap. quod autẽ, de pœn. d. 7.

Pęna pecuniaria propter delictum, ſine iuriſdictione imponi non poteſt, quia id pertinet ad merum Imperium. ¶ Com. ca. cum contingat. 2. cauſ. null. num. 28. Et ſi ſolo fiſco applicatur, poteſt dici ciuilis habito reſpectu ad pœnam corporalem, vt cap. per tuas. ¶ De Iudic. Rub. nu. 37.

Pœna legalis eſt applicanda fiſco, quod late declarat. Dec. poſt Panorm. in dubio intelligenda eſt. Conuentionalis vero applicanda eſt parti in dubio, ſecundum Baldum leg. ſi quis maior. C. de tranſaction. ¶ Ibidem nu. 38.

Pœna ipſo iure impoſita non infertur ob ſolum conatum, immo nec per ſententiam inferendam eſt. ¶ Com. ca. ſi quis pulſatus num. 2. & cap. ſi quis non dicam. de pœn. diſt. 1. num. 17.

Pęna non cenſetur impoſita, niſi lege id exprimatur, iuxta glo. ſingul. recept. c. fina. de iure patron. dicto cap. ſi quis. num. 3. de pœn. diſt. 1.

Pœna temporaria non tollitur à ſacra pœnitentiaria ſi in foro conſcientiæ debeat alteri parti. ¶ Conſil. 2. de cenſib. num. 5.

Pœna ſumma miſerorum in inferno eſt ſeptuplex.

Prima, carcer æternus in loco infimo, obſcuriſſimo, turpiſſimo.

Secunda, priuatio diuinæ viſionis intuitiuæ.

Tertia, ignis ardentiſſimus.

Quarta, deſperatio nullo vnquam refrigerio, aut conſolatione leuanda.

Quinta, tenebræ tum exteriores denſiſſimæ, tum interiores, quibus adeo obcęcantur, vt Deum putent in iuſtũ.

Sextã, ſocietas Dæmonum, & continua cum eis conuerſatio.

Septima, cõfuſio, quia ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat Archiep. 2. par. tit. 5. cap. 3. ¶ Man. prælud. 4. num. 24.

Pœnam excluſionis à Collegio ipſo iure incurſam non tenetur quis ſoluere in conſcientia. ¶ Capit. 23. nume. 63.

Et regulariter nullam tenetur pœnam ſoluere antequam iubeatur, gloſſ. ſingul. in c. fraternitas. 12. q. 2.

Etiamſi ipſa poena, ipſo iure incurratur, iuxta communem recentiorum opinionem, quod tentauit tenere Felynus cap. audiuimus, de ſimonia. vt aſſerit Silueſtr. verbo poena. quæſt. 25. verbo Hæreſis. quæſt. 8. Caietan. ſecunda ſecundæ quæſt. 62. art. 1.

Quod verum eſt ſi pœna talis eſt, quæ aliquam executionem requirat, qualis amiſſio bonorum ob hæreſim. cap. cum ſecundum. de Hæreticis libro ſexto,

ſexto, & lege quiſquis. C. ad legem Iuliam. ¶ Ibid. num. 66.

Fallit in pęnis excommunicationis ſuſpect. &c. ¶ Cap. 25. nu. 118. Vbi executio Iudicis non requiritur, conſiderata tacita mente legiſlatoris.

Et id etiam currit in aliquibus ſpiritualibus, & paruis temporalibus, non autem in magnis ob periculum, & occaſionem peccati, quia materia abhorret, vt quis ſit executor, quo ad pœnã ſui ipſius. ca. ex parte, de conſt. nu. 67.

## Pœnitens.

POenitens non tenetur credere ſe in arte ſua non peccaturum, iuxta Innoc. recep. in cap. omnis. de pœn. & remiſſ. tenetur tamen proponere ſe ope diuina, non amplius peccatorum. ¶ Man. c. 1. num. 9. cap. 3. num. 13.

Poteſt vnico verbo mille peccata mortalia confiteri, dicendo millies blaſphemaui, periuraui. ¶ Ca. 6. nu. 19.

Si non vult relinquere occaſionem peccandi non eſt abſoluendus. ¶ Cap. 1. num. 19.

Non debet nominare perſonam cũ qua peccauit, quia lex naturalis id prohibet. ¶ Cap. 7. num. 2.

Et caſu, quo non eſt poſſit circunſtãtiam confiteri ſine nominatione perſonæ cum alterius infamia, debet procurare facultatem alteri confitendi ſecundum omnes in 4. d. 17. vel, ſi non poteſt mutato habitu, ita vt non congnoſcatur eidem confiteri.

Et tandem ſi neque id poteſt tacita circunſtantia confiteri de alijs, & quã primum poteſt habere occaſionem alteri confitendi illam deinde confiteri. ¶ Cap. 7. num. 5.

Non tenetur acceptare in pœnitentiam opera magis grata Deo, quã quæ omiſit facere, quia ſufficit propoſitum ea ſe facturum in hac vita, vel patiendi in purgatorio. ¶ Cap. 26. nu. 20. de oratione. c. 10. nu. 55. Com. ca. conſideret, §. ponat, de pœ. diſt. 5.

Impeditus Epiſcopum adire de mãdato eius poteſt per alium abſolui. ¶ Conſi. 1. de conſt. num. 9.

Pœnitens ſubmittere ſe debet Confeſſario docto, & probato tam in his, quæ ſunt facti, quam in his, quæ ſunt iuris. ¶ Conſi. 17. de pœn. & remiſ.

Si dedit quid Confeſſario, vt ſatisfaceret alteri, videtur ſatisfeciſſe, donec ſibi conſtet de dolo eius. argum. ci ſignificantur, de pign. conſ. 4. eo. tit.

Confeſſario ſuo docto credens à culpa, & pœna excuſatur licet ipſe erraret. ¶ Conſi. 17.

Si plus dolet de omiſſo honore, quã de amiſſo Deo intenſiue, modo exiſtimet, & appretiet magis Dei offenſam quam ſuam actu vere eſt pœnitens, & nullus, qui id non facit ueniam conſequi poteſt. ¶ Com. c. aliquando. de pœ. diſt. 1.

Pœnitentiam ſibi impoſitam debet ſuſcipere de conſilio, non de præcepto, modo illa ſit diſcreta, quia forum internum pœnitentis utilitatem reſpicit. ¶ Ca. conſideret &c. qualitas. Ibidem verbo Pœnitentia.

Pœnitenti per ſe, & contra ſe creditur, quo ad forũ conſcientiæ. ¶ conſi. 84. de Reg. nu. 5. & Man. c. 17. nu. 250.

Pœnitenti non eſt neceſſarium de amiſſa uirtute dolere, ut ſentit Aug. Thom. 4. d. 17. queſt. 2. art. 1. ¶ Cap. 2. ſi Ingratus. de pœn. diſt. 5.

Pœnitenti ne ad malitiam redeat conſulitur non præcipitur, niſi militiam cum uitijs eam inquinare ſolitis capiat. ¶ Com. c. qualitas. de pœ. d. 1.

Pœnitens non ludat, quia pœnitentię eſt tempus luctus, & non riſus. cap. pœnitentia d. 3. quatenus tamen ſaluti propriæ cõuerſationique aliorum ſua-

rij neceſſariũ eſt, quia quo maior pœnitentia eſt facienda a ludis magis eſt abſtinendum.¶ De pœnitent. diſt. 5. cap. conſideret. §. caueat. num. 2.

Pœnitens ſemper redit ad priſtinã dignitatem, qua inter Dei filios per gratiam computabatur, immo ad maiorem, & non nunquam ad æqualem ſecundum D. Tho.¶ de pœ. d. 6. cap. 1. §. quibus. num. 4.

Pœnitens tenetur ſua peccata fateri confeſſario, etiam ſi ille ſciat illa ſecundum communem in ca. omnis, de pœn. & remiſſion. & in 4. cap. 17. cap. quem pœnitet. de pœn. d. 1. Non autem circunſtantias cognitas. ¶ De pœn. d. 5. cap. conſideret, in prin. nu. 61.

Pœnitens abſens, an poſſit abſolui a cenſuris Verbo Abſolutio.

Pœnitens ſi animo tacendi peccatũ, niſi interrogetur accedat ad confeſſ. peccat mortal. & tenetur cõfiteri hunc animum.¶ Manual. cap. 21. numer. 39. cap. 10. num. ſexto.

Pœnitens non ſatisfacit præcepto, de confitendo ſemel in anno, ſi confiteatur animo non abſtinendi a peccatis, uel ſi ſua culpa nõ fuit abſolutus, quicquid dicat Silu eſt. Verbo Confeſſor. 4. quæſt. 2. Quia id ſentit Adrian. 4. de Confeſſ. quæſt. 4. Et latè id probat Medina. C. de Confeſſ. Quia illa nihil ualet ex defectu con tritionis.¶ Man. cap. 10. nu. 4. de pœn. d. 6. c. placuit. nũ. 182.

Pœnitens debet acceptare pœnitẽtiam reſtitutoriam ſi uult exire à peccato, & ſi nolit non eſt abſoluendus tã quam impęnitens. ¶ Com. cap. ſatisfactio. de pœn. d. 3. Man. c. 26. nu. 20. c. 21. num. 43.

Pęnitens tripliciter poteſt accedere ad confeſſ.

Primò, cum legitima contritione per quam conſequitur gratiam ante illam, & per abſolutionẽ augetur illi,

A & dimittitur aliquid de pœna Purgatorij, ſi quæ remanſit.

Secundò, ſine contritione legitima, aut attritione ſufficienti. Et tunc manet confeſſio informis.

Tertiò, cum ſola attritione ſufficienti, & tunc per abſolutionem remittit Sacerdos culpam diſpoſitiuè, & miniſterialiter, Deus vero authoritatiue, & efficienter. ¶ Com. cap. uoluiſſent. de pœn. d. 1. nu. 10.

Debet tacere peccatũ quod in confeſſione defectum, ſibi, vel cõfeſſio probabile dammum animæ, corporis, vel famæ adferret. Tom. 4. d. 17. q. 4. art. 4.

B Maior. ibi. q. 5. ¶ Man. c. 7. num. 3.

Pęnitens uerè appellatur qui proponit in hac vita ſatisfacere diuinę iuſtitiæ. ¶ De Indulg. Notab. 21.

## *Pœnitentia.*

POenitetitia a pœnitere deducitur, eſt autem pęnitere nolle feciſſe aliquid à ſe iam factum, uel omiſiſſe aliquid a ſe commiſſum, quod contingit. Primo ſine dolore, ut in Beatis, uel cum dolore, ut in uiatoribus, qui non ſolum nolunt, ſed dolent peccaſſe. iuxta illud Auguſt. relatum in cap. pœnitentia. de pœn. d. 3.

C Pœnitere eſt pœnam tenere, & *licet* multi aſſerant id uerbum non eſſe latinum, quia tamen illo utitur Plin. Iunior ep. 130. & Senior lib. 17. ca. 17. Et verbo pęnitudo utitur d. Hieron. 3. Deuteron. & utrunque ſignificat actũ pœnitendi. Ideo transfertur ad ſignificandũ Sacrament. pœnitentiæ à Chriſto inſtitutum. ca. quod enim de pœn. & rem. Et pœnam in ſatisfactione impoſitam. cap. falſa. de pęn. d. 5. Et propriè ad ſignificandum habitum, qui eſt virtus inclinans ad prædictum actum pœnitendi immediatè, vel mediatè. Quare diuiditur pœnitentia in eam,

quæ

quæ eſt virtus, & in eã, quæ eſt Sacram. Ita autem acceptum generaliter ſignificat tam malam, quæ de bono opere habetur, quam bonam qualis eſt, quæ de opere malo concipitur. Et bona iam in Adamo incepit, & ſemper fuit ad ſalutem neceſſaria poſt peccatũ mort. Cõc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſ. 14. cap. 1. prout autem eſt Sacram. cœpit à Chriſto paſſo, ſeſſ. 7. ca. 1. ſeſſ. 14. cap. 3. ¶ Manu. cap. prælud. per totũ, & prælud. 1. de pœn.

Pœnitentia eſt Sacram. abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum, & confitẽtem legitime ſua peccata cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi abſoluit ab eis. Partes eius ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio de quibus ſuis locis. De hac multa definiuntur à Cõc. Trid. ſeſſ. 14. quòd ſemper fuit neceſſaria ad deletionem peccati mor. quòd ante Chriſtum non fuit Sacram. quæ nihil prodeſt nondum baptizato, quæ eſt vere, & proprie Sacram. inſtitutum à Chriſto cum dixit. Quorum remiſeritis peccata. Ioann. 20. Et aliter dicere eſt hæreticum. Eſt Sacram. diſtinctum à baptizato. Secunda poſt naufragium tabula, & multa alia. ¶ Cap. 22. nu. 1.

Pœnitentia ſecundũ Ambr. eſt præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, & intelligitur, quòd qui eam agit proponat nunquam amplius id facere, i. peccatum plangendum committere. Gregor. hom. 34. in Euãg. & li. 9. Ep. 39. relatus à Mag. 4. d. 14. pœnitere ait, eſt ante acta peccata deflere, & flenda non committere, plangit autem præterita non ad hoc, vt non ſint præterita, quia id eſſet ſtultum, ſed ad hoc, vt per illã diſplicentiam placetur Deus offenſus: vel dic, quod pœnitentia vera eſt virtus, aut actus virtutis plangendi legitime mala præterita cum propoſito legitimo non committẽdi plangenda in finem placandi Deum

A offenſũ, & vendicãdi offenſam. Quòd ſit virtus, vel actus eius probat. D. Th. 3. p. q. 85. art. 1. quia eſt actus à ratione directus: non enim ſignificat triſtitiam ſenſibilem, ſed diſplicentiam voluntatis, quem triſtitia ipſa ſequitur. ¶ Com. cap. pœnit. de pœn. d. 3.

Pœnitentia licet ſe extendat ad omnia peccata, eſt tamen virtus ſpecialis, quia eius actus eſt laudabilis ea ſpeciali ratione, quia intendit deſtructionem peccatorum quatenus ſunt offenſæ Dei ſuper omnia diligibilis. Et licet poſſit eſſe actus imperatus à charitate, non tamẽ eſt ab ea elicitus, quia talis actus

B eſt dilectio dei, vt ait D. Tho. 2. 2. q. 17. art. 1. Et quamuis in illa interueniat amor Dei ob quem dolet peccaſſe, id tamen accidit ſecundario, vt circunſtãtia. Pertinet autem ad iuſtitiam nõ ſpecialem, ſed eã, quæ eſt inter inæquales quorum alter ſubeſt. 2. 2. q. 80. ar. 1. per illam enim ſatisfit Deo, non reddendo æquale pro æquali, ſed id, quod ille dignatur acceptare. Pertinet etiã ad iuſtitiam vindicatiuam, vt dicit Aug. virtus eſt infuſa à Deo ſolo, vt cauſa principali illius; diſpoſitiue autem incipit à timore, & ſpe veniæ, & alijs actibus præparatiuis ad gratiam ſecundum D.

C Thom. 4. d. 14. q. 1. ¶ Cap. pœnit. de pœnit. d. 3. per totum.

Pœnitentia iuſta imponenda eſt pœnitenti, quod ſi minor imponatur falſam illam appellat d. Greg. relatus in cap. falſas de pœn. d. 5. quia pœnitentem fallere poteſt dum habet occaſionem credendi ſe per illam plene ſatisfacere. Quod ſi nulla imponatur, peccat mor. confeſſor. Abul. ſuper cap. 18. Matt. q. 49. Cõc. Conſtant. de ſatisfact. Adrian. 4. q. 2. de clauibus. Conc. Trid. dicit quod imponantur conuenientes. ¶ Manu. cap. 22. nume. 15. cap. 26. de iubil. Not. 32. numer. 25.

Pœnitentia iuſta illa eſt, quæ non eſt maior, nec minor, ſed merita queçũque exæquat. quæ ſolo Deo cognita eſt, quia ſolus nouit grauitatem peccati, vim contritionis, & partem, quam abſolutio ſacramentalis tollit. ¶ Manual. ca. 22. num. 16. de Iubil. not. 32. nu. 23.

Pœnitentia ſeptem annorum, pro vnoquoque peccato mort. a ſacris canonibus poſita imponitur, in quibus allegat Grat. ca. hoc ipſum 23. q. 2. ſed non aperit tex. qui hoc dicat licet ſint multæ gloſ. in d. cap. & in c. admonere 33. q. 2. & communis cum Hoſtien. in ſumma. de pœnit. & remiſſ. Anton. 3. p. tit. 17. ca. 10. Ego autem contrarium puto cum D. Thom. 4. diſt. 20. q. 2. Et ſententię Gregorianæ ſunt intelligendæ de foro exteriori, & pro grauiſſimis peccatis. Pœnitentiæ igitur iuſtæ quantitas relinquitur arbitrio confeſſoris. c. menſuram. de poen. & remiſſ. & c. tempora 26. q. 7. Non quod quæcunque ſit a tota poena purgatorij liberet, vt ſentit gl. d. ca. mẽſuram. & Ant. de Butr. c. 2. de empt. hoc enim falſum eſt, ſecundum Mag. & omnes in 4. d 29. Sed ad effectũ, v; animæ negocia, quo ad hũc mundum, & alterum mediocriter gerantur. ¶ Vbi ſupra.

Pœnitentia data, & accepta mutari poteſt, & diminui iuſta de cauſa, quia bona fide putat pœnitens illam ſe adimplere non poſſe, vt non ſine difficultate, aut periculo animæ, vel corporis. Et id facere poteſt etiam cõfeſſor alius qui ſit minor, quando pœnitens priorem adire non poteſt. gl. ſing. recep. ca. 26. qu. 7. etiam non iterata confeſſione eorum peccatorum modo ab illis abſoluere poſſit. ¶ Conſ. 6. de voto.

Pœnitentia impoſita minui poteſt ob multas cauſas. Quarum prima eſt impotentia adimplendi. Secunda, magnitudo contritionis. Tertia, ſenectus, A debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod iuſtam non implebit tempus Iubilęi, & aliarum Indulgentiarum. Sed cum ſacerdos valde minuit debet admonere pœnitentem, quam grauis eſſe imponenda. ¶ De poenit. diſt. 3. cap. ſatisfactio. Man. c. 22. num. 21.

Pœnitentia impoſita in dubio cenſetur eorum, ad quæ poenitens non tenetur: poſſunt tamen imponi opera alias debita contra Scotum, Palud. Maior. 4. d. 15. quod tenet Archiep. 3. p. ti. 4. ca. 20. ſibi refert Ægid. & Ricard. id tenuiſſe, quod & S. Tho. ſentit. ead. d. 15. q. 2. ar. 3. & latius diſt. 19. q. 2. ar. 1. B & Gabr. q. 1. pro quo vrget Cõc. Trid. c. 9. ſeſſ. 14. Et ratio eſt, quia omnis actus virtutis vno reſpectu ſit delectabilis, alio tamen reſpectu eſt pœnalis, vt poſt alios dicit Sotus. 4. diſt. 19. qu. 2. ar. 1. Et omne opus bonum etiam pure mentale eſt ſatisfactorium. ¶ Man. cap. 22. num. 24.

Pœnitentia circunamicta debitis circunſtantijs, quantuncunque ſit remiſſa, & breuiſſimo tempore etiam in inſtanti concepta ſatis eſt ad crimina diluenda quantum ad culpam, & commutandam pœnam æternam in temporalem. ¶ Com. cap. vide benignum. de poen. d. 1. num. 5.

Pœnitentia ſecunda tabula, dicitur C poſt naufragium non proprie, ſed metaphoricè iuxta Thom. recep. 3. p. qu. 84. ar. 6. Et ordinatur ad ſalutem hominis quaſi per accidẽs ſcilicet ex ſuppoſitione peccati, ideo poſt Baptiſmũ, Confir. & Euchar. tenet locum. Nec poteſt dici fundamentũ ſpiritualis ædificij ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quia reædificat poſt deſtructionem cauſatam ex peccato. ¶ Com. c. ſecunda num. 1. & 4. de poen. d. 1.

Pœnitentia triplex poteſt dari. Prima, pro pœnitente, qui nondum eſt baptiza-

ptieatus,& hęc eſt virtus. Secũdã,pro A exiſtente intra eccleſiam per baptiſmum, ſed non per meritum. Et hæc eſt peccatorum mortaliũ. Tertia,pro exiſtentẽ intra eccleſias etiam per meritũ, ſed obfuſcatum venialibus. ¶Com.ca. tres ſunt.Ibi.

Pęnitentia ante baptiſmum non parit hominem natum, ſed diſponit ad pariendum per baptiſmum. ¶Com. in gloſſ.eiuſdem.cap.tres.

Pœnitentiæ tempus vſque in finem vitæ durat, patet de latrone bono. de facto tamen dubium eſt, an ſaluetur, qui illam tantum protrahit, vt dubitat Auguſt.lib.de falſa pęnitentia. ¶Com. B c.1.de pœn.d.7.

Pœnitentiam, qui agit in fine vitæ non præſumitur damnari. quare eccleſia iubet, vt omnibus ſic pœnitentib. Sacerdocus concedatur. ¶Com. cap.2. ead.diſt.

Pœnitentia, vt excuſet in foro exteriori debet eſſe exterior,quo ad forum verum interius,ſufficit interior.¶Cõſ. 1.de cohab.cler.& mul.

Pœnitentia vero rarò contingit in fine, vt dicit Aug.relatus c.vlt.de pœ. diſt.7.§.quod quamuis.Et ratio prima eſt, quia cum pœnitentia ſit virtus, & requirat uoluntatis libertatem illa in C extremis, aut non habetur, aut impeditur. vide ver. Libertas. Secundo, quia cum debeant ad illam adeſſe omnes bonæ circunſtantiæ, raro tunc illæ habentur,& præcipuè circunſtantia finis,nã moriens timore pœnæ potius concutitur,quàm Dei ſumme dilecti amore. Tertiò eſt propter habitum intentum ad peccandum, quem habuit, & ideo habet ſimiliter habitum multum intẽſum retrahẽtem ad deteſtationem peccati,quare difficile poteſt habere talem deteſtationem. ¶Com.c.fi.§.quamuis, de pœn.d.7.

Pœnitentia in mortali facta ſatisfactoria eſt in foro militantis eccleſiæ, & triumphantis etiam, vt tenet Scot. 4.diſt.15.q.1. quem ſequitur Pariſ. & videtur ſenten tia tenenda, quia miſericordiam diuinam amplificat. Iac.2. Superexaltat miſericordia Iudicium. Cõtra tamen tenent Thom. Bonauen.Ricar.& alij in 4.diſt.16.quibus Duran. inclinat. & Caietan. approbat.de ſatiſfact.quæſt.1.tom.1.tract.6.¶Com.cap. 1. de pœnit.d.6.nu.45.

Pœnitentia duplex altera, quam pœnitens à Deo taxatam ſubire debet:Altera quam arbitrio Sacerdotis ab humano iure prouenientem accipit.¶De Iubilæ. Not.15.num.12.

Pęnitentia rogata à Confeſſore ſpe redimendi eam indulgentijs prodeſt ei, qui habet animum ſatisfaciendi, non autem ſi illud non habet, quod ſẽtit Adria.¶Ibid.Not.21.num.12.

Pœnitentia iniuncta non eſt neceſſario implenda, quando æquipollẽtem indulg.acquiſiuit,quia illa æquipollet ſatisfactioni pœnali.cap.cum ex eo.de pœn.& remiſſion.¶Not.31.nu.43.

Pœnitentia ad Indulgentiam quærendam, non ſolum dolorem ſummum peccatorum præteritorum, ſed etiam propoſitum euitandi futura continet. ¶Not.32.nu.40.& not.17.nu.9.

Pœnitentia tam iniuncta, quàm iniungenda poteſt condonari ab Epiſcopo per Indulg. quia Indulgentiæ actio non ſolum pœnam peccati tollit, ſed etiam medetur,cauetq. peccata. ¶Not. 5.num.4.

Pœnitentiam impoſitam à Confeſſario, poteſt Papa tollere, etiam ſine cauſa, dato quod ſit mala,ita quod pœnitens non tenetur eam implere, non propterea tamen ei condonatur pœna temporalis iure diuino debita. ¶De Iubilæ.Notabil.15.num.12.

Pœnitētia ſiue iniūgatur ante abſo lutionem, ſiue poſt, ſemper eſt eiuſdem valoris, quia quæ incontinenter fiunt ineſſe videntur. l. lecta. ff. de rebus cre dit. cap. præterea. de teſtib. cogend. Me lius eſt tamen illam imponere ante. ¶Com. c. 1. de pœnit. diſt. 6. nu. 35.

Pœnitentiam in mortis articulo cō ſtituto imponere vtile, ac ſalubre eſt. Primo, vt impleat ſi conualuerit. Secū do, vt ſaltem per amicos tunc impleri faciat, quod poteſt fieri. verbo Satisfa ctio. Tertio, vt illam per Indulgentias tollat, dum illam acceptam, aut ſi poſ ſet perficere proponat, vt ait & bene Caiet. ¶Com. ca. ſi quis. de pœniten. d. 7. num. 32.

Pœnitentia alicui impoſita tribus diebus trium hebdomadarum explen da ſi tempus poſitum eſt in fauorem il lius, id eſt, vt maiori commoditate, & minori labore id faciat, valet ſi fiat tri bus primis diebus. Si autem poſitum eſt tempus, vt dolor peccatorum diu turnius in eius memoria maneat, non ſatisfacit, niſi eo modo, quo ſibi conſti tuta eſt expleat. Ita ſi illi præfixa eſt an te Miſſam, debet illā perficere. Si autē poſt Miſſam, quia indicauit eū minus bene ante poſſe implere, valet ſi fiat e tiam ante Miſſam. ¶De ora. c. 3. nu. 23.

Pœnitentia perfecta non ſolum ſē ſualitatem, ſed etiam rationem inferio rem, & ſuperiorem, & alia membra ad illi parendum apta, debet cogere ad pa tiendum ea, quæ ſunt ad ueniam neceſ ſaria, quia debet includere omnia pec cata mortalia, etiam pure mentalia. ¶Com. cap. perfecta. de pœn. d. 1.

Pœnitere ſemper de peccato admiſ ſo, non eſt præcepti, quia id ſufficit ſe mel in anno, ſed eſt conſilij ſicut plera que alia. ¶Com. c. 1. de pœn. d. 5. §. ſem per, nu. 3.

Pœnitentia virtus eſt actus inclināſ A nos ad volendum vltionem noſtri pec cati Scot. 4. diſt. 14. ¶Man. c. 1. num. 2.

Pœnitentia perfecta non ſolum ſen ſualitatē, ſed etiam partem rationalem inferiorem, & ſuperiorem, imò, & alia membra quæ ſunt ad parendum ratio ni apta debet cogere ad patiendum, ea, quæ ſunt ad ueniam neceſſaria, quia debet includere omnia peccata etiam mentalia, & ea, quæ non attingit ſen ſualitas cap. omnis de pœn. & remiſſ. ac definit Conc. Trident. ſeſſ. 14. ca. 7. ¶Com. cap. Perfecta de pœn. d. 1. n. 2.

Pœnitentiam qui agit in ægritudi ne non præſumit ex animo, & amore B Dei pœnitere, ſed ficte, & horrore pœ næ tantum. ¶Com. ca. Idcirco de pœn. d. 7. nu. 1. Cuius tamen pœnitentia in dubio præſumenda eſt bona quo ad ef fectum ei ſacramenta adminiſtrandi, & ſepulturæ illius tradendi; niſi alias conſtet de illius indignitate. ¶Ibi. n. 3.

Pœnitentiæ affectus tres colliguntē ex c. Ecce de pœn. d. 1. Primus eſt libe ratio à morte animæ per remiſſionem peccati. Secundus apertio cœli per ab ſolutionem ſacerdotalem. Tertius eſt ſpes ſalutis, quam ſpecialiter pœnitētia tribuit dum tollit impedimentum ſalu tis, & peccatum. ¶Com. d. c. Ecce.

C Pœnitentiæ interioris fori ſunt ar bitrariæ cap. Menſuram de pœn. diſt. 1. ¶Com. c. Quem pœnitet. ead. diſt.

Pœnitentiam agere peccati ante vi tæ finem etiam ſi optimum fuerit con ſilium, attamen vt id faciamus nullo ca uet præcepto diuino. ¶Com. ca. ſi quis autem de pœn. d. 6. nu. 32.

## *Pœnitentiaria.*

POenitentiaria diſpenſationem, cū compoſitione dare non debet, quia tenetur expedire ubique gratis, vt in e ius facultatibus exprimitur, quod non faceret, ſi quid exigeret. ¶Conſil. 50, de

de ſponſal. numero tertio.

Facile diſpenſatur ſuper uoto in pec cati odio facto. ¶Conſil. 3. de Iureiur. num. ſexto.

De occultis tractat, & eius literæ in foro fori nihil proſunt. ¶Conſil. 4. de empt.

Pœnam temporariam alieni debitã non remittit. ¶conſi. 2. de cenſib. nu. 5.

## *Pœnitentiarius.*

POenitentiarius maior abſoluit, & diſpenſat in foro conſcientiæ tantum, etiam extra Sacram. confeſſionis. ¶Conſi. 29. de tempo. ord. num. 3.

Rationem prębendę non optat, quia nec ratione officij, neque ſi ſit inſtitutus cum ſpeciali præbenda optare poteſt. ¶conſi. 22. de præbend.

Poteſt abſoluere excommunicatos per monitorium in foro conſcientiæ. ¶Conſi. 5. de ſent. excomm. num. 3.

Super occultis tantum diſpenſat in foro conſcientiæ. ¶Conſi. 34. de ſponſ. num. 2.

Pęnitentiarius maior occulto preſbytericidæ publicam pœnitentiam im ponere non poteſt, neque filijs eius inhabilitare ad beneficia. ¶Conſi. 13. de pœniten. & remiſſ. num. 1.

## *Penſio.*

†. PEnſio eſt certa portio ex aliqua menſa, vel beneficio ex cauſa ad tempus non in perpetuum ſeparata, & pendet a proprietate beneficij, ex quo extrahitur. Card. in Clem. 1. de ſuppl. neglig. prælat. & allegat tex. in cap. fin. de pignor. & 16. quæſt. 1. cap. poſſeſſio nes. & 12. q. 11. cap. quicunque. Et procedit quatenus eſt commodum temporale nihil ſpiritualitatis habens. Quia ſi ſumeretur quatenus beneficium eccleſiaſticum, definiẽda eſſet, ſicut & illud. Gigaſ. lib. de penſion. quæſ. 1. nu. 1.

A Penſio, & ſi non ſit beneficium, eſt tamen quid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, quare non poteſt quis ſine nota ſimoniæ eam transferre, reſeruando neceſſaria vitæ, ſed excommun. non incurrit, & tranſlatio ſi fiat eſt nulla. ¶Conſi. 46. de præbend. conſ. 43. de ſimonia. nu. 9.

Penſio, quæ ſuper fructibus beneficij de more conſtituitur etiam cũ clauſula transferendi non eſt beneficium eccleſiaſticum ſecundum omnes contra And. Sicul. in ca. ad Audientiam ſecundo. de reſcript. per illius tex. & per cap. quamuis 1. de præben. lib. ſexto.

B ¶conſi. 43. de ſimonia. num. 9. conſ. 16. eod. tit. nu. 3.

Penſio ratione matrimonij perit, ſed non ratione vitæ laicalis. Gigas. q. 53. ¶ de oratione. cap. 21. nu. 53.

Penſio non eſt ſoluenda ei, qui ante diẽ ſolutionis a Papa ſtatuti moritur, quod obſeruat ſtatus curiæ. Et non ſunt verè alimenta penſiones, de quibus in tit. de alimentis. ¶de red. eccl. q. 2. Mon. 16. Sed cõtrarium practicatur nota ꝙ contrarium eſt in praxi, at dicunt quidam fuiſſe determinatum à quoddam ſummo Pontif. cuius tamen decretum non vidi.

C Penſio conſtituta ſuper beneficio eccleſiaſtico non poteſt pecunia redimi, neque conſtitui, quia eſt ius non tẽporarium, ſed ſpirituale, aut illi annexum dependenter, aut conſequenter in ſtar beneficij. Poteſt tamen gratis remitti, etiam ſine auctoritate conſtituẽtis, & ſimoniam committit, qui illam emit, vel uendit, licet non incurrat excom. ¶Man. c. 27. nu. 111.

Penſio conſtituitur Regulari dupliciter. Primò, à ſuo prælato in bonis Monaſterij aliqua iuſta cauſa.

Secundò, à Papa ſuper aliquo beneficio, uel alijs bonis eccleſiaſticis. ca. ni-

ſi.

ſi. de præb. & ibi Panorm. recept. per alios, quam & ſolus reuocare poteſt. Sed nullo horum modorum, quærit quicquam ſibi, quia incapax eſt acquiſitionis temporalium. Probabiliter autem dici poteſt, quod quærit penſioni, & poteſt tam illam, quam quæſita ex ipſa adminiſtrare, quia prædicta penſio eſt quiddam peculium, & Regularis habens tale quicquid acquirit ex eo, acquirit illi. ¶Com.4. de Reg.num. 68. & Com.2.nu. 12.

Penſio laico aſſignata à Papa ob ſubſtentationem ſui ſtatus, non eſt contra ius diuinum, quia Papa poteſt applicare bona beneficij illis operibus pijs, quibus poteſt, & beneficiarius ſi fiat de eius conſenſu. Et poteſt applicare etiam coniugatis. ¶Man.ca.25.n.119.

Penſio cui quis per ſe conſentit, ſtatim tenetur, ſecus ſi per alium ſuum procuratorē, iuxta ſtylum curiæ, quia tunc eſt neceſſaria intimatio cenſuræ. ¶Cap.27. nu.274.

Penſio ſolui debet ab eo, qui ſe obligauit, quia res cum ſuo onere tranſit. cap.ex literis.de pignor. Et ſi eſt ſuper diſtributionibus non debetur ab eis, quibus illæ accreſcunt, quia illi non ligantur à Bull.Papæ.¶conſ.49.de ſimo.

Penſio fructuum expreſſorum cauſa taxationis ſi percipi non potuerunt, non debetur.Pau.Caſtr.conſi.338.Fel. ad audientiam 2.de reſcrip.¶Ibi.

Penſio iuſte percipi poteſt ab eo, qui beneficij poſſeſſionem nōdum accepit, quādo ſic in Bulla cauetur ex beneficiarij conſenſu. Et penſio habita, uel non habita poſſeſſionem eſt iuſte impoſita. ¶Conſi.51.de ſimonia.

Penſio reſeruata laico ſuper commēda à Magno Magiſtro eſt nulla. ¶Miſcel.45.de orat.conſ.56.de ſim.& multis locis.

Penſionis tranſlatio coram perſona

A dignitatem non habente eſt nulla. Et ſi non datur in titulum non eſt beneficium. Et poteſt ſub conditione transferri, & qui illius tranſlationi præſentiam ſuam adhibet tenetur ſcire voluntatem eius, nec damnum quod ex illius nullitate peruenit reſtituere tenetur. Conſi.45. de præb.

Penſiones antiquas, & decurſas ſoluere impedienti expeditionem literarum ſimonia eſt, quia non licet dare aliquid temporale pro iure ſpirituali quærendo, neque pro quæſito, nōdum poſſeſſo conſeruando.gloſ.ca.decimas. 16.qu.7. Panorm.cap. cum dilectus de

B ſimonia. ¶Conſi.17.de ſimonia. Simonia etiam eſt promittere illam literis non expeditis. Conſi. 19.

Penſionem, qui non ſoluit in termino non cenſetur excommunicatus, niſi declaretur à penſionario. uerb.excommunic.

## *Penſionarius.*

Penſionarius per re poteſt penſiones decurſas, & non ſolutas ſecundum ſtylum curiæ à nouo poſſeſſore beneficij. Et ſi nihil recipit, nec forſan recipiet. Domin. & Franc.in c.præſenti.de off. ord. lib.6. Caccialup.qu.2.de

C penſ. Gigaſ.eo.tit.qu.9.¶Conſi.49.de præb. nu.5.

Penſionarius clericus tenetur uiuere clericaliter, ſed & ſi clericaliter nō uiuat, mōdo recitet horas B. Virgin.nō tenetur ad penſiones reſtituendas, valet enim de illo, & de beneficiario. ¶Conſi.35.eo. tit. & Miſc. 45. de orat. contra Sot.

Si ſciat valorem fructuum eſſe minorem, quā expreſſum faciat, tenetur ex aliquo penſionem minuere. ¶Conſ. 50. eod. tit.

Solo lapſu termini non excommunicatur, præcipuè ſi credit, vel credere poteſt

teſt ſe excuſatum ſuper impotentiam, aut bonitatem eius cui debet. ¶ Manu. cap.23.nu.104.verb. Excommunic.

Penſionarius debet eſſe legitimus ſecũdum ſtylum curiæ, & Conſtit. Pij Quinti obligatur ad recitandum horas B. Virgin. ¶ Conſi.54.eo tit.

Penſionarius matrimonium contrahens amittit portionem. ¶ De orat.ca. 21. num.23.

Pẽſionarius, quicquid habet ſuper flui de pẽſione, præter id, quod ſuæ decentiæ cõuenit, tenetur expendere in pauperes, quia ea ſtrã ſeunt cũ ſuis onenibus c. ex literis. de pigno. Et conceſſio penſionis plus efficere non debet, quàm vellet ille, qui concedit eas. Et per multa alia adducta. ¶ De redimen. eccle. q.1. Mon.32. nu.2. De ſpol. cler. §.8. num.8.

## *Percuſſio.*

PErcuſſio Enormis dicitur, qua quis interficitur ſcinditur membrum, mutilus, aut quaſi mutilus redditur, quę fit cũ multa ſanguinis effuſione præterquàm è naribus. Item ſi fiat in Epiſcopum, Abbatem, quæ fit cum magno populi ſcandalo. Innoc.3. cap. cum illorum. de ſent. excomm. Et de hac vltima circunſtantia intelligẽda venit ſententia. glo. in eodem cap. Verbo Mutilationem. Et Silu. Verb. Abſolutio. 4. de ea, quæ infertur cum exceſſu notorio, aut in foro, audientia publica.

Mediocris eſt, quæ medium locum tenet inter enormen, & leuem, de qua, quia certa regula dari nõ poteſt, ideo arbitrio Epiſcopi relinquitur, vel Cõfeſſoris, qui habet facultatẽ Epiſcopi. iuxta Hoſtienſ. recep. ab omnibus.

Leuis illa dicitur à qua poſſet abſoluere Epiſcopus, & quæ fit declaratur in extrauag. quæ incipit perlectis, A de qua Hoſtien. in c. Romana. de ſent. excommu. vt ſi fiat pugno, palma manus, pede digito, baculo etiam, aut lapide, dum nullam ſuggillationem, aut maculam poſt ſe reliquit. De his tamẽ iudicandũ eſt facta diligenti obſeruatione circunſtantiarum loci, tẽporis, perſonæ, &c. ¶ Man.c.27.nu.91. & 92.

Percuſſio per quam nulla fit mutilatio, neque occiſio, non inducit irregularitatem, neque id facit percuſſio non prohibita, ſiue non impedita, etiã ſecuta morte, vel mutilatione ab eo, qui poterat impedire. arg. c. cum quis. de ſent. excommu. lib. 6. qui probat B percuſſionem clerici alieno nomine factam ratificans non excommunicari, quia nemo poteſt ratificare, quod ſuo nomine non eſt geſtum. ¶ Conſil.19. de Homic. num.3.

Percutiens miniſtrum Iuſtitię, dũ eſt damnatus ad mortem peccat, quia quoties vis eſt iuſta, reſiſtẽtia eſt iniuſta. gl. l. vim. ff. de iuſt. & iur. Scot. receptus cõmuniter. 4.d. 15.q.3. ¶ Man. ca.15.nu.8.

Percutiens mulierem grauidam, cũ probabili periculo aborſus peccat mortaliter. ¶ Ibid. num.14.

Percutiens aliquem iuſte ſi non oc C cidit, etiã ſi ille ſine ſua culpa ab alijs occidatur, non eſt irregularis, c. ſignificaſti, el ſecundo. de Homicid. Neque ſi ille erat leuiter percuſſus, & moritur cauſa medici, aut illorũ, qui illius curam gerunt. Secus ſi iniuſte percuſſerat, quia & ſi percuſſio illa nõ fit mortifera eſt, tamen cauſa, quod ad mortẽ proueniat. ¶ Manual. cap.27. nu. 223.

Percutiens ferro tricipiti aliquem, triaque illi vulnera impingens, tripliciter peccat. de pœ. d.5. ca. conſideret. in prin. num.3.

Percuſſio clerici facta ſuadent Diabolo. i. iniurioſe reum peccato mortali

li per manus violentas inducit excom. ¶ Manu.cap.27.à nu.76.vide verſ. Manuſ. Et nõ ſufficit conatus ad percutiẽdum niſi ſequatur percuſſio verſic.conatus. Quãdo nõ inducat verſ.cleric⁹.

## *Peregrinus.*

† PEregrinus primo dictus eſt large, qui à loco ſui domicilij proficiſcitur. l. Ciues. D. de incol. propriè verò, qui cauſa deuotionis alio proficiſcitur Sanctorum limina, & oratoria uiſitans. cap. ſi quis tempeſtas. 24. q. 3. Silueſt. Verbo Peregrinus. in princ.

Peregrinus largo modo dicitur in extrauag. vnigenitus, forenſis, qui Romam venit alia cauſa, quàm peregrinationis. cap. 1. & cap. inter quatuor, & toto tit. de peregri. Sed propriè in extrauan. Greg. 13. pro Iubileo, ille qui anno Sancto Romam pergit deuotionis gratia, & quærendi Iubileum, non intendens ibi figere domicilium. ¶ de Iub. not. 32. nu. 44.

Peregrinus nullibi quærit domicilium habitationis. ¶ conſi. 1. de paroc. §. iſte clericus.

Peregrinus volẽs peregrinari à ſuo ſuperiore, debet facultatem impetrare quærendi indulg. cap. quod autem. de pœ. d. & ſufficit ſi illam petat a parocho ſecundum Inno. & gl. communiter recep. d. ca. quod autem. ¶ De Iub. Not. 3. num. 15.

Poteſt Confeſſorem eligere, quando. verbo Confeſſor.

Peregrinus magis, quam alius uiator, ſi cũm facultate peregrinatur, poteſt recipere eccleſiaſtica ſacramenta, ſecundum Palu. & Archiepiſc. & de his intelligitur extrau. Eugẽ. 4. ¶ Com. c. placuit. de pœ. d. 6. nu. 67.

Peregrinus adire non poteſt Hieruſalẽm ſine licentia Papæ, ſub pœna excomm. vt refert Archiep. & Silueſt. ¶ Manu. c. 27. nu. 110. De Indul. Not. 30. num. 2.

Peregrinus ſi voluntarie peregrinatur ieiunio nõ excuſatur, niſi ſua authoritate aliorum deuotionem auget peregrinando, aut peregrinatio ob ardorem deuotionis ſalubrior illi ſit, & non põt ieiunando peregrinari. Caiet. 2. 2. q. 147. ar. 3. ¶ Manu. cap. 21. nu. 18.

† Peregrinus clericus dicitur large, qui non eſt de Epiſcopatu ordinantis Silueſt. vbi ſupra.

Peregrinus clericus non eſt permittendus celebrare etiamſi habeat litteras teſtimoniales niſi habitu, & tonſura requiſita. ¶ De orat. cap. 18. nu. 96.

Peregrinus clericus faciens fidem iuſtam de ſua ordinatione poteſt admitti ad celebrandum. ca. 1. de cleric. peregr. Tria autem illi requiruntur, vt permittatur ei celebrare. Primo, quòd ſit ordinatus. Secundo, quòd ſciat artẽ miſſandi. Tertio, quòd non ſit prohibitus pro aliquam cenſuram. c. ſi celebrat. de cler. excomm. min. Si publicè celebrat de iure nullam pœnam incurrit, niſi aliqua ſit Epiſcopalis appoſita. Secrete autem poteſt ad celebrandum admitti ſine dimiſſoria. capitul. tuæ de cler. peregr. ¶ Conſi. 5. de celeb. miſ. per totum. Manu. cap. 27. nu. 153.

## *Perfectio.*

PErfectio Chriſtiana abſque paupertate poteſt haberi, quia S. Patriarchæ, & multi alij veteris teſtamẽti fuerunt perfecti ſine illa. Paulus itẽ primus heremita, qui teſtamentum fecit. c. perlatum 15. quæſt. 3. Nicolaus, & alij Sancti, qui ante Epiſcopatuum conſequutionem non fuerũt religioſi, perfecti fuerunt nulla tali facta profeſſione. Et illa appellatur perfectio charitatis, quæ differt tamen à perfectione Religioſorum, quę cum paupertate vo-

voluntaria coniuncta eſt, & ſine illa ſtare nō poteſt.¶Com.1.de reg.nu.26.

Perfectio chriſtiana conſiſtit ſubſtā tialiter in charitate in alijs autē virtutibus accidentaliter vt probat.ca.Charitas eſt.2.de pœn.diſt.2.Thom.2.2.q. 184.art.1.opuſ.18.ar.1.eſt aut triplex. prima qua totum cor hominis actualiter ſemper fertur in Deum & hæc eſt charitas Paluæ. Secunda qua quis fertur in Deum ſemper niſi quarum præſentis vitæ neceſſitas requirit quibus peccatis in via non eſt communis omnibus habentibus charitatem. Tertia qua quis habitualiter totum cor ſuum ponit in Deo ita q nihil cogitet, & velis quod diuinæ dilectioni ſic contrarium ſine qua nemo poteſt eſſe bonus, & cum eo omnis eſt, talis quia excludit peccatum mortal, & excluditur ab eo.cap.cum renuntiatur 32.qu.1.Tho. 2.2.qu.24.ar.12.¶Com.1.Regul.nu.9.

## *Periculum.*

PEriculo peccandi, qui ſe exponit, vt qui dubitat an aliquid ſit mortale, peccat mortaliter Bona. 4. d. 8. Caie.¶ Man.prælud.9.num.9.cap.14. nu.26.cap.15.nu. 8. De Indulg. Not. 34. nu. 5. cap. Inter verba. concluſ.1. num.19.concluſio.6.num.6. De pœn. diſtinct. 5. capitul. qualitas. numero 18.diſtinct. 7. capitul. ſi quis. num.4. Et id intelligēdū eſt de periculo oblato in particulari non autem in vniuerſali eſt in genere vt eſponitur d. capit. Qualitas nu.19.¶Com.cap.inter uerba.concluſ.6.num.437.

Periculi ſubiectio eſt iuſta cauſa accipiendi aliquid vltra id, quod datur. l.1.C.de nautico fœnore.c.fi.de vſur. tradit Dec. conſil. 123.¶ conſi.1.de dona.nu.1.

Periculum rei locatæ pertinet ad locatorem, non autem ad conductorem, A qui non eſt dominus rei, probatur per locum à ſpeciali.l.ſed & ſi.§. quæſitū. ff.ſi quā cautio.& c.1. de accomod.ca. 1.de depoſ.¶ conſ. 24. de vſu.Man.c. 17.num.179.

Periculum perdendi facit conuentum alioquin iniuſtum, iuſtū cenſeri. c.in ciuitate,& c.fin.de vſur.¶ Conſi. 23.de vſur.num.2.

Periculum perdendi precium non facit vt merces carius vendi poſſint. ¶ Conſi.32.vbi ſup.& Man.ca.17.nu. 206.& 210.

Periculum mortis, idem eſt cum articulo mortis, quo ad iura facientia B facultatem abſoluēdi in eis, vt ſatis probat cap. eos. de ſent. excomm. lib. 6. ¶ Manu.cap.27. num. 272. de indulg. not.3.nu.3.Moſel.18.nu.3.

Periculum ſi non ſit in particulari, ſed in genere non obligat ad mortale illum, qui ſe exponit. ¶ Com.ca. inter verba.concluſ.6. num.437.

## *Permiſſio.*

PErmiſſio duplex eſt, vna immunitatis, altera approbationis. Ioan. Andr. in Mercurial. cap.peccatum, de reg. iur. Et multa ſecundum primum permittuntur, non autem iuxta ſecun C dum cap.denique 4.diſtinct.cap.meretrices.34.q.4.¶De redi.eccl,q.1.Mon. 54.nu.2. & q.3. Mon. 3. nu. 5.de ſpo. cle.§.8.nu.8.§.2.nu.4.

Permiſſio peccati nulla eſt licita cū participatione lucri præcedētis. Caie. 2.2.quæſt.10.ar.2.¶Man.c.17.nu.295.

Permiſſio alicuius peccati, vt correctio, deinde illi facta magis ſit fructuoſa, licita eſt.¶Man.cap. 24.numero 13. & permittere vt quis in malus peccatū cadat ut correctus melius de ambobus emendetur meritum eſt. Eſt enim id non facere, ſed permittere malum ob malus bonū q̄d licet & quotidie facit bonitas

bonitas diuina can. nec meritum 26. q. 5. Sotus. de Rat. teg. m. 2. qu. 2. ¶ Com. cap. inter verba concluſione 6. nu. 629.

## Permutatio.

† PErmutatio, quę vulgo dicitur Barato, vel Cambio: Eſt vnius rei pro alia vicaria præſtatio, aut vicaria mutatione præſtatio. Quod quidã dicunt fieri, non ſolum in genere, vt ſit, quod commune cõtractibus nominatis, & innominatis, non autem in ſpecie. Contra tamen, & verius tenent glo. & Bald. l. lex naturalis. §. 1. ff. de præſcrip. vt cum datur ſpecies certa, pro ſpecie certa, putà liber pro equo. Silu. verb. permutatio, in prin.

Permutationes non fuerunt inuentæ ad locupletandum permutatores. ſed vt via inſtitueretur expeditior negociorum, qua maior, & vilior eſſet mercium copia. ¶ De camb. num. 39.

Permutatio beneficiorum, auctoritate Epiſcopi fieri poteſt. cap. quæſitũ. de rerum permut. ca. 1. eodem tit. libr. 6. Similiter, & permutatio poſſeſſionis vnius eccleſię, cum altera alterius. cap. ad quæſtiones. eo. ti. ¶ conſ. 2. de reb. eccl. non alie. nu. 2.

Permutatio beneficiorum, & venditio fructuum alterius, ſimul fieri nequeunt, quia tunc adeſt pactio dandi ſpirituale pro corporali. diuerſo autẽ tempore fieri poſſunt, quia poſſunt interuenire duo facta licita diuiſim, alterum de permittendo auctoritate Papæ, alterum de vendendo fructus auctoritate propria, quod licet. ¶ conſi. 4. de ſimonia.

Permutatio beneficij, etiam quo ad titulum, ſi fiat abſque Superioris auctoritate eſt ſimoniaca. ca. quæſitum. de rer. permut. non autem cum illa, quia à iure illa permittitur. cap. cum olim. eodem titu. Idem dicendum de

A illo, qui renuncians beneficium maioris valoris, reddit pecuniam, vel annuam penſionẽ alteri permutanti adæquandum illam. ¶ Manual. capitul. 23. numer. 100.

Permutatione vera ſuæ pecuniæ, qui deſinit lucrari, quo eam indigenti det, lucrari poteſt, quod deperdit de lucro, quod cũ alio feciſſet. ¶ Caietan. de cambijs. cap. primo. quia id eſt ſuũ intereſſe exigere. ¶ Com. de cambijs, numer. 26. & 56.

## Perſonatus.

B PErſonatus prouinciæ Terraconenſis, non videntur beneficia ſpiritualia, quia non ſunt perpetui, nec conferũtur à Superioribus Eccleſiaſticis. Neque ſunt ſæcularia, nec regularia, nec permutantur cum beneficijs eccleſiaſticis, etiamſi poſſent. At contrariũ eſt dicendum, quia conſuetudo immemorabilis ſpiritualia, ea facit. Et dicuntur perſonalia eo, quod non ſunt perpetua, ſed finiuntur, & finitis aliquot perſonis eccleſiaſticis. Poſſunt inſtitui intentione quęrẽdi beneficiũ. ¶ conſi. 43. de ſimonia.

## Pertinacia.

C PErtinacia vitium eſt ad inordinate oſtentandum iudicium inclinans. Et eſt filia inanis gloriæ. ¶ Man. ca. 23. num. 11. Et eſt mortale, quando quis inordinate ſuam opinionem defendit, in his, quæ ad fidem catholicam, & mores bonos pertinent contra communem ſenſum Doctorum eccleſiaſticorum, vel in damnum iniuſtum proximo notabile. alias eſt veniale, præſertim quãdo continet ſe intra metas intellectus credendo, & operando. Caietan. in ſumma verbo pertinacia. ¶ Manu. cap. 23. num. 32.

Per-

## Pertinax.

PErtinax ille appellatur, qui credit animo non diſcedendi à ſua perſuaſione, etiam monitus ab eccleſia, vt contrarium teneat. argum. glo. fin. clement. 1. §. porrò. de ſumm. trin. Et quia credit aliquid, quod ſcit eſſe contra fidem, vel contra catholicæ eccleſiæ definitionem, licet affirmet ſe eſſe paratum ad corrigendum ſeipſum. Caie. 2. 2. q. 2. ar. 4. ¶ Man. c. 2. nu. 22. de Iudic. Not. 3. nu. 41.

## Peſtis.

PEſtis tempore iurare verũ ad portas ciuitatis, ſed doloſe contra intentionem interrogantium peccatũ eſt, vt ait Silue. verbo Iuramentum. 3. quęſt. 2. Amphibologice verò iurando non. ¶ Manu. cap. 12. num. 119.

Peſte infecto tenetur parochus, & prçlatus etiam cum ſuæ vitæ periculo ſacraméta adminiſtrare. Secus de illo, qui non eſt parochus, aut prælatus, niſi taliter infectus verſaretur in extremo vitæ ſpiritualis periculo, quia tunc, & iſte teneretur, cum teneatur præferre animam proximi ſuo corpori, vt probat vterque Tho. 2. 2. quæſt. 26. art. 5. ad 3. & quęſt. 32. artic. 5. & 6. ¶ Manual. cap. 24. num. 10. & cap. 25. nume. 133.

## Petitio.

PEtere viginti pro re valente decẽ cum ſciat illam non plus valere, peccatum eſt mortal. immo, & accipere à ſponte. dante. de pœn. diſt. 5. cap. qualitas. nu. 30.

Petit ſemper, qui bene ſemper ſeruit, ſicut ſemper orat, qui bene ſemper agit. ¶ De orat. c. 1. nu. 9. c. 3. num. 7.

Petere vetitum ſeu permiſſum à Iudice aliud eſt & petere à parte. l. 122. A C. de in ius voc. ¶ Com. 2. de Regul. num. 61.

## Piaculum.

PIaculum licet alibi ſignificet opus pium, ſiue ſatisfactionem piam qua expiatur peccatum eneid. 6. ea prima piacula tanto, attamen in c. ſi quis necandi de pœn. diſt. 1. ſignificat ſcelus, & crimen grande ſanguinis effuſione, vel aliqua ſatisfactione magna expiandum. iuxta illud. Eneid. 6. Diſtulit inſetam commiſſa piacula mortem vbi ſer. dicere piacula eſſe crimi- B na, propter quæ expiatio debetur qđ ſentit. Archid. & Card. in illo capit. ¶ Com. d. c. nu. 1.

## Pietas.

PIetas virtus eſt, quæ impellit homines ad colendum parentes, cognatos, patriam, & amicos tamquam principia quædam ſecundaria, quibus ſubſiſtimus, & conſeruamur, & à miſericordia differt, quia Pietas eſt annexa iuſtitiæ, & impellit ad reuerentiam præſtandam perſonis prædictis. 22. q. 101. art. 1. Illa vero impellit etiã ſecundario parentes ad honorandum C proprios filios, et maritum vxorem ad mutuo ſe diligendum. ¶ Manual. capit. 14. numer. 1. Quandoque tamen vna pro alia ſumitur.

Pietas proprie accepta non conuenit Deo, improprié vero pro miſericordia accepta illi conuenit. ¶ Com. cap. quia diuinitas. de pœn. d. 1. Similiter ipſa pietas impropriè prius conuenit Deo, quàm iuſtitia, quia tribuitur bonitati diuinæ, quæ præcedit iuſtitiam. ¶ Ibi. num. 9.

## Pignus.

† PIgnus à pugno dictum propriè eſt circa rem mobilem quaſi dę

de pugno.i.manu ad pugnum traditū. A
ff.de uerb.ſignif.l.plebs.§.pignus.generaliter tamen, & large loquendo ſecundum Hoſti. pignus eſt obligatio rei licite pro debito facta ad ſecuritatem creditoris,quia tutius eſt pignori incumbere, quam agere in perſonam. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. furti. Silueſtr. Verbo,pignus.in principio.

Pignus,qui dolo,aut lata culpa perire permittit,aut conſentit,aut notabiliter dānificari, niſi damnum reſarciat peccat,& reſtituere tenetur.gl.in l.ſi creditor.C.de pigno. ¶ Man. c.17. num.204.

Pignus cum pacto quocunque modo periret, debitori periret. glo. iræ. Inſt.quib.mo. contrah. oblig. ¶ Ibid. numero 105.

Pignus vendere nō licet, niſi prius creditor id notificet debitori.l.ſi cōuenerint.ff.de pign. act. Ang. verbo pignus.§.7.Et licet de pignore non vendendo pactum ſit, tamen trina monitione facta,valuat illud vendi poteſt, modo triduum ſaltem occurrat inter monitiones. Nulla facta mentione de vendendo vnica denunciatio ſufficit, quo tranſactis duob.annis propria au
ctoritate vendere poſſit.l.ſi. C.de iure C
don. impetr. Silu. ver. pignus. §.10. ¶ vbi ſup.

Pignus poteſt alteri pignorari non ſoluente debitore ad tempus præfinitum.l.1.C.de pigno. Et impenſas iuſte factas repetere.l.ſeruus.ff.de pign.act. Fructus tamen perceptos tenetur computare in ſorte. Anto.2.p.tit.1.ca.25. §.3.¶ Ibi.nu.206.207.

Pignus ab vſurario emptum reſtituendum eſt.Scot.4.diſt.15. quia nec vſurarius quærit dominium.Et hoc ſequitur,quando amiſſum eſt ob non ſolutas uſuras.¶ Manu. c.17. num. 165.

Pignore, qui vtitur cum notabili damno debitoris abſque eius uoluntate expreſſa,vel tacita,& nullam habēs cauſam veriſimiliter credendi dominum id æquo animo laturum peccat, & eſt furtum.leg.ſi pignore. ff. de fur. Panor.c.1. de depoſ. Si vero cum eius volūtate utatur vſura eſt. niſi ſit uſus, qui gratis inter amicos concedi ſolet, vt libr...2.q.78. ar. 1. ad 6. ¶ Ibidem nume.204.

Pignoris ius non cadit in perſonā, rem ipſam pignori tradentem, ſed in rem ipſam, vt ad quæcunque perueniat cum tali onere tranſeat.ar.cap.ex
B literis.de pigno.¶ Com.ca. Sacerdos. de pœ.d.6.nu.46.

## Pirata.

PIrata appellatur ille,qui prædatur in mari.Hi ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ. ¶ Man.cap. 27.nu.59.Idem dicendum de piratarū galeas,ſeu naues gubernāte. ¶ Ibi. & de Iudæ.not.2.nu.2.

## Piſcatio.

PIſcatio facta die feſto generaliter illicita eſt, non autem ſi fiat de certo genere piſcium,qui tantum certis diebus adueniunt, vel uiſuntur,& illico diſcedunt niſi capiantur,ut dicit Caieta.2.2.q.122.debent attamen piſcatores aliquam eleemoſinam erogare in eccleſias viciniores,aut in pauperes,iux.c.licet,de ferijs.cum ei adnot. per Panor.& alios.Ange.verb. Feriæ. §.34.¶ Manu.cap.13.nu.9.

Piſcatorum ſocietas cum tanto lucro,quantum illis obueniat, vſura eſt. ¶ Cap.17.nu.281.

## Pollutio.

POllutio, quæ eſt peccatum molliciei,& de genere eorū, quæ ſunt contra

contra naturam, ſi procuretur, & eueniat turpibus cogitationibus, tactib⁹, aut oſculis impudicib. in ſe vel cũ alijs, aut nõ procurata ſi placeat, inducit mortale peccatũ cõtra præceptum, Non Mœchaberis. ¶Man. cap. 16. nu. 6.

Si accidat contra voluntatem, vt in dormiendo, vel uiolento alterius tactu ei, qui non conſentit, non eſt peccatũ. Et ſimiliter in eo, qui cogitat turpia, ad prędicandum, vel legendum diſputandum, vel confeſſiones audiendum, aut cum fœmina loquitur ſi proueniat contra uoluntatem, & non placeat, nõ peccat, quia non tenetur dimittere actum, ex quo illa ſequitur. Tho. 3. p. q. 80. anto. 2. p. tit. 6. c. 5. Turrecrem. in cap. teſtamentum. d. 6. Caie. Tho. 1. op. 14. & op. 3. q. 16.

A B Pollucio deſiderata in ſomnis ad leuandum naturam nulla data illi cauſa non inducit peccatum. Caiet. 2. 2. qu. 154. ar. 5. Silueſt. Anto. vbi ſupra, quia tale deſiderium pollutionis cauſa non eſt, neque talis pollucio adęquatur peccato, quo ad hoc. Thom. 4. d. 19. q. 1. & Palu. q. 3. dicunt, quod pollucione prę terita complacere ob ſanctum finem non eſt peccatum. Quod ſi qui contrarium tenent intelligendi ſunt de complacentia, & deſiderio, quod pollucionis poteſt eſſe cauſa, uel procuratio. ¶Vbi ſup.

C Pollucio dormientis licet in ſua cauſa poſſit eſſe peccatnm, non tamen eſt peccatum ſecundum ſe. iux. gl. recep. in d. c. teſtamentum, & Tho. 2. 2. qu. 154. ar. 5. Maior. 4. d. 19. qu. 2. quia non eſt voluntaria, & quia nemo dum dormit poteſt bene, vel male mereri, aut peccare mortaliter, vel venialiter, niſi exequendo peccatum. Caiet. tom. 1. opuſ. 14. q. 1. ¶Ibi. nu. 8.

Pollucio in ſomnis incepta, & finita poſt experrectionem, non eſt peccatam modo ſuperior voluntas deliberatè in illa non conſentiat, licet ſenſualitas ea delectetur. iuxta communem in 4. d. 9. Turrecrem. cap. ſed penſandũ diſt. 6. Neque in ſemidormiente ſi accidat, modo non accedat conſenſus deliberatus. ¶Ibi.

Pollucio prterita ſi placet, vel futura ſi deſideratur ad tentationes ſedandas, modo non procuretur, non eſt peccatum. Caiet. 2. 2. qu. 154. Anton. vbi ſup. Silu. & alij. etiam ſi accidat aliquid vnde putetur eam euenturam modo non faciat in hunc finem. Anto. & Silu. facit c. de occidendis. 24. qu. 5. & l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. cred. ¶Vbi ſup.

Pollucionem poteſt deſiderare medicus in infirmo ob ſalutem eius ſine peccato infirmi, modo illam non procuret. ¶Vbi ſup.

Pollucionem illicitam, qui habuit contritus, & confeſſus legitime, etſi ſecundum aliquos prohibeatur intra diẽ naturalem, communicare, aut celebrare, nullus tamen eſt tex. aut ratio ad id neceſſaria, ideo contrarium eſt tenendum cum Palu. 4. d. 9. & Silueſt. Verb. Euchariſtia. 9. q. 10. Et magis poteſt qui nullam illi cauſam dedit, et magis, qui ex officio, & neceſſitate celebrat Tho. & communis. 4. diſt. 9. p. q. 80. ar. 7. ¶ Manual. cap. 11 nume. 51.

Pollucionem procurando qui inducit ſibi ſucceſſiue in memoriam diſtinctas perſonas puta virginem, viduam, Nuptam, vt magis delectetur, tot peccata committit, quia virtualiter cum omnibus illis commiſcetur. ¶Manua. cap. 6. num. 18.

† Pollucio, quo ad eccleſiam occurrit ſi in illa quis ſemen ad ſanguinem effundat,

Pollucio Eccleſiæ in ſex caſibus cõtingit: primo, quando intra eam ſan-

guis humanus effunditur.c. propoſuiſ de conſe.eccle.c.eccleſijs.68. d. Et ſequitur etiam de nondum conſecrata.c. ſi.de conſec. eccl. Et requiritur effuſio magna.cap.reuertimini. 16.q. 1.gloſſ. ſing.c.cum illorum. de ſent. excom.& debet eſſe effuſio iniurioſa,quia ſi caſū fit non ſufficit,aut ludo,ſeu ioco,ſi ille eſt licitus,& licite factus.argum. cap. continebantur, de Homic. Neque ſufficit ſi fiat ad iuſtam defenſionem; Panorm.in d.ca. propoſuiſti.Neque ſi ſanguis in ea effundatur,quando vulnus extra infixum fuit. gl.in d.c.communiter recep. Sicut neque contra ſi ſanguis ſuſcipiatur in fiala ne effundatur, aut percuſſus extra egrediatur, & ſanguis effundatur. Neque ſufficit, ut feratur ſententia condemnatoria in illa, modo executio extra fiat. Sufficit etiam ſuffocatio, aut interficere ſine ſanguinis effuſione.gl.in d.ca. propoſuiſti.facit l.qua actione.§.1.ff.ad leg. Aquil.Sufficit mors,aut effuſio ſanguinis, ob fidem Catholicam Archi. & gl.recepta.in c.1.delic.puer.Et ſi pollucio eſt occulta nullo modo impedit celebrationem in eccleſia.gl.recep.ca. 1.de conſec.eccl.lib. 6. Sed tunc incipit impedire cum ſit manifeſta.¶Man. cap.27.num.256.

Pollucio Eccleſiæ ſecundo fit per uoluntariam ſeminis humani effuſionem.gloſſ.in d.cap.1. verbo humanū, ſiue ſit viri, ſiue mulieris fidelis, vel infidelis,& quod effundatur iuxta,cōtra, aut extra curſum naturalē. textus cap.eccleſijs. de conſecrat.diſtinctio. 1. & per copulam coniugalem. gloſſ. dicto capitul.primo.¶Ibidem nu.257.

Pollucio Eccl.Tertio fit,quando in ea aliquis excommunicatus ſepelitur, c.conſuluiſti, de conſecr. eccleſ. vel altar.¶ Ibid.

Quarto,quando in illa aliquis infi-
A delis ſepelitur. cap. eccl. de conſ. d. 1. Quintò ſi conſecretur per Epiſcopum publicè excommunicatum. glo.d.cap. conſuluiſti. etiamſi benedicatur tantum. Sextò, quando omnes eius parietes renouantur.gl.c.lignis,de conſecr. eccleſ. Et intelligitur, quando omnes, vel maior pars deijciuntur,quod raro fit. Et ſi eccleſia polluatur pollutum eſt cæmeterium,non autem contra accidit, de conſecr. eccleſ. colum. ult. ¶ Ibid.nu.258.

B

## *Poſſeſſio.*

† POſſeſſio materialiter ſumitur pro re poſſeſſa: formaliter aūt, ac proprie, ſecundū Hoſt. in ſumm.& Azo.C.de acqui.& retin.poſſ. Eſt corporalis rei detentio corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente, vel eſt ius,quo qui rē corporalem verè in poteſtatem hēt.Et dicitur poſſeſſio, quaſi pedum ſeſſio, & acquiritur corporali ſigno. Et ſine iure non eſt talis ſed iniuſta.Et ſufficit, quod ius ſit verum, uel præſumptum. Et fit de iure tantūm,de facto tātum, & de utroque modo.c.cū noſtris,de cōceſ.preb.Silu.

C Poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri iux. Barto. in l. ſi quis §.differentia ff. de acquiren.poſſ. Et differt ab inſiſtentia, & detinentia facti quæ eſt non ius ſed ſolum *factum* iuxta.l. Stipulatio iſta §. hæc quoque ff. De verb.obligat. qualem habet cōmodatarius, Colonus, & quicunque detinet de facto rem.¶ Com. 1.de Regul.nu.12.

Poſſeſſionem non renunciat, qui Dominium rei non renunciat, niſi velit eam renunciare.l.ſi quis in §. differentia.ff.de acq. poſ. Neque vult eam perdere ex eo, quod perdere vult dominium.gl. ſing. illius. §.¶ Ca.Accepta.opp.7.nu.19.

Poſſeſſio beneficij, quando perditur per renunciationem, ideo perditur, quia renuncians videtur habere animum eam perdendi expreſſe Old. côſ. 227. Io. And. ¶ Vbi ſupr. nu. 2.

Poſſeſſio æque cõtinuari, aut nouæ apprehendi poteſt uirtute tituli beneficij renunciati, aut alterius ipſo iure per aliquam cauſam perditi. num. 16.

Poſſeſſio quæri non poteſt ſine titulo colorato. glo. ſing. clem. 1. de cauſ. poſſ. continuatur, & quæritur virtute tituli perditi ipſo iure. arg. ca. licet. 2. de præb. li. 6. ¶ nu. 18.

Poſſeſſio rei non transfertur in aliũ per clauſulam conſtituti ab eo, qui ea non poſſidet, per l. quamuis. §. 1. ff. de acq. poſſ. Sed poſſeſſio beneficij ſic ab eo, qui poſt renunciationem inſtitit. Ibid. nu. 19.

Poſſeſſio ſub conditione relicta, vel tradita, neque perditur, neque acquiritur, niſi conditione impleta. l. ſi me in uacuã. §. 1. ff. de acq. poſ. c. olim. de reſt. ſpo. ¶ Ibi. nu. 59.

Poſſeſſio ciuilis dat ius libere redeũdi ad rem poſſeſſam. iux. notat. in leg. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 43. Neque interrumpitur, cum ex continẽti quæritur naturalis. ¶ Ibi. nu. 51.

Poſſeſſio beneficij nõ perditur per ſententiam priuatam, in quo errauit Bal. l. quoties. C. de rei uend. citando & male Inn. cap. cum in nominis, de conceſ. præb. Ibi. nu. 55.

Poſſeſſionem prioris beneficij non perdit quis eo ipſo, quod eius dominium perdat, per adoptionem alterius, vel alio modo. ¶ Ibid. oppoſ. 8. num. 2. & 19.

Poſſeſſio non tollitur poſſeſſori, nõ audito, etiamſi dominium perdiderit ante declarationem. c. 1. 2. q. 1. c. quod ſecundum leges. de hære. li. 6. ¶ Ibid. nu. 18. & 20.

A Poſſeſſio cum ſola ſupplicatione ſignata apprehenſa reſtituenda eſt. extrauag. iniunctæ. de elect. nu. 26.

Poſſeſſio colorata non perdit colorem perdito titulo. Archid. cap. licet allegans, cap. literas. de conceſ. præb. Ibi. opp. 10, nu. 7. & 12.

Poſſeſſio nec color eius perditur per renunciationẽ in manib. epiſcopi factam, niſi inducat clarum defectum iuris. Ibid. nu. 8.

Poſſeſſionis aſſecutionem non impedit repugnantia iuris côis. cap. cum de beneficio. de præb. li. 6. Ibi. nu. 16.

B Poſſeſſio, quæ parit reſtitucionem, non ſemper annihilat prouiſionẽ illã tacentem, neque a contrario. c. literas, de conce. præbend. ¶ Ibid. nu. 23.

Poſſeſſio annalis beneficij reſeruati uirtute tituli ordinarij accepta annullat prouiſionem habitam a Papa, non facta de illa intentione. Ibi. nu. 25.

Poſſeſſio per ſolam ſignaturam accepta, non facit regulariter intruſionem contra Fely. ¶ Com. de ſpol. cle. §. 7. nu. 3.

C Poſſeſſio præceſſoris accedit ad poſſeſſionem ſucceſſoris, & ambæ coniũctæ conficiunt legitimum tempus ad præſcribendum. leg. de acceſſion. ff. de diuerſ. temp. côſ. 1. de iur. patron. nu. 6.

Poſſeſſio mala fide, etiã longiſſimi temporis non præſcribit. cap. fina. de præſcript. cap. poſſeſſor, de regul. iur. libr. 6. ¶ Ibid. num. 80.

Poſſeſſio beneficij renunciati ipſo iure nõn perditur, & ſic ea expoliatus poteſt agere de ſpolio. cã. licet, el 2. de præb. li. 6. ¶ conſi. 1. de cauſ. poſſeſ.

Poſſeſſio triennalis poſt interruptã poſſeſſionem cauit, facit Gomeſ. de trien. poſ. q. 2. Conſ. 40. de præb. nu. 6.

Poſſeſſio interrupta non prodeſt. capit. Sanctorum, cum gl. de reſcrip. ¶ Conſil. 2. de iure patr. num. 4.

Poſſeſſionem cõferendi quærit, qui bona fide illud confert. Et poſſeſſio. præſentandi quæritur per vnum actũ, conſecuto effectu. cap. conſultantibus, de iur. patron. gl. ſolem. c. cum eccleſiã de cauſ. poſ. ¶ cõſi 3. de iure patr. nu. 4.

Poſſeſſionis magnum eſt commodum. §. retinendæ. Inſtit. de interdict. ¶ Conſi. 4. eod. titul. num. 1.

Poſſeſſio beneficij res eſt ſpiritualis, vel ſpirituali annexa. Panorm. in c. dilectus. de ſimon. ¶ conſi. 17. eod.

Poſſeſſio decennalis, non ſufficit ſine titulo ad beneficium repetendum. Innoc. in c. illud, de præſump. Sed ſic ad titulum præſumendum. Conſi. 14. de off. iud. or.

Poſſeſſio triennalis quærit titulum poſſidenti. Regul. Cancell. 37. quæ ſtatuit ne moleſtetur talis poſſeſſor, & gloſ. illius. ¶ Ibid. num. 4.

Poſſeſſio antiqua defendit beneficiarium etiã cõtra prælatum. Hoſtien. in c. licet, de ſimon. Ibid.

Poſſidere quis poteſt beneficium, quo ad vnum iuſte, non quo ad aliud, ut uiolētus poſſeſſor, qui iniuſte poſſidet, quo ad ſpoliatum, contra quem nõ reſtituitur ſi ex continenti ſpolietur ab eodem. iuxt. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi arm. Et quo ad alios iuſte poſſidet. ¶ Cap. accepta. oppoſ. 7. num. 8.

Poſſeſſionem ad acquirendum non requiritur aduerſarij præſentia, ſed ſufficit ſcientia, & patientia. l. quoties ff. de ſeruit. adiũcta. l. 2. C. eod. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 14.

## Poſſeſſor.

POſſeſſor in dubio præſumitur habere bonam fidem. gl. recep. in c. Sanctorum. & ca. ſi diligenti. de præſcript ¶ Conſi. 1. de præſcrip. num. 5.

Poſſeſſor bonæ fidei poteſt præſcitare, etiamſi litiget, per ca. conſultationibus, de iure patron. Secus autem ſi eſt malæ fidei. Non tamen cenſetur malę fidei ex eo tantum, quod litigat. ¶ Conſi. 19. de præb.

Poſſeſſor bonæ fidei, triennalis beneficium facit ſuum. gloſſ. antiqua in Regul. de trienn. Rebuffus *de pacif. poſſeſſ.* ¶ Conſil. 41. de præbend.

Poſſeſſor bonæ fidei beneficij facti manualis facit fructus ſuos, quia licet error iuris non proſit ad uſucapiendã rem ipſam. l. nunquam. ff. de vſucap. prodeſt tamẽ ad acquirendos fructus, per text. in l. ſed & ſi. §. ſerie. ff. de petꝫre. & gl. in l. ſi fuit. ff. de vſuca. Cõſi. 8. de reb. eccl. non alie. nu. 1.

Poſſeſſor rei eccleſiaſticæ ex conceſſione Epiſcopi, dicentis iuſte ſe eam facere præſcribit, quia tunc non eſt error iuris, ſed ſcientiæ. ¶ Ibi. num. 3.

Poſſeſſor malæ fidei multo tẽpore præſcribit. Couar. in cap. poſſeſſor, de reg. iur. p tex. li. 6. ¶ Cõſi. 1. de reb. eccl.

Poſſeſſor cenſetur ille per quẽ ſtat, quo minus poſſideat. cap. commiſſa. de elect. lib. 6. ¶ Conſi. 1. de cler. nõ reſid. num. 4. Vide verbo præſcriptio.

## Poſtliminium.

POſtliminium eſt ius, quo *reſtituitur* alicui res uſucapta, *vel* præſcripta, quam propter *captiuitatem*, vel ſeruitutem amiſerat à qua. ſ. reuerſus eſt. 16. q. 3. c. pœnam, & leg. poſtliminium. Silu.

Poſtliminij ius in armis, & ueſtib. perditis Romani non habebant. l. 2. §. fin. cum l. ſeq. ff de cap. & poſtlimin. ¶ Conſi. 2. de iniur. & damn. num. 4.

Poſtliminio ſolum eſt locus in his, quæ cauſa belli, & prælij feruntur, vt d. l. 2. & in nauibus onerarijs, currus, boues portantes frumenta. ¶ Com. c. ita quorundam, de Iudæis. Not. 5. num. 23.

# *Potentia, & Poteſtas.*

POtentia, & poteſtas à verbo poſſum deducuntur, quare ſunt eiuſdem ſignificationis; & cum generatim capiuntur comprehendunt vires tam ſupernaturales, quam naturales; & acquiſitss, ſiue iuris, ſiue facti. Eſt autem facultas propinqua. ad aliquid agendum, vel faciendum. l. poteſtatis. ff. de verb. ſignific. Et ſignificat magiſtratum, Imperium, Dominium. ¶ Ca. nouit. de iud. Not. 3. nu. 81.

Potētia animæ verſ. Anima nu. 10.

Poteſtas omnis à Domino Deo, eſt immediate, vel mediate naturalem quidem accipiunt reges mediate: populi vero immediate. leg. Ex hoc iure cum ei adnotet. ff. de iuſt. & iur. adiuncta. l. 1. ff. de conſti. princ. Supernaturalem autem Papa immediate, alij vero prælati mediate. cap. in nouo. 21. d. & cap. ſacroſācta. 22. d. ¶ De lege poe. nu. 22.

Hinc colligitur, quod duæ ſunt poteſtate à Deo datę, vna Eccleſiaſt. & ſupernaturalis, altera laica, & naturalis. Differunt autem quoniam laica fuit lata à Deo immediate, mortalium communitati ab exordio mundi ad ſe gubernandum in rebus naturalibus, vt bene, beateque viuant, ſecundum naturalem rationem. Eccleſiaſtica autem fuit inſtituta à Chriſto immediate ad gubernandum fideles ſecundum legem Euangelicam in ſupernaturalibus, & quatenus opus eſt in naturalibus. ¶ Confi. 25. de ſent. excom. nu. 3. de iud. not. 3. nu. 82.

Hinc patet differentia ambarum ſecundum omne genus cauſæ efficienté, materialem, formalem, & finalem applicatur. ¶ De iudic. Not. 3. nu. 88.

Poteſtas Eccleſiaſtica ſeptuplex eſt ſecundū Ioan. Pariſ. de poteſtat. Eccl. prima, ordinis, & eſt character ſacerdotalis. A Secūda adminiſtrandi Sacramenta. Tertia iuriſdictionis in foro exteriori trādita Apoſtolis. Matt. 18. Dei eccleſiæ. Et Papę peculiariter. Ioā. 20. Paſce oues meas. Almaynus de authoritate Eccl. cap. 2. Quarta inſtituendi miniſtros, diſtribuendi beneficia, &c. data per ſupradicta verba, quia ad officium paſcendi non ſolum ſpectat audire confeſſiones, ſed etiam inſtituere alios ad paſcendum. Quinta eſt Apoſtolatus, ſeu prędicandi. Mat. 28. Ite prædicate Euangelium. Sexta exigendi à populis temporalia victui neceſſaria. Luca. x. Dignus eſt mercenarius, B & hæc eſt talis acceſſorie, quia deſcendit à lege naturę. Prima harum dicitur ordinis, aliæ quatuor ſunt iuriſdictionis, aut contentioſę, aut volūtariæ, fori interioris, & exterioris. ca. nouit. de off. deleg.

De hac poteſtate maxima eſt controuerſia inter Romanos, & Pariſienſes, quia illi tenent illam Petro, & ſucceſſori datam eſſe, atque ideo Papam Concilio eſſe ſuperiorem. Hi vero totam datam eſſe toti eccleſiæ licet exercēdam per vnū. Prima placuit Thom. 2. 2. q. 1. ar. 2. 4. d. 29. q. 1. & Caiet. tom. 1. opuſ. Altera vero Panor. cap. ſigni- C ficaſti. de elect. quam mordicus tuetur Almaynus. ¶ Vbi ſupr. num. 83. & 84.

Poteſtas Eccleſiaſtica ſaltem illa, qua poſt Chriſtum regitur eccl. Chriſtiana iunior eſt, quam laica: cœpit enim à Chriſto paſſo. Ioā. 20. c. ſolitæ. de maiorit. præit tamen dignitate, & excellentia. ¶ Ibi. nu. 89. Quare hanc fuiſſe noue inductam præſupponunt. Th. lib. 1. de Regim. princi. cap. 14. Et omnes alij, qui de illa tractant. nu. 92. Incepit modo ſupernaturali tota ſimul, & perfecta prodijt in Papam, & ab eo progrediens per media. Patriarchas ſcilicet Primates, Archiepiſco-

pos,et Epiſcopos deſcendit ad infima, nempe alios prælatos inferiores. iuxta Leon. ca. ita dominus 9. diſt. & Anch. in cap. nouo. 21. diſt. ¶ 194.

Poteſtas Eccleſiaſtica principaliter, & directe ſola ſpiritualia, & ſupernaturalia reſpicit, temporalia vero nõ niſi ſecundario, & acceſſorie. quoties ratio ſpiritualium conſequendorum, aut regendorum exigit. ¶ Ibi. nu. 66. & ratio eſt, quia quæ ad vnum finem ſunt inſtituta, ſecundum ea, quæ ille exigit ordinatur. ca. prodeſt. 23. q. 5. vt allegat archid. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. & docet Barto. l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. facien. ſentit, & probat B Tho. lib. 1. de regi. princip. cap. 14. lib. 3. c. 12. clarius. ¶ 97.

Poteſtas Eccleſiaſtica cognoſcit inter laicos de his, quę ſunt ſupernaturaliter inſtitutis, vt de articulis fidei ſacramentis, &c. & de illarũ miniſtris, aut rebus ad illa pertinentibus, aut habentibus aliquem ordinem ad finem ſupernaturalem. ¶ Ibi. nu. 123.

Poteſt habere, quæri, & teneri abſque charitate, alioquin ſequeretur ſecundum Almyn. de poteſt. eccl. cap. 5. nemo ſe vere ſcire eſſe epiſcopum, vel Parochum, vel melius ſequeretur, vt qui à gratia caderet, caderet quoque C ipſo iure ab epiſcopatu, & quolibet alio officio, & beneficio iuriſdictionẽ habente. ¶ Ibi. nu. 141.

Neque illa perit ſolo iure diuino fide perempta, quia nullus prælatus perdit iuriſdictionem ob hæreſim inceptam, & omnino occultam. ¶ nume. 142.

Fundatur autem in charactere baptiſmali. argu. c. veniens, de presbytero non baptiz. Cuius, & fœmina religioſa eſt capax eius, & laicus de Papæ commiſſione ſpeciali, poteſt illa vti. c. præter adiuncta glo. communiter re-

A cep. 32. d. ¶ nu. 143.

Poteſtas eccleſiaſtica poſſet Chriſtianos omnes cogere ad faciendum vnum ducem, qui omnium eorum toti exercitui imperaret. ¶ nu. 163.

Poteſtas laica, quid ſit dictum eſt ſupra. Hæc antiquior eſt poteſtate eccleſiaſt. quia naturaliter ab exordio ciuitatum cæpit; vt clare monſtrat D. Th. lib. 1. de Reg. princ. c. 4. Ioan. Pariſ. de poteſ. Regia, & papali. ca. 5. ¶ Vbi ſup. num. 89.

Huius finis eſt vita bona beata, & quieta temporalis mortalium, & ideo eſt illa finis legum ab ipſa emanantiũ, quia effectus non poteſt eſſe altior ſua cauſa. ¶ num. 90.

Et cum ſit naturalis, naturali modo ab imperfecto, & minimo incipiens, & paulatim creſcens per media ſcilicet opida, & ciuitates aſcendit ad ſumma, & perfecta ſcilicet Regnum multarum ciuitatum, & Imperium multorũ Regnorum, vt colligitur ex Ariſtot. 4. polit. & Cice. in proę. Rhet. Innoc. c. quod ſuper, de voto, & multis alijs. ¶ num. 94.

Data hæc etiam eſt a Deo naturaliter quidem, ac generaliter, ita q̃ in ſpeciali nihil de illius creatione, vel de illius alicui traditione cautum fuerit. ¶ 145.

† An vero iſta poteſtas laica reſideat apud Papam, quoniam ſunt opiniones contrariæ, ideo diſputat Auctor adducendo fundamentum pro vtraque parte, & deinde reſoluit determinans, q̃ laica poteſtas eminenter, & virtualiter continetur in eccleſiaſt. Quare Papa poteſt omnia in ordine ad ſpiritualia. Et determinatum eſt ſuperius. Et traditur in ver. Papa.

Poteſtas maior eſt Reip. in ſubditum, quam patris in filium, argu. l. minime. ff. de relig. & ſump. fur. ¶ de lege pęnali. nu. 19.

Po-

Poteſtas faciendi, arbitrandi, diſpẽſandi ſubdelegandi nequit, quia eſt factum, q communiter non poteſt fieri per quemlibet æque bene. ¶ Conſil. 3, de priu. nu. 4.

Poteſtas patria ad generalia non extenditur. c. ſi annum. de Iudic. lib. 6. ¶ Conſi. 1. de ſepul.

Poteſtas Sacerdotis noui teſtamenti maior eſt, quàm Sacerdotis antiqui. Hebr. 7. Et notatur in cap. tranſlato. de conſt. quia iſte poterat per ſuum præceptum obligare ſubditum ad mortẽ corporalem, Deu. 17. & conſequenter ad mortale peccatum, ergo & ille. De lege poen. nu. 17.

Poteſtas eccleſiaſtic. poteſt cognoſcere via denunciationis de quocunq; peccato mortali cuiuſcunque Chriſtiani ad effectum cogendi eum per cenſuras ad poenitentiam. ¶ De Iudi. no. 6. in prin.

Poteſtas excommunicandi, verbo Excommunicato.

Poteſtas Confeſſoris verſ. Confeſſor, nu. 2.

Poteſtas Abſoluẽdi. ver. Abſolutio.

Poteſtas publica non debet iudicare ſecundum ſcientiam priuatam, ſed ſecundum publicam, quam allegata, & approbata inducunt. l. illicitas. §. ſecuritas. ff. de off. præſid. c. Iudicet. 3, q. 7. cap. paſtoralis. §. quia vero. de off. de leg. de poen. diſt. 1. c. quis aliquando. §. non tibi dico. nu. 44.

Poteſtas gubernandi Monaſterium verſ. Monaſterium. nu. 4.

## Præbenda.

1 PRæbenda proprie cõſiſtit in fructuũ perceptione, ſicut canonica in iure eius, qui receptus eſt in Canonicũ, ad quod ius poſtea pertinet præbenda, c. cum M. de conſt. Silue. ver. præbenda.

A Præbenda Sacerdotalis, id eſt quæ Sacerdotium actu requirit non eſt danda ei, qui eſt factus Sacerdos ante legitimam ętatem. gl. memorab. in c. ei cui. de præb. li. 6. Tum quia interdicendus eſt ei ordinis vſus. ca. vel non eſt. com poſ. de temp. ord. Tum quia non debet ex ſuo delicto aſſequi, quod ſine illo non fuiſſet aſſequutus, ca. Sedes Apoſtolica, de reſcr. & l. itaque fullo. ff. de furtis. ¶ Conſi. 7. de ætat. & qual. nu. 6.

Non fit Curata cum ſit beneficium ſimplex per Eccleſiam parochialem vi annexam argum. ſuper eo. de præb. lib. 6. ¶ Conſi. 5. de ſtatu monach. nu. 3.

B Præbendã per alterius annexæ adoptionem ſub eodem tecto vacare, non inuenitur. tex. qui id probet. Nam cap. literas. de conceſſ. præbend. & ca. vlt. de præben. per quæ maxime videtur id probari, loquuntur de præbendis, quarum altera eſt annexa dignitati Eccleſiaſticæ cuius ſunt illæ. Attamen iſti tex. efficaciter id probant, quia ſtatutum in ſimili habet locum in alio ſimili in quo eſt eadem ratio. l. nõ poſſunt. ff. de leg. & c. dudum el 2. de elect. ¶ Cõſil. 28. de præbend.

## Præcedentia.

C PRæcedentia debetur priori collegiatæ eccleſiæ non Canonico Cathedrali in incedendo ſingulariter. Canonico autem ſi collegialiter incedat. Sicut Abbas Monaſterij non præcedit capitulum Cathedralis, præcedit autẽ ſingulos de Capitulo, vt concludit Caſſaneus. li. de glor. Mundi. p. 4. conſ. 32. & colligitur. ca. decernimus. de iudic. & ibi adnotatis per Panor. ¶ Conſi. 4. de maior.

Præcedentiam, qui non habet eam alteri dare nequit. cap. quod autem. de iur. patro. & l. ſi vniuerſæ. de leg. Neq; illam vnio facit, neque per illam digni

tas accreſcit. arg. cap. ſuper eo. de præbend. lib. 6. ¶Conſ. 5. de ſtatu monach.

Præcedētia ex antiquitate gradus, & promotionis dimentienda eſt, quia qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. c. qui prior. de reg. iur. li. 6. Et prior ordinatus, præfertur ordinato poſteriori. c. fi. 17. d. c. 1. de maior. facit l. nemo. C. de off. magiſ. ca. cum cui. lib. 6. ¶Ibi.

Præcedere non debet habens plures gradus quorum nullus per ſe ſufficit ad præcedendum alium. l. ſpadoné. §. qui iur. ff. de execut. tutor. Lud. Rom. recep. in conſ. 333. Felin. in rubr. de maior. ¶Conſil. de maior. num. 4.

Præcedere debet in honoribus, qui prior ad honorem eſt aſſumptus. l. 1. C. de conſul. lib. 2. & l. 1. ff. de alb. ſcrip. ¶Ibi. num. 2.

Præcedere debet inter doctores ille, qui actu legit. iuxt. l. 2. ff. vbi dignit. ord. ſer. Similiter ille, qui habet duas facultates illum qui vnam tātum. iuxt. communem reſolutionem. Panorm. & aliorum c. 2. de iudic. Et ille, qui habet dignitatem æqualem, habenti aliam, & qualitatem conſiderabilem ad concedendum de iure præcedit alium habentem aliam ſimilem ſine tali qualitate, vt videtur probare tex. in l. 2. C. vt dignit. ord. ſer. lib. 12. ¶Conſi. 1. de maior. Et doctor vtriuſque iur. præcedit doct. iuris Canonici tantum, & eſt ſententia communis recept. in cap. clerici & l. cum quid. ff. de rebus cred. Ibid.

Præcedere debet præſidens Cap. epiſcopum, vt vnus de Cap. gl. in ca. à collatione. de appell. lib. 6. & eſt communis ſententia. cap. in eccleſiam. de præbend. lib. 6. Et multo magis præcedit Vicarium Epiſcopi generalem, quā eo ideſt conſuetudo præſcripta. Quod non aduertit Panor. conſi. 2. prim. p. quem ſequitur. Felin. in ca. ſtatuimus. A de maior. Et eos ſatis videtur probare Caſſan. p. 4. conſid. 44. Quæ de iure cōmuni ſatis defendi poſſunt. Et non vbi eſt conſuetudo præſcripta. ¶Conſi. 3. de maior.

# Præceptum.

† PRæceptum iuxta mentē D. Tho. 2. 2. q. 99. ar. 1. Eſt motio ſuperioris aut legis imperatiuæ alicuius faciēdi, vel omittendi ex debito, ideſt ex neceſſitate ſalutis. Silu. ver. præceptum.

Præceptum obligans ad mortale, qui non adimplet per contemptum, ſiue per negligentiam, peccat mortaliter. arg. §. fi. d. 4. & c. fi. 14. q. 1. Non autem conſilium, niſi per contemptum. gl. in c. quis autem. d. 10. ¶Com. in glo. ſummæ. de pœn. d. 1. num. 9. B

Præcepta omnia decalogi continēt ius morale diuinum ueteris legis, & cōſequenter naturale. Thom. 1. 2. q. 100. ar. 1. & 2. 2. q. 122. ar. 1. Ideo permanebant in perpetuum, & nō Chriſti morte expirarunt, ſicut iudicialia, & ceremonialia. ¶Com. de datis nu. 13. com. de ſpo. cle. §. 1. nu. 3.

Præcepta negatiua ſemper, & pro ſemper, ideſt pro qualibet tēporis differentia obligant. 2. 2. q. 33. ar. 1. Arch. & Card. in ca. ſi peccauerit. 2. q. 1. & in ſumma de pœn. d. 6. ¶Ca. nouit. de Iud. nu. 59. Manua. c. 17. num. 54. conſ. 2. de hom. de red. eccleſ. quæſt. 3. Mon. 2. nume. 3. C

Præcepti finis non eſt in præcepto. Tho. 1. 2. q. 100. ar. 9. & iſte eſt charitas. 2. 2. qu. 44. art. 1. ¶Com. in prin. de pœn. d. 5. nu. 18.

Præceptum inducunt verba conſultoria, & hortatoria, & contra præceptiua inducunt conſilium, quando id materia exigit, quod probat gl. Clem. 1. de teſt. adiucta gl. c. Rogo. 2. qu. 3. & in c. 1. 12. q. 1. tradit Felin. in c. Nam. de conſt.

conſt. Com. in c. fratres, de pœn. diſ. 5. num. 1.

Præceptum non inducũt verba exhortatoria de ſuo originali ſignificato, & ſimpliciter accepta. §. fi. 4. diſt. & c. quod præcipitur. 14. q. 1. ¶Comm. 4. de Reg. nu. 46.

Præcepta de dilectione Dei, & proximi non nmerantur in Decalogo. Thom. 1. 2. q. 100. quia ſunt principia illius. Neque ſimiliter præcepta de fide, & charitate, ſed ſupponũtur. Tho. vbi ſup. & 1. 2. q. 41. art. 4. q. 79. art. 2. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. Anton. 4. p. tit. 4. cap. 1. ¶Man. cap. 2. num. 5. Et hæc ſunt maxima omnium præceptorum tam Decalogi, quàm aliorum. ¶Ibi. num. 6.

Præceptum de diligendo Deum ſuper omnia poſt Adæ peccatum, non poteſt homo niſi in ſtatu gratiæ adimplere. Vide verbo Amor. Illud frãgit, qui Deum odit. verb. Odium. Secundò, qui omittit amare illum, ob aliud amabile. Tertiò, qui omittit referre ſe, & ſua in illum tanquam in primum principium, & vltimum finem. Quartò, qui amat Deum minus, quàm ſe. Quintò, qui firmius creaturas alias plus diligit directe. Sextò, qui ob alia ſpiritualia, ſeu temporalia illum amat. Septimò, qui vellet ſemper viuere. Octauò, feſta præcepta, qui non obſeruat. ¶Man. cap. 2. num. 18. Vide locis proprijs.

Præceptum diligendi, & præceptũ credendi differunt, vt fides, & charitas. ¶Ibidem nu. 21.

Præceptum de colendo, ſeu honorãdo Deum differt ab alijs, ſicut Religio à Fide, & charitate. Thom. 2. 2. qu. 62. Et fuit datum negatiuè conuenienter, quia vbi vetatur cultus falſorum Deorum, præcipitur cultus veri Dei, argu. à contrario. Thom. 2. 2. q. 122. art. 2. Et eſt maximum, ſicut & religio maxima eſt omnium virtutum. 2. 2. quæſtio. 81. ar. 2. ¶Ibid. num. 22.

Præceptum hoc frangitur per quamlibet ſpeciem ſuperſtitionis per infidelitatem, deſperationem, hæreſim. Tentationem Dei, &c. Vide ſuis locis.

Præcepta Dei ab eo, qui eſt in malo ſtatu poſſunt adimpleri, quo ad actus ſubſtantiam, cauſa vitandi nouum peccatum. Thom. 1. 2. q. 100. art. 10. Sentit Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 6. Quicquid dixerit Carthu. lib. 2. d. 17. ¶Man. cap. 2. num. 17.

Præcepti tranſgreſſio omnis, mortalis eſt, niſi adſit defectus deliberationis, aut paruitas rei. 1. 2. q. 88. ar. 1. 2. 2. q. 3. art. 5. Anton. 2. p. tit. 4. c. 5. Et defectus Iudicij ſufficientis. Maior. 3. d. 37. q. 14. ¶Ibi. nu. 4.

Præceptum de diligendo Deum ſuper omnia intelligitur, quo ad ampliationem, & æſtimationem, non autem quo ad intenſionem, & feruorẽ. ¶Cap. 1. 4. cap. 2. nu. 5.

Præceptum, vt impleatur requiritur actualis intentio, aut ſaltem virtualis, aliter non ſatisfit. ¶De orat. ca. 13. nume. 16.

Præceptum eccleſiæ licet in totum ſeruari non poſſit, ſeruandum tamen eſt, quo ad illam partem, qua poteſt eſſe aptus tex. ca. cum dilecti, de dolo, & contum. cum citatis a gl. ¶Man. ca. 21. num. 22.

Præceptum Papæ in dubio, vt verba ſonant interpretandum eſt, quia nõ eſt recedendum a verbis diſpoſitionis. l. non aliter. ff. de legib. & cap. tua. de ſponſ. ¶conſi. 2. de verbor. ſignif.

Præceptum de reſtituendo, eſt aliqua parte affirmatiuum, & quatenus tale obligat ſemper, ſed nõ ad ſemper. ¶Conſi. 2. de Homic. num. 2.

Præceptum iuſtum, & præceptum decens differunt. c. magna, de voto, & nota-

notatur in ca.ſi.de priuil.lib.6. Et ideo de vno ad aliud non infertur. ¶Conſi. de pœn.& rem.

Præceptis duobus concurrentibus minus debet maiori cedere.arg.cap.ſicut.de conſecr.d.1. & l. contra pupillum.§.Id, qui ad maius.ff.de re Iudic. Et aptius in cap. Dominus.2.quæſt.3. ¶Conſi.16.de pœn.& remiſſ.num.7.

Præceptum de confitendo ſemel in anno.vide ver. Confeſ.de communione.ver.Euchariſtia.

De non iurando.verb. Iuramentum, & ſic de alijs.

Præceptum reuelandi delicta,& capiendi iuramentum de reuelando diſſe runt, quia præceptum intelligitur ſalua correctione fraterna.iuxta D. Tho. 2.2.q.33.ar.1.ad 5. Iuramentum vero excipiendo occulta iuxta. Inno.ca.qualiter.el 1. de accuſat.¶Com.c.inter ver ba.concl.6.num.591.

Præceptum de danda Eleemoſina obligat ſub pœna peccati mort. multo plures,quam ſint,qui eam non dant ex treme egentibus,¶De eleem.nu.54.

Præceptum ſecundum aliquos obligans ad mortale, & non conſilium eſt illud.Luca.2. Quod ſupereſt date eleemoſinam, quia dictum fuit turbis, inter quos pauci erant diuites.¶Ibidem num.43.

Præcepta Decalogi ſunt præcepta iuſtitiæ.iuxta D.Thom.2.2.q.122.art. 1. Non autem quæ ad illa diriguntur, ſed charitatis, ¶De neceſſ.defendend. prox.nu.16.& Man.cap.2.nu.5. & ca. 14.num.3.

Præcepta, & iuſtitia præponenda ſunt liberalitati,& eleemoſinæ,niſi maxima neceſſitas vrgeat, vel pars cui debetur conſentiet.mulier bona.ff.de iur. dot.& cap.non eſt putanda.1.qu.1.& ca.denique.14.quæſt.5. ¶De eleemoſ. num.62.

A Præcepta ſuperiorum debemus reputare eſſe iuſta quouſque de iniuſtitia nobis conſtet, vt ait Aug. relatus. c.quid culpatur.23.q.1. ¶Ca.inter ver ba.concl.6.nu.598.

Iniuſta enim non ligant vt de ſubeunda morte corporali (niſi adſit vtilitas publica,) arg.c4.Ipſa pietas.23. q.4.Idem de morte ſpirituali arg.cap. Ita ne 32.q.5.¶Com.cap.ſi quis autē. de pœnit.d.7.nu.86.

Præceptum frangit nedum contemptus,ſed etiam negligentia arg. §. fin. 4.diſt.¶Com. in gl.ſumma.de pœ.diſt. 1.num.8.

B
## Preces.

PReces ſi videntur eſſe leues, aut magnæ ratione perſonæ per quam fiunt argu.1.& glo. preces ſuperioris ſunt iuſſa.ff. quod iuſſu.¶Conſi.1.de ſponſal.

Preces alia ſubſiſtente cauſa iuſta non iuſta nō inducunt ſimoniam. Th. 2.2.quæſ.100.ar.5.ad 3.¶Conſi.50.de ſim.num.2.

In precibus pluris faciendum eſt, quod deuotionem, & attentionem augent.argu.cap.non mediocriter. de cōſ. diſt.5.¶De oratione.ca.10.num.29.

C
## Prædicare.

PRædicare abſque facultate legitima peccatum eſt mortale.c.excommunicamus. §. quia vero. de hæret. Quā facultatem dare poteſt Papa vniuerſaliter. Epiſcopus,quo ad ſuā Diœc. Parochus,quo ad Parochiam modo ille ſit approbatus. Panor. & cōmunis, cap.inter cætera.de offi.ord. Card. in Clem.dudum.de ſepul.ſimiliter in peccato exiſtens, & id aduertens ſine contritione iuſta. Caiet.3.p.q.64.art.5. & 2.2.q.187.ar.2.retractando,quod dixerat in ſumma,& to. 2. de vſu ſpec.q.2,

Quia

Quia talis actus eſt per legem humanam certo ordini deputatis. ¶Man.ca. 97.nu. 41.

Prædicare, quod ſit actus alicui ordini deputatus volens probare. Caiet. ubi ſup. multum inſudauit. Ideo dicendum negatiue, quare poteſt demandari huiuſmodi cōmiſſio alicui, qui nullo ſit ordini ſacro inſignitus, quia nullo iure illa cauetur, immo a laico illa poteſt demandari. c.mulier. 23.diſt. Et omnia, quæ pertinent ad iuriſdictionem ſunt delegabilia iure Canonico. gl.ſing.recep.in cap.peruenit. 95. diſt. & ca.adijcimus 16.qu. 1. vbi habetur, quod nullus audeat prædicare præter ſacerdotes intelligitur de prædicatione facienda authoritate propria, ſeu ratione officij, & ca.perlectis. 25.d.& ca. in Sancta. 92.diſt. quæ habent ad Diaconum pertinere: recte poſſunt, intelligi de lectione Euang.ad Miſſam. Quia certum eſt per ordinem Diaconus nemini dari licentiam de prædicādo more ſolito. ¶Confi. 4.de temp.ord.

A

B

Prædicare ſimpliciter non prohibetur ſuſpenſis, & interdictis, ideo facere id poſſunt niſi ſpeciatim hoc illis interdicatur. ¶Conſil.de verb. ſignif. Man.c.27. nu.176.

C

Item qui ex laude humana, vel ob pecuniam principaliter, aut ob alium finem mortalem, vel venialem.

Item prædicare doctrinam contrariam fidei, aut bonis moribus hiſtoriarum ſacrarum, Miraculorū, prophetiarum, &c. non autem circa alia niſi notabile ſcandalum prebeat. ¶Ibi.

Item prædicare fabulas, aut alia ridicula peccatum eſt, ſecundum Antom. 3.p.tit.10.c.4. & Caiet.2.2.q.64.ar.2. ſed veniale.

# Prædicator.

PRædicator debet obſeruare contēta in Conc.Trid.ſeſſ.4.cap.& ſeſſ. 24.c.4.& ſeſſ.22.c.8. Man.cap.25.nume. 141.

Prædicator non reſpōdens iniurijs modeſte illis, qui videntur fructus ſuæ prædicationis impedire peccat. ¶Ca. inter verba concl.2. nu. 15.

Aſſumens aliquod miraculum, aut dictum alicuius Sancti falſum, tanquā ſuæ prædicationis materiam, peccat mort. ſi mentiatur, 2.2.quæſ.110.ar.4. ¶Com.in c.fratres.de pœnit.diſtin.5. num.14.

Si prædicat ob laudem laureolam non meretur. Thom.quol. 15.arti. 24. ¶Cap.inter verba.concl. 5.

# Prædium.

PRædium ruſticorum duas habet ſpecies, quorum vna hominū cultura fructus producit, & quo ad hoc difficile eſt ſuſtinere per legem pœnalem tolli culpam damnificantium, quia iſta prædia nunquam fuerunt ita communia, vt fierent occupantis neque, quo ad dominium, neque, quo ad vſum. Altera uero ex ſe profert ligna, & herbas ſiue paſcua. Et iſta prædia erant a principio communia, & fiebant occupantis. iuxt.l.1. ff.de rerum diuiſ. Et licet ſint facta communia certorū populorum, ſeu priuata certarum perſonarum, quo ad dominium, poſſunt manere communia, quo ad vſum, quo liceat eis vti impune ſi non deprehendantur, vel ſoluta pœna ſi deprehendantur, quia res facile in ſua natura reuertitur. cap. ab exordio. diſt. 35. & l. ſi vnus. §. pactus, vt peteret. ff. de pact. ¶Com. ca. fraternitatem. de lege pœn, num. 33.

Prædium non fit ex patre frugiferum

rum eo, quod reddat minus, quia hoc nullo iure probatur, ideo non eſt dicẽdum.arg.cap.conſuluiſti.2.qu.4. ¶De uſur.nu.117.

## Præiudicium.

† PRæiudicium uidetur eſſe iudicium, quo una res altera prius iudicatur, & inde præiudicale quaſi prius iudicandum.de quo Panor.in c. tuam de or.cogn.Sed ſecundum vſum proprie eſt præoccupatio iudicij, quæ alicui indirecte ſubripit res, aut ius, quod ei iuſte potuit adiudicari.Et late eſt preoccupatio rei,vel iuris,quod prius adiudicari potuiſſet ſiue iuſte, ſiue iniuſte. Vnde proprie alicui præiudicat, qui aliquid facit vnde ille lædatur iniuſte, communiter vero ſi lędatur etiam iuſte Silueſt.

Præiudicium tertij præcogitatum à principe non impedit,ut per multa determinat Deci. Conſ.113. poſt gl.Panor.ca.cum olim.de priuil. ¶De reſcr. excep.21. nu.38.

Præiudicium primarium, non autẽ ſecundarium attendendum eſt tex. cũ glo.fin.cap.quamuis.de pact. lib.6. Et multa iura ad hoc probandum inducit. ¶Ibi.nu.35.

Præiudicium tertij ſecundarium attenditur,quando actus ſua natura in illud immediate tendit, licet propoſitũ concedentis tendat in aliud. ¶Ibidem num.39.

Præiudicare ſibi quiſque poteſt liberius,quam alteri arg. l. in re mandat. C.mandat. & eorumque latè notantur in gl.magna cap. ſi diligenti de foro comp.& l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. ¶De ſpol. cleri. §.3. num.1.

A

## Prælatus.

† PRęlatus ſic dicitur,quia alijs eſt ante latus,ſeu poſitus,& dupliciter dicitur ſecundum mentem Panor.in cap. cum ab eccleſiarum. de off. ord. Primo, large ab alluſione uocabuli, quilibet habens curam. tex.in cap. tua.de cler. ęgrot. Secundo, proprie, qui habet aliquam iuriſdictionem fori contentioſi, etiam iure ſpeciali, ut præſcriptione,aut priuilegio.tex.iuncta gl.in c.decernimus.de iud.& clem. dudum. de ſepult.Et intelligitur de iuriſdictione ordinaria, & non delega-

B ta,quod & uidetur ſentire Inn.ca. firmiter. de turi,& fide.Catho.Silu.

Prælati nomen ſecundum uſum loquendi,& legiſlatorum determinationem.d. cap. cum ab eccleſiarum, & d. clem.dudum.& rubr.de his,quæ fiunt a prælato. Significat epiſcopos, ſuperiores eorum. Præfectos eccleſiarum collegiatarum tam ſæcularium, quam regularium.Et ſi Bonif.in d.clem.§.ad honorem.num.37. ſolos epiſcopos putet ibi appellatos tali nomine. Conſ. 3.de fil.præsb. nu.4.

C Electus, à capitulo contra formam à lege humana introductam cenſendus eſt in foro Eccleſiæ bene electus. Si fuerit recte electus ſecundum iura naturalia,vt ſingulariter dicit Innoc. cap. Quod ſicut de elect. quem ſequitur,& commendat Panor. c.1. de reſt. in integ.com. de reb. eccl. non alien. num.17.

Prælatus eccleſiæ in gratiam fundantis poteſt illam grauare. c. Eleutherius.18.queſ.2.& Arch.c.præterea.de iur.pat.Conſ.2.de iur.patr.nu. 8.

Prælatus non poteſt dicere ſe non poſſe bene regere, niſi totum regat ſine opera ęconomorum, quia id eſt expreſſe contra regulam Diui Benedicti, & ſa-

& facilius eſt reddere ration€ de parte, quàm de toto. Nec poſſunt omnia per ſe cognoſcere. ¶Com.3. de Reg.nume.15.

Debet eſſe totius greges exemplar, ideó debet omnes ſubditos patientia, prudentia, & animi moderatione ſuperare ſecundum d.Hieron.relatum in c. licet 8.q.1.& Simmachum capi. vtiliſſimus 1.quæſt.1.¶Com.3.de Regu. num.21.

Prælatus ſi eſt diſſipator bonorum Eccleſiaſticorum, non eſt illi facienda reſtitutio eorum, ſed in utilitate eccleſiæ expendenda ſunt. Caiet.uer.Reſtitutio. Fallit ſi non eſt ſuſpenſus, nec illi coadiutor datus, & ſunt prouentus Eccleſiæ, quorum eſt uerus, & legitimus diſpenſator. arg. eorum, quæ notantur in c.ueritatis, de dolo. Et contēta in c.uenerabili, de off.deleg. quia nullibi contrarium ſtatuitur. ¶Man.c. 17.nu.29.conſ.53. de ſent.excomm.

Prælatus quicquid poteſt per ſe cuſtodire, & diſpenſare poteſt id & monachus de eius licentia expreſſa, uel tacita. ¶Conſil.75. de Regul. nume.64. Comm.2.de Regul.nume.13. & 40.

Solus poteſt vicarium ſuum conſtituere cap.1.& cap.licet de off.vic.lib.6.¶Com.3. nu.21.

Prælatus non debet præcipere non idoneo, ut audiat confeſſiones. arg.ca. nihil.de elect.ca.fin. eod.titu.lib.6.Et ſi id præcipiat ſubditus, non debet acceptare.ca. non eſt putanda.2.qu.1. Si autem dubitat de ſufficientia, & prælatus exiſtimat illum eſſe idoneum poteſt ille præcipere.c.innotuit.de elect. Et ſubditus præcepto ſuo ſe conformare, arg.c. quid culpatur. 23.q.1. per ea quæ tradit D.Tho.2.2.q.104.ar.5, Niſi cognoſcat in prælato, odium, amorem, cupiditatem, & c. ¶Manual.ca.4. num.14.

A Prælatus iure humano poteſt torquere, & uerberare publice ſuos ſubditos, ca. uniuerſitati, de ſent.excom. cap.1.de Adult.Et probatur in cap.Archiepiſcopatu, de Raptor. ¶Conſil.1. de his, quę ui. ut conſil.42. de ſenten. excomm.

Prælatus exemptus iuriſdictionem habet, quaſi Epiſcopalem.iux. glo.ſolemn.recep. in Clem.1. de reb. eccleſ. non alienand.¶Conſ.22.de temp.ord.

Prælatus cum ignorante matrimonium ſuum inualide contractum poteſt diſſimulare per cap. quia. de conſang. ¶Conſi.1.de conſtit.num.35.

B Tenetur coram Deo ad iura ſuę eccleſię defendenda. capitul. ſine exceptione. 12.queſt. ſecunda. cap. Nulli, de reb. Eccleſ.non alienand. ¶Conſil. 27.de prębend.num.6.

Condemnare debet ad reſtitution€ fructuum beneficij eos, qui officium non recitant, & diſtributionem pro tempore abſentiæ, per Conc.Lateran. ſeſſ.9.& extrauag. Pij V. ¶Conſ.2. de reb. eccl.alien.nu.3.

Pręlatus cum minore parte Cap.poteſt cogere canonicos ad contribuendum reparationi eccleſiæ, per ca. ſi. de his, quæ fiunt a maio. par. Augere eorum præbendas, quo honeſte alantur applicando redditus aliorum beneficiorum, c.expoſuiſti, de præb. ¶Conſ. 2.de reb.eccleſ.alien.nu.3.

C Prælatus collegiatę ſæcularis æquiparatur Abbati.glo. & Panor.ca.cum illorum, de ſent.excomm. quia habet iuriſdictionem in foro contentioſo ſuper ſuos canonicos.¶Conſ.4.de maio.

Nullo iure ordinare tenetur, niſi monitus a Superiore.ca.cū in cunctis. §. inferiora, de elect. & ibi Panormi. Franc.in c. ſtatu tum.de elect.lib.6.

Et ſi inſeruit Epiſcopo, niſi grauiſſima urgente cauſa, quo ad forum con

ſcien-

ſcientiæ percipiendo fructus illi non prodeſt. ca. ad audientiam, de cle. non reſid. & ibi probat Panor. ¶ Conſil. 3. de temp. ord.

Prælatus poteſt nunciare Papæ hæreticos ſuæ Diœc. ca. excommunicauimus. §. adijcimus. de hæret. & c. Inquiſitores. eod. tit. lib. 6. Conſil. 1. de foro comp.

In quærẽdis, & non in quæſitis Eccleſiæ nocere poteſt. glo. fin. 8. queſt. 3. ¶ Conſi. 3. de Accuſat.

Prælatus Regularis cum ſuo conuẽtu diuerſa ſunt, adeo q̃ non eſt de capitulo, ſeu conuentu, glo. communiter recep. in clem. exiit ergo qui, ad ęta. & qual. per tex. quos ipſa citat ad hoc aptiſſimos. ¶ Conſil. 12. de conſt.

Poteſt dare dilationem ad profitendum cum ſuo conuentu, quia ante Cõcil. Triden. id licebat, & eſt item in vſu, quia nihil in contrarium ſtatuit Conc. & a lege antiqua non eſt recedẽdum, niſi quatenus per nouam contra ſtatuitur. l. pręcipimus. C. de appell. ¶ Conſil. 12. de off. iud. ord. conſil. 29. de Reg.

Poteſt ex cauſa dare licentiam manendi extra monaſterium habitu retẽto. 2. 2. qu. 101. art. 4. ¶ Conſi. 4. de iure patr.

Poteſt commutare, & diſpẽſare votum tranſeundi ad arctiorem, quia ille tranſitus non eſt votum de Religione, ſed minus eo, ideo non reſeruatum Papæ, ſicut votum religionis ſimpliciter cum a diuerſis non fiat illatio. l. Papinianus. ff. de maior. ¶ Conſi. 30. de voto. num. 3.

Naturaliter ſuo ſubdito obligatur vt Dominus ſeruo, vt omnes tradunt. l. ſi quod. ff. de cond. ind. ¶ conſi. 20. de regu. nu. 13.

Quare Monachum fugitiuum vbicunque manſerit poteſt capi. vt per l. A 1. §. ſi per ſeruum ff. de acquir. poſſ. & per l. 1. C. vbi curialis. & per l. 1. C. vbi cauſa ſtat. tenent Barto. Bald. Salycet. & communis. ¶ Com. 3. de Regul. num. 50.

Pręlatus regularis poteſt priuare ſubditum perpetuò habitu, & ordine ob delictum. ¶ Cõſi. 50. de Reg. nu. 52.

Tenetur ad requirendum eiectos iniuſte per ſententiam interlocutorias, vel ſine cauſæ cognitione, vel eiectos etiam iuſtè, ſed redire nolentes, & cogere conuentus ad eos recipiendos per ca. vlt. de Reg. ¶ conſ. 51. eo. ti.

Poteſt cognoſcere de crimine Nouicij, ſaltem cum crimen non requirit B depoſitionem, quia eſt Iudex in his, quæ pertinent ad Regulam ſuam. l. fin. C. de iuriſdict. om. iud. cap. cum ab eccleſiarum. de offic. Iud. ord. ¶ Cõſi. 58. eodem titu. & Com. 2. de Regu. nu. 13.

Prælatus Regularis nequit obligare ſubditum, vt ad aliam Religionem tranſeat, quia nemo poteſt cogi ad votum Neque ad alium Monaſterium in quo non eſt profeſſus, licet ſit eiuſdẽ ordinis, quia ſolo ſuo Monaſterio tenetur, ſicut & illud hunc tenetur alere, argumen. ex multis dictis. cap. primo. 13. quæſt. 1. Et hoc iure communi antiquo. Poteſt tamen id facere iure *nouo* C ſtatutorum confirmatorũ a Papa, quia lex ſpecialis derogat generali, et tenet religioſe uiuere ſecundum regulam ordinis. iuxta quem ſunt ſtatuta illorũ. ¶ Com. 4. de Regul. num. 21. & 22. & conſil. 13. de regul. num. 7.

Nequit cõcedere ſuo ſubdito bona ſtabilia ſine cauſa, ita vt ille habeat illorum dominium: eſſet enim id illum proprietarium facere. ¶ Conſi. 47. de Regul. Et id conuincit. ca. non dicatis. 12. quæſt. 1. cum multis dictis ſuper eo. ¶ Com. 2. de regu. & conſi. 20. eo. tit. num. 6.

Eius

Eius taciturnitas quando excuſet. l.non à peto. verſ. Taciturnitas.

Nequit concedere licentiam dimit tendi habitum, & ſub obedientia Epiſcopi viuere. Neque abſoluere Religioſum ab obedientia ſui ordinis, niſi declarando profeſſionem fuiſſe nullam, vel reijciendo ab ordine ob delictum. ¶ Conſi. 53. eodem titu. & conſi. 55.

Prælatus inferior habet iuriſdictionem in eos, qui ſunt ſui Collegij, quo ad extraria, quæ non tangunt regulã; neque regularia ſtatuta, ſiue ſint ciuilia, ſiue criminalia. ¶ Com. 2. de Regular. nu. 63.

Prælati fratrum tenentur præſentare epiſcopis fratres idoneos pro con feſſionibus audiendis. Clem. dudum. de ſepul. nec ſufficit nominare ſecundum gl. ibi. recept. Quod ſi non admitterentur ab Epiſcopo haberentur pro admiſſis, neque eſt in contrariũ Conc. Triden. ¶ Manual. cap. 27. num. 265.

Prælati eccleſiarum immoderatos ſumptus in cibis, potibus, veſtitu familia, &c. facientes non excuſantur ratione ſuarum dignitatum, vel dicentes ſe id facere ne habeantur auari, ꝙ efficaciſſimis rationibus probat Gerſon de Tempora. 2. part. alphabet. 39. ¶ Com. ca. inter verba. concl. 5. nu. 69.

Tenentur ſi Monaſteria ſint opulẽta non impendere plus quàm tertiam partem fructuum ſuis vſibus imò neque tertiam. Et non diſtribuendum pluſquam duos de tribus ſuis capitulis, ſiue conuentibus, & hoſpitalitati, ac fabricæ. arg. cap. Quatuor. & cap. De Redditibus. 12. q. 1. ¶ Com. 3. de Regul. num. 16.

Prelati contra ius commune multa præſcribunt, quę præſcriptio valet. ca. 3. de conſuet. lib. 6. ¶ Conſ. 9. de off. iud. ord. num. 2. conſ. 5. de ſponſ. nu. 2.

Prælati, quib. data eſt facultas per A Concil. Trid. moderandi obligationes iam inductas ad dicendas Miſſas in quibuſdam eccleſijs cum timore lædendis ſuas conſcientias debent illam reductionẽ facere, quia agitur de mutanda, vel diminuenda diſpenſatione, quam Dominus rei habet in ea. iuxta l. in re mandata. C. mandati. & l. ſed & ſi §. conſuluit. ff. de pet. hær. ¶ conſ. 6. de celebrat. Miſſ. nu. 9. Et niſi conſcientias lædere volunt debent onerare illos, qui dicturi ſunt Miſſa diminutas, vt animas defunctorum iuuent applicando illis ualorem per ſpecialem B intentionem ante Miſſam, memoriam in Miſſæ memento, & per collectam ſpecialem conuenientem. Ibid.

Prælatos, qui ſunt quidam paſtores, aduerſus vitia non latrãtes Iſaias increpat. Vocando canes mutos ſecundum Grego. relatum in c. ſi rector. 41. diſt. ¶ Com. c. iter verba. præl. 2. nu. 3.

Prælatus diues peccat mort. ſi ob neceſſitatem reparationis eccleſiæ bonaeius alienari ſinat, cum poſſit de proprijs reditibus ſubuenire. Abb. in c. conquerente. de cler. non reſi. ¶ De plur. beneſ. nu. 19.

Prælati tenentur publicę eleemo C ſinas facere. inx. illud Mat. 5. Luceat lux ueſtra. Et qui laudat illos, qui faciunt ſecrete errant, iuxta Gerſon. 2. p. titu. de tempor. alphab. 39. ¶ De eleemo. num. 78.

Prælatus qui iurauit non infeudare de nouo inconſulto Romano Pontifice poteſt infeudarem rem prius in feudatam, & ad Eccleſiam reuerſam cap. 2. de Feudis. ¶ Com. de rebus eccl. non alien. num. 11.

Poteſt non obſtante iuramento ædificare nouam Eccleſiam, quæ iure debet ædificari. c. fin. de eccleſ. ædificãd. ¶ Ibid.

Poteſt alienare poſſeſſionem Eccleſia

ſiæ ſuæ minus vtilem pro aliqua vtiliori. cap. vt ſuper de reb. eccl. nõ alie. ¶Ibid.

† Quomodo autem verificētur hęc dicta vide verſ. Alienatio & verſ. Iuramentum. & verſ. Iurans.

Prælatus tenetur coram Deo ad iura Eccleſiæ ſuæ defendenda cap. ſine exceptione 12. q. 2. & cap. Nulli de rebus eccl. non alien. ¶ conſi. 22. de præbend. num. 6.

Non poteſt concedere licentiam teſtandi ſuis Religioſis neque ad pia: quia id eſt prohibitum Religioſo, & prælato de iure communi c. 2. de Teſt. ¶Com. 2. de Regul. nu. 23.

Prælatus non poteſt Religioſo facere facultatem diſponendi obligatoriè, ſed tantum præcutoriè verſ. Diſpoſitio. Poteſt autem facere facultatem vt in vita donet, vel diſponat aliqua in eos vſus, & eo modo, in quos, vel quomodo ipſi ſolent, & non aliàs, nec alio modo. arg. cap. Poteſt quis de reg. iur. lib. 6. Non autem vt poſſit dare alteri, quæ non vergunt in vtilitatẽ monaſterij directè, vel indirectè, vel in eleemoſinam, aut remunerationem. ¶vbi ſup. num. 23.

## *Prælium, verbo, Bellũ.*

## *Præmium.*

PRæmium meritorum eſt duplex. Primum eſt eſſentiale. i. gaudiũ de Deo, & reſpondet charitati, q̃ ad uoluntatem pertinet. Alterum accidẽtale. i. gaudium de quocunque bono facto, vel de omnib. quæ cõſequuntur illud Tho. 4. d. 14. q. 5. ar. 1. Maio. ibid. q. 13. ¶ De pœ. d. 1. cap. magno. nu. 15.

Pręmium propoſitum capienti bannitum non dentur, niſi captum ducat ad iudicem Bar. communiter recep. l. 1. ff. quod quiſq. iur. §. hęc autem uerba. De pœ. d. c. hæc autem verba. nu. 9.

A

Præmia iuxta labores, atque virtutes tribui debent. l. 1. ff. de iuſt. & iu. iunct. c. mira mur. 61. d. De incompo. benef. num. 6.

Præmium propoſitum capienti bãnitum non debetur, niſi illi qui captũ ducit ad iudicem ſecundum Bar. ¶ Cõ. cap. Hæc autem de pœ. d. 1. nu. 19.

## *Præparatio.*

PRæparatio quædam in adultis requiritur, ſi uolunt accipere effectum ſacramentorum, qua remoueant fictionem, quæ quandoque præcedit

B ſufficiens ad gratiæ ſumptionem ante quam baptiſmus actu ſuſcipiatur, non autem præcedit votum de ſuſcipiẽdo. Quandoque tempore non præcedit, ſed eſt ſimul cum gratiæ perceptione. Et tunc gratię remiſſionis culpæ confertur. In pœnitentia autem nunquã datur gratia, niſi præparatio adſit, vel prius fuerit. ¶ Com. ca. uoluiſſent, de pœ. d. 1. nu. 9.

Præparatio, quę ad confeſſionem requiratur, colligitur ex his, quę dicta ſunt. ver. Confeſſio.

Preparatio uoluntatis, & propoſiti actualis, aut virtualis p̄cedere debet,

C non ſolum ad quęrendam gratiam, ſed etiam ad implendum præceptum per orationem. ¶ De orat. ca. 14. nu. 3. Ad quod & ad Miſſandum ſufficiunt præparationes ab eccleſia ad id ordinatæ. Maio. 4. d. 12. q. 7. Quare verſiculi ille, Deus in adiutorium meum aptiſſimũ eſt horarum initium. Caſſia. colla. 2. Abba. Iſaac c. 10. & Pater noſter finis, eſt cõueniens. iux. Conc. Gerundenſe. ca. id ſemper. de conſec. diſt. 5. ¶ Ibid.

## *Præpoſitura.*

PRępoſitura eſt de numero beneficiorum incompatibilium comprehen-

prehenſorum in c. de multa. de præb. Et eſt magis incompatibilis, quam beneficium curatum, vel dignitatem excepto epiſcopatu. cap. cum noſtris, de conceſ. pręb. ¶ conſ. 21. de præb.

Prępoſitus alicui officio obligat pręponentem etiam accipiendo pecuniam ad commodius eum exercẽdum. ¶ Conſ. 3. de proc.

## *Preſbyter.*

PRreſbyter preces ordinarias cum ſacris veſtib. veſtitus dicere debet, quia id pertinet ad ritum, & cæremonias. quæ ſeruandæ ſunt, iuxta Bullam Pij V. Miſſali adiectam. Et conſuetudo antiquiſſima eccleſię latinæ hoc ſeruat, ergo obſeruanda eſt. c. conſuetudo. d. 1. At ſi omittantur ſine contemptu non eſt mortale. ¶ Conſil. 2. de celebr. Miſſ.

Miſſando ſine ſacris veſtib. etiam ob timorem peccat mort. Caiet. 1.2. q. 96. ¶ Manual. ca. 25. num. 83.

Aſſumens Doctoratum iuris ciuilis nullam pœnam incurrit, etiam non habeat licentiã ſui ordinarij. Panorm. in c. ſuper Specula, ne cle. vel mon. neque peccat ſi callet leges ciuiles, ſecus ſi nõ callet. iux. gl. 2. clem. 2. de Magiſ. Conſ. 2. ne cle. vel mon.

## *Præſcriptio.*

PRæſcriprio eſt vnus modus acquirendi dñium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum, quæ competit ex eo, quod tam legitimo tempore, mõ ad id legitimo bona fide poſſederit. leg. 1. ff. de vſuc. & toto ti. de pręſcr. & gl. 16. q. 3. in ſum. Et ſi res eſt mobilis appellatur actus iſte vſucapio, ſi immobilis præſcriptio ſecundum oẽs iuris vtriuſque interpretes. At verius talis modus appellatur vſucapio. Exceptio au-

A tem, quæ ex ea naſcitur præſcriptio vocatur, ut ex multis legibus colligit Alcia. l. & ſunt. ff. de ver. ſig. Manu. c. 17. num. 85.

Præſcriptio duplex eſt, vna Canonica. i. quæ ſacris Canonib. innititur. Altera Ciuilis, ſeu legalis, quæ ſacris Canonibus non conſentire. Et nulla, quę fuit inchoata mala fide, ſeu à ſciẽte rem eſſe alienã excuſat. Neque etiã ſi fuit inchoata bona fide, ſi poſtea antequam finietur mala ſucceſſit. c. vigilanti, & c. fin. de præſcrip. Manu. cap. 17. num. 85.

Præſcriptio ex poſſeſſione rei eccle-
B ſiæ de conceſſione epiſcopi dicentis ſe iuſte eam facere valet, & determinat Rota in titu. de pręſcrip. deciſ. 3. in nouis. quam Fel. ſequitur. ¶ Conſi. 8. de reb. eccl. alie. nu. 3.

Præſcriptio 40. annorum, & immemorabilis etiam in rebus eccleſiaſticis, & beneficijs valida eſt. arg. cap. de quarta, de præſcri. ca. ſuper quibus, dę verb. ſignific. & l. hoc Iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & æſtiu. ¶ Conſi. 4. de offi. iud. ord. num. 2. & conſi. 39. de præben.

Pręſcriptio contra ius naturale, nihil prodeſt. ca. fi. de conſue. & ca. quia
C contra. d. 8. ¶ Conſi. 4. de offic. iud. ord. numero 5.

Præſcriptio mala fide nulla eſt. ca. poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. ¶ Conſi. 1. de reb. eccleſ. alienan.

Pręſcriptio habenti ius legitimum non eſt neceſſaria. arg. cap. cuncta per modum. 9. q. 3. ¶ Conſi. 2. de iur. part. numero 20.

Præſcriptio longiſſima bonam fidem, & non titulum requirit. l. ſi quidem rem, & leg. cum nouiſſimi. C. de præſcrip. & eſt talis 30. vel 40. annorum. Si autem illa eſt dicta vel 20. requirit titulum. iux. l. ſi quis emptio-

nis. C. de præſcrip. Et in hoc nulla eſt differentia inter ius canonicum, & ciuile. ¶ conſi. 1. de reſcr. num. 4.

Præſcriptio non ſe extendit de vna re ad aliam, etiam illi ſimilem, ſecundum Inno. c. auditis. de preſcr. quod late Fel. extendit. ¶ De orat. c. 3. nu. 75.

## *Præſentatio.*

PRæſentatio ſimoniaca gratiam cõſecuti annullat. ¶ cõſi. 24. de ſim.

Facta ab excommunicato declarato nõ valet. Ioan. And. Anto. & Panorm. ca. nobis, de iure patron. Et id concludit Lambert. trac. de iure patron. lib. 2. p. 3. quæſtio. 3. arti. 4. ¶ Conſ. 7. eod. titu.

Præſentatio ad beneficium curatũ, & collatio facta minori 25. ann. nulla eſt. cap. cum in cunctis. §. inferiora. de ele. ¶ Conſi. 8. vbi ſup.

Præſentatio Abbatis vnius ordinis, ad Abbatiam alterius ordinis nulla eſt. ¶ Conſi. 49. de reg. numero 49. ver. Abbas.

Præſentationem admittere, & inſtitutionem facere diuerſa ſunt, hanc poteſt prælatus differre, illam vero nõ. ¶ Conſi. 12. de off. iud. ord. nu. 2. conſi. 29. de reg. nu. 2.

Præſentans præſentato ius ſuũ non pro ſequente alium præſentare poteſt. iux. c. ſi electio. de elec. li. 6. & annot. in ca. bert, el 2. de preb. li. 6. ¶ Conſi. 25. de ſimo. nu. 5.

Preſentans ad beneficium, cum pacto, vt aliud dimittat, ſi ex pacto id agit vere ſimoniacus eſt, ſi autem ob aliam cauſam in conſcientia non eſt talis, attamen in foro exteriori Simoniacus preſumitur. ¶ Conſi. 23. eo. tit.

Præſentare tenetur ſe Regularis epiſcopo Dioceſano pro confeſſionib. audiendis clem. dudum, de ſepul. Et ſemel admiſſi noua præſentatione non A indigent, etiam ſi Dioceſim aliquoties egreſſi fuerint d. clem. §. idem. Nõ tamen poſſunt abſoluere à caſibus epiſcopalib. Et minus diſpenſare in iuramento. & voto. gl. ibi recep. §. ſi verò, quod eſt tutius ſecundum Anto. 3. p. tit. 17. ca. 2. Licet Silu. ver. Confeſſio. q. 5. contra teneat. Et hæc præſentatio poteſt eſſe duplex, vel primo facta à ſuis prælatis, & hæc durat in perpetuum, vel ſecundo facta à ſe vigore priuilegij. Inno. 8. Et hæc non durat, niſi per annum. ¶ Manu. c. 17. nu. 264.

Præſentare ſe quamprimum poteſt tenetur abſolutus ab inferiore de excommunicatione papali, B propter impedimentum veniendi Romam. iux. cap. quamuis, de ſen. exco. alioquin recidunt in eandem c. eos qui. eo. tit. li. 6. ¶ Manual. ca. 27. nu. 89.

Præſentatus ante acceptationem & neque electus ante confirmationem, non tenetur recitare horas. ¶ Cap. acceptæ. op. 5. nu. 21.

## *Præſtatio.*

PRæſtatio annua alicuius rei præſtãſe non inducit obligationem ad præſtandum in futurum. cap. pen. de cenſibus, etiam ſi interueniſſet ratio C inualidam, quale eſt nudum & ure ciuili. l. ſi certis. C. de pact. ¶ Conſi. 1. de pact.

Sine cauſa facta præſumitur iniuſta per vim Didacus in cap. poſſeſſor. §. 5. de regul. iur. lib. 6. poſt multos alios a ſe ibi citatos. Quæ autem eſt talis obligationem non inducit per regulam, quod latenter cum multis alijs. de reg. iur. ¶ Vbi ſup. nu. 3.

Soluta decennio ex aliqua certa cauſa inducit præſumptionem pro iuſtitia exigentis. iux. l. cum de in rem verſo. ff. de viur. ſecundum declarationem Barto. verſus fin. Sed requiritur quòd præſta-

præſtatio ſit continua cauſa certa, & A expreſſa.num.4.

Continuata per annos 30.etiã nulla cauſa expreſſa inducit ius petendi in futurũ ratione præſcriptionis. Bal. in tract. de præſcr. 4. q.in princ. q. 9. quem ſequitur Couaruu. & probatur per l.ſicut.C.de præſcr.30.vel 40. annorum. Et non procedit quando contra poſſidentem facit ius commune, vel aliqua vehemens præſumptio per c.1.de præſump.¶ Ibid. num.5.

Præſtatio, quæ iure communi non debetur ſoluta tempore etiam immemorabili, præſumitur indebite ſoluta ſi eſt procedens ad amicitia, & familiaritate, vt hoſpitatio amici. Innoc. communiter recep. in ca.bonæ ſpei,de poſtulat.præl. aliàs præſumitur debita, vt onera, & alię graues præſtationes.nume.8.

In beneficijs conferendis priuilegio Papæ imponi poteſt, præſertim rectore conſentiente. arg. extrauag. ſuſcepti.ne ſede vacan.¶ Cõſ.1.de ſimo.

## Præſumptio.

† PRæſumptio dupliciter dicitur. Primo,ſecundum,quod homo magna de ſe exiſtimat, & pertinet ad ſuperbiam. Secundò ſecundum, quod C iudicat circa alia à ſe, & hæc eſt triplex. Prima eſt iuris tantum, quando ius ſuper dubio, & veriſimili pręſumit aliquid.Secunda Iuris,& de Iure, vt quando ius pręſumit ſuper aliquo, & vlterius diſponit ita eſſe, nec poſſe contrarium probari. gl. cap.is qui,de ſponſal.Tertia, eſt pręſumptio hominis,& eſt triplex.Prima violenta. Secunda probabilis faciens ſemiplenam probationem.Tertia leuis, & temeraria, ſicut & Iudicium. Silueſt. verbo pręſumptio per tot.

Præſumptio primo modo ſumpta eſt vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum,quę vires, vel merita excedant.¶Manual.cap.23.num.11.

Præſumptionum ſpecies multę ſũt. Prima eſt præſumptio leuis quæ ſolã ſuſpicionem parit de qua in l. de lege Aquil.Si deletum.ff.ad leg.Aquil.alia eſt grauior, quæ opinionem parit, & hæc eſt maior. de qua l. 1. §. eiuſdem ff.de reſt. Tertia eſt,quæ fidẽintegrã, & credulitatem producit. quod eleganter docuit Barto.in l.illa admonẽdi ff.de iureiur.¶ Com. cap. ſi quis cl 1.de pœn.d.7.nu. 8.

Pręſumptio Iuris, & de Iure eſt B præſumptio legis de aliquo ſuper eo, tanquã ſibi comperto ſtatuentis, iux. not.in d.c.Is qui de ſponſal. ¶ De Iudæ.Not.10.nu.28.

Contra hanc nulla probatio admittitur regulariter.l.antiquæ.C.ad Senatuſconſul.Velle.& l.à diuo pio. §.ſi pignora.ff.de re Iud.& d. cap. Is qui.de ſponſ.Ibi.nu.27.

Pręſumptio pro valore actus, præualet alijs.l.in cõtrahẽda. ff. de reg.iu. vbi hoc notat Dec.poſt alios. ¶ Com. 2.de Reg.nu.57.

Præſumptio ceſſat in foro Dei, & conſcientiæ,quando eſt contraria veritati,per notata in cap.Is qui.& ca.tua de ſponſal.¶ num.60.

Præſumptio, de qua regula ſemel malus ſemper præſumitur malus, &c. lib.6. per bonam cõuerſationem triennalem tollitur, & notat Fel.in cap.deputati.¶ Ibi.

Præſumptio Iuris, & de Iure fit de aliqua re,vſque ad aliquod tempus,& non poſt illum.Clem.1. de re Iud. vbi tali præſumptione præſumitur pro ualore trium ſententiarum confirmantium, donec executioni mandatur, & non poſt.¶ c.accepta. op.1.

Præſumptio, per contrarios actus

tolli põt.l.Diuus.ff.de reſtit.in integr. A & ca.accedens.cum glo.de crim.falſi. ¶ Conſil.25.de voto.

Præſumptio dolum, & malitiam preſupponit per dictum ſingulare. Card. communiter recep. Cle. 1. de priuileg.quæſt.39.¶ Cõſi.4.de hæret. numero 5.

Quare lex imponens pœnam præſumenti facere aliquid, non includit facientem per obliuionem, incogitantiam, vel ſimplicitatem ſine dolo iux. doct.eiuſdem Card.Ibi.¶ Com. 4. de Reguſ.nu.62.& verſ.Lex.

Preſumptio ex delicto fratris contra fratrem non oritur, quia nemo præſumitur in dubio delinquere, neque approbare delictum alterius propter ſolam cognationem.l.merito.ff.pro ſocio. cap. 2. de reg. iur. ¶ conſi..30. de ſen.excomm.

Præſumitur nemo iactare bona ſua, vt reputari debeat imprudens, & omnino, ſtultus.l. cum de indebito.ff.de probatio.¶ Conſ.10. de ſimon.

Preſumens exercere officium, vel exercitium, quod neſcit cum damno notabili ſalutis proximi corporalis, aut ſpiritualis, vel cum Dei irreuerentia, mortaliter peccat. D. Tho.2.2.q. 117.¶ Manu,ca.23.nu. 14. Com.cap. inter verba.nu.100.

Preſumptio iuris, & de iure eſt, cuius contrarium probari non poteſt. iuxta late notata in capitul. is, qui fidem.de ſponſal.¶ De cambijs.num.6.

## *Precium.*

PRecium rei eſt precium pecuniarum, quo communiter eſtimatur res valere tũc attenta illius intrinſeca bonitate, vendentis vtilitate, loco, tẽpore, copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum, & venditorum earum, & modo vendendi eas ſtatutũ à gubernatore loci, vel domino rei. ¶ Manu.ca.23. nu.78.

Precium eſt aliquod affectionis, de quo l.ſi.in emptione.ff. de minor. aliquid priuati affectus, quo vnus, vel alter rem ſuam æſtimat. l. præſentia rerum.ff.ad l.falc.¶ Ibi.

Precium iuſtum, ait Scotus 4.d.15. q. 2. non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem, cuius extrema appellantur pium, & rigoroſum, mediũ autem moderamine regitur. Sed etiam illud, quo in hoc loco, tempore, & modo vendendi communiter haberi poteſt.¶ Ibid.nu.79.& cap.17. nu. 228.
B de uſur.num.5.Com.cap.1.de pœn.d. 5.§.tanto.nu.35.

Precium rei minuit onus impoſitũ. c.cum Ioann.de fide inſtrum.¶ Conſi. 1.de conceſſ. præbend.

Non augetur ob periculum recipiẽtis rem creditam. Sot.lib. 6. de Iuſt. & iur.q.4.ar. 1.per c.in ciuitate, de vſur. In quo errauit Medin. Cod. de rebus reſt.quæſt.39.tenens res carius vendi poſſe credito, & vilius emi anticipato, quia modus vendendi uidetur augere, & minuere precium ob periculum. ¶ Manu.c.23.nu.81.

Non auget, & minuit dilata ſolutio
C niſi adſit lucrum ceſſans, aut damnum emergens.¶ Ibid.num.82.

Precium non eſt de eſſentia pecuniæ, ſed quid accidentale. Bar. l. quod te.ff.de rebus cred. nu. 77¶ de Camb, numero 49.

Preciũ rei vt ex certo incremento augetur, & certa diminutione minuitur, ſic ex dubio augetur, atque minuitur.¶ Ibi.nu.45.

Precium auget paucitas venditorum, & vtilitas venditoris, non autem vtilitas, aut neceſſitas ementis, ſecundum Silu. Verbo Emptio.§.7.¶ Ibid. nu.83, 85. Minuit pactum de retrouendendo

dendo

rendo frequenter vſque ad quartam partem, vel amplius ſecundum leges. argu. Extrau. 1. & 2. de emptio. nu. 86.

Precium rei litigioſæ ob dubium litis euenturę minuitur, & magis quò magis eſt dubium. Imol. & Burg. in c. cū cauſa. de empt. contra glo. poſtremam illius c. ¶ Com. ca. ſi quis autem de pœn. d. 7. nu. 28.

Precium cenſus redimibilis variabile eſt, ſecundum varias terras, ideo quale ſit iuſtum nō eſt definitum. Irredimibilis vero videtur 20. pro vno. arg. gl. communiter recep. auth. perpetuæ. C. de ſacroſanct. eccl. ¶ Conſi. 7. de empt. nu. 8.

Precio æſtimabile non eſt vita, ſalus, libertas, honor, & fama. l. liber homo. ff. ad leg. aquil. & ca. contingit. de ſent. excom. ¶ Manu. ca. 17. nn. 74. Vide Verb. venditio, &c.

## *Prætor.*

PRætor eſt iudex competens ad armorum reſtitutionem clericis faciendam, non autem Epiſcopis, quia arma non ſunt res eccleſiaſticæ, licet clerici ſic. Fallit tamen in Monachis, quorum omnia bona ſunt eccleſiaſtica. cap. non dicatis. 12. q. 1. ¶ Conſi. 44. de ſent. excom. nu. 6. Incidit in Bullā Cęnæ, quando notorium Subdiaconū accerſitum locum illi conſtituit pro carcere, præcipiendo ne inde diſcederet, atque examinauit principaliter, quo ad ſe, & teſtem quo ad alios conſtituendo illum tamquam reum detinendo per triduum licet ad petitionē Epiſcopi illum reſtituerit. ¶ Conſi. 45. eod. titul.

## *Primogenitus.*

PRimogenitus ille dicitur, qui primo natus eſt, licet nemo deinde ſequatur. cap. Ioſeph. de verb. ſignif. ¶ Conſil. 1. de conſec. eccl. nu. 2. Authoritate Regia inſtitui poteſt cū clauſula, vt deficientibus legitimis illegitimi ſuccedant. ¶ De ſpolia. cler. §. 6. numero 2.

## *Primus.*

PRimus ille dicitur, quem nemo antecedit. l. ex duobus. ff. de vulgar. ¶ Conſil. 1. de conſ. eccl. nu. 2.

Primus de collegio eccleſiæ prælatus dicitur & habet iuriſdictionem. Pano. cap. cum ab eccleſiarum. de off. ord. facit cap. ſtatutum. de elect. lib. 6. ¶ Conſ. 4. de maior. & obed.

## *Princeps.*

PRinceps abſolutus nō poteſt iuſte remittere reis delicta ex eo, quia Deus id poteſt, quia non poteſt omnino liberare, vt ille: immo ſubiectus eius legibus naturali, & diuinę. c. ſunt quidam. 25. q. 1. cap. quo iure diſt. 8. Immo ſubiectus eſt etiam ſuis legibus proprijs, quo ad vim directiuam. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 5. & cap. cum omnes. de conſti. & licet id poſſit facere ex clemētia cum iuſta ratione. 2. 2. q. 157. ar. 2. Non tamen id poteſt ſimpliciter, & pro ſuo libito, quo ad forum Dei, licet facta teneant etiam, quo ad forum interiorem. ¶ Rub. de iud. nu. 100.

Princeps præſumitur vti actus plenitudine cum alius actus non valeret. Paulus Caſtrenſ. in l. ex imperfecto. C. de teſtam. ¶ De red. eccl. q. 3. Mon. 7. nu. 2. Conſultus iuxta ius præcedens. reſpondet gl. celebr. ca. conſultationi. de temp. ord. c. ex tua. de filijs presbyt. ¶ Ibi. q. 1. Mon. 52. nu. 3.

In dubio nullius ius lædere videtur, lædit tamē quando poteſt, & vult id facere ſi de hoc conſtat illū habere animum lædendi. Principis enim diſpoſitio ſine alterius prejudicio accipi

debet, quod intelligendum eſt de alio præiudicio, quam expreſſo, vt ſentit Deci.ca.ſuper eo.de off.deleg.¶ Com. 3.de regul.nu.12.

Permittens Hebræis exercitiũ vſurarum etiam de ordinarij licentia pec cat mortaliter, per clem.1.de vſur.&c. cap.2.eod.ti.lib.6.cum ei adnotatis à Franco, & c.poſt miſerabilem,& cap. poſtulaſti.eod. tit. Quod intellige de illo, qui recognoſcit ſuperioré.¶ Cõſi. 6.de Iudęis.

Princeps, qui non recognoſcit ſuperiorem, ſicut in terris ſuis poteſt permittere Iudæos, ita poteſt permittere eis exercitium vſuræ cũ certis pactis, & modis, dummodo non participet aliquid ob illam permiſſionem. Secus autem ſi recognoſcat Superioré: quicquid dicat Ioann.de Ancharan.in con ſil, 243. quem ſequuntur Alexand. Imol.cõſi.1.uolum.2.& Ioan.ab Anania.in cap. poſt miſerabilem. de vſur. num.quinto. Et licet iuſtius id faceret conſulto Roman. Pontif. qui, & ille eos permittit, cum minus deberet, attamen etiã illo inconſulto, ſi id permittit non auderem dicere, quod peccet mortaliter. ¶ Conſi. 3. de Iudęis, & conſi.4.

Princeps aliquid ex certa ſcientia faciendo defectus iure humano inductos ſupplere uidetur, quatenus ualor diſpoſitionis eius requiritur. l. id eſt Vlpianus.§.1.ff.de excuſat.tutor, traditur in ca.ſi quando. de reſcr.poſt Bal, in cap. cum adeo.eo. tit. ¶ conſi.1.de Depoſ.nu.5.

Contraueniendo ſuæ legi peccat, quia contrauenit legi naturali iubenti ſic: Patere legem, quam tu ipſe tuleris.c.cum omnes. De conſtitut.¶ conſ. primo.de his, quæ vi, num.3.

Princeps ſine cauſa, non poteſt regulariter reuocare ſuum contractum, A aut priuilegium ob precium, uel remunerationem conceſſum.c.1. de probat. cum alijs multis, quæ allegat Felin.in cap.Nouit. de iudic. ¶ De Reſcript. Except.20. nume. quinto.

Principi aſſerenti cum cauſa facere aliquid, quando ea requiritur, ut iuſte poſſit facere non creditur, niſi aliunde appareat.c.non liceat.12.q.2.¶ Rubr. de iudic.nu.90. & com.de ſpol. cle.§. 2.numero 8.

Princeps inferior nõ poteſt, neque cum cauſa immutare legem naturalem per multa, quæ tradit Felin. cap. Quæ in eccleſiarum, de conſt.num.32.

B Princeps ſi prohibeat ne feræ occidantur à Dominis, quibus nocent, pec cat.¶ Manual.cap. 17. num. 125. Vide verbo Rex. verbo Dominus.

Princeps audito falſo panegyrico, ſi patet ea eſſe vera, quæ non ſunt talia, & gaudet eo, quatenus eſt laus in ordinata, aut ob eam pluris ſeipſum facit peccat.¶ Com.cap. Inter verba concl.1.num.7.

## *Prior.*

Prior qui eſt in tempore, potior etiã eſt in iure. de reg. iu.li.6.modo cætera ſint paria, & in iure contra- C rium non ſit expreſſum.cõſi.4.de ſtat. mona.nu.8.

Prior regularis ordinari intra annum, debet, ſed non ſæcularis.¶ conſi. 4.de præb.

Prior Carthuſienſium non excommunicat, ſed denunciat proprietarios virtute ſtatuti. Et ideo nõ incidunt in pœnam ſuſpenſionis, quæ contra excommunicantes verbo tantũ ſine ſcriptis profertur.ca.1.de ſent.excommu. ¶ Conſi.75.de Regu.nu.21.

Non poteſt ratum habere diſpenſationem ſuorum monachorum, niſi facta ſit in vtilitatem ſuorum monaſteriorum,

tiorum, & vſus pios, uel iuſtam remunerationem, quia non habet facultatem diſpenſandi in alia. ¶ Ibidem numero 33.

Remittens generaliter appropriata male facit, remiſſio tamen tenet, quo ad tria ſupradicta. ¶ Ibi.

Prioritas multiplex eſt tpis, naturæ, originis, cauſæ perfectionis, intentionis, & aſſecutionis. Tho. 1. p. q. 66. ar. 1. quol. 4. ar. 24. ad 16. De pœ. d. 1. c. quia diuinitatis. nu. 7.

Prioris vicarius, qui appellatur Prior eſt præſes cap. ſui conuentus c. Cum ad Monaſterium §. Prior autẽ de ſtatu Monach. Et illius eſt proponere negotia conuentui, & definita exequi. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 22. Vt elegatur à Conuentu ſolo iuſtum nõ eſt, ſed bene ab eo, & à Priore ſimul, per regulam illam quod res tangit li. 6. ¶ Ibid. Neque experiat eius officiũ mortuo Priore. Clem. Ne in agro §. ſi quis de ſtatu Monach. ¶ Ibi.

## *Prioratus.*

PRioratus cui eſt annexa cura exercenda per aliũ, & cui eſt annexa exercenda per ſe valde differũt, vt probat Clem. Vt in agro. §. cæterum. de ſtatu monacho. Quod quidem. §. reſtringitur ad prioratus regulariũ, qui Monachis confertur. arg. ca. ſtatutum, de elect. l. 6. per quod limitatur dictũ §. cæterum, immo Feder. conſi. 25. tenet illud non habere locũ, niſi in prioratibus Monachorum, non autẽ Canonicorum Regularium. ¶ Conſil. 4. de præbend.

## *Priuatio.*

PRiuatio præſupponit habitum. l. decem, ff. de verb. obl. & cap. ad diſſoluẽdum, de deſpon. impu. ¶ Man. cap. 17. numero 69. conſi. 75. de reg-

A num. 31. Com. 4. eodem. tit. num. 58.

Priuatio non poteſt fieri in non citatum cle. 1. §. cæterum de re Iudi. neque in non coniunctum cap. Nos in quenquam 2. q. 1. ¶ Com. 4. de Regul. num. 18.

## *Priuilegium.*

1 PRiuilegium dicitur, quaſi priuata lex. cap. priuilegia diſt. 3. Et eſt priuatum ius indultum à principe contra ius commune. Quod ſi eſt præter, & ſine alterius præiudicio non eſt proprie priuilegium, ſed beneficium. Panor. in cap. olim. de verbo. ſig. Et eſt
B quadruplex reale, perſonale, corporale. Perſonale, & corporale. Silueſt. Verbo priuilegium.

Priuilegium aliud eſt à lege, immo legi contrarium. cap. in his, de priuil. Quare per reuocationem priuilegiorum non reuocatur ius commune, niſi de illo fiat mentio. ¶ De ſpol. cle. §. 19. numero 9.

Priuilegium audiendi diuina tempore interdicti cum moderatione non ualet ei, qui fuit cauſa eiuſdem, aut cuius culpa fuit impoſitum, aut commiſſum delictum. cap. licet. de priuil.

Conceſſum alicui, intelligitur etiã
C conceſſum ſuis familiarib. & domeſticis. i. illis qui ſolent comitari illum ad eccleſiam, quando non ſolet ire, niſi comitatus. iux. glo. ſolem. d. cap. licet. ¶ Man. c. 27. nu. 181.

Priuilegium diſpenſandi ſuper homicidium, uoluntarium homicidium non includit, quia iſta facultas, neque legatis à latere, neque Summo Pont. ſolet concedi. ¶ conſi. 6. de Hæret. nu. 3.

Priuilegium Superioris nullus inferior tollere poteſt. cap. inferior. diſt. 21. ¶ Rubr. de Iudic. num. 53.

Priuilegium de conferendis ſacris ordinib. Abbati conceſsũ. Conc. Tri.

refragatur.cap. 12. ſeſſ. 23. vbi ſtatuit regulares ab epiſcopis ordinandos nõ ſine præuio examine. ¶ Conſi. 13. de priu.nũ.4.

A

Priuilegium generali minorum cõceſſum de diſpenſando ſuper multitudine Miſſarum ad ſucceſſores, & ad Miſſas poſt illud acceptas extenditur, vt patet per Bullas Iul. 2. & Leon. x. ¶ Conſi.3.eo.tit.

Priuilegium per immemorialẽ conſuetudinem præſumptiue probatur, ſecundum omnes. l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aq.quot.c. ſuper quibuſdã de ver.ſig.¶ conſ.2.de reg.nu. 4.conſ. 4.de temp.ord.

Priuilegium, quod Abbas nõ exemptus cognoſcere poſſit de cauſis ſuorum in prima inſtantia cumulatiuè, contrarium eſt Concil. Trid.ca.20.de refor. ſeſſ. 24. in cauſis criminalib. ¶ conſi.2.de foro comp.

B

Priuilegiũ principis citra alterius præiudicium interpretandum eſt, l. 2. §.ſi quis à principe.ff. ne quid in loco publ.fiat.& c.ſuper eo.de offic.delega. ¶ Conſil.7.de Regul.num.37.

Priuilegia, quæ contra ius commune feruntur, debent operari aliquid contra illud.cap.in his, de priuil.non tamẽ debent operari alia maiora. arg. cap. 1. de reſcrip. Ideo quam minime fieri poteſt debent extendi. ¶ De red. eccl.q.1, Mon.50.num.10.conſi. 19.de pœn.& rem.num.2.

C

Conceſſa ſine iuſta cauſa contra legem naturalem nemini prodeſſe poſſunt, quo ad forum interius.gloſſ.adiũcto tex.cap.non eſt, de uoto.c.quando, de Iureiuran. ¶ Ibi. quæſt. 3. Mon. 6. num.4.

Conceſſa ex precio ſine cauſa reuocari non poſſunt.verb. princeps.

Conceſſa ſuper recitatione officij, mag is uidentur declarationes Iuris communis, quàm priuilegia, quę enumerantur. ¶ de orat. cap. 19. num.84.

Conceſſa aliquib. ſuper recitatione uere ſunt priuilegia, vt conceſſio Indulg. illi, qui recitauerit ex libro. Et quæ ſint iſta enumerat. ¶ Vbi ſupra concl.10.

Priuilegia reſtringenda ſunt non amplianda.c.qui contra Iura. de regu. iur.lib.6.¶ Ibid. num. 86.

Priuilegia tranſitum ad arctiorem prohibentia limitata ſunt ab Innoc.3. c.licet. de Regul. vt. ſ.petant licentiã, & licet eam non obtineant poſſint trãſire.¶ Conſil.59.de Regul. num.1.

Conceſſa congregationi clericorũ regularium maxima ſunt.¶ Conſil. de conſecrat.Eccleſ.

Priuilegia licet ita ſint interpretãda, vt aliquid operentur vltra ius commune.ca.Is qui, de priuileg.non ſunt tamen extendenda ad alios effectus dato aliquo, quæ operentur, & ad quem ſint vtilia.Panorm. in cap. certificari, de ſepult.¶ Cõſi.4.de obſeruat.Ieiun. num.2.& conſi.25.de pœni.& remiſſ.

Priuilegia cõtra ſtylum curiæ ſcripta poſſunt argui falſitatis per innumera, quæ congeſſit. Felyn. cap. 2.de reſcrip.¶ Conſi.1. de homicid.

Priuilegij tenor ſeruandus eſt, & non extendendus.c. Abbate, de verbo. ſignific.ca.porrò.de priuileg.¶ Conſi. 24.de pœniten.& remiſſ.

Priuilegijs per clauſulam generalẽ in lege poſitam derogatur cum reuocatio eorum fit per viam legis.iux.clem. dudum.de ſepul.¶ conſi.21. de Regul.

Priuilegium remuneratorium etiã per contractum conceſſum ex cauſa, reuocari poteſt, & eſt communis opin. in ca.nouit.de Iudic.& ca.1.de proba. ¶ Man.c.27.nu. 73. de Indulg. No. 28. nu.7.de reſcr.excep.20.nu. 10. excep. 21.nu.1.

Probatio

## *Probatio.*

† PRobatio ſecundum Azo eſt rei dubię per argumẽta oſtenſio, & regulariter incumbit aſſerenti. 6. q. 5. ca. fi. & l. 2. ff. de proba.

Et eſt triplex euidentiſſima per inſtrumẽta, priuilegia indubitata. c. pia, de exceptio. lib. 6. Secunda, euidens per teſtes, & facti euidentiam. clem. tua. de cohab. cler. Tertia, minus euidens per coniecturas. Silueſt. Verbo probatio.

Probatio iudicialis plena, quæ ſit colligitur ex Bald. in l. admonendi. ff. de iureiurand. q. 1. & in alijs locis relatis ibi per Iaſon & Dec. Rubr. de probat. nu. 12. ¶ Rubric. de Iud. nu. 52.

Probatio ſemiplena eſt, quę fit per vnum teſtem omni exceptionem maiorem, vel per indicia illi æquipollentia, vel per infamiam plene probatam, vide ſuis locis. ¶ Manu. cap. 12. num. 57. Et com. cap. Inter uerba concl. 6. nu. 725. Hoc ſatis eſt ad hoc vt reus, vel teſtis teneatur reſpondere ad interrogationem Iudicis. Et hoc modo intelligitur D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 2. iuxta Sotum de rat. teg. m. 2. q. 6. ¶ Com. c. Inter verba concl. 6. nu. 581.

Non eſt autem ſufficiens, quando teſtes ſunt ſuſpecti. ¶ Ibi. c. 15. num. 13.

Probatio narratorum in reſcripto incũbit impetranti ſecundum regulã. Ioann. And. c. 1. de litis conteſt. lib. 6. recepta per Panor. & melius per Card. & Fel. cap. fi. de præſumpt.

Excipiuntur autem ea, quæ communi iure preſumuntur ſecũdum Panor. d. cap. fin. de reſcrip. excep. 8. nu. 4.

Probanda eſt illa cauſa, ſine qua iuſte aliquid fieri nequit. Bar. l. ſi forte. ff. de caſt. pecul. ¶ de ſpol. cle. §. 2. nu. 8.

Probationis defectus Iuris defectũ non arguit, ſaltem quo ad forum conſcientiæ, & Dei, cui omnia ſunt aperta. ¶ Conſil. 2. de pactis. num. 5.

Probatio generalis inquiſitionis non ſufficit in ſpeciali. Bar. in l. fi. de quęſt. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 45. clauius nu. 745.

Probationis annus in fauorem Nouicij, & Religionis datur. c. ad Apoſtolicam, de Regu. ¶ conſi. 22. & 33. eo. tit. Cui non poſſunt Nouitij renunciare. conſ. 33. eo. tit.

Debet ille eſſe continuus, & nullo modo interruptus. Petr. ab Anch. & Francus per cap. de Regularibus. li. 6. & à Panor. cap. ad apoſtolicam. eo. tit. Conſi. 34. eo. tit.

Ad illum tenetur, qui ad aliam Religionem tranſit per c. de Regul. Conc. Trid. ſeſſ. 25. ¶ conſi. 49. eo. titu.

Probatio, quæ ſufficit ad damnandum reum ſatis eſt etiam ad infligenda, ei tormenta. ¶ Com. c. Inter verba concl. 6. num. 726.

## *Procurator.*

† PRocurator large, & ſecundum Canones dicitur omnis adminiſtrator. 1. q. 3. ca. Saluator. Sed proprie eſt ille, qui aliena negocia mandato ſibi a Domino facto gerenda gratuito ſuſcipit, & differt ab Aduocato, quia ille cauſam præſentis, iſte vero abſentis pertractat. Silueſtr. num. 4.

Procurator Epiſcopi habens ſpeciale mandatum poteſt Conc. intereſſe ipſo conſentiente. cap. cum eccleſia. Salaria. de cauſ. poſſ. Non tamen debet præcedere. Abbates per ſe præſentes Cõc. quia licet vicem gerẽs alterius debeat honorari, ſicut eũ, quem repræſentat. ca. ſane. el 2. de offic. deleg. & c. fin. 93. diſtin. non tamen quantum ille, vt per pulchre ſoluit Dec. d. cap. ſanè. ¶ Conſ. 3. de offi. deleg.

Procurator poſt mortem ſui princi-

palis,

ſiæ ſuæ minus vtilem pro aliqua vtiliori. cap. vt ſuper de reb. eccl. nõ alien. ¶ Ibid.

† Quomodo autem verificētur hęc dicta vide verſ. Alienatio & verſ. Iuramentum. & verſ. Iurans.

Prælatus tenetur coram Deo ad iura Eccleſiæ ſuæ defendenda cap. ſine exceptione 12. q. 2. & cap. Nulli de rebus eccl. non alien. ¶ conſi. 22. de præbend. num. 6.

Non poteſt concedere licentiam teſtandi ſuis Religioſis neque ad pia: quia id eſt prohibitum Religioſo, & prælato de iure communi c. 2. de Teſt. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 23.

Prælatus non poteſt Religioſo facere facultatem diſponendi obligatoriè, ſed tantum præcutoriè verſ. Diſpoſitio. Poteſt autem facere facultatem vt in vita donet, vel diſponat aliqua in eos vſus, & eo modo, in quos, vel quomodo ipſi ſolent, & non aliàs, nec alio modo. arg. cap. Poteſt quis de reg. iur. lib. 6. Non autem vt poſſit dare alteri, quæ non vergunt in vtilitatẽ monaſterij directè, vel indirectè, vel in eleemoſinam, aut remunerationem. ¶ vbi ſup. num. 23.

## *Prælium, verbo, Bellũ.*

## *Præmium.*

PRæmium meritorum eſt duplex. Primum eſt eſſentiale. i. gaudiũ de Deo, & reſpondet charitati, q̃ ad uoluntatem pertinet. Alterum accidẽtale. i. gaudium de quocunque bono facto, vel de omnib. quæ cõſequuntur illud Tho. 4. d. 14. q. 5. ar. 1. Maio. ibid. q. 13. ¶ De pœ. d. 1. cap. magno. nu. 15.

Prẹmium propoſitum capienti bannitum non dentur, niſi captum ducat ad iudicem Bar. communiter recep. l. 1. ff. quod quiſq. iur. §. hęc autem uerba. De pœ. d. c. hæc autem verba. nu. 9.

A Præmia iuxta labores, atque virtutes tribui debent. l. 1. ff. de iuſt. & iu. iunct. c. mira mur. 61. d. De incompo. benef. num. 6.

Præmium propoſitum capienti bãnitum non debetur, niſi illi qui captũ ducit ad iudicem ſecundum Bar. ¶ Cõ. cap. Hæc autem de pœ. d. 1. nu. 19.

## *Præparatio.*

PRæparatio quædam in adultis requiritur, ſi uolunt accipere effectum ſacramentorum, qua remoueant fictionem, quæ quandoque præcedit

B ſufficiens ad gratiæ ſumptionem ante quam baptiſmus actu ſuſcipiatur, non autem præcedit votum de ſuſcipiẽdo. Quandoque tempore non præcedit, ſed eſt ſimul cum gratiæ perceptione. Et tunc gratię remiſſionis culpæ confertur. In pœnitentia autem nunquã datur gratia, niſi præparatio adſit, vel prius fuerit. ¶ Com. ca. uoluiſſent, de pœ. d. 1. nu. 9.

Præparatio, quę ad confeſſionem requiratur, colligitur ex his, quę dicta ſunt. ver. Confeſſio.

Prẹparatio uoluntatis, & propoſiti actualis, aut virtualis p̃cedere debet,

C non ſolum ad quęrendam gratiam, ſed etiam ad implendum præceptum per orationem. ¶ De orat. ca. 14. nu. 3. Ad quod & ad Miſſandum ſufficiunt præparationes ab eccleſia ad id ordinatæ. Maio. 4. d. 12. q. 7. Quare verſiculi ille, Deus in adiutorium meum aptiſſimũ eſt horarum initium. Caſſia. colla. 2. Abba. Iſaac c. 10. & Pater noſter finis, eſt cõueniens. iux. Conc. Gerundenſe. ca. id ſemper. de conſec. diſt. 5. ¶ Ibid.

## *Præpoſitura.*

PRępoſitura eſt de numero beneficiorum incompatibilium comprehen-

prehenſorum in c. de multa. de præb. Et eſt magis incompatibilis, quam beneficium curatum, vel dignitatem excepto epiſcopatu. cap. cum noſtris, de conceſ. præb. ¶ conſ. 21. de præb.

Præpoſitus alicui officio obligat præponentem etiam accipiendo pecuniam ad commodius eum exercẽdum. ¶ Conſ. 3. de proc.

## Preſbyter.

PRreſbyter preces ordinarias cum ſacris veſtib. veſtitus dicere debet, quia id pertinet ad ritum, & cæremonias. quæ ſeruandæ ſunt, iuxta Bullam Pij V. Miſſali adiectam. Et conſuetudo antiquiſſima eccleſiæ latinæ hoc ſeruat, ergo obſeruanda eſt. c. conſuetudo. d. 1. At ſi omittantur ſine contemptu non eſt mortale. ¶ Conſil. 2. de celebr. Miſſ.

Miſſando ſine ſacris veſtib. etiam ob timorem peccat mort. Caiet. 1. 2. q. 96. ¶ Manual. ca. 25. num. 83.

Aſſumens Doctoratum iuris ciuilis nullam pœnam incurrit, etiam non habeat licentiã ſui ordinarij. Panorm. in c. ſuper Specula, ne cle. vel mon. neque peccat ſi callet leges ciuiles, ſecus ſi nõ callet. iux. gl. 2. clem. 2. de Magiſ. Conſ. 2. ne cle. vel mon.

## Præſcriptio.

PRæſcriprio eſt vnus modus acquirendi dñium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum, quæ competit ex eo, quod tam legitimo tempore, mõ ad id legitimo bona fide poſſederit. leg. 1. ff. de vſuc. & toto ti. de præſcr. & gl. 16. q. 3. in ſum. Et ſi res eſt mobilis appellatur actus iſte vſucapio, ſi immobilis præſcriptio ſecundum oẽs iuris vtriuſque interpretes. At verius talis modus appellatur vſucapio. Exceptio autem, quæ ex ea naſcitur præſcriptio vocatur, ut ex multis legibus colligit Alcia. l. & ſunt. ff. de ver. ſig. Manu. c. 17. num. 85.

A Præſcriptio duplex eſt, vna Canonica. i. quæ ſacris Canonib. innititur. Altera Ciuilis, ſeu legalis, quæ ſacris Canonibus non conſentire. Et nulla, quæ fuit inchoata mala fide, ſeu à ſciẽte rem eſſe alienã excuſat. Neque etiã ſi fuit inchoata bona fide, ſi poſtea antequam finietur mala ſucceſſit. c. vigilanti, & c. fin. de præſcrip. Manu. cap. 17. num. 85.

B Præſcriptio ex poſſeſſione rei eccleſiæ de conceſſione epiſcopi dicentis ſe iuſte eam facere valet, & determinat Rota in titu. de præſcrip. deciſ. 3. in nouis. quam Fel. ſequitur. ¶ Conſi. 8. de reb. eccl. alie. nu. 3.

Præſcriptio 40. annorum, & immemorabilis etiam in rebus eccleſiaſticis, & beneficijs valida eſt. arg. cap. de quarta, de præſcri. ca. ſuper quibus, de verb. ſignific. & l. hoc Iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æſtiu. ¶ Conſi. 4. de offi. iud. ord. num. 2. & conſi. 39. de præben.

Præſcriptio contra ius naturale, nihil prodeſt. ca. fi. de conſue. & ca. quia contra. d. 8. ¶ Conſi. 4. de offic. iud. ord. numero 5.

C Præſcriptio mala fide nulla eſt. ca. poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. ¶ Conſi. 1. de reb. eccleſ. alienan.

Præſcriptio habenti ius legitimum non eſt neceſſaria. arg. cap. cuncta per modum. 9. q. 3. ¶ Conſi. 2. de iur. part. numero 20.

Præſcriptio longiſſima bonam fidem, & non titulum requirit. l. ſi quidem rem, & leg. cum nouiſſimi. C. de præſcrip. & eſt talis 30. vel 40. annorum. Si autem illa eſt dicta vel 20. requirit titulum. iux. l. ſi quis emptio-

nis.C.de præſcrip. Et in hoc nulla eſt differentia inter ius canonicum, & ciuile.¶ conſi.1.de reſcr. num. 4. A

Præſcriptio non ſe extendit de vna re ad aliam, etiam illi ſimilem, ſecundum Inno.c. auditis. de pręſcr. quod late Fel.extendit.¶ De orat.c.3.nu.75.

## *Præſentatio.*

PRæſentatio ſimoniaca gratiam cõſecutã annullat.¶ cõſi.24.de ſim.

Facta ab excommunicato declarato nõ valet. Ioan. And. Anto.& Panorm. ca.nobis, de iure patron. Et id concludit Lambert.trac. de iure patron. lib. 2.p.3.quæſtio.3.arti.4. ¶ Conſ.7.eod. titu.

Præſentatio ad beneficium curatũ, & collatio facta minori 25.ann. nulla eſt.cap.cum in cunctis.§. inferiora.de ele.¶ Conſi.8. vbi ſup.

Præſentatio Abbatis vnius ordinis, ad Abbatiam alterius ordinis nulla eſt.¶ Conſi.49. de reg.numero 49. ver.Abbas.

Præſentationem admitterem, & inſtitutionem facere diuerſa ſunt, hanc poteſt prælatus differre, illam vero nõ. ¶ Conſi.12.de off.iud.ord.nu.2. conſ. 29.de reg.nu.2.

Præſentans præſentato ius ſuũ non pro ſequente alium præſentare poteſt. iux.c.ſi electio. de elec. li. 6.& annot. in ca.licet, el 2.de præb. li.6.¶ Conſi. 25.de ſimo.nu.5.

Pręſentans ad beneficium, cum pacto, ut aliud dimittat, ſi ex pacto id agit vere ſimoniacus eſt, ſi autem ob aliam cauſam in conſcientia non eſt talis, attamen in foro exteriori Simoniacus præſumitur.¶ Conſi.23.eo.tit.

Præſentare tenetur ſe Regularis epiſcopo Diocęſano pro confeſſionib. audiendis clem.dudum, de ſepul. Et ſemel admiſſi noua præſentatione non indigent, etiam ſi Diocęſim aliquoties egreſſi fuerint d.clem.§.idem. Nõ tamen poſſunt abſoluere à caſibus epiſcopalib. Et minus diſpenſare in iuramento, & voto, gl. ibi recep.§. ſi verò, quod eſt tutius ſecundum Anto. 3. p. tit.17.ca. 2. Licet Silu. ver. Confeſſio. q.5.contra teneat. Et hæc præſentatio poteſt eſſe duplex, vel primo facta à ſuis prælatis, & hæc durat in perpetuum, vel ſecundo facta à ſe vigore priuilegij. Inno. 8. Et hæc non durat, niſi per annum.¶ Manu.c.17.nu. 264.

Præſentare ſe quamprimum poteſt tenetur abſolutus ab inferiore de excõmunicatione papali, propter impedimentum veniendi Romam. iux.cap. quamuis, de ſen. exco. alioquin recidunt in eandem c.eos qui. eo. tit. li 6. ¶ Manual.ca.27.nu.89. B

Præſentatus ante acceptationem et neque electus ante confirmationem, non tenetur recitare horas.¶ Cap.accepta.op.5.nu.21.

## *Præſtatio.*

PRæſtatio annua alicuius rei præſtẽ ſæ non inducit obligationem ad præſtandum in futurum. cap. pœn.de cenſibus, etiam ſi interuenirſſet pactũ inualidum, quale eſt nudum de iure ciuili.l.ſi certis.C. de pact.¶ Conſi. 1. de pact. C

Sine cauſa facta præſumitur iniuſta per vim Didacus in cap.poſſeſſor.§. 5. de regul.iur. lib.6.poſt multos alios à ſe ibi citatos. Quæ autem eſt talis obligationem non inducit per regulam, quod latenter cum multis alijs. de reg.iur.¶ Vbi ſup.nu.3.

Soluta decennio ex aliqua certa cauſa inducit præſumptionem pro iuſtitia exigentis.iux.l. cum de in rem verſo.ff.de vſur.ſecundum declarationem Barto. verſus.fin. Sed requiritur quòd præſta-

præſtatio ſit continua cauſa certa, & A expreſſa.num.4.

Continuata per annos 30.etiã nulla cauſa expreſſa inducit ius petendi in futurũ ratione præſcriptionis. Bal. in tract. de præſcr. 4. q.in princ. q. 9. quem ſequitur Couaruu. & probatur per l.ſicut.C.de præſcr.30.vel 40. annorum.Et non procedit quando contra poſſidentem facit ius commune, vel aliqua vehemens præſumptio per c.1.de præſump.¶ Ibid. num.5.

Præſtatio, quæ iure communi non debetur ſoluta tempore etiam immemorabili, præſumitur indebite ſoluta ſi eſt procedens ad amicitia, & familiaritate, vt hoſpitatio amici. Innoc. communiter recep. in ca.bonæ ſpei;de poſtulat.præl. aliàs præſumitur debita, vt onera, & aliç graues præſtationes.nume.8.

In beneficijs conferendis priuilegio Papæ imponi poteſt, præſertim rectore conſentiente. arg. extrauag. ſuſcepti.ne ſede vacan.¶ Cõſ.1.de ſimo.

## *Præſumptio.*

† PRæſumptio dupliciter dicitur. Primo,ſecundum,quod homo magna de ſe exiſtimat, & pertinet ad ſuperbiam. Secundò ſecundum, quod iudicat circa alia à ſe, & hæc eſt triplex. Prima eſt iuris tantum, quando ius ſuper dubio, & veriſimili prçſumit aliquid.Secunda Iuris,& de iure, vt quando ius prçſumit ſuper aliquo, & vlterius diſponit ita eſſe, nec poſſe contrarium probari. gl. cap.is qui,de ſponſal.Tertia, eſt prçſumptio hominis,& eſt triplex.Prima violenta. Secunda probabilis faciens ſemiplenam probationem.Tertia leuis, & temeraria, ſicut & Iudicium. Silueſt. verbo prçſumptio per tot.

Præſumptio primo modo ſumpta eſt vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum,quç vires, vel merita excedant.¶ Manual.cap.23.num.11.

Præſumptionum ſpecies multç sũt. Prima eſt præſumptio leuis quæ ſolã ſuſpicionem parit de qua in l. de lege Aquil.Si deletum.ff.ad leg.Aquil.alia eſt grauior, quæ opinionem parit, & hæc eſt maior. de qua l. 1. §. eiuſdem ff.de reſt. Tertia eſt,quæ fidẽintegrã, & credulitatem producit. quod eleganter docuit Barto.in l.illa admonẽdi ff.de Iureiur. ¶ Com. cap. ſi quis cl 1.de pœn.d.7.nu. 8.

Prçſumptio Iuris, & de Iure eſt B præſumptio legis de aliquo ſuper eo, tanquã ſibi comperto ſtatuentis, iux. not.in d.c.Is qui de ſponſal. ¶ De Iudæ.Not.10.nu.28.

Contra hanc nulla probatio admittitur regulariter.l.antiquæ.C.ad Senatuſconſul.Velle.& l.à diuo pio. §.ſi pignora.ff.de re Iud.& d. cap. Is qui.de ſponſ.Ibi.nu.27.

Prçſumptio pro valore actus, præualet alijs.l.in cõtrahẽda. ff. de reg.iu. vbi hoc notat Dec.poſt alios. ¶ Com. 2.de Reg.nu.57.

Præſumptio ceſſat in foro Dei, & conſcientiæ,quando eſt contraria ueri C tati,per notata in cap.Is qui.& ca.tua de ſponſal.¶ num.60.

Præſumptio, de qua regula ſemel malus ſemper præſumitur malus, &c. lib.6. per bonam cõuerſationem triennalem tollitur, & notat Fel.in cap.deputati.¶ Ibi.

Præſumptio Iuris, & de Iure fit de aliqua re,vſque ad aliquod tempus,& non poſt illum.Clem.1. de re Iud. vbi tali præſumptione præſumitur pro ualore trium ſententiarum confirmantium, donec executioni mandãtur, & non poſt.¶ c.accepta. op.1.

Præſumptio, per contrarios actus

tolli pót.l.Diuus.ff.de reſtit.in integr. & ca.accedens.cum glo.de crim.falſi. ¶ Conſil.25.de voto.

Præſumptio dolum, & malitiam præſupponit per dictum ſingulare. Card. communiter recep. Cle. 1. de priuileg.quæſt.39.¶ Cóſi.4.de hæret. numero 5.

Quare lex imponens pœnam præſumenti facere aliquid, non includit facientem per obliuionem, incogitantiam, vel ſimplicitatem ſine dolo iux. doct.eiuſdem Card.Ibi.¶ Com. 4. de Reguſ.nu.62.& verſ.Lex.

Præſumptio ex delicto fratris contra fratrem non oritur, quia nemo præſumitur in dubio delinquere, neque approbare delictum alterius propter ſolam cognationem.l.merito.ff.pro ſocio.cap. 2. de reg. iur. ¶ conſi. 30. de ſen.excomm.

Præſumitur nemo iactare bona ſua, vt reputari debeat imprudens, & omnino, ſtultus.l. cum de indebito.ff.de probatio.¶ Conſ.10. de ſimon..

Præſumens exercere officium, vel exercitium, quod neſcit cum damno notabili ſalutis proximi corporalis, aut ſpiritualis, vel cum Dei irreuerentia, mortaliter peccat. D. Tho.2.2.q. 117.¶ Manu.ca.23. nu. 14. Com. cap. inter verba.nu.100.

Præſumptio iuris, & de iure eſt, cuius contrarium probari non poteſt, iuxta late notata in capitul. is, qui fidem.de ſponſal.¶ De cambijs.num.6.

# Precium.

PRecium rei eſt precium pecuniarum, quo communiter æſtimatur res valere túc attenta illius intrinſeca bonitate, vendentis vtilitate, loco, tépore, copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum, & venditorum earum, & modo vendendi eas ſtatutú

A à gubernatore loci, vel domino rei. ¶ Manu.ca.23. nu.78.

Precium eſt aliquod affectionis, de quo l.ſi.in emptione.ff. de minor. aliquid priuati affectus, quo vnus, vel alter rem ſuam æſtimat. l. præſentia rerum.ff.ad l.falc.¶ Ibi.

Precium iuſtum, ait Scotus 4.d.15. q. 2. non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem, cuius extrema appellantur pium, & rigoroſum, mediú autem moderamine regitur. Sed etiam illud, quo in hoc loco, tempore, & modo vendendi communiter haberi poteſt.¶ Ibid.nu.79.& cap.17. nu. 228. B de uſur.num.5.Com.cap.1.de pœn.d. 5.§. tanto.nu.35.

Precium rei minuit onus impoſitú. c.cum Ioann.de fide inſtrum.¶ Conſi. 1.de conceſſ. præbend.

Non augetur ob periculum recipiétis rem creditam. Sot.lib. 6. de Iuſt.& iur.q.4.ar. 1.per c.in ciuitate, de vſur. In quo errauit Medin. Cod. de rebus reſt.quæſt.39.tenens res carius vendi poſſe credito, & vilius emi anticipato, quia modus vendendi uidetur augere, & minuere precium ob periculum.¶ Manu.c.23.nu.81.

C Non auget, & minuit dilata ſolutio niſi adſit lucrum ceſſans, aut damnum emergens.¶ Ibid.num.82.

Precium non eſt de eſſentia pecuniæ, ſed quid accidentale. Bar. l. quod te.ff.de rebus cred. nu. 7.¶ de Camb. numero 49.

Preciú rei vt ex certo incremento augetur, & certa diminutione minuitur, ſic ex dubio augetur, atque minuitur.¶ Ibi.nu.45.

Precium auget paucitas venditorum, & vtilitas venditoris, non autem vtilitas, aut neceſſitas ementis, ſecundum Silu. Verbo Emptio.§.7.¶ Ibid. nu.83,85. Minuit pactum de retrouendendo

ſendo frequenter vſque ad quartam A partem, vel amplius ſecundum leges. argu. Extrau. 1. & 2. de emptio. nu. 86.

Precium rei litigioſæ ob dubium litis euenturę minuitur, & magis quò magis eſt dubium. Imol. & Burg. in c. cū cauſa. de empt. contra glo. poſtremam illius c. ¶ Com. ea. ſi quis autem. de pœn. d. 7. nu. 28.

Precium cenſus redimibilis variabile eſt, ſecundum varias terras, ideo quale ſit iuſtum nō eſt definitum. Irredimibilis vero videtur 20. pro vno. arg. gl. communiter recep. auth. perpetuæ. C. de ſacroſanct. eccl. ¶ Conſi. 7. de empt. nu. 8. B

Precio æſtimabile non eſt vita, ſalus, libertas, honor, & fama. l. liber homo. ff. ad leg. aquil. & ca. contingit. de ſent. excom. ¶ Manu. ca. 27. nu. 74. Vide Verb. venditio, &c.

# *Prætor.*

PRætor eſt iudex competens ad armorum reſtitutionem clericis faciendam, non autem Epiſcopis, quia arma non ſunt res eccleſiaſticæ, licet clerici ſic. Fallit tamen in Monachis, quorum omnia bona ſunt eccleſiaſtica. cap. non dicatis. 12. q. 1. ¶ Conſi. 44. de ſent. excom. nu. 6. Incidit in Bullā C Cęnæ, quando notorium Subdiaconū accerſitum locum illi conſtituit pro carcere, præcipiendo ne inde diſcederet, atque examinauit principaliter, quo ad ſe, & teſtem quo ad alios conſtituendo illum tamquam reum detinendo per triduum licet ad petitionē Epiſcopi illum reſtituerit. ¶ Conſi. 45. eod. titul.

# *Primogenitus.*

PRimogenitus ille dicitur, qui primo natus eſt, licet nemo deinde ſequatur. cap. Ioſeph. de verb. ſignif. ¶ Conſil. 1. de conſec. eccl. nu. 2. Authoritate Regia inſtitui poteſt cū clauſula, vt deficientibus legitimis illegitimi ſuccedant. ¶ De ſpolia. cler. §. 6. numero 2.

# *Primus.*

PRimus ille dicitur, quem nemo antecedit. l. ex duobus. ff. de vulgar. ¶ Conſil. 1. de conſ. eccl. nu. 2.

Primus de collegio eccleſiæ prælatus dicitur & habet iuriſdictionem. Pano. cap. cum ab eccleſiarum. de off. ord. facit cap. ſtatutum. de elect. lib. 6. ¶ Conſ. 4. de maior. & obed.

# *Princeps.*

PRinceps abſolutus nō poteſt iuſte remittere reis delicta ex eo, quia Deus id poteſt, quia non poteſt omnino liberare, vt ille: immo ſubiectus eius legibus naturali, & diuinę. c. ſunt quidam. 25. q. 1. cap. quo iure diſt. 8. Immo ſubiectus eſt etiam ſuis legibus proprijs, quo ad vim directiuam. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 5. & cap. cum omnes. de conſti. & licet id poſſit facere ex clemētia cum iuſta ratione. 2. 2. q. 157. ar. 2. Non tamen id poteſt ſimpliciter, & pro ſuo libito, quo ad forum Dei, licet facta teneant etiam, quo ad forum interiorem. ¶ Rub. de iud. nu. 100.

Princeps præſumitur vti actus plenitudine cum alius actus non valeret. Paulus Caſtrenſ. in l. ex imperfecto. C. de teſtam. ¶ De red. eccl. q. 3. Mon. 7. nu. 2. Conſultus iuxta ius præcedens. reſpondet gl. celebr. ca. conſultationi. de temp. ord. c. ex tua. de filijs presbyt. ¶ Ibi. q. 1. Mon. 52. nu. 3.

In dubio nullius ius lædere videtur, lædit tamē quando poteſt, & vult id facere ſi de hoc conſtat illū habere animum lædendi. Principis enim diſpoſitio ſine alterius pręiudicio accipi

debet, quod intelligendum eſt de alio A præiudicio, quam expreſſo, vt ſentit Deci.ca.ſuper eo.de off.deleg.¶ Com. 3.de regul.nu.12.

Permittens Hebræis exercitiū vſurarum etiam de ordinarij licentia pec cat mortaliter, per clem.1.de vſur.&c. cap.2.eod.ti.lib.6.cum ei adnotatis à Franco, & c.poſt miſerabilem, & cap. poſtulaſti.eod. tit. Quod intellige de illo, qui recognoſcit ſuperiorē.¶ Cōſi. 6.de Iudęis.

Princeps, qui non recognoſcit ſuperiorem, ſicut in terris ſuis poteſt permittere Iudæos, ita poteſt permittere eis exercitium vſuræ cū certis pactis, B & modis, dummodo non participet aliquid ob illam permiſſionem. Secus autem ſi recognoſcat Superiorē; quicquid dicat Ioann.de Ancharan.in con ſil, 243. quem ſequuntur Alexand. Imol.cōſi.1.uolum.2.& Ioan.ab Anania.in cap. poſt miſerabilem. de vſur. num.quinto. Et licet iuſtius id faceret conſulto Roman. Pontif. qui, & ille eos permittit, cum minus deberet, attamen etiā illo inconſulto, ſi id permittit non auderem dicere, quod peccet mortaliter. ¶ Conſi. 3. de Iudęis, & conſi.4.

Princeps aliquid ex certa ſcientia C faciendo defectus iure humano inductos ſupplere uidetur, quatenus ualor diſpoſitionis eius requiritur: l. id em Vlpianus.§.1.ff.de excuſat.tutor.traditur in ca.ſi quando. de reſcr.poſt Bal, in cap. cum adeo. eo. tit. ¶ conſi.1.de Depoſ.nu.5.

Contraueniendo ſuæ legi peccat, quia contrauenit legi naturali iubenti ſic: Patere legem, quam tu ipſe tuleris.c.cum omnes. De conſtitut.¶ conſ. primo.de his, quæ vi, num.3.

Princeps ſine cauſa, non poteſt regulariter reuocare ſuum contractum, aut priuilegium ob precium, uel remu nerationem conceſſum.c.1. de probat. cum a lijs multis, quæ allegat Felin. in cap.Nouit. de iudic. ¶ De Reſcript. Except.20. nume. quinto.

Principi aſſerenti cum cauſa facere aliquid, quando ea requiritur, ut iuſte poſſit facere non creditur, niſi aliunde appareat.c.non liceat.12.q.2.¶ Rubr. de iudic.nu.90.& com.de ſpol. cle.§. 2.numero 8.

Princeps inferior nō poteſt, neque cum cauſa immutare legem naturalem per multa, quæ tradit Felin. cap. Quæ in eccleſiarum, de conſt.num.32.

Princeps ſi prohibeat ne feræ occidantur à Dominis, quibus nocent, pec cat.¶ Manual.cap. 17. num. 125. Vide verbo Rex.verbo Dominus.

Princeps audito falſo panegyrico, ſi patet ea eſſe vera, quæ non ſunt talia, & gaudet eo, quatenus eſt laus in ordinata, aut ob eam pluris ſeipſum facit peccat.¶ Com.cap. Inter verba concl.1.num.7.

## *Prior.*

Prior qui eſt in tempore, potior etiā eſt in iure.de reg.iu.li.6.mo do cætera ſint paria, & in iure contrarium non ſit expreſſum.cōſi.4.de ſtat. mona.nu.8.

Prior regularis ordinari intra annum, debet, ſed non ſæcularis.¶ conſi. 4.de præb.

Prior Carthuſienſium non excommunicat, ſed denunciat proprietarios virtute ſtatuti. Et ideo nō incidunt in pœnam ſuſpenſionis, quæ contra excommunicantes verbo tantū ſine ſcriptis profertur.ca.1.de ſent.excommu. ¶ Conſi.75.de Regu.nu.21.

Non poteſt ratum habere diſpenſationem ſuorum monachorum, niſi facta ſit in vtilitatem ſuorum monaſteriorum,

ctiorum, & vſus pios, uel iuſtam remu- neratione m, quia non habet faculta- tem diſpenſandi in alia. ¶ Ibidem nu- mero 33.

Remittens generaliter appropriata male facit, remiſſio tamen tenet, quo ad tria ſupradicta. ¶ Ibi.

Prioritas multiplex eſt tpis, natu- ræ, originis, cauſæ perfectionis, inten- tionis, & aſſecutionis. Tho. 1. p. q. 66. ar. 1. quol. 4. ar. 24. ad 16. De pœ. d. 1. c. quia diuinitatis. nu. 7.

Prioris vicarius, qui appellatur Prior eſt præſes cap. ſui conuentus c. Cum ad Monaſterium §. Prior autẽ de ſtatu Monach. Et illius eſt propo- nere negotia conuentui, & definita exequi. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 22. Vt eligatur à Conuentu ſolo iuſtum nõ eſt, ſed bene ab eo, & à Priore ſimul per regulam illam quod res tangit li. 6. ¶ Ibid. Neque expeniat eius officiũ mortuo Priore. Clem. Ne in agro §. ſi quis de ſtatu Monach. ¶ Ibi.

## *Prioratus.*

PRioratus cui eſt annexa cura exer- cenda per aliũ, & cui eſt annexa exercenda per ſe valde differũt, vt pro bat Clem. Vt in agro. §. cæterum. de ſtatu monacho. Quod quidem. §. re- ſtringitur ad prioratus regulariũ, qui Monachis confertur. arg. ca. ſtatutum, de elect. l. 6. per quod limitatur dictũ §. cæterum, immo Feder. conſi. 25. te- net illud non habere locũ, niſi in prio ratibus Monachorum, non autẽ Cano nicorum Regularium. ¶ Conſil. 4. de præbend.

## *Priuatio.*

PRiuatio præſupponit habitum. l. decem, ff. de verb. obl. & cap. ad diſſoluẽdum, de deſpon. impu. ¶ Man. cap. 17. numero 69. conſi. 75. de reg- num. 31. Com. 4. eodem. tit. num. 58.

Priuatio non poteſt fieri in non ci- tatum cle. 1. §. cæterum de re Iudi. ne- que in non coniunctum cap. Nos in quenquam 2. q. 1. ¶ Com. 4. de Regul. num. 18.

## *Priuilegium.*

PRiuilegium dicitur, quaſi priua ta lex. cap. priuilegia diſt. 3. Et eſt priuatum ius indultum à principe contra ius commune. Quod ſi eſt præ ter, & ſine alterius præiudicio non eſt proprie priuilegium, ſed beneficium. Panor. in cap. olim. de verbo. ſig. Et eſt quadruplex reale, perſonale, corpora- le. Perſonale, & corporale. Silueſt. Ver bo priuilegium.

Priuilegium aliud eſt à lege, immo legi contrarium. cap. in his, de priuil. Quare per reuocationem priuilegio- rum non reuocatur ius commune, niſi de illo fiat mentio. ¶ De ſpol. cle. §. 19. numero 9.

Priuilegium audiendi diuina tem- pore interdicti cum moderatione non ualet ei, qui fuit cauſa eiuſdem, aut cuius culpa fuit impoſitum, aut com- miſſum delictum. cap. licet. de priuil.

Conceſſum alicui, intelligitur etiã conceſſum ſuis familiarib. & domeſti- cis. i. illis qui ſolent comitari illum ad eccleſiam, quando non ſolet ire, niſi comitatus. iux. glo. ſolem. d. cap. licet. ¶ Man. c. 27. nu. 181.

Priuilegium diſpenſandi ſuper ho- micidium, uoluntarium homicidium non includit, quia iſta facultas, neque legatis à latere, neque Summo Pont. ſolet concedi. ¶ conſi. 6. de Hæret. nu. 3.

Priuilegium Superioris nullus in- ferior tollere poteſt. cap. inferior. diſt. 21. ¶ Rubr. de Iudic. num. 53.

Priuilegium de conferendis ſacris ordinib. Abbati conceſsũ. Conc. Tri.

refragatur.cap. 12. ſeſſ. 23. vbi ſtatuit regulares ab epiſcopis ordinandos nõ ſine præuio examine. ¶ Conſi. 13. de priu.nũ.4.

A

Priuilegium generali minorum cõceſſum de diſpenſando ſuper multitudine Miſſarum ad ſucceſſores, & ad Miſſas poſt illud acceptas extenditur, vt patet per Bullas Iul. 2. & Leon. x. ¶ Conſi.3.eo.tit.

Priuilegium per immemorialẽ conſuetudinem præſumptiue probatur, ſecundum omnes. l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aq.quot.c. ſuper quibuſdã de ver.ſig.¶ conſ.2.de reg.nu. 4. conſ. 4.de temp.ord.

Priuilegium, quod Abbas nõ exemptus cognoſcere poſſit de cauſis ſuorum in prima inſtantia cumulatiuè, contrarium eſt Concil. Trid.ca.20.de refor. ſeſſ. 24. in cauſis criminalib. ¶ conſi.2.de foro comp.

B

Priuilegiũ principis citra alterius præiudicium interpretandum eſt, l. 2. §. ſi quis à principe.ff. ne quid in loco publ.fiat.& c.ſuper eo.de offic.delega. ¶ Conſil.7.de Regul.num.37.

Priuilegia, quæ contra ius commune feruntur, debent operari aliquid contra illud.cap.in his, de priuil.non tamẽ debent operari alia maiora. arg. cap. 1. de reſcrip. Ideo quam minime fieri poteſt debent extendi. ¶ De red. eccl.q.1.Mon.50.num.10.conſi. 19.de pen.& rem.num.2.

C

Conceſſa ſine iuſta cauſa contra legem naturalem nemini prodeſſe poſſunt, quo ad forum interius.gloſſ.adiũcto tex.cap.non eſt,de uoto.c.quando, de Iureiuran. ¶ Ibi. quæſt. 3. Mon. 6. num.4.

Conceſſa ex precio ſine cauſa reuocari non poſſunt.verb. princeps.

Conceſſa ſuper recitatione officij, mag is uidentur declarationes Iuris communis, quàm priuilegia, quę enumerantur. ¶ de orat. cap. 19. num.84.

Conceſſa aliquib. ſuper recitatione uere ſunt priuilegia, vt conceſſio Indulg. illi, qui recitauerit ex libro. Et quæ ſint iſta enumerat. ¶ Vbi ſupra concl.10.

Priuilegia reſtringenda ſunt non amplianda.c.qui contra Iura. de regu. iur.lib.6.¶ Ibid. num. 86.

Priuilegia tranſitum ad arctiorem prohibentia limitata ſunt ab Innoc.3. c.licet. de Regul. vt. ſ.petant licentiã, & licet eam non obtineant poſſint trãſire.¶ Conſil.59.de Regul. num. 1.

Conceſſa congregationi clericorũ regularium maxima ſunt.¶ Conſil. de conſecrat.Eccleſ.

Priuilegia licet ita ſint interpretãda, vt aliquid operentur vltra ius commune.ca.Is qui, de priuileg.non ſunt tamen extendenda ad alios effectus dato aliquo, quæ operentur, & ad quem ſint vtilia.Panorm. in cap. certificari, de ſepult.¶ Cõſi.4.de obſeruat.Ieiun. num.2.& conſi.25.de pœni.& remiſſ.

Priuilegia cõtra ſtylum curiæ ſcripta poſſunt argui falſitatis per innumera, quæ congeſſit. Felyn. cap. 2.de reſcrip.¶ Conſi.1. de homicid.

Priuilegij tenor ſeruandus eſt, & non extendendus.c. Abbate, de verbo. ſignific.ca.porrò.de priuileg.¶ Conſi. 24. de pœniten.& remiſſ.

Priuilegijs per clauſulam generalẽ in lege poſitam derogatur cum reuocatio eorum fit per viam legis.iux.clem.. dudum.de ſepul.¶ conſi.21. de Regul.

Priuilegium remuneratorium etiã per contractum conceſſum ex cauſa, reuocari poteſt, & eſt communis opin. in ca.nouit.de Iudic.& ca.1.de proba. ¶ Man.c.27.nu. 73. de Indulg. No. 28. nu.7. de reſcr.excep.20.nu. 10. excep. 21.nu.1.

# *Probatio.*

† PRobatio ſecundum Azo eſt rei dubię per argumēta oſtenſio, & regulariter incumbit aſſerenti. 6. q. 5. ca. fi. & l. 2. ff. de proba.

Et eſt triplex euidentiſſima per inſtrumēta, priuilegia indubitata. c. pia, de exceptio. lib. 6. Secunda, euidens per teſtes, & facti euidentiam. clem. tua. de cohab. cler. Tertia, minus euidens per coniecturas. Silueſt. Verbo probatio.

Probatio iudicialis plena, quæ ſit colligitur ex Bald. in l. admonendi. ff. de iureiurand. q. 1. & in alijs locis relatis ibi per Iaſon & Dec. Rubr. de probat. nu. 12. ¶ Rubric. de Iud. nu. 52.

Probatio ſemiplena eſt, quę fit per vnum teſtem omni exceptionem maiorem, vel per indicia illi æquipollentia, vel per infamiam plene probatam, vide ſuis locis. ¶ Manu. cap. 12. num. 57. Et com. cap. Inter uerba concl. 6. nu. 725. Hoc ſatis eſt ad hoc vt reus, vel teſtis teneatur reſpondere ad interrogationem Iudicis. Et hoc modo intelligitur D. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 2. iuxta Sotum de rat. teg. m. 2. q. 6. ¶ Com. c. Inter verba concl. 6. nu. 581.

Non eſt autem ſufficiens, quando teſtes ſunt ſuſpecti. ¶ Ibi. c. 15. num. 13.

Probatio narratorum in reſcripto incūbit impetranti ſecundum regulā. C Ioann. And. c. 1. de litis conteſt. lib. 6. recepta per Panor. & melius per Card. & Fel. cap. fi. de præſumpt.

Excipiuntur autem ea, quæ communi iure preſumuntur ſecūdum Panor. d. cap. fin. de reſcrip. excep. 8. nu. 4.

Probanda eſt illa cauſa, ſine qua iuſte aliquid fieri nequit. Bar. l. ſi forte. ff. de caſt. pecul. ¶ de ſpol. cle. §. 2. nu. 8.

Probationis defectus Iuris defectū non arguit, ſaltem quo ad forum conA ſcientiæ, & Dei, cui omnia ſunt aperta. ¶ Conſil. 2. de pactis. num. 5.

Probatio generalis inquiſitionis non ſufficit in ſpeciali. Bar. in l. fi. de queſt. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 45. clauius nu. 745.

Probationis annus in fauorem Nouicij, & Religionis datur. c. ad Apoſtolicam, de Regu. ¶ conſi. 22. & 33. eo. tit. Cui non poſſunt Nouitij renunciare. conſ. 33. eo. tit.

Debet ille eſſe continuus, & nullo modo interruptus. Petr. ab Anch. & Francus per cap. de Regularibus. li. 6. & à Panor. cap. ad apoſtolicam. eo. tit. B Conſi. 34. eo. tit.

Ad illum tenetur, qui ad aliam Religionem tranſit per c. de Regul. Conc. Trid. ſeſſ. 25. ¶ conſi. 49. eo. titu.

Probatio, quæ ſufficit ad damnandum reum ſatis eſt etiam ad infligenda, ei tormenta. ¶ Com. c. Inter verba concl. 6. num. 726.

# *Procurator.*

† PRocurator large, & ſecundum Canones dicitur omnis adminiſtrator. 1. q. 3. ca. Saluator. Sed proprie eſt ille, qui aliena negocia mandato ſibi a Domino facto gerenda gratuito ſuſcipit, & differt ab Aduocato, quia ille cauſam præſentis, iſte vero abſentis pertractat. Silueſtr. num. 4.

Procurator Epiſcopi habens ſpeciale mandatum poteſt Conc. intereſſe ipſo conſentiente. cap. cum eccleſia Salaria. de cauſ. poſſ. Non tamen debet præcedere. Abbates per ſe præſentes Cōc. quia licet vicem gerēs alterius debeat honorari, ſicut eū, quem repræſentat. ca. ſane. el 2. de offic. deleg. & c. fin. 93, diſtin. non tamen quantum ille, vt per pulchre ſoluit Dec. d. cap. ſanè. ¶ Conſ. 3. de offi. deleg.

Procurator poſt mortem ſui principalis,

palis, non poteſt deferre iuramentum deciſorium litis in præiudicium ſui principalis. Et hoc eſt verius, quia ſuũ mandatum tunc expirat. verbo. Mandatum.

Et licet tunc factus ſit dominus litis, id verum eſt in his, quæ non requi runt ſpeciale mandatum. ¶ Conſi. 2. de iureiu.

Pro vtilitate, & pro gratia mandan tis accipiens mutuum, non obligatur ad ſoluendum acceptum, ſed obligat principalem. l. 1. & 2. & l. cum mandatum. ff. mandat. ¶ Conſ. 5. de pact. nu. 2.

Non debet monere principalem de errore in Bullis beneficij, ſi ille eſt bonæ fidei per ignorantiam factæ ortum habet. argu. ca. qui circa. de conſang. & affin. ¶ Conſ. 46. de ſimon. 3.

Procurator contemplatione ſocietatis conſtitutus, ſocietatem obligat. ¶ Conſil. 3. de procurat.

Procurator generalis poteſt contrauenire mandato ſpeciali Domini ex iuſta cauſa, per tex. ſing. in l. ſi honorem. ff. mandat. ¶ Conſil. 29. de ſent. excom. num. 1.

Procurator omnis legitimę conſtitutus poteſt illa agere, ad quæ eſt conſtitutus ſuper quam regulam fundantur omnes. ti. de proc. & praxis omniũ iudiciorum. Et reuocatio illius ad eum ſpectat ad quem, & conſtitutio, & contrarium iuribus omnibus exoſum eſt. ¶ Conſ. 12. de conſt. num. 5.

Procurans beneficium alicui per ſimoniam tenetur ad omnes fructus male ab illa impenſos. ¶ Conſi. 15. de ſim. Vide Verb. Aduocatus.

## Prodigalitas.

PRodigalitas vicium eſt inclinans appetitum ad effundendam pecuniam inordinate. Thom. 2. 2. q. 1. 83. & quol. 6. ar. 12. Et ſi hoc fiat ſine damno A alterius opponitur liberalitati, & eſt veniale. Si autem cum damno opponitur iuſtitiæ, & de ſe eſt mortalis. Tho. ibi. ¶ Man. c. 23. nu. 70.

Prodigalitas in clericis eſt peccatũ mortale, in laicis veniale. Thom. Ib. & 2. 2. q. 119. ar. 3. ¶ Man. c. 17. nu. 94. De red. eccleſ. q. 2. Mon. 19.

Prodigalitas famæ, quæ eſt detectio proprij peccati. iux. glo. memorab. in proęmio Gregor. non eſt mortalis, vbi non ſequitur damnum animæ, aut vitę corporalis noſtræ, vel alienæ, honoris, aut famæ alterius. ¶ Man. ca. 18. nu. 28. c. inter verba. concl. 6. nu. 565.

B

## Proditio.

PRoditio Auaritię filia eſt, & eſt deceptio contra fidem datam, vel debitam in damnum alicuius. Silu.

Proditio ſui ipſius, etiam in cauſa hæreſis non eſt neceſſaria. c. qui quando. de pœn. diſt. 1. quia de his nulla fit exceptio. ¶ Conſil. 8. de Hæret.

## Proœminm.

PRoęmia cauſam finalem continẽt. tex. in l. fin. de hæred. inſtit. Et mẽtem diſponentis indicant. ſecundum C Panor. in c. aduerſus. de immun. eccleſ. ſicut, & ex præfationibus colligitur mens contrahentiũ. l. Titia. ff. de verb. oblig. l. item quia. ff. de pact. Idem in ſtatutis ſecundum Barto. l. ambitioſa. de decret. ab ord. faciend. ¶ De reſcrip. excep. 8. nu. 1.

Proęmia Bullarum Papæ non probant, quæ continentur. Ripa lib. 2. interpretat. reſp. 35. Ibid. num. 7. Continent inſtructionem, non autem conditionem, vt docet Panor. communiter recep. in c. ſi. de præſump. ¶ Ibi. nu. 16.

Continent non ſolum ornatum, vt cenſuit Petrus Rebuff. cum per illã mo beatur. Pontif. ad gratiam faciendam, & per

& p multa quę aſſerunt Romanus cóſ. 180. Alc. cóſ. 42. li. 1. & cóſ. 45. cũ his, quæ tradit Iaſon. in l. ſi pacto quo poe nam. C. de pactis. Gomes. q. 1. de annullan. poſſeſſion. ¶Ibid. nu. 2.

Proęmiorum veritas Papam a peccato excuſat. ¶Ibi. nu. 13.

## *Profanatio.*

PRofanari non poſſunt bona Deo dicata per benedictionem conſtitutiuam ſacri durante forma, & eſſe artificiali ipſorum. Verb. Bonum. Neque Papa poteſt ibi facere, quia videtur eſſe iure diuino, vel naturali prohibitũ. ſecundum Tho. 2. 2. q. 88. ar. 10. ad primum per c. fin. Leuit. ſecus de ſacris alia ratione. de ſpol. cler. §. 18. num. 10. Verb. Papa. Verb. Sacrum.

## *Profeſſio.*

† PRofeſſio generaliter, & large ſumpta eſt omnis cóſeſſio a profitendo, ſicut profitetur ius Canonicũ, qui fatetur ſe Canoniſtam. Silueſt.

Profeſſio alia eſt fidei, de qua Verb. Fides. Alia eſt religionis. Et hæc eſt quidem contractus reciprocus vltro, citroque obligatorius, quo quis ſe obligat Monaſterio, vel ordini ad ſeruiẽdum ei ſecundum regulam eius. Et cõtra: Monaſterium ſe obligat ei ad alendum, atque tractandum ſecundum eandem regulam. ¶Conſ. 5. de regu.

Profeſſionis nomen ſimpliciter acceptum genus eſt ad profeſſionem expreſſam, & tacitam. c. porrectum, & c. vidua. de regul. ca. nullus. de elect. li. 6. & clem. eos qui eo. tit. Tacita fit multis modis, primo per exercitiũ actuũ, qui ad ſolos profeſſos ſpectent cum habitu profeſſorum diſtincto ab habitu Nouitiorum. d. cap. vidua etiam ſine perſeuerantia tridui ſecundum Anto. & Panor. ibi. contra. Ioan. And. in

A c. ad noſtram. eo. tit. modo ſciat, quod per talem exercitium, & habitus geſtationem inducitur profeſſio.

Secundo, per ſolam geſtationem habitus profeſſorũ ſine exercitio actus, modo ipſe habitus ſit diſtinctus. ca. 1. de regul. lib. 6. & accipiat illum ab eo, qui poteſt illum incorporare.

Tertio, per delationem annualem, cap. ex parte. de regul. & cap. 1. eod. tit. li. 6. etiã ſi indiſtinctiſſimus ſit omnes eo vtuntur. glo. recep. in clem. eos. eod. tit. ¶Com. 4. de regul. nume. 75. Et per hos modos præſumitur profeſſio in foro exteriori tantum.

B Profeſſio expreſſa ſi non valet, neq; tacita valebit, quia in cõtractibus par virtus eſt taciti, & expreſſi. l. cum quid ff. ſi certum petatur, & eſt tertia regula, quam ſentit gl. l. expreſſa, ff. de reg. iur. Et annullatur ex defectu conſenſus, qui ſine dubio requiritur in profitente, & in recipiente. ſecundum Inn. & Panor. in ca. porrectum. de regular. & debet eſſe liber a metu. cap. de his, quæ vi. etiam reuerentiali. ca. præſens, 20. q. 3. Verb. Conſenſus.

Profeſſio inualida ex defectu conſenſus ex geſtatione habitus durante defectu non inualidatur. ¶Conſ. 5. de

C regul. nu. 16. Et ſi eſt nulla non niſi data nullitatis ſcientia ratificatur. iuxt. Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 5. ¶Ibid. nu. 18. & Man. ca. 12. nu. 31. Et poſt Conc. Trid. ſolus Papa contra Concilium poſſet ratam habere de conſenſu vtriuſque partis ad hoc, vt honoribus ac priuilegijs gauderet, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, & maxime ſi inde ſcandalum auferatur. nu. 20.

Profeſſio religionis non exemptæ in manibus Epiſcopi fieri poteſt, Inn. in d. ca. porrectum. argu. cap. ſi vir. 27. q. 2. Quod intelligitur, quando eſt Epiſcopus ordinis, & Monaſterij ſibi ſub-

ɩecti

iecti, quia iure communi omnia ſubijciuntur Epiſcopis. ca. Abbates. 88. qu. 2. ¶ Conſ. 6. de regu. num. 5.

Facta in manu alicuius, qui non poteſt incorporare religioni ſi recipiatur nomine eius, qui poteſt, eo illam ratificante fit valida. Innoc. Ibid. & clarius Gemi. in c. conſtitutionem. §. 1. de reg. lib. 6. ¶ Ibi.

Profeſſio coniugati cuius vxor publice adulterata eſt etiamſi taceat de matrimonio valet per c. Agathoſa. 27. q. 2. vt gl. ibi. notat. ¶ Conſi. 7. eo. ti.

Profeſſio ante Nouiciatus annus in non mendicantibus ante Conc. Trid. valebat. cap. apud Apoſtolicam. de regul. ¶ Conſi. 9. Et vbi Conc. non eſt receptum adhuc valet. ¶ Conſi. 28.

Facta in religione non approbata ſi illa approbetur non fit valida, quia nõ egit annum nouiciatus in illa regula licet egerit in alia. ¶ Cõſ. 12. & conſ. 28.

Facta ante annum. 18. in Monaſterijs in quibus prohibetur illam fieri ante non valet. Hoſtienſ. communi in cap. quia in inſulis. de regul. Panorm. tamen ibi contrariũ tenet. ¶ Conſ. 22.

Facta in ordine Minimorum ante annum. 17. completum non valet, quia Conc. Trid. non tollit profeſſiones tacitas. ¶ Conſ. 35.

Profeſſio dolo, & deceptione non redditur nulla, ideo valida eſt profeſſio eius, qui circunuentus ab Abbate, vt bona eius quærerentur Monaſterio profeſſus fuit in illo licet bona eius Monaſterio non debeantur. ca. conſtituit. 20. q. 3. ¶ Conſil. 24. & Com. 2. de Regul. num. 31.

Profeſſio filij tenet licet ob parentũ penuriam peccat ſicut etiam excommunicati. cap. cum illorum. de ſent. excommunic. ¶ Conſ. 27.

Facta ante finitam ætatem, aut Nouiciatum eſt nulla Conc. Trid. ſeſſ. 25.

A c. 5. de regul. Neque eſt tacita niſi portet habitum profeſſorum per annum continuum. cap. de regularibus. lib. 6. ¶ Conſi. 66.

Profeſſio tacita non fit per ordinationem ad titulum religionis. Com. 4. de regular. num. 71. Niſi accipiat ab ea dimiſſorias. ¶ Conſi. 44. eod. tit.

Profeſſionem inualidam, nec tolerantia, nec admiſſio ad profeſſorum actus validat quia poteſt id occurrere per reuerentiam verecundiam, inaduertentiam, ignorantiam iuris, falſam credulitatem, &c. ¶ Conſil. 44. eod. tit.

B Profeſſio extra inſulas ſolitarias de quibus loquitur. cap. quia in inſulis. de regul. poſt. 16. annum facta tenet. Silu. Verb. Religio. 3. q. 2. Conc. Tri. ſeſ. 25. ca. 15. de regul. ante vero nulla eſt. Et ſi ratificatur valere incipit. ¶ Conſilio 65. & 66. de regul. num. 2.

Profeſſio regularis emundat profitẽtem ab omni macula, & irregularitate illam præcedente. gl. in Auth. de Monachis. Et intellige ſpecialiter, quo ad prouenientem ex natalium defectu. c. 1. de filijs presbyt. ad effectum ſuſcipiendi ordines tantum etiam ſacros, nõ autem dignitates. operatur etiã indulgẽtiã plenariã. 12. q. vlt. ar. 3. ad 5.

C Non enim tollit alias irregularitates ex homicidio, bigamia, &c. prouenientes, vel ex alia cauſa extra caſus à iure expreſſos. Nam & gl. illius Auth. affirmat non liberari profeſsũ ab infamia iuris, vel facti, licet bona conuerſatione triennali præſumatur mundus ab omni macula humana, donec contrarium probetur iuxta §. Sãcimus eiuſdem Auth. & ſi eſt facta cum debita contritione indulgentiã plenariam operatur. ¶ Com. ſecundo. de regul. num. 60.

Profeſſio Simoniaca duo operatur. Primum eſt, mutatio ſtatus de ſæculari

ſi in Regularem, quod non impeditur per ſimoniam, vel excommunicationem. Ideo facta ab excommunicato tenet. cap. cum illorum. de ſent. excom. Alterum eſt ius habendi victum indeterminatum ex communi, aut per portionem priuilegiatam. Et hoc impeditur per ſimoniam, & excommunicatione, donec ſubſequatur abſolutio, quia hoc eſt veluti beneficium. ¶Com. quarto. de Regular. num. 25.

Profeſſio regularis tollit omne votum factum antea, quia ipſo facto commutatur in votum religionis. cap. ſcripturæ. de voto. ¶Man. c. 12. num. 65.

Facta vbi non obſeruatur regula, non liberat ab obſeruatione regularũ, & ſi id cognoſcit, & non intendit ſe obligare niſi ad ea, quæ alij obſeruãt, tenetur intentionem mutare. Maior. 4. d. 38. q. 20. Quod verum eſt, quo ad eſſentialia religionis, non autem, quo ad accidentialia. ¶Ibi. nu. 50.

Profeſſionem vere facit, qui dicit trado me tibi in Monachum, vel promitto tibi obedientiam ſecundum talem regulam. ¶Com. 1. de regul. nu. 18.

Profeſſionem non videtur annullare ægritudo etiam mortifera niſi adſit ſtatutum in contrarium. ¶Conſ. 26. de regul.

Profeſſio facta ob timorem reuerentialem nulla eſt, etiam quo ad forum exterius gl. ſing. in cap. præſens 20. quæſtio. 3. ¶ conſil. 1. de Confeſſ. num. 5.

Profeſſio Hermaphrodite, verſiculo Hermaphroditus.

## *Profeſſus.*

PRofeſſus cenſendus ille eſt, qui vltra annum habitum religionis de manu commendatarij ſuſceptum geſtauit. ¶Conſi. 2. nume. 5. & conſi. 34. de regul.

A Profeſſus non præſumitur eo ſolo, quod actibus profeſſorum interſit. ¶Com. 4. de regu. nu. 72. & conſi. 43.

Profeſſus quis non dicitur ſi a maiori parte Capituli nõ admittitur. arg. l. quod maior. ff. ad municip. cum glo. iuncto tex. c. fin. de regul. lib. 6. ¶Conſil. 62.

Profeſſus non eſt tacitè, qui vt talis in Monaſterio tractatur, cum deſint aliæ conditiones ſupra relatæ in Verbo Profeſſio. ¶Conſi. 36.

Profeſſus religionem in genere nõ eſt verè religioſus, licet ſit obligatus ad faciẽdum ſe religioſum ſi inueniat B receptores. Silueſt. Verb. Religioſa. 3. q. 5. ¶Com. de regu. nu. 53. & conſi. 23. & 27. & 39. eod. tit.

Profeſſus nulliter volens exire de religione debet a prælato obtinere patentes literas ſui egreſſus coram Notario Monaſterij, & teſtibus, quibus prælatus declaret illius profeſſionem ex cauſis eſſe ac fuiſſe nullam. ¶Conſi. 5. eod. tit. nu. 13.

Citra recipientis cõſenſum inchoãdo Nouiciatus annum finito eo, de illorum conſenſu iterum profiteri debet. ¶Ibi. nu. 19.

Profeſſus nulliter ante ætatem non C indiget noua receptione, & ſi exeat, matrimonium æque ac laicus contrahere poteſt, quia ſicut ex nihilo nihil fit, ita nihilum nihil facit. leg. eius qui in prouincia. ff. de rebus cred. ¶ Conſil. 35.

Profeſſus in vno Monaſterio nõ poteſt, vt talis in alio recipi iure communi attento. Secus ex conſuetudine, aut ſtatuto, quo omnes illius religionis faciunt vnum corpus, quia id fieri poteſt cum cauſa. ¶Conſi. 15. vt lite pend.

Profeſſus tacito morbo contagioſo poteſt a ſuperiore expelli. ¶Conſ. 26. Sed non cenſetur talis, qui antequam pro-

profiteatur expreſſe expelli poteſt. ca. A non ſolum. de regu. Quia tantam liber tatem habet Nouitius, quantam, & cõ uentus: attento autem iure communi cenſendus eſt profeſſus in foro fori. ¶Conſi. 34.

## *Prohibitio.*

PRohibitio ab ingreſſu eccleſiæ vo catur interdictum. c. ſacro. de ſent. excomm. & in ca. primo, eod. tit. lib. 6. Dicitur etiam ſuſpenſio vtrobique ſu ſpenſio ſi fiat ob culpam propriam. In terdictum ſi ob alienam. ¶Conſil. 1. de verb. ſignif. nu. 2. Man. c. 27. nu. 156.

Prohibitio alienandi bona eccleſiæ B tacita cauſa, uel perſona regulariter non valet. l. filiusfam. ff. diui. ¶Conſ. 6. de teſtam. nu. 3.

Prohibito vno cenſetur prohibitũ id per quod peruenit ad illud, quod notat Barto. l. omnino. ff. de ſponſ. Quia prohibitus alienare prohibetur facere actũ ex quo ſequitur alienatio, vt conſtat ex gl. recept. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. Et prohibitus vendere videtur prohibitus promiſſionem de vendendo facere, ſecundum Deci. conſ. 502. Hæc omnia valet vbi militat eadem ratio. ¶ Conſi. 3. de conſang. & affin. nu. 16.

Prohibita videntur generaliter. ca. quorundam de Iudæi. ſola illa, quæ ma lo animo, vel æquipollenti iuuandi eos in bello deferuntur. ¶ De Iudæis. Not. 10. nu. 16.

Prohibita ſpeciatim ſunt, quæ nominibus ſuis ſpecialibus, & expreſſis prohibentur, generaliter vero, quę ver bis genericis, & quaſi tranſcendentibus prohibentur. Ibi. nu. 17. Specifice prohibita præſumitur mala mente facta niſi probentur, vel conijciantur aliunde. nu. 25.

Prohibere tenetur offenſus ne parentes, vel amici vindictam ſumant. c. Petrus. de Homic. ¶Manu. c. 25. nu. 17.

Prohibita quomodo, & quando ſit Venatio, & à quibus poſſit prohiberi. Verb. Venatio.

Prohibita quædam ſunt ſimpliciter, & abſolute. i. quo ad omnem locũ & tempus, quædam vero ſecundum quid, & ſecũdario cum non omnis locus, aut omnis tempus includitur. ¶De Iudæ. Not. 10. num. 30.

Prohibitum communiter una uia, alia regulariter non conceditur ca. Cũ quid de reg. iur. lib. 6. ¶Com. ca. inter uerba. concl. 6. nu. 554.

## *Promiſſio.*

PRomiſſio, quæ obligat ad peccatũ mortale eſt omnis, vera, deliberata, voluntaria etiam nuda rei licitæ, poſſibilis, & notabilis, quam mutatio rerum ſtatus non eneruauit. Et non ſolum, quæ fit Deo per votum, ſed etiam homini. Hoſtien. c. Noli. 23. quæſt. 1. Non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita, leg. labeo, & l. item, quia. ff. de pact. ¶Man. c. 18. nu. 6.

Ficta, quę fit animo non ſe obligandi non obligat. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5. cap. humanæ aures. 22. q. 5. tex. l. obli C gationum. 1. ff. de pact. ideſt tamen pec catum in illa. ¶Ibi.

Facta abſque deliberatione neceſſaria non valet, & tanta ſufficit, quanta ad votum. Neque facta metu, aut dolo eſt vera in conſcientia. 2. 2. q. 89. ar. 7. Neque in foro exteriori. Neque rei illicitæ. cap. in malis. 22. q. 4. Neque rei impoſſibilis. l. impoſſibiliũ. ff. de reg. iur. & c. nemo ad impoſſibile. eod. tit. lib 6. Neque rei paruæ obligat, niſi ad peccatum veniale. Neque ſi ſtatus rei mutatur. 2. 2. q. 110. ar. 3. Vt ſi illa cui promiſiſti te ducturum adulterata eſt, cap. quemadmodum. de iureiur. Aut ſi quod

quod tempore promiſſionis erat licitum factum eſt illicitum. arg. c. quintavallis. de iureiur. Vel ſi altera pars remittat, vel ſuã pro parte nõ impleat. l.cum proponas.C.de pact. ¶ Vbi ſup. & iocoſa l.3. ff.de act. & oblig.¶ Cõ. ca.diuortium de pœn.d.1.num.15.

Promiſſio reciproca, q̃ vulgo (ſcommeſſa dicitur) de aliquo certo euentu præterito, vel futuro, niſi adſit dolus cum notabili damno nõ eſt mort.quia nullæ legi iuſtitiæ eſt contraria, immo conſona. l. cum ad præſens. ff. de reb. cred. Sed vt plurimum obſtat liberalitati. Et ſi Maior.4.d.15.q.5. Adrian. 4.de reſtit. quol. de ludo contrarium ſignificare videantur, ¶ Man. cap. 20. num.18.

Promiſſio legitime facta non poteſt ſine peccato reuocari.l.1.& toto. titu. ff.de condit.cauſ.data. & c. 1. de pact. ¶Conſi.3.de donat.

Facta metu etiam non iuſto non obligat, quo ad Deum, quod ſentit Hoſt. & Ioan.And.in cap. verum, de iur.iur. Adrian.vbi ſupra. Sotus. 4. de iuſt. & iur.q.7.¶Conſi.1.de his, quæ vi.nu.9. Et ſi metus iuſte illatus eſt non reſcinditur, quod colligunt.Bart.& alij in l. ſi mulier. ff. de eo, quod metu cauſa, ¶Conſi.27.de regul.nu. 2.

Promiſſio facta pro palmario litis. Verbo Pactum.

Promiſſio facta Sanctis cenſetur votum, quia videtur facta Deo.Tho.2.2. q.85.ar.5. Facta vero homini puro nõ eſt votum. Et ſi fiat homini de aliquo bono poteſt cadere ſub voto materialiter: facta vero Sanctis vt homini eſt materia tantum voti. Facta ad faciendum certiorem futuræ rei illum cui fit non eſt votum. ¶ Conſ.3.de voto.

Promiſſio de impetranda diſpenſatione alienationem rei alienam prohibitæ non validat.¶Conſilio quinto

A de emptione & vend. nume. ſeptimo.

Promiſſio conditionata, etſi ante euentum conditionis non obliget, poteſt tamen eſſe mala, vt ſi quis promitteret alteri centum ſi occideret intra annum. Et ex illa non poteſt agi. l.generaliter. ff. de verb. oblig. cap. 1. de Homic.lib.6.¶ Conſ. 51. de præbend. num.5.

Promiſſio facta in curia pro gratia, & iuſtitia obtinenda ea etiam non obtenta extrauag. Greg. 13. Excommunicationem inducit. Et ſufficit, vt fiat in vtilitatem tertij. Et licet non detur, quod promiſſum eſt per multa allega-

B ta.in Com.de datis, & promiſſ. Not. 12.nu.28.

Promiſſio de matrimonio cum hæretico turpis eſt, & ipſo iure nulla. ca. in malis.22.q.4.& l.iuris gentium.ff. de pact.¶ Conſ.38.de ſponſ.nu.6.

Promiſſio de facienda aliqua re intelligitur intra tempus boni viri arbitrio declarandum.l. 1. ff. de iur. delib. cap.de cauſis.de off.de leg.¶Conſi.31. de ſponſ.nu.5.

Promiſſio geminata plurimum prodeſt iuxta annotata poſt alios à Felin. in c.ſi quando de reſcrip. ¶ Conſ. 31. de ſponſ. nu.6.

C De ſoluendo vſuras non obligat, niſi ſit iurata. cap. debitores. de iur. iur. poteſt tamen petere ab epiſcopo relaxationem iurament.¶Conſil.3. de vſur.

De re, quæ tacitè ineſt dilationem non vitiat.gl.memorab.ca. ad audientiam. de reſcr. arg. cap. ſignificaſti. de elect.& l.3.de legatis.¶Conſi.1. de ſimon.num.4.

De ſoluendo aliquid pro beneficio ſine animo ſoluendi non inducit ſimoniam, etiam facto inſtrumento publico. ſecundum Caietanum.2.tom.tract. 9.q.2.de ſimo. Sotus lib. 9. de iuſt. & iure.

iure.q.5.art. 1. ¶ Conſ. 12. de ſimon. Manu.c.23.num.106.

De dando, regulanda eſt, vt pactio, & ita neque licita, neque illicita venia liter tantum, neque mortifera ſecundum intentionem tantum meretur pœnas extrauagant.Gregor. 13. Not. 10. num 21.

Promiſſio longe poſt habitam poſſeſſionem facta opus eſt charitatis, & non confidentia iudicanda. ¶ Conſ. 66.de ſim num.2.

Quæ ipſo iure eſt nulla non comprehenditur in extrauag. Greg. 13.de datis, & promiſſis.¶Conſi.50. de ſentent.excomm.

Promiſſio generalis antidotalis nõ addens vllam obligationem ciuilem, vt dicto. Non ero tibi ingratus. Non inducit has pœnas, neque acceptatio talis promiſſionis. ¶ Com. de datis. Not.12.nu.24. Niſi fiat in finem componendi ſe, vel alium.

Promiſſio ad complacentiam non obligat, quia fit ex vrbanitate, generalibus verbis ſine animo ſe obligandi.¶ Ibid.nu.23. Etſi eſt promiſſio tacita dandi aliquid ſufficit, ſed non ſola intentio promittendi, paciſcendi non facta promiſſione, aut pactione expreſſa, vel tacita. Ibid.

Promiſſio beneficiorum vacandorum vetatur, ne detur occaſio mortis alienæ optandę.cap.2.de Conceſſ.præbend.c.ne optandæ.eod.tit.lib.6. ¶De ſpol.cler. §.19.nu.4.

Promittens aliquid videtur promittere id, ſine quo promiſſio conſiſtere non poteſt. arg. l. 2.ff. de iuriſd. omn.iud.cap.præterea. de offic. deleg. ¶De vſu.nu.66.

Promittens per verba generalia talia, quæ ad licita non inducerent obligationem peccat mortaliter, non tamen incurrit pœnas. ¶ Conſil. 19. de ſententia excommunicatione.

Promittens ſeipſum non obligat proxenetam, nec tenetur mandati. Quia, qui promittit obligat ſe, vel ſaltem habet animum obligandi ſe naturali obligatione, iuxt.l.1.ff, de pollicit. & §.ſi ſeipſum.inſtit. de inutil. ſtipul. & melius.2.ff.de proxenet.

Promittens non excuſetur ob difficultatem præſtandi rem promiſſam. l. continuus.§.cum ita. de verb. obliga. ¶Conſi.51.de præbend.nu. 4.

Promittere cum iuramento, & promittendo iurare diuerſa ſunt, iuxta verum intellectum. c.clericus.de iureiu. ¶Conſ.1.eod.ti.

Promittens non ducere vxorem aliam, quam illam, non tenetur eam ducere ſi vult ſine vxore manere Palu. 4. diſt.29.quæſt. 1.artic. 1. Adrian.4.de matrim.quæſt.2.Silu. ſed male contra tenet. Verb.matrim.2.q.10.¶Manual. 22.nu.27.

Promittens ſe ducturum aliquam virginem, quam defloraujt, ſiue animo vero, ſiue animo ficto, tenetur ad implenda promiſſa in vtroque foro, & multo magis ſi iuramento firmauit. cap.1.& cap. qualiter. de pact. adiuncto.cap. quacunque arra. 12. q. 5.niſi eſſent valde inæquales.¶ Man.cap.16. nu.18.Verb.Virgo.

Promiſſio debet effectu compleri cap. Qualiter de Pactis. ¶ Com. cap. Hæc autem uerba. de pœnit. diſt. 1. num.9.

Promittens inuenire latronem nõ ſatisfacit niſi repererit, & iudici præſentauerit.l.ſi burſatoram.C.de fideiuſ.¶Ibi.

## Propheta.

† PRopheta dicitur quaſi procul fans, vel procul videns, inquãtum, ſcilicet cognoſcit ea, quæ ſunt pro-

procul ab hominum ſenſibus, & ſecundum locum, & ſecundum tempus, iux. D. Tho. 3. p. q. 7. art. 8. adde ex diuina reuelatione.

Prophetas ſuos habet Dæmon, ut energumenos, qui tamen ex diuina diſpenſatione, & inſpiratione pronunnunciant aliqua mortalibus, vt patet, nu. 21. de Balaam, qui erat Ariolus, ſicut, & Sybillæ multa de Chriſto conſtat pronúciaſſe, hinc colligimus Prophetas duplices. Veros, ſcilicet qui veritatis ſpiritu ſemper afflantur, Et falſos, qui non ſemper falſa dicunt ſic Deo permittente. ¶ De Iudi. Not. 2. num. 26.

Prophetas conſulere ſuper temporibus olim licuit, 1. Reg. 3. 4. Reg. 1. hodie autem non, quia hic promittebantur tantum temporalia; modo autem promittuntur ſpiritualia. Tho. 2. 2. q. 95 art. 2. & Caietan. Ibid. ¶ Conſil. 1. de ſottil. nu. 1.

## *Propoſitum.*

† PRopoſitum ſimpliciter acceptum, dicit voluntatem faciendi aliquid ille enim dicitur proponere, qui firmiter vult aliquid facere. Bonau. 1. ſent.

Propoſitum in mente retentum pārit abortum l. ſi repetendi. C. de cond. ob cau. in multis allegatam à gl. ¶ cōſ. 1. de teſta.

Propoſitū, & deliberatio, quamuis firma non obligat, vt tradat omnes in cap. literaturam, de voto. poſt S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. ¶ Conſi. 1. de voto. & conſi. 6. & 8. Com. c. poſt. de pœn. diſt. 2. & cap. fratres. diſt. 5. nu. 19.

Propoſitum in pſopoſito debet operari, ſicut oppoſitum in oppoſito. l. & ſi contra. ff de vulg. c. ſciendum. 8. q. 1. ¶ conſ. 22. de præben. & cōſ. 2. de ſimo.

Propoſitum virtuale vitandi futura

A ſufficit ad contritionem. Maior. 4. diſt. 14. q. 1. quando defectus temporis, vel quędam inculpabilis conſideratio pœnitentis fuit in cauſa, quo minus haberet formale. ¶ Manual. cap. 1. nū. 11. Idem dicēdum de orāte, ſacrificante, bona in Deum referente, &c. Ibid. numero 13.

Propoſitum, & deliberatio, quæ ſecundum Panor. in c. literarum, de voto dēt promiſſionem pręcedere, intelligi debet de pręcedentia naturæ, ſeu cauſę, & non temporis, quia deliberatio poteſt fieri in momento. ¶ Manu. c. 13. num. 26.

B Propoſitū ſine promiſſione tacita, vel expreſſa, non facit votum, etiam ſi quis induat habitum Religionis. Palu. 4. & Anto. contrarium tenent per cā. conſulti. de Regul. Sed in ſuo caſu aderat promiſſio, ſaltem implicita. Ibid.

## *Proprietas.*

† PRoprietas. ſecundum Silu. Idē eſt, vt Dominium. Ideo vide ver. Dominium.

Proprietas, & voluntas appropriādi Monachis, non omnis eſt mortalis, conſequenter nō omnis eſt prohibita. c. 2. & ca. Super quodam. de ſtatu monac. ſicut proprietas paruæ rei, quæ pro nihilo reputatur in omni materia. Conſ. 75. de Reg. 12.

C Proprietas vltra tres ſolidos ſtatuto Carthuſianorum excommunicatur. num. 19.

Proprietatis reus eſt, qui occulte ſine licentia prælati aliquid tenet. Io. And. in c. cū ad monaſterium. de ſtat. mona. ¶ Ibi. num. 49.

Proprietatis peccatū incurrit, qui etiam conſentiente prælato tenet aliquid ſine cauſa iuſta, licet non incurrat pœnam proprietarij ſi eſt paratus reddere communitati, ſimul ac fuerit

requiſitus. ¶ Com. ſecundo de Regul. num. 21.

## Proprium.

PRoprium dupliciter dicitur. Primò, quo ad dominiũ, & proprietatem, vel quaſi, vel quo ad verã poſſeſſionem, aut quaſi vnius pecuniæ, vel quo ad vſum fructum, vel vſum præſertim quatenus ſunt iura, qualis generis proprij Deus, & ſoli homines liberi ſunt capaces ſuo nomine, non autem regulares, qui per votum ſolemne illud renunciarunt. c. non dicatis. 12. q. 2. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 3. Secundo, Quo ad detentionem, & vſum adminiſtrandum, & poſſeſſionem factum tantum. Cuius ſunt capaces etiam ſerui, & Monachi nomine ſuo. l. ſtipulatio. §. hæc quoq; ff. de verb. obl. c. Monac. de ſtatu Monac. ¶ Com. 1. de Reg. numero 15.

## Proteſtatio.

PRoteſtatio cõtrario facto tollitur ca. ſollicitudinem, de appel. cap. olim. de cenſibus. ¶ Com. 3. de Regul. nume. 14. Manual. cap. 22. numero 78. Et facta ab altera parte in abſentia alterius, & ea inſcia non prodeſt imò neque facta ea ſciente, ſi ei non conſentiat, neque in dubio præſumetur, conſentire ſi ſit ei damnoſa. ¶ Ibi.

Proteſtatio animi declaratiua operatur, vt actus dubij conſequentes intelligantur ſecundum illam, iux. omnes in ca. cum M. de conſt. l. non ſolũ, §. morte. ff. de oper. nou. oper. nunc. ¶ Conſi. 34. de regul. Intentionem facto contrariam non arguit. Conſi. 7. de temp. ord. nu. 7.

Proteſtatio ſubmittẽtis ſcripta ſuæ eccleſiæ iudicio excuſat. Caſus eſt clariſs. in ca. Damnatus. §. in nullo tamẽ. de Summ. trinit. quod ante ſenſit d.

A Hierony. relatus in cap. hæc fides. 23. q. 1. Et conſenſit Auguſt. relatus in ca. dixit Apoſtolus. 24. q. 1. Et ratio eſt, quia in his, quæ pendent à voluntate vnius proteſtatio declaratoria animi, etiam ſi ſit contraria facto iuuat. iux. Panorm. communiter recept. in cap. cuncta, de conſt. nu. 19. ¶ Conſ. 18. de hęre. num. 14.

Proteſtatio facta verbo tantum, ſed non animo ne procedatur ad deformationem non excuſat ab irregularitate ſubſecuta deformatione. ¶ Man. cap. 27. nu. 226.

B Proteſtatio poteſt multum prodeſſe proteſtanti cap. 1. de his, quæ vi. Et cap. fin. de Appellat. Idem dicendum de Reclamatione. ¶ Com. 3. de Regul. num. 8.

## Prouincialis.

PRouincialis non poteſt excludere à Prouincia deputatum in ea à generali. ¶ Conſ. 1. de ſen. & re iud. nu. 2.

Procuratorem à conuentũ legitime conſtitutum, non poteſt reuocare. arg. cap. 1. de regu. iur. ¶ conſi. 12. de elect. Non poteſt diſpenſare ſuper voto trãC ſeundi ad ſtrictiorem. ¶ Com. 4. de regul. nu. 23.

Prouiſiones conditionales *ſolus* Papa facere poteſt gl. cap. ſi gratioſe de Reſcrip. lib. 6. ¶ Relect. cap. *ſi quando* de reſcrip. prælud. 2.

## Prouiſio.

PRouiſio legis contra ius commune ad vſus in ea nõ expreſſos nõ extenditur. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat. ¶ Conſi. 34. de præb. nu. 1.

Prouiſio noua ob ſimoniam tẽporis, & fructuum mentionem facere debet. ¶ Conſ. 2. eod. tit. nu. 2.

Prouiſio cathedrarum per ſuffragia Scolaſticorum periculoſa eſt.

Pro-

## Proxeneta.

PRoxeneta ille eſt, qui vulgo ſenſa lis dicitur, & interueniens in cõ tractibus ex quibus vtilitatem ſibi cõ parat. Quod ſi in vſuris interuenerit tenetur ad reſtitutionem quando rogat aliquem, vt det mutuum. Anton. 2.par.tit.1.c.9. §. 13. Cum interuenit principaliter ex parte vſurarij, non autem volentis recipere ab illo, qui paratus eſt. ¶Man.c.17.nu.167.

Peccat etiam ſi ſuo ſtipendio non contentus cum mendacijs plus rem vẽ dit, & minus dat Domino cum obligatione reſtituendi. ¶ c.23.num.98.

Pluſquam ſibi debitum ſponte datum non tenetur reſtituere, ſed quia multum peccant huiuſmodi proxenetæ deberent animaduertere ſaltem ad pœnam, quam merentur in foro interiori, & in quam poſſent incidere in foro exteriori. ¶conſ.30. de vſur.

## Proximus.

PRoximus ille dicitur, quem nemo antecedit. l. proximus. ff. de verb. ſign. ¶conſ.1.de conſ.eccl.

Proximus omnis cõtinetur in quarto præcepto de honore parentum, ſecundum Bonau.3. d.37. in expoſitione litteræ, quatenus præceptum extenditur ad actus virtutis, & charitatis, erga illum. ¶Man.c.14.nu.3.

Proximum, qui non diligit charitate cum tenetur ideſt propter Deum, & quia eſt capax beatitudinis peccat. Cum excludit illum à ſuis orationib. 2.2.q.25.art.4. vel ſi habet animum illum non ſubuenire eo, quòd ſit peccator, vel offenderit. Thom. ibi art. 8. Si deſiderat, vt delinquat mortaliter. ¶Num.23.

Proximũ amare ex charitate quid ſit verſ. Amare.

A Proximum à damno defendere magis præceptum, quàm ſubuenire ei lucro. quia plus fauent iura agenti de damno vitando, quam de lucro captando. l.2.§.portio.ff.ad leg.Rhod.de iact. ¶Cap.24.num.22.

Proximum liberare a mortis periculo tenemur, cum eſt in neceſſitate conſtitutus. ¶Cap.14.num.10.cap.15. num.6. & 17.Com.in prin.de pœn. d. 5.num.14.

Proximi animæ ſalus præferenda eſt ſaluti proprij corporis. ¶ Cap. 24. num.9.

Proximo, qui deſiderat notabile damnum animæ, vel corporis peccat. ca.
B 14.nu.24.

Proximus, qui eſt pubertati contrahendo ſaltem naturaliter obligatur. l. 1.ff.de actio.& obligat.per multa quæ allegat Dec. in l.in negocijs. ff. de regul.iur. ¶ Conſi.39.de ſponſal.num.2.

## Prudentia.

PRudentia virtus eſt, quæ inclinat ad quærendum vera bona per vere bona media.4.Ethico. & Thom. 2. 2.q.47.artic.1.Et habet duo vitia contraria per ſimilitudinem.num.3.

Prudentiam carnis, ſeu mundi, quæ inclinat ad quærendum bonum, appa-
C rens per media bona, vel mala. Et aſtutia, quæ inclinat ad quærendum vera bona, ſed per media mala.2.2.q.55.ar. 3. ¶Man.c.23.nu.77.

Prudentia nobis neceſſaria eſt ad bene viuendum, vt ait Tho. 1.2. q. 58. art. 5. Non tamen ineſt nobis à natura.2.2.q.47.art. 15. Quæ ſi in infantia appareat præueniens ætatem indiciũ virtutis eſt. ¶De reſcrip.excep.8.nu.2.

## Publicum.

PVblicum illud appellatur, quod eſt Notorium, manifeſtum, vel famoſum.

moſum. Notorium, quod nititur maiori parti. Manifeſtum, quod nititur fama maioris partis orta a ſcientibus. Famoſum, quod nititur fama maioris partis orta ab vno ſciente, vel ex indicijs, vel præſumptionibus illi æquipollentibus. iuxt. gloſ. capit. manifeſtæ.2.q.1.& capitu. veſtra de cohabit. cler. ¶ Man.c.27.nu.255. cap.21. nu.5. Et ſic intelligenda eſt concluſio Caie. lib. 17. reſp. Reſp. 9. quando ait non eſſe dicenda publica omnia, quæ poſſunt probari; ſed bene ea, quæ quis fatetur in iuditio, & quæ perpetrantur in cōi hominum præſentia. ¶ Com.c. Inter verba concl.6. nu. 842.

Publici conuentus in bonum finē ſunt iuſti, & boni. c.14. num.44.

Publica priuatis anteponere lege communi omnes tenemur. capit. licet cum ſuis Concord. de Regul. ¶ Com.3. de Regul. num. 29.

Publica dicuntur acta coram Notario. Verb. Acta, & verb. Notarius.

Publicæ honeſtatis impedimentū. Verbo Matrimonium. Publica peccata. Verbo peccatum.

## Pudenda.

PVdenda membra nuda oſtendens, vel videns ſine circunſtantia iuſtificante etiam ſine intentione inducēdi ad culpam mortalē peccat mort. quia occaſionem peccandi mor. dat. ¶ Man.c. 14.nu.36.c.23.nu.28.c. inter verba.concl.6.nu.9.

Pudenda Sanctorum nominare grauiſſimum eſt peccatum: etiam ſi id faciat iocandi gratia. ¶ Cap.12.nu.85.

Pudendis qui caret ſi ita natus eſt, aut per vim à parentibus fuit caſtratus. Irregularis non eſt. ¶ Cap.27.nume. 199.

A

## Pudicitia.

PVdicitia à pudore deſumitur in quo verecundia ſignatur. Et ideo oportet, quòd proprie ſit circa illa de quibus homines maxime verecundantur, id eſt actus venereos, & præcipuè circa ſigna illorum, vt ſunt aſpectus, oſcula, & tactus, de quibus ſuis locis. Tabion. verb. Pudicitia, ex Tho.2.2.q.151.ar.5.

Pudicitiam attentare, eſt agere, vt ex pudico impudicus quis fiat, quod ſi quis attentat iniuriarum actione tenetur. Attentat autem quis, cum blanda

B oratione appellat formoſam, ſeu vtitur alijs verbis artificioſis fœminas ſe amare inſinuans appellando ſe ſeruitorem, &c. ¶ Com.c. ſi quis fœminam. de pœ. diſt. 1.

## Puella.

PVella nobilis non excuſatur per conſuetudinem ab audiendo Miſſam, aut concionem, quando ad ludos & feſta ducitur. Sed bene excuſatur, quando id illi à parentibus prohibetur, vt ait Ang. verb. Feriæ, §.42. Silu. verb. Miſſa.q.2.

C Et tunc excuſat etiam mater, quæ curam domus habet. arg.c. Acceſſoriū, de reg. iur. ¶ Man.c.21.num.9.

## Puer.

PVeri ex iure humano non poſſunt ante annos pubertatis obligari ad votum, neque ad matrimonium ob defectum iudicij, qui requiritur gl. ſolem. & recep. in ſum.20.q.1. & c. mulier.32.q.2. Conſil. 39. de ſponſ.

Ante 14. annum ſunt beneficij incapaces per Conc. Trid. ſeſſ.24.c.6. Hoſt. quem ſequitur Panor. in c. ſuper inordinata. de præb. ¶ conſi.2. ad præb. Vide verb. Infans.

Pue-

Puerorum facta non ſunt pœna ordinaria punienda. l.Auxilium §.In delictis ff.de Minor.& gl. cap. 1. de Delict.puer.¶Com.cap. Aut facta de pœnit.d. 1.nu.12.

# *Puluis.*

PVluerem ex cerebro hominis raſo contra morbum caducum, vel alium an efficere liceat non poteſt determinari niſi determinetur quæſtio in generali an liceat in extrema neceſſitate veſci humanis carnibus, vel eas aſſeruare pro medicinis, & vti, de quo nullus eſt textus in toto corpore iuris, neque Cæſarei, neque Pontificij.Pars negatiua in ſcriptura videtur determinata.4.Reg.6.Deu.28. & Hie. 19. Sed videtur intelligenda, de his, quæ filios occidunt in extrema neceſſitate ad comedendum. Quod liceat Medicis, Chirurgicis, & Pharmacopolis humano adipe, & oſſibus vti ad medicandum id ex priuilegio poteſt contingere,ſed ipſe videris. ¶ Conſil. 2.de fortil.

# *Punitio.*

PVniri nemo debet ob culpam alterius regulariter.cap. quæſiuit de his quæ fiunt à Maior. & l. ſancimus. C.de pœnis.¶Conſ.26.de pœn. & remiſ. Hinc ſequitur,quod filius non poteſt puniri crimine læſæ maieſt. ſi eſt innocens à parentibus commiſſo.Impeditur tamen euentus bonorum illorum,quæ propter illud fuerunt publicata.iux.l.quiſquis.C.ad leg.Iul. Maieſt.& c.cum ſecundum.de hæret.li.6. ¶Ibid.num.8.

Puniendus quando eſt quis denuntiatus.verſ.Denunciatio.

Punitio delicti per inquiſitionem detecti non permittitur,vt bona fama hominum non amittatur, quæ ratio

A ceſſat quando eius amiſſio eſt neceſſaria ad impediendum iacturam animæ ¶Com.cap. Inter verba. concl. 6. numer.663.

Puniri nemo debet pro peccatis occultis cap. Si omnia.6. quæſt.1. ¶ Cō. cap.Cogitationis de pœnitent. diſt. 1. num.1.

Punitionem debet præcedere cognitio.l.de qua re.ff.de Iudic. ¶ Ibi.

Puniri nemo debet ſpiritualiter,neque corporaliter ſine culpa propria. l. ad ea ff.de reg.iur.& cap.2. de Conſti. Tho.2.2.q.64.art.6. cap. ſine culpa de reg.iur.libr. 6. niſi ſubſit cauſa vt ibi

B notat gloſ. quia cum iſta adeſt poteſt puniri in fortunis,& fama, vt filij per duelion.l.ſi quis cum militibus §.filij C.ad leg.Iul.Maieſt. & filij hæreticorum c.2.§.Quicunque de hæret.lib. 6. ¶Com.cap.Aut facta.de pœn. diſt. 1. nu. 11.in §.Euentus.

Punientur æterno ſupplicio niſi tēporaliter nos ipſos puniamus Luc. 13. Niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimul peribitis.¶Com.capit.Porrò de pœ.d.1.nu.1.

C Puniendus eſt mitius ſponte confeſſus,quam conuinctus facit c. ſerpēs de pœn. d. 1. c. præsbyterum 50. diſt. ¶Com.cap.facilius ea.diſt.nu.1.

Puniendus quando ſit Denuntiatus.verſ.Denunciatio.

# *Pupillus.*

PVpillus in loco habitationis conueniri poteſt etiam extra locum originis.gl.l.1.C.vbi petant.¶ Cōſ. 2. de temp.ord.nu.5.

Pupilli,vel minoris bona non defendendo,vel alienando,vel eorū ius perdendo peccat cum obligatione reſtituendi.Vide verbo Tutor.

Pupilli mores deprauatos non corrigens,& caſtigans.Vide Ibid.

## Purgatio.

PVrgatio ſonat eductionem vilium ſordium de aliquo. Et quo ad pec cata dupliciter fit quantum ad Deum per ſacramenta, quo ad culpam, & pœnam, & per tribulationes, & ignẽ purgatorij, quo ad pœnam, & culpam venialem. Quo vero ad homines. ſecundum Ruin. Eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio per iuramentum, vel alio debito modo. Et eſt duplex. Altera vulgaris, ideſt à vulgo Diabolico inſtinctu adinuenta. Et altera Canonica, ſcilicet Canonico iure introducta. 2.q.5. fere per totum. Silu.

Purgatio vulgaris fit per duellum. cap. 1. & 2. de vulgar. Purg. Et alijs modis, qui ferè omnes ſunt illiciti niſi per mittantur à Superioribus. ¶ Conſil. 1. de purgat. uulga.

Purgatio Canonica per quam quis de hęreſi, uel alio crimine ſe purgat eſt de obiecto crimine innocentiæ oſtenſio iuxta communem probatur ex ca. ex tuarum, & cap. inter. de hæret. Et fit per iuramentum, uel aliquo iudicis decreto. Et qui iuxta præſcriptam formã purgatur abſoluitur. ¶ Conſil. 5. de hæret. num. 3.

Purgatur à crimine nemo corã Deo niſi per remiſſionem peccati. cap. firmiſſime. 15.q.5. ¶ Com. ca. non poteſt. de pœn. d. 1.

Purgatus interdum pro diſpoſito ad purgationem accipitur per deteſtationem peccati, & ſpem ueniæ. ¶ Ibid. num. 4.

## Purgatorium.

PVrgatorium locus eſt, in quo animæ defunctorum, quæ in gratia Chriſti gratum faciente deceſſerunt à reliquijs peccatorum purgatæ, quo nitidæ ad notiſſimam Dei præſentiam,

A & uiſionem admittantur. Conc. Trid. in Doctrina. de Sacram. & apparet in Bulla. Eug. 4. quod detur. Vide Thom. & alij in 4.d.20. & 45. Echius. in lib. ſuper hoc. Alph. de Caſtr. contra hæres. Verbo Purgatorium, & uerſ. ſuffragium. ¶ De indulgen. Not. 16. nu. 6.

De Purgatorio apud antiquos rariſſime fiebat mentio, vel nulla formaliter ſub hoc verbum, ſcilicet Purgatorium. Et hoc modo intelligendus eſt Roffenſis. Sed ſæpe in ęquipollentibus ¶ Ibi. Not. 7. nu. 8. de pœ. d. 7. c. vltimo, §. ſi quis.

Purgatorij locus duplex alter ſpe-
B cialis ideſt ſecundum ſpecialem Dei determinationem. Et non eſt alicubi determinate, ſed eſt vbi quis peccauit, vel alibi. vide Greg. 4. Dial. Alter eſt generalis ideſt ſecundum legem communem. Et is creditur eſſe in Inferno circa centrum terræ ſupra locum damnatorum. Et inferior puerorum limbo. ¶ De pœn. diſt. 7. cap. vlt. §. ſi quis. num. 13.

Purgatorij pœnæ maiores ſunt, quã huius ſæculi, & etiam, quam Chriſtus protulit in cruce. ¶ Ibi. nu. 16. Et ratio eſt, quia dolor animæ ſeparatæ patientis ad ſtatum futuræ damnationis pertinet,
C vt ait. Th. 3. p. q. 46. art. 6. Et ideo excedit omne malum huius vitæ. Et conſequenter dolorem etiam Chriſti. ¶ Ibi. num. 24. & 25. de indulgent. Not. 32. num. 8.

## Puritas.

PVritas apud latinos munditiam ſignificare videtur. iuxta illud Perſij: purum, & ſine labe ſalinum. Et facit. c. pura, 3. q. 9. & cap. ſtatutum. 6. inſuper. de reſcrip. lib. 6. ¶ De pœn. d. 5. c. fratres. nu. 21.

Pyrata.

## *Pyrata.*

PYrata latrunculus eſt marinus qui principaliter in agendis prę dis percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus verſatur. Et hi proprie per Bulla Cœnæ excommunicantur quicquid dicat. Ang. Verb. Excommunicatio. 5. caſu 17. & Silu. Ibi. caſu. 28. Caie. Ibid. caſu. 18. ¶ Manu. c. 27. nu. 59.

## De Litera Q.

## *Qualitas.*

QValitas iuncta verbo debet intelligi ſecundum qualitatem actus. l. in delictis. §. 1. ff. de noxialibus. ¶ Man. c. 27. nu. 255.

Similiter iuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. d. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. ad l. Aquil. ¶ De Iub. Not. 32. nu. 38.

Qualificatum cum quid requiritur non ſufficit, vt illud ſit ſimplex. cap. notificaſti. 33. q. 3. adiuncta. glo. commendata a Panor. & alijs in cap. cum in locum. de ſponſ. ¶ Conſil. 18. de tépor. ord. nu. 2.

## *Quantitas.*

QVantitas damni, vel debiti reſtituenda eſt ſi eſt certa, ſi vero incerta ad arbitrium boni viri penſatis circunſtantijs. l. certi conditio. ff. de rebus cred. ¶ Manual. cap. 17. num. 27.

Quantitas furti quanta requiratur ad conſtituendum peccatū mor. Verb. Furtum.

## *Quæſtor.*

QVæſtores eleemoſinarum appellantur illi, qui ex venditione, locatione, vel oſtenſione A reliquiarum, & aliorum ſacrorum cū pacto, vel ſine principali aliquid recipiendi turpem ſibi lucrum acquirūt. Et tales ſunt reprobati, & damnati à Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 9. ¶ Manual. c. 17. nu. 69.

Tales etiam ſunt, qui eleemoſinas quærunt prædicando, & indulgentias proponendo, quod eſt omnino prohibitum per Conc. Trid. vbi ſupra. ¶ Conſ. 79. de reg.

Quæſtores eleemoſinarum, qui ad quęrendas eleemoſinas deſtinabantur olim debebant eſſe diſcreti, modeſti, &c. prout illis præcipitur. ca. cum B ex eo. de pœn. & rem.

Qui tamen contrafacientes plurimos errores committebant. ¶ De Iub. Not. 31. num. 46. Vide ibi ad longum.

## De Litera R.

## *Rancor.*

† RAncor. iux. D. Tho. 2. 2. q. 35. art. 4. ad 2. & qq. de malo. q. 2. art. 4. Eſt diſplicentia contra aliquē propter, quæ deſiderat malum alteri, & eſt filia Accidiæ, & aliquando Irę. Tabien. Verbo. Rancor.

Poteſt eſſe duplex vnus bonus, qui C naſcitur ex Ira, quatenus quis appetit, vt per iudicem caſtigetur delictū, quem aliquando tenetur quis concipere, conſeruare, & oſtendere. cap. is, qui, & cap. diſplicet. 24. q. 4. Silueſt. Verb. charitas. q. 4. Patet quando ad ſalutem ſpiritualem offenſoris, vel ad Dei obſequium id confert. ¶ Man. ca. 14. num. 25. Alter eſt malus, quo indignamur in bene monentes, per quem ſi tranſgredimur aliquod præceptum, peccatum mor. eſt, vel veniale. ¶ Ibid. c. 23. nu. 25.

## Raptus.

RAptus à rapiendo deducitur, & poteſt eſſe, & rerum vnde rapina, & perſonarum. Tum publicus, vt fit à pyratis. Tum priuatus. Qui ſi fit vxoris alterius, ſeu deſponſatæ, eſt matrimonij impediment. De quo verbo. Matrim. vide Conc. Trid. ſeſ. 24. ca. 6. de reform. Matrim. ¶ Manual. cap. 22. num. 74.

Raptus fit acceptus, ablationẽ uiolentam ſignificat, qua fœmina ab uno loco ad aliud traditur. 2. 2. q. 66. ar. 9. & q. 154. art. 7. capit. De raptoribus. 36. q. 1. & l. ſed eximendi. ff. ne quis. Et qui ſic rapit incidit in pœnam excommunicationis, & ſecundum leges Ciuiles in pœnam capitalem, vt notat Paul. Caſt. in l. raptores. C. de epiſc. & cler. Non eſt autem talis, qui virginem voluntarie ſe ſequentem etiã ſtuprat, quia ſtuprũ aliud eſt à raptu, cum illam non adducat de loco ad locum, & pœna ſtupri alia eſt à pœna raptus. Ideo dicit Ioan. ab Anchar. in Rubric. de raptor. quod qui vult probare raptum, debet articulare, ita ut uiolentiam factam concludat.

Quamuis uideatur ſufficere perſuaſio exeundi à domo patris ipſa uolente per munera data, ſeu promiſſa ex mẽte Angeli in Auth. de Lenonibus. §. fin. ¶ Conſil. 1. de Rap. per totum.

Raptor dicitur, qui aliquam uiolenter contra uoluntatẽm ipſius, uel potius eius à domo ſua extrahit: quamuis id faciat adducẽdam illam in uxorem poſt habitam copulam, & etiam quando uiolenter extorquet copulã. d. cap. raptores. 36. quæſt. 2. ¶ Manual. c. 16. nu. 3.

Raptor non poteſt habere raptam in uxorem quandiu in poteſtate ſua eſt, niſi ab eo ſeparetur, & conſentiat

A poſita primum in loco tuto. Cõc. Tri ubi ſup.

Neque refert ſi quis rapiat contra uoluntatem ipſius puellæ conſentiente patre, aut contra uoluntatem patris conſentiente puella. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 7. ¶ Conſi. 32. de ſponſa.

Rapta cum raptore ſecundum Canones antiquos poſt pœnitentię purgationem, & ſatiſfactionem poterat contrahera. 36. q. 2. c. apud omnipotẽtem. Quod Conci. Trid. limitat ualere, quando poſita fuerit in libertate, non quod matrimonium contractum inter illos, ſit omnino prohibitum,

B iuxta legem iniuriam. C. de rap. uirg. quæ hodie non eſt ſeruanda. Sed quia libertas plena iu id requiritur, quam mulier non poteſt habere, donec in poteſtatem raptoris manſerit.

Et ideo nec Matrimonium tunc, neque ſponſalia ad quæ eadem libertas requiritur. cap. cum locum. de ſpõſal. ualorem habent. ¶ Conſ. 3. de conſangu.

## Ratificare.

† RAtificare eſt ratum habere aliquid unde ratihabitio, & ratificatio rei alicuius, eſt ualidatio, ſiue

C res à ſe geſta ſit ſiue ab alio.

Ratificare uidetur geſta exercens, quæ per metum fuerunt facta eo ceſſante, dum ſcit illa tunc fuiſſe nũlla. Secus ſi ignorat, dum illa exercet alio animo, quàm ratificandi, ut ait Barto. l. 2. C. quod met. cau. Conſi. 3. de his, quæ ui. nu. 9.

Ratihabitio ordinans in male ordinatis operatur, ut illi remaneant habiles, quo ad ordines alios ſuſcipiendos, & ad beneficia. c. Lugdunenſis. 9. quæſt. 2. ¶ Conſi 25. de tempo. ord. num. 5.

Ratificatio in delictis locũ habet. cap.

cap.cum quis.de ſent.excommun.etiam in ſimonia.cap. pen. cum gl. de elect. ¶Conſ.10.de ſimon.

Ratificari ab aliquo non poteſt, qđ eius nomine non eſt factum. cap. ratum.de reg.iur.lib.6.¶Conſ.25.de Homicid.num.6.

Ratum habens damnum ſuo nomine datum tenetur ad reſtitutionem, quia mandare uidetur. c. ratihabitionem. de reg. iur. Si autem non habet ratum licet laudet peccat quidem, ſed non tenetur ad reſtitutionem. per d. cap.ratihabitionem lib.6.& cap.cum quis.de ſent.excommun.¶ Man.capi. 17.num.133.

Ratificare profeſſionem. Verb. Profeſſio.

Ratificatio de præſenti non de futuro, quod eſt idem ve licentia tacita ualet ad ualidandam abſolutionem datam alicui pœnitenti ab alieno parocho.¶Man.c.9.nu.6.

## Ratio.

RAtio unica legis habetur pro expreſſa.arg.l.ſingul.quamuis.C. de fideicommiſ. iuncta gl. & Bal. ibi. ¶De red.eccl.q.2.Mon.21.

Ratio eſt anima legis.ca. Marchio. 1.q.1.c.fi. de reg.iur.lib.6.¶De ora.c. 19.nu.109.rub.de iud.nu. 53.

Ratio legis uidetur cauſa finalis cur eam fecerit legiſlator.¶Dict.rub. num.74.

Ratio neceſſario concludēs lex eſt, nec refert an ſit mediata, uel immediata, dummodo concludat.¶Ca. ita quorundam de Iudæis nu.14.

Ratio eadem quando militat, idem ius ſuadet.l.illud.ff.ad leg. Aquil.cap. 1.de transla.prælat.¶ Conſil.1.de depoſitis.

Rationes optimæ gubernandi ſunt tres, Ariſtocratia ſiue optimatum. De-A mocratia ſiue popularis. Et Monarchia ſiue regalis, quæ eſt unius, quæ omnes alias antecellit ſecundū Ariſt. 5.Ethic.& 3.Polit.recep.à D. Tho.3. Polic.lec.6.de lib.1.De Regim.princ. c.3.4.5.pro quo eſt.c.in apibus.7.q.1. ¶De iudic.Not.3.num.16. Com.3.de regul.nu.15.

## Reatus.

REatus peccati eſt obligatio ad pœnā ex peccato ex M agiſt.2. ſent.d.42.Et aliquando ſignificat culpam, & quandoque pœnam, id tamen non contingit ex originaria verbi ſi-
B gnificatione. Sed quia cum reatus ſit quoddam medium inter illa, nomen eius transfertur ad ſignificandum extrema. Eſt tamen uerbum nouum, & incognitum Ciceroni. Et à Muſcula ſub Aug. Cæſare uſurpatum, ut docet Quintil. li. 8. inſtit.ca.3. pro ſtatu rei criminis, quod colligitur ex l. ſi quis. ff.de pœnis. Apud nos uſurpatur pro obligatione ad pęnam, ut patet per Gregor.in c.peccatum.de pœn.diſtiu. 1. Et eſt duplex uidelicet ad pœnam æternam, & temporalem. ¶ Manual. prælud.7.n.21.de indul.No.10.nu.4.

Reatus peccati nihil aliud eſt, quā
C ſtatus peccatoris pœnæ obnoxius. Tho.1.2.q.86.ar.1. Significat enim ſtatum rei criminis. iuxt. l. ueſtem. ff.de iniur. Eſt autem talis ſtatus reſpectus triplicis pœnę.ſ.remorſus cōſcientiæ legis diuinæ, & humanæ.¶ Vbi ſupra.

## Receptio.

REceptio facta ex promiſſione, vel pactione pro iuſtitia, & gratia perinde nocet ac datio illius. Non autem ſi fiat principaliter pro alia cauſa, ut ſalarij debiti, aut alterius. Vide Verb.Dare.

Receptare. Bānitus. Verb. Bānitus.

Reci-

# *Recitare, officium.*

Recitare ſemel in die quinquies Pater, & Aue, pro honore quinque plagarum, eſt utilis conſuetudo ¶ De ora. cap. 10. nu. 36.

Recitare alternatim nedũ pſalmos, ſed & alia ad quæ uoto, uel alia obligatione tenemur, poſſumus ſatisfaciẽdo obligationi: ſecundum Palud. 4. diſt. 45. q. 2. ¶ Ibi. num. 19. & 32.

Recitare non attente orationẽ præceptam, peccatum eſt mortale. 2. 2. q. 83. ar. 3. Palud. 4. d. 15. q. 5. Anton. 3. p. tit. 23. cap. 4. Si autem illa non eſt præcepta eſt ueniale tantum. & in primo caſu tenemur iterare. Adrian. quol. 8. Maior. 4. d. 2. q. 7. in ſecundo autem nõ. ¶ Ibi. nu. 46.

Recitare ſe induendo, exuendo, lauando, aut aliquid aliud operando modo (vt ait Dur. 4. d. 15. q. 12.) actus ille attentionem omnino non tollat, vt illi contrarius, non eſt peccatum, neque contra præceptum. Immo meritum ſi in agendo actus prædictos horas debitas pronunciat. Et in hoc poſſunt concordari. Caie. 2. 2. q. 83. ar. 13. id affirmantem. & Anto. 2. p. tit. 9. c. 3. dubitantem. ¶ Ibi. num. 47, 48. & 49.

Recitare debet omiſſa, qui tarde venit ad chorum, vel citius exit ob aliquod negocium. ¶ De ora. c. 16. nu. 6.

Recitare in portis eccleſię indecens eſt, quia neceſſe eſt ſalutationib. multis vacare. idem de alijs locis publicis. ¶ Ibi. nu. 23.

Recitare alta voce Miſſam audiẽdo malum eſt, quia perturbant alios, & Miſſantem ab attentione debita retrahunt. ¶ Ibidem num. 27.

Recitare ſolus aliquo reſpectu melius eſt, quàm cum alijs, quia cum occurrit poteſt inſiſtere contemplationi, & euagationem poteſt recompen- A ſare. Poteſt vti ceremonis priuatis, quas ſibi utiles nouerit. ¶ Ibid. nu. 21.

Recitare licet horas etiam ſedendo iure communi, & priuatim etiã. iuxt. Inn. ca. 1. de celeb. Miſs. ſeruatis alijs circunſtantijs. ¶ Ibi. cap. 19. nu. 85. c. 4. num. 14.

Recitans euitare debet occaſiones vagationis propriæ, uel alienæ. Matth. 6. Tu autem cum oraueris. ¶ Ibi. cap. 16. nũm. 1.

Recitans priuatim in choro aliud, quando quod in communi canitur pec- B cat, iux. Concil. Baſil. cap. 21. ¶ Ibid. num. 5.

Recitans ſtando, quod deberet recitare ſedendo, vel contra, ſaltem venialiter peccat, q̃a alios perturbat. nu. 7.

Recitans corruptè ſi admonitus nõ ſe corrigit peccat. ¶ nu. 15.

Recitans inter ſe à Deo, & Angelo bono, & malo videtur, nec debet diu in terrã manere proſtratus, vt innuit Caſſ. de inſt. Cęnob. li. 2. cap. 7. ¶ Ibi.

Recitans ita male, ut teneatur iterare perdit fructus, quia qui ſic recitat putatur non recitare, ideo ſubijcitur legi. Concil. Lateranenſ. de non reci- C tantibus, quæ cum contineant ius cõmune ad publicam vtilitatem poteſt extendi, etiamſi pœnæ communiter non extendantur. ¶ Ibi. ca. 20. nu. 32.

Recitatio breuis, & frequens bona eſt, quia fit magna attentione, & ſpiritu, ut docet Caſſianus libr. 2. cap. 10. Auguſtin. ad Proban. Tho. 2. 2. quæſt. 83. art. 14. Et uocantur orationes Iaculatoriæ. ¶ Cap. 16. num. 20.

Recitando anticipare verſum peccatum eſt, quia talis non audit finem uerſus, nec finit alios audire, & perturbat ſocios, quod prohibetur per Concil. Vien. Clem. 1. de celebr. Miſſ. & Conc. Baſil. ſeſſio. 21. ¶ Ibid.

Recitando multi peccant, qui non

reci-

recitando non peccarent, quatenus ad recitandum non tenentur, & recitando male id faciunt. ¶ Ca. 13. nu. 42.

Recitare epiſtolam, & Euangelium ſecreto non tenetur celebrans ſolemniter Miſſam. ver. Miſſa.

Recitare poteſt Matutinum diei ſequentis immediate poſt completoriũ. ¶ Man. c. 25. nu. 107. de ora. c. 3. nu. 61.

Reliqua vide verbo Hora. verbo Officium. verbo Miſſa.

## *Recuſare.*

Recuſandi cauſa immediata eſt ſuſpicio, quod Iudex non recte iudicabit, ſecundum Spec. tit. de recuſat. §. cauſa. ¶ De reſcrip. 2. cauſa Nullit. num. 2.

Recuſandi cauſa iuſta eſt nimia familiaritas per c. ad hæc. de reſcrip. & c. Accuſatores. 3. q. 5. ¶ Ibi. nu. 3.

Item in alienigena, quando delegatus, & altera pars ſunt indigenæ, quia conterranei extra Patriam plus debito ſe diligere ſolent. vt tradunt Ioann. Andr. & Dominicus. capitul. Legitima. De appellatio. lib. ſexto. & Felin. cum Com. in cap. Accedens. el ſecundo. Vt lite non conteſtata. ¶ Ibid.

Recuſari poteſt merito in una cauſa, qui grauauit in alia. cap. propoſuit. De appellat. facit ca. conquerente. De reſtitut. ſpoliato. ¶ Ibid.

Recuſari poteſt executor, qui modum excedit in exequendo, etiamſi eſſet datus de conſeuſu partium. cap. ſuper quæſtionũ. §. 1. de offi. deleg.

Idem de executore puro ſine ulla iuriſdictione dato, ut not. Anch. in d. cap. ſuper niſi detur de partium conſenſu. ¶ Ibi. num. 9.

## *Recuperare.*

Recuperare ſuum, qui commode poteſt iuridice ſi occulte facit, peccat. Et quando ſe periculo exponit perdendi membrum, aut vitam, & ſi id facit contra conſcientiam contrarium dictãtem. Et quando id redundaret in magnum damnum alterius, aut etiã ſcandalũ. Gabriel. 4. d. 15. quęſt. 3.

Non autem peccatum eſt, quando id non poteſt facere ob defectum iuſtitiam, ignorantiam, econtra autem non poteſt facere cõmode ob rei paruitatem, & ſumptuum magnitudinem, aut alterius iuſtæ cauſæ glo. ſingul. in cap. ius gentium. diſtinc. 1. Sed tunc primo debet non plus, quàm ſuum recipere. Secundò, reſtituere damnum ſi quod inde ſequitur.

Tertiò, ne id quod accipit ſit alienum.

Quartò, caueat ne iterum id ſibi ſoluatur ſignificando. ſ. hoc modo debito debitori, aut eius hęredib. nihil eis vllo nomine vlli debere. Anto. 2. p. tit. 1. c. 15. Manu. cap. 17. num. 112.

Recuperans contra voluntatem debitoris parati ad ſoluendum, peccat licet non teneatur ad reſtitutionem. Medin. C. de reſt. quæſt. 2. ¶ Ibi. nu. 2.

## *Reditus.*

Reditus non à reddo, ſed à redeo deducitur, ideo primam corripit, & per ſimplex d, debet ſcribi, vt docet Tiraq. tract. de retract. conſang. Dicuntur autem reditus res, ſeu fructus, qui quot annis ex fundo, vel prædio ad domum redeunt. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 1. & quæſt. 3. Mon. 20.

Reditus annuus non cenſetur res mobilis, ſed immobilis Clem. exiui. de verb. ſig. ¶ De ſpol. cler. §. 16. nu. 2.

Reditus unius pinguis beneficij, nõ poteſt quis habere in pluribus cap. maioribus, & cap. vacante, de præbẽd. ¶ De incompa. benef. num. 23.

Reditus, qui Cardinali debentur, etiam

etiam ſi ſint bona eccleſiaſtica ſalaria tamen, & ſubſidia impenſarum, quæ aliquando ipſis attribuuntur alia ratione, quàm titul. Card. nõ ſunt talia. ¶ Ibi .q.1.Mon.39.

Reditus eccleſiaſtici in ſecundo genere ſunt rerum ſacrarum quartæ ſpeciei. ¶ Ibidem num.5.

Reditus eccleſiaſticos, qui non habet, ſeu patrimonium, ad quod ſit ordinatus, non potens dicere officium ob legitimum impedimentum ſolus, & cum ſocio ſic: non tenetur quærere illum.argum.l.nepos proculi.ff.de verborum ſigni. & cap. facit.22.queſt.2. Etiam ſi haberet alios reditus profanos, qui ſaltem non eſſent prædicti patrimonij, quia nullo iure tenetur impedere eos in ſeruitio eccleſię, & colligitur ex Innoc. in cap. Epiſcopus. de præb. ¶ de orat.cap. 2.num.14.

Reditus annuos Minores habere non poſſunt.Conc.Vien.Clem. exiuit de verbo.ſign. ¶ conſi. 14.de teſta.

Redituum annorum venditores, & locatores, qui excedunt in vendendo, & locando iuſtum precium, & ſimiliter, qui emũt, vel conducunt ſine neceſſitate oppreſſis minus ob anticipatam ſolutionem vnius anni, & minori ob duorum multum peccant. ¶ De Vſur. num.27.

Reditus Molendini, uel alterius rei ſi caſu fortuito creſcat, aut minuatur, debet etiã pro rata augeri, aut minui. ¶ Manual.cap.17.nume. 191.

## *Reformatio.*

REformatio S.D.N. Greg. xiij. de vſuris conceſſa Iudęis, includit illos, qui Romæ habitant ſolum, ut colligitur ex ea. Ideo non poteſt extendi alios. ¶ conſ.5.de Iud. nu. 41. Quæ quidem non eſt preceptiua, quo ad cõcedenda vſuras, ſed tantum toleratiua minoris mali ad excuſandum peius.c. denique.4.d.Ibi.

Reformatio regularium intenta à Conc. Triden. ſeſſ. 25. cap.1. & 2.de regul.non eſt reducere illos, ad primã omnimodo formam, præſertim iure communi, vel auctoritate Papæ relaxatam, ſed ſolum ad eam, quæ ut habet tria uota ſubſtantialia ſeruentur, & quod nihil habeant proprium, quo ad dominium.¶ Conſi.3.de regu. nu.24.

Reformatio Canonicorum regularium Hiſpaniæ uiuentiũ de legitimis portionibus priuilegiatis, & deſtinatis, qualis debet eſſe.¶ Ibid. num.37.

Reformationem legitimam, qui impedit eſt in malo ſtatu, & reformatio debet fieri à prȩlato, & quo ad omnes. ¶ Ibi.nu.37.

Reformatori præcipienti omnibus ſub cenſuris opportune, & nõ ex abrupto, tenentur omnes obedire, & nulla cauſa eos excuſat. Roman.13.& cap.2. de maiorit.& obedient. Niſi adſit aliqua cauſa particularis. ¶ Ibidem.

## Regimen, Verbo, Ratio.

## *Regnum.*

REgnum nõ eſt aliud, quàm Ciuitas, aut prouincia gubernata ꝑ vnum ad bonum commune. Tho. lib. 1.de regimine.ca.14. Ariſt.lib.3. & 4. Polit. Ex quo ſequitur inſanire eos, qui volunt eſſe contra ius naturę ipſa Regna, & Regiam poteſtatem, quia iure naturæ vnicuique Ciuitati adeſt poteſtas regnandi, quod ex ſe ſola facere poteſt, & conſequenter per alium. c.poteſt.de regu.iur.lib. 6.¶ De Iudic. Not.3.num.148.

Regna omnia ſunt approbata per eccleſiam vniuerſalem.cap.Venerabilem.de elect.¶ num. 149.

Regnum Hiſpaniæ nunquam iure fuiſſe

fuiſſe ſubiectum Romanis probabile A eſt, quia nunquam legitur Hiſpaniã iuſto bello ceſſiſſe Romano Imperio. Et ſi qui Hiſpaniarum populi id fecerũt, pauci ſunt, & pauciores, qui ſponte, immo ſemper repugnarunt. ¶ numero 161.

Regna aliena, qui iniuſte quærit, & quęſita non reſtituit, nulla iuſta cauſa ad hoc excuſante peccat. c. quid culpatur. 23. q. 1. ¶ Manu. c. 25. num. 1.

Regna ſunt regibus ſuis potiora, immo & ſuperiora in caſibus illis, quibus reges poteſtate ſibi conceſſa abuterĕtur ad eorum deſtructionem, vel ad finem contrarium illius, ad quẽ B regna illa ſe illis conceſſerunt. Et ſi Iacob. Almain. de poteſtat. eccleſiaſt. c. 15. dicat Regnum non eſſe regis, ſed Communitatis. ¶ Ibi. num. 99.

## Regreſſus.

Regreſſus, & coadiutoria cum futura ſucceſſione etiam de conſẽſu conceſſa dant ſolum ius ad rem, & non in re. Gomeſ. q. 1. & 4. Regul. de non iudic. quod & ſentit clare Conſ. 70. ¶ De reſcrip. prælud. 5. num. 10.

Regreſſus ad ius priſtinum, datur cum æquitas ſuadet, de qua ca. ſi beneficia, de præb. li. 6. ¶ Ibi. excep. 21. numero 20. C

Regreſſus, Acceſſus, & Coadiutoriæ omnes ante Concil. Trid. habitæ poſt illud pereunt. ¶ In auctario. nu. 5.

Regreſſus tales qui habent, debent impetrare diſpenſationem fundatam in ęquitate. ¶ Ibidem num. 10.

Non tamen videntur reuocari per ſublationem quorumcunque mandatorum de prouidendo, & expectationem ad vacaturam, niſi id exprimatur expreſſe. ¶ Ibid. nume. 18. Quos omnes reuocauit Pius V. etiam de conſenſu, dummodo non eſſent integraliter expeditæ, etiam ſi conſenſus fuiſſet extenſus. ¶ Num. 19.

Regreſſus ad Priſtinum ius valde fauorabilis eſt. ca. ab exordio. 35. d. & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. ¶ Conſ. 44. de præb. & Com. 2. de Reg. nu. 56.

Regreſſus, & acceſſus differunt, quia Acceſſus agit de iure omnino non quærendo. num. 6. Regreſſus verò de iure antehabito recuperando, ideo de vno ad aliud non infertur. ¶ Ibidẽ

## Regula.

† Regula norma eſt, qua lineę reguntur, ſiue ea baculus ſit, ſiue aliud quid, & per ſimilitudinem ſumitur pro pręcepto, quo mores regulantur. Et præcipue pro Inſtituto quodã uiuẽdi, quo ſe homo ſpõte ſubijcit.

Regulæ approbatæ ſunt quatuor, vel quinque, vt teſtatur Anto. 3. p. trac. 16. c. 1. Conſ. 81. de regu. nu. 21.

Regula tertia S. Franciſci, non eſt approbata, niſi pro bono modo uiuendi, iuxta gl. ſingu. Clem. exiui. de ſent. excommun. ¶ Conſi. 21. de regul.

Regula Minimorum arctiſſima omnium appellauit Iul. 2. referendo tamẽ illam ad mendicantes. ¶ conſi. 10. de reg. num. 3.

Hæc ſanxi ne corrector anno ſuæ correctionis expleto, poſſit anno ſequenti deligi, neque ad aliam præfecturã, quæ ſit ſuperior correctori. ¶ conſ. 9. de elec. nu. 2.

Regula Dominicanorũ eſt arctior Regula Canonicorum. capitul. Quod Dei amorẽ. De ſtatu Monacho. ¶ Com. 10. de regul. nume. 5.

Regula Canonicorum Regularium, eſt regula clericorũ, vt videre eſt apud Sanctum Auguſt. & ſic eam appellat Gratian. ca. quando. 86. d. & eſt laxior regula Monachorum. ¶ Com. 3. de reg. num. 40.

Regula,

Regula, quæ ad arctiorem ligat, ſiue ex generali ſtatuto, ſiue ex ſpeciali cõſtitutione eſt arctior omnibus ſimpliciter, ut Carthuſianorum. ¶ Ibid.

Regula relaxata ab immemoriali non cogit profeſſum in ea ad nouam duritiem, quam intendunt inducere reformatores, vt probat Dec. in c. conſtitutionem. de reg. num. 9. lib. 6. poſt Panorm. in c. ſuper eo. eod. ti. & maxime cum proteſtatur. Secus autem ſi relaxato fuit noua. ¶ conſ. 9. de regul. Et Manu. c. 12. num. 50.

Regula Cancellariæ 11. reuocatiua gratiarũ declaratur optime in Relect. cap. ſi quando. de reſcrip. excep. 20.

Regula 18. & 34. pulchre, & noue declaratur, & monſtratur, quod nulla illarum habet clauſulam quę rem pro infecta habeat contra Gomeſ. tract. oppo. 10. nu. 45.

Regula Ioan. 8. & Pauli 3. De inſor deſcentibus exponitur. ¶ De Iud. not. 2. num. 16.

Regula de Triennali, quę eſt 33. dat titulum poſſidenti. Et ſi poſſeſſio eſt pacifica defendit execrabilem diſpenſationem allegantem. ¶ conſil. 14. de offic. iud. ord. num. 4. & 9.

Defendit ēt habentem duas Parochias, vt late tradit Gomeſ. in dicta regula. q. 10. Et multo magis plura ſimplicia cum Curato. ¶ conſ. 37. de præb. Dat etiam verum dominium beneficij, pacifico poſſeſſori, quo ad Deum, & homines, quod eſt certiſſimum ſi bona fide poſſedit vt ibi confirmat Gomeſ. quæſt. 2. ¶ conſil. 3. de renunciat.

Regula de infirmo reſignante, non habet locum in transferente penſionem, quia penſio non eſt beneficium, vt late tradit Gomeſ. quæſt. 16. Neque etiam id facit regula de annali poſſeſſore, vt tradit in d. reg. quæſtion. 24

A ¶ conſ. tertio. de cõſt. numero octauo.

Regula iuris non eſt, quæ non patitur exceptionem, omnes enim aliquã patitur excepta illa, quę habet: Epiſcopum non poſſe ſuo Epiſcopatui renunciare, niſi de Summi Pontific. licentia, vt dicit Innocen. 3. in ca. licet. de reg. ¶ conſ. 13. de cele. Miſ. nu. 4.

Regulę generales multos feſellerunt, & fallunt non ſolum medicos, ſed etiam ipſammet eccleſiam. c. à nobis. de ſen. exc. el 2. ca. fraternitatis. de frigid. & maleſ. Conſ. 3. de frig. & Maleſ. num. 23.

B Regulæ ſtandum eſt, donec probetur exceptio, gl. recep. in l. omnis def. de reg. iur. & in rub. eo. tit. li. 6. ¶ conſ. 8. de hære. nu. 3. Com. 2. de reg. nu. 12.

Regula poteſt quis per alium, quod per ſeipſum poteſt. de regu. iur. lib. 6. Fallit in multis caſibus, quos notat gl. ut in confeſſione in adeunda hæreditate per procuratorem, ſed maxime in cognatione ſpirituali. ¶ conſil. 2. de cogna. ſpir.

Regula non firmatur, de regul. iur. lib. 6. Et illa, quod ab initio. ff. eodem, quę habet: Id quod nullum eſt ab initio tractu temporis conualeſcere, fallit cum ſuperuenit id, ob cuius defectum

C actus non ualuit, uel ablatum eſt id, quod impediebat eius valorẽ. ¶ conſ. 12. de ſpon.

Regula iuris in omnib. quę ab illa non excipiuntur ſeruari debet. gloſſ. in l. omnis definitio. de reg. iu. & in rub. de reg. iur. li. 6. ¶ de homic. caſuali. num. 16.

Regulam non infringit Dominium monmentaneum ver. Dominium.

## *Regularis.*

† Regularis dicitur, qui ad viuẽdũ regulariter eſt aſtrictus, ſiue ſit Monachus, ſiue Canonicus Regularis.

gularis. De ſtatu Monach. c. quod Dei timorem. Siue ſit clericus, ſiue laicus. Silueſt.

Regularis, qui dicit ſibi eſſe aliquid proprium ſiue ſuum peccat, quia mentitur cum ſciat, vel ſcire debeat nihil eſſe ſuum, & quia contrauenit præcepto facto. ca. non dicatis. 12. q. 1. ¶ Com. 2. de Regul. nu. 1.

Volens habere dominium cuiuſpiã rei pecuniariæ peccat mor. quia frangit votum paupertatis. cap. viuendum eſt. 17. q. 1. Et niſi illud renunciet non poteſt ſepeliri in Cœmiterio. c. monaci de ſtatu Monach. Immò ſi eſſet ſepultus extrahendus eſſet. cap. ſuper quodam eod. tit. Greg. 4. Dial. Conc. Trid. ſeſſ. 25. ca. 3. Et hoc intelligitur de re pecunia æſtimabili, etiamſi eſſet breuiarium. iuxt. glo. ſolem. vbique recep. Non autem intelligitur de proprio bonorum interiorum, & ſpiritualium, aut honoris eccleſiaſtici, quem poteſt accipere, & habere cũ propter merita detur. 2. 2. q. 108. ar. 7. ad 4. Quare poteſt fieri doctor ſecundum Tho. tract. 19. contra impugn. relig. c. 2. Et ideo poteſt obligare Monaſterium ad impenſam propter illum, ſecũdum Ioan. And. in cap. quia nonnulli. de Magiſt. & Fellin. cap. cum dilecta. nu. 19. de reſcrip. idem Calder. Conſ. 2. de doctoratu ciuili ſi ſufficienter in tali iure ſtuduit ante Monachatum. Et in hoc errat Rebuff. in praxi. benefic. tit. de diſpenſ. cum reg. ¶ Ibi. nu. 2.

Regularis acquirit ius pecuniariũ ord. ſuo, vel Monaſterio. Innoc. in ca. cum olim iuxta communem in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccl. quo. ſ. ad Monaſterium particulare, quia generaliter eſt Eccleſiæ. Si ordo eſt adminiſtrationis capax, quia alias non, vt eſt ordo mendicantium de obſeruantia. Et id probatur in ca. Abbates. & cap.

A quia ingredietibus. 18. q. vltima. Quo fit vt recte æquiparetur ſeruo, qui nõ ſibi, ſed Domino acquirit. l. ſeruus. cũ glo. ff. de acquir. poſſeſ. ¶ num. 3. & 4. Et ne ſpol. cler. §. 5. nu. 3.

Acquirit autẽ Monaſterio particulari vbi profitetur. d. ca. Abbates. Vel toti ordini ſi generaliter ordinem ipſum profitetur, vel prouinciæ ſi ſe illi dederit. ſecundum Panor. communiter recep. in ca. præſentia. num. 64. de prob. & Cald. in conſi. 23. de reg.

Regularis ſi profiteatur religionem in genere generaliſſimo non eſt vere religioſus. Archid. & Ioan. And. in c.

B conſtitutionem. Qui licet male contrahat matrimonium, tenet tamen cõtractum. Et ideo tunc non acquirit religioni in genere, vt ſentit Panor. ſed ſibi, licet peccet acquirendo. ¶ nu. 5.

Non ſolum quæ rit Monaſterio quæſita poſt profeſſionem, ſed etiam quæ ante habebat, niſi de illis ante profeſſionem diſpoſuerit. iuxt. ca. Abbates. 18. q. 1. & ca. in præſentia. de probat. & Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. ¶ Ibidem.

Regularis beneficiarius quærit ſuæ eccleſiæ, vel beneficio, quod nõ ſubeſt Monaſterio ſuo, neque ordini. c. olim,

C & cap. ſtatutum. 18. q. 1. Et ſubeſt non amplius prælato, ſed ordinario beneficij. gl. ſing. Clem. de ſtatu Monach. §. ad hęc, quam commendat Panor. in ca. Monachi. eod. tit. & probatur efficaciter in ca. ſi quis. 21. q. 2. & ca. ne pro cuiuslibet. ibi. q. 1.

Idem dicendum de promoto ad beneficium regulare ſui ordinis non ſubiectum illi pleno iure, ſed ordinario. Ad nihil enim tenetur niſi ad aliquam penſionem annuã, vel aliquod aliud onus ſoluendum Monaſterio. ca. de Monachis. de præbend. Idẽ ſi ſubiectum eſſet beneficium pleno iure ſuo ordina-

ordinatio,& ille non eſt ad nutum ad monibilis de iure communi,vel priui legio vel cõſuetudine, quia nulla eſt ratio efficax diuerſitatis. arg. l. illud. ff.ad leg. Aquil.& cap. inter cætera.de reſcrip.

Regularis ſimplex non poteſt largi ri ſine ſui ordinarij licentia etiam in eleemoſinam.iuxt.gl.Clem.2. de vita, & honeſt.cler.Tho.2.2.q.32.ar.8.art. 1. fallit in tribus caſibus. de quibus ſupra.Verb.Eleemoſina.& Verbo Neceſſitas.

Habens peculium de iuſta licentia prælati conceſſum quicquid acquirit non poteſt diſpenſare in alia, quam circa illud peculium & eius adminiſtrationem conuenientem, quia peculium eſt ipſius Monaſterij.¶nume.12.

Dans,ſiue accipiens literas ſine ſuperioris conſenſu peccat contra votũ paupertatis, vt ſignificat nonum.cap. de regul.id enim hoc bonum pecuniarium.Et id eſt malum quatenus fit cõtra voluntatem Superioris. Et magis peccat, qui occulte, quam qui palam. cap. 1. 34. q.4.Sed hęc præſupponit, quod fiat contra honeſtatem Monaſterij,uel ſalutem ſpiritualem,aut corporalem ſingulorum regularium, vel loquitur de literis inutilibus,& impertinentibus.num.13.

Regulari licet habere aliquod proprium cum licentia prælati, quo ad vſum ſimplicem facti tantum. Conc. Later. relatum cap. Monachi.de ſtatu Mon. tex.irrefrag.cap.inſinuante.qui cler. vel vouent. Vide Verbo Proprium. Verb.Peculium.

Regularis etiã hodie iuſta de cauſa poſt profeſſionem poteſt manere in ſua domo cum bonis ſuis cum licẽtia non autem irreuocabili ſui prælati, quia cap. de viduis. 27. quæſt.3.& d. cap.inſinuante, quæ id permittebant

A à Conc.Trid.non ſunt reuocata. Et ſi Papæ authoritas intercedat id fieri poteſt etiam ad totam vitam. ¶ num. 16. Poteſt retinere aliquid quo ad vſum de licentia etiam tacita ſui Prælati ver. licentia.Pro pietatis peccato quando non peccet licet non incurrat pœnas. verſic.Proprietas.

Teſtari etſi non poſſit.cap.2.de teſtam.poteſt tamen verbo, vel ſcripto pręcari, vt ſua peculiaria bona in certos vſus pios impendantur, non autem petitione obligatoria. ¶ num. 22.

B Donare poteſt ſua peculiaria de licentia prælati in vſus pios, in quos ipſe prælatus poteſt; non autem in alios. arg. cap. poteſt quis de reg.iur. lib.6. ¶ 23.

Poteſt habere proprium de licentia prælati ex cauſa iuſta neceſſaria priuata, vt indigentia perſonæ publica indigentia communicatis, & vtilitas publica,quam prætendit facere reipublic.docendo,prædicando. Et priuata, quam ſibi ſingulariter prætendit, ¶ num. 24.

Poteſt accuſare prælatum ſine ipſius licentia. Et illi debentur impenſę de reditibus Monaſterij durante lite,

C vt affirmat gl. ca.non dicatis.12.q.2. ¶num. 27.

Poteſt abſens agere in iudicio ſine licentia ſui prælati modo abſit cum eius licentia. arg.l.ſi longius, §.filius familias, ff.de iudic.quia videtur habere mandatum tacitum.29.

Non poteſt regulariter conueniri, neque conuenire ratione contractus cum eo initi, quia in contractibus ęquiparatur ſeruo.cap.multos.diſtin. 50. Neque poteſt agere iniuriarum. arg.l.ſed ſi vnius, §. ait prętor. ff.de iniur. ¶ Ibid. Acquirit ſuo monaſterio etiam ſi de mandato alterius ſtipuletur.arg.l.ſi liber homo, ff. de ſtipu.

Ser.

ſer. ſed cedenda eſt actio mandati ſecundum Barto.in l. Is qui,§. ſunt autem, ff.de Manum.¶ Ibid.nu.30. Non acquirit autem ſi dolo Prælati ſit profeſſus,verſic.Monaſterium, & verſic. Dolus.

Poteſt obeſſe Monaſterio in iure quærendo, ſed non in quæſito,ſecundum Innoc. cap. cum olim. de priuil. Bald.l.ſeruus,C.de pact.quare etſi nõ poſſit accipere rem legatam ſine licentia, acceptio tamen tenet. Ita de contractu quatenus eſt vtilis Monaſterio. Panor.cap.cum ad Monaſterium. de ſtatu Monach. ¶ num.32.

Regularis fugitiuus quærit Monaſterio etiam ſi habitum abiecerit. Panor.cap.fin.de regul.& ab eo cum omnibus quæſitis vendicari poteſt. cap. Abbates.18.q.2. Idem de eiecto iniuſte,quia per id non eſt præciſus ab eo, nec delictum prælati poteſt illi nocere, cap.ſi epiſcopum.16.q.6.Iuſte autem eiectus non, quia deſinit eſſe regularis.argument.ſi quis iam tranſlatus.21.quæſt.ſecunda.

Non poſſe enim iuſte eijci ( vt aſſerit Card. cle.1.§.quia vero.quęſ.1.de ſtat. Monach. ) eſt contra praxim, & contra ius, & cap.fin.de regul. id prę ſupponit.Quęrit autem non ſibi,quia eſt incapax iuris pecuniarijs ratione voti ſolemnis à quo non abſoluitur per ſuam culpam, & ſententiam contra eum Latam. Card. in clem.1.§. Quia vero de ſtatu Monacho. Neque ſua iniquitas commodum ſibi reportare debet contra.l.Itaque fullo, ff.de fur. Et cap.1.de furt. ſed 4.quęrit eccleſiæ ſæculari, vel regulari ad quam legitime eſt translatus, aut Epiſcopo ſub cuius obedientia viuit, & in quã reincidit ex iuſta eiectione. Sicut ab illa erat liberatus per iuſtam profeſſionem.Eſt autem ſubiectus epiſcopo

A originario ex eo, quia domiciliũ originis eſt immutabile. l. aſſumptio.ff. admunic. Et hinc infertur, quòd Regularis eiectus tenetur præſentare ſe epiſcopo ſuæ originis, & manifeſtare ſe eiectum, & recognoſcere eum, vt ſuperiorem, & ſubijcere ſe illi in omnibus ſuis votis a quibus non potuit ei prælato eijciente abſolui, quia qui tenetur ad aliquid, tenetur ad ea,quæ neceſſario conſequantur. cap. præterea.de offic. deleg.& leg.2.ff.de iuriſdict.omn.iudic.num.35.

Regularis iuſte eiectus debet vti habitu conuenienti ordini ſuo ſine vlla Papæ diſpenſatione cum non poſſit:

B vti habitu ſuæ religionis, neque alterius, ad quam non tranſiuit, & nullo iure cogitur tranſire. argum.cap.geſt. cum gloſſ.diſtinct.74. ¶ Ibid.

Eiectus iuſte aliqua ordinatione definitiuè, & monaſterio non poteſt compelli per ſuperiores redire ad illud, quia res iudicata ſoluenda eſt.l. res iudicata,ff.de reg.iur.& iniuſtum videtur, vt contra ſuam voluntatem redeat ad Monaſterium, quod videtur ſentire Panorm.& Card.ca.fin.de reg. Et ſi illud.ca.videtur contra determinare,Dicendum,quod loquitur de iniuſte electas, vel inordinate, aut per colluſionem,vel non definitiuè. Anton.3.p.tit.16.c.5.tenet, quod volentibus redire tenentur prælati quærere,&

C reducere.¶ 36.

Non tenetur laborare vltra ſua ſtatuta regularia vt ait D. Thom. opuſ. 19.ar.5.& 2.2.q.187.ar.4. quando ſine otio vano,& alterius iniuria viuere poteſt. ¶ Ibid.num.37.

Regularis ſtringitur voto perpetuo ad ſtabilitatem in Monaſterio ſeruandam.cap.Monachi.16.q.1. A quo non poteſt abſolui, neque à Papa,poteſt tamen cum licentia etiam inferio

ris tranſire extra clauſtra ex cauſa.d. ca.Monaci.etiam ſi cauſa ſit indirecta iuxt.Innoc.receptum,cap.cum,& a de re iudic.vt cauſa ſtudij. ¶ num.40.

Si cum cauſa, & iuſta licentia extra Monaſterium degit cum facultate conuertendi in ſuos vſus quæſita per induſtriam, vel alio modo, quam ex Monaſterio, poteſt illa in eleemoſinã impendere, quia id eſt conuertere in vtilitatem animæ, cap.medicamentũ. de pœn.diſt. 1. Et quo maiora opera ſunt,eo cęteris paribus ſunt Deo gratiora.capit.non mediocriter. de conſ. diſtin.5. Quare poſſet habere facultatem à Papa de illis teſtandi ad pias B cauſas.¶ 41.

Si habet debita ante ingreſſum cõtracta, quæ Monaſterium non velit ſoluere,tenetur laborare ſalua regulari obſeruantia,vt illa ſoluat. Innoc.& Panor. Cui laborandi facultatem debere facere prælatus excuſando illum etiam multis horis ab officio. Silu.tenet contrarium. Verb.Religio.2.q.4. ex eo, quia non habet velle,aut nolle. Sed errat, quia habet aliquod velle,c. ſi religioſus.de elect.lib.6.Etiam ſi nõ habeat omne velle.¶42.

Vota eius valent donec ſuperior irritet illa, & ideo tenetur adimplere C dum vouet licita, & non ſibi generaliter, vel ſpecialiter prohibita. Caietan. 2.2.quæſt.88.articul.8. Idem dicendum de promiſſione facta aliquo homini.

Regularis habitu priuatus, & ad triremes damnatus ſi quid in eis quęrit commiſſo aliquo pręlio nauali,vel inde fuga, vel pretio redemptus, in partes ignotus deueniens Epiſcopo quęrit, cui triremis, & alij in omnis addicti ſubſunt. Redemptus vero debet redire ad epiſcopum originis, vel facta ſibi ab eo facultate tranſire ad A alios. ¶com. 2.de Regul. num. 34.

## *De acquiſitione regularis, quo ad vltimam voluntatem.*

Regularis ſicut ſeru°,& filiusfa. poteſt hæres inſtitui, & ei aliquid legari, licet non ſibi,ſed Monaſterio quærat.cap.in præſentia.cum ei adnot.de prob. ita,vt non poſſit exhęredari, neque cauſa ingratitudinis ante ingreſſum commiſſum.cap.non liceat.19.q.3. Non poteſt tamen teſtari, nec per vltimam voluntatem relinquere. Auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccl. Si tamen longe à Monaſterio moritur, poteſt eligere ſepulturam, quod tenet Panor.cap.1.de ſepult. Sed Dominicus, & Francus contra tenent. ¶num.43.

Quòd nullus regularis teſtari poſſit certiſſimum eſt, & ab omnibus approbatum cuiuſcunque ordinationis ille ſit ſiue mendicantium, ſiue non, ſiue militarium ſiue alterius, neque cum licentia prælati, quia nec ille id poteſt facere. verſ. Abbas niſi de licẽtia Papæ,vt tradit Rebuff.de teſtamẽ. num.65. Neque conſuetudo in hoc illi ſuffragatur.ſecundum Bal.in princ. Auth. ingreſſi. C.de ſacroſ.eccleſ. Sed hoc intellige.de teſta.factione, quam non poſſit Papa concedere. ¶ nu. 44.

Regularis profeſſus põt relinquere diuidendo bona ſua filijs legitimis in ſæculo relictis ſecundum formã. Auth. ſi qua mulier.de ſacroſ.eccl. & Auth. nunc autem. C.de epiſco.& cler. retinendo ſibi partem, quæ Monaſterio competere debet. ¶num.45.

Regularis,qui eſt miles cęleſtis militiæ poteſt habere, quod & miles armatus.iuxt.gl.L.miles, ff.de re iudic.i.

ſit

vt poſſit teſtari ſine ſolemnitate ſicut A & clericum. Secundum Panorm. in c. quia nos. de teſt. per illum text. contrarium tamen eſt tenendum cum Saliceto dicta Auth. ſi qua mulier. Quia facultas libere teſtandi non excludit ſolemnitatem teſtamento iure neceſſariam. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. ¶ num. 52.

Non poteſt reuocare, neque alterare teſtamentum Panorm. in capit. in præſentia contra Barto. dicta Auth. ſi qua mulier. nume. 53. Verbo Teſtamentum.

Regularis bona tenet Monaſteriũ capax bonorum eo viuente relicta legitima filijs Barto. & alij. dict. Auth. ſi qua. quos ſequitur Innocen. & Panorm. diſt. cap. in præſentia. de prob. num. 54.

Regularis de rebus non pertinentibus ad Monaſterium poteſt teſtari de conſenſu eorum ad quos pertinẽt, & cum licentia ſuperioris arg. Clem. religioſus. de teſtam. lib. 6. Quia tunc cenſetur tanquam executor. Sed contrarium videtur verius, & tenendum, quia nullius huiuſmodi iuris eſt capax, & teſtamentum reſpicit perſonã, & non executorẽ, & multa abſurda ſequerentur. num. 57.

Regulares quadruplicis generis ſunt. Quidam beneficiarij. Quidam ſimplices, qui in perfecta communitate viuunt, & nullam rem ſæcularem habẽt peculiarem. Alij cum ſuperiorum licentia certam habent quantitatem rerum ſuo victui neceſſariarũ. Et cætera aliunde quærunt. Alij denique cum licentia Summi Põtif. alia ve ſufficienti extra Monaſteria degunt, & vtuntur bonis, quæ de induſtria ſibi comparant, & nil reddunt Monaſterio. primis conceditur facile facultas teſtandi ob commoda, quæ poſſunt ſuo Monaſterio prouenire. ſecundis non conſueuit dari, quia nũquam habuerunt aliquod proprium. tertijs conſueuit Papa cõcedere, quia nihil eſt aliud, quam adminiſtrationem bonorum prorogare. Et quare is etiam ob eandem rationem allatam. ¶ num. 58.

## *Quo ad delicta.*

Regulari multa ſunt mortifera circa paupertatis obſeruãtiam, quæ ſæculari, neque ſunt venialia dũ vult, vel non vult aliqua contra regulam ſuam ſibi notam, & à ſe votam, gl. extrau. quorundam. Ioann. 22. de B verb. ſignif. Thom. 2. 2. q. 104 ar. 2. Et cum capitula ſuæ regulæ obligat ad mortale. ſecundum Caiet. 2. 2. quæſt. 17. artic. 1. ¶ 59.

Et ſe non habeat velle aut nolle, cap. ſi religioſus de Elect. lib. 6. Multa tamen poteſt, ſ. licite velle prędicta voluntatem prælati immo, & contra illa, qua iuberet contraria, vel extraria Regulæ ſecundum Thom. 2. 2. qu. 104. art. 5. ¶ Ibid.

Regularem non abſtergit ingreſſus ab omni præcedente irregularitate, ſed tantum ab vna. Verb. Profeſſio. Præſumitur tamen abſolutus ab om- C ni macula humana donec contrarium probetur. iuxt. §. ſancimus. Authent. de Monachis. ¶ num. 60.

Si ſe irregularem cognoſcit ante Monachatum debet ſe talem cognoſcere etiam poſt, donec per legitimam diſpenſationem generalem, vel ſpecialem illa tollatur. ¶ Ibid.

Non eſt apoſtata ſi ob grauamen egreditur ex Monaſterio maxime, vt adeat ſuperiorem. Bald. in cap. ad veſtram. de appellat. arg. l. contra pupillum. §. is, qui ad maius, ff. de re iud. ca. cum parati. de appellat. videtur enim tunc appellare. cap. dilecti el. 2. eo. tit.

nec Conc. Trid. Seſſ. 25. c. 3. id prohibet ex graui cauſa. argum. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamen. Verb. Appellatio.

Si furatur, vel lędat aliquem iniuſte non obligat ſuum Monaſterium ad reſtitutionem, niſi quatenus ad illud ob id perueniret aliquid. iuxt. gloſ. fin. l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. ¶num. 62.

## *Quo ad iudicia.*

REgularium iudex iure communi eſt Abbas, vel alius eorum prælatus in pertinentibus ad regulā ſuam, & ſtatuta regularia. Fundatur B hæc efficaciter in l. fin. C. de iuriſom. iud. & cap. cum ab eccleſiarum. de off. ordin. Et quo ad extraria etiam, vel priuilegio, vel conſuetudine ſaltem vbi crimina depoſitionem non requirunt, & in dubio videtur præſcripſiſſo cumulatiue, non autem priuatiue, quo ad ordinarium. gl. in d. ca. cum ab eccleſiarum. Ex priuilegio autē ſunt exempti ab ordinariorum iuriſdictione, vel directe, vel per communicationem.

Regulares exempti ſubſunt ordinario per cap. volentes. de priuil. li. 6. ex Conc. Vien. renouatum à Conſil. C Trid. Seſſ. 7. cap. 7. de reform. Primo, quo ad cauſas ciuiles mercedum miſerabilium perſonarum, ſi degunt extra Monaſterium. Secūdo in notorijs delictis cum ſcandalo multo, ſiue intra degunt, ſiue extra, modo delictum perpetrauerint extra. ¶num. 63.

Regularis in nullo caſu ſubeſt iudici ſæculari. Auth. cauſa, C. de Epiſc. & cler.

Regularis ſimplex non eſt perſona legitima contra quam, vel pro qua nomine proprio iudiciū fundari poſſit ſuper iuribus temporalibus, quo- A rum ipſe non eſt capax. ſecūdum Specu. de actor. num. 48. & de reo. nu. 19. & eſt communis in cap. cum dilect. de Reſcrip. quia nulla iura habet, nec habere poteſt. cap. Monachi. de ſtatu Monach. Non poteſt acceptare, neque cōſtituere procuratorem ſine licentia. clem. religioſus. de procurat. neque acceptare executionem teſtamenti. ca. 2. de teſtam. li. 6. ¶num. 64.

Poteſt tamē agere ſuper iure manēdi in Monaſterio, & reſtitutione ad illud & ſuper iure competenti ſibi per profeſſionem, electionem, vel collationem canonicam, & alio quolibet titulo cuius eſt capax iuſta cap. cum di- B lecta de Reſcript. & agens ſuper iure electionis ſuæ habebit impenſas à Monaſterio ſuum Archid. in cap. cum paſtoris, 2. q. 7. non quidam à ſuo ſed ab eo ad quod eligitur ſecundum Felin. d. cap. cum dilecta. ¶Ibid.

Poteſt ſe defendere cum eſt abſens puta in ſtudio, vel alibi. de licentia. l. ſi longius. iuncta gl. & doctrina communis, ff. de iuriſ. omn. iud. cum id facit nomine Monaſterij. Poteſt alimenta futura petere ſi iniuſte eijciatur à Monaſterio. Innoc. & omnes. d. c. cum dilecta. Debita vero ſibi ab alio non, C quia non ſibi, ſed Monaſterio. quærit Bar. l. ſeruos, ff. de aliment. Non poteſt agere de ſpolio contra ſuum Superiorem ſpoliantem ſe abſque malo animo beneficio manuali regulari. Innoc. cap. cum inter. de elect. Secus cōtra tertium ſi cum illum quis ſpoliaretur ac præcario actepta. l. & habetur. §. cum qui. ff. de præc. Poteſt etiā agere cum Abbas eſt abſens, & periculum eſt in mora. Specul. de Actor. & Abb. d. cap. cum dilecta. Poteſt etiā obligare libros, vel aliā Monaſterij ſi mutuum pro neceſſarijs ſtudijs contrahat. arg. multo magis. de ſacroſ. eccleſ.

cleſ. & Archid. qui contrarium dicit A in c.paſtoris. debet limitari procedere in obligatione pro nimia impenſa pro qua re non poteſt Monaſterium obligare, vt etiam tenet Panor.in ca. quarto.de off. ordin.¶65.

Regulari etiam Canonico non licet poſtulare pro ſtipendio etiam cū Abbatis licentia.ſecūdum Ioan.And. in c.in marg. de re iudic.li.6. Etiamſi ante Monachatum fuiſſet aduocatus egregius, & ca.Monachi.el.2.16.q.1. Quod contrarium videtur aſſerere, intelligendum eſt, quando vtilitas im B mediata, & in litibus Monaſterij id poſtulat. Sed hæc reſolutio refellitur multis rationibus ac præcipue, quia capitulum loquitur vniuerſaliter de vtilitate, & neceſſitate Monaſterij, quę comprehendit tam immediatam, quam mediatam. Ideo dicendum poſſe poſtulare, & aduocare etiā pro alio in ciuilibus etiam coram iudice ſæculari de licentia pręlati, iuſta quæ arbitrio prudentis definienda eſt.

Regularis pōt conſtituere procuratorem etiam ſine licētia pręlati quoties ſine illa poteſt litigare. Innoc.in cap.cum L.& A.de re iud.vbi & Panor.ait num.16.in quocunque habet C regularis legitimam perſonam ſtandi nomine ſuo in iudicio poteſt etiam nomine ſuo libellum concipere conueniri, & conuenire pro quo eſt tex.in c.ſtuduit.de conuerſ. coniug.

Regularis poteſt deponi à Canonicatu, vel Monachatu, etiamſi non deponatur ab ordine. arg. gl. magnæ in clem.cupientes.de pęn. Poteſt eſſe Vicarius, & Locumtenens epiſcopi Rot. 3.de off. Vicar. in antiquis. intellige de cōſenſu ſui prælati ſi eſt exemptus à iuriſdictione ordinaria.per cap.Monachi.16.q.1.

## *Ex Com 3. de Regul. Capitul. Nullam. 18.q.2.*

Regularium creatio. ſecundum Panor. cap. cum eccleſia Volateran. de ele. ad ſolum Abbatem ſine conſenſu cōuenti pertinet.ex hoc tex. facit, & c.porrectum, & c.ad apoſtolicas.de reg.hunc ſequitur Felin. in ca. quoniam.de ſimo. Silueſt. Verb. Religio.3.q.13. Contrarium tenet gl. cap. ſi.de reg.lib. 6. cum qua tranſeunt ibi communiter ſcribentes. Vera eſt ſententia Panor.debet tamen Abbas eiuſdem.cap. conſilium requirere etiamſi non teneatur illud ſequi. ¶ nu. 5.

Aſſuetus viuere per portiones priuatas iuſſus à prælato, vt illas relinquat, non peccat niſi facta fuerit perfecta reformatio de qua Verb. Reformatio.

Et ſi non poſſit damnari à ſuis prælatis de iure cōmuni ad triremes ſunt enim multæ rationes, quæ id diſſuadent; attamen de conſuetudine iam inducta contrarium eſt verum.

## *Ex Com. 4. in capitul. ſtatuimus, 19. quæſtion. 3.*

Regularis poteſt tranſire de vna regula ad aliam, quod probat hoc capit. ex cauſa. leg. graui, & de conſenſu ſui prælati, vt explicat D. Tho.2.2.q.89.Primo. Zelo perfectionis religionis.Secundo ob declinationem ſuæ religionis ei debita perfectione. Tertio, ob infirmitatem, vel debilitatem, & tunc ad laxiorem. ¶ Num. 3.

Si vult tranſire ad arctiorem poteſt habere licentiam à prælato inferiori. arg. cap. licet. de regul. & ad æqualem. gloſſ. recep. cap. cum ſingula. de præb. lib. 6. Ad laxiorem debet habere licẽtiam Papæ. eadem gloſſ. vigore autem ſtatutorum aliud ſeruãdum eſt prout illorum ſtatuta quærunt. ¶ Nu. 10.

Regulari translato non debet dari licentia manendi perpetuo, vel ad longum tempus extra monaſterium. id enim prohibet Conc. Trid. ſeſ. 14. Sed debet recipi ſub perpetua clauſura, & obedientia. ¶ Nu. 12.

Regularis eiectus eum facultate trãſeundi ad alium ordinem, vel Mendicantium ſi inuenerit beneuolus, qui recipiant. Vel non mendicantium ſi non inuenerit, debet quærere non ſolum mendicantes ordinarios approbatos, ſed etiam alios, vt ordinem Minimorum, Seruorum, &c. nu. 13.

Translatus debet tractari à Prælato, ſicut vernaculus, quo ad exitum, hoc enim videtur eſſe mens Concilij, quæ ſeruanda eſt. argum. capi. fin. de reg. iur. lib. 6. capi. fin. de præbend. nume. 14.

Manens extra Monaſterium cum iuſta licentia videtur manere in eo. ca. Monachi el 2. 16. q. 2. Et poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi, etiam translatus, ſicut vernaculus, niſi quatenus obſtaret ei. clem. 1. de reg. 16. nu. 15.

Non poteſt cogi ad tranſeundum ad ſtrictiorem, vel laxiorem, quia nõ poteſt cogi ad ſtatum perfectum c. geſta. cum gl. d. 74. ¶ Nu. 21.

Regularis transfertur de vno Monaſterio ad aliud. Primo, vt habitator, & tunc quærit priori monaſterio, qui tenetur ad alendum cum eſt ægrotus, & ſanus. Secundò, vt fiat filius. Et tũc quærit ſecundo, & prius Monaſteriũ poteſt cogi ad alendum. arg. c. ſi quis iam. 21. quæſtio. ſecunda. ¶ nume. 13.

Cogi poteſt ad ſuſcipiendum beneficium conſuetum regi per regulares ſui Monaſterij, quia obedire tenetur prælato in omnibus, etiam ſi beneficium ſit parui valoris, etiamſi præcipiat, vt in illud reſideat, vt exoneret Monaſterium, ſicut cauetur in Cle. 1. de ſtatu Mona. etiamſi beneficium ſit Manuale, niſi iuſta cauſa excuſet.

Regularis etiam ſi poſſit habere vnum beneficium ſui ordinis, non poteſt tamen habere duo, nec capellam, vel penſionem, & portionem Monachalem cum beneficio. Rebuff. in praxi benef. tit. de diſpenſ. cum Regul.

Non poteſt conſentire electioni de ſe factæ extra ſuum Monaſterium, ſine Superioris conſenſu. cap. religioſus. de electio. lib. 6. non autem ſi ſit facta electio cum diſcordia, quia nullum ei ius quæritur per cap. quia quorundam. eo. ti. neque ſi ſit facta à maiori parte electorum. ¶ num. 24.

Regulari valide profeſſo in vno Monaſterio tranſeunte ad aliud voluntarie licite, & valide, quæſita poſt primam profeſſionem remanent primo monaſterio, quæſita vero poſt ſecundam erunt ſecundi. Et eſt concluſio. Panor. & Card. quod ad ſe. de cle. coniug. ¶ Ibid.

Regularibus non licet venatio, nec veſtis precioſa, niſi quatenus regula, & canones permittunt. ca. fi. de conſt. & cle. 1. §. porrò. de ſta. mon. ¶ nu. 25.

Regularis tenetur ad ſeruandã clauſuram aliqua lege, vt conſtat ex conſuetudine generali omnium religionum. Videtur tamen durum, vt ſit naturalis, vel diuina, quia Apoſtoli, qui proprie fuerunt Religioſi, vt ait Thom. 2. 2. quæſt. 88. eam non ſeruarunt. Et licet vocent ſtabilitatem, Illa tamen non ſignificat clauſuram, ſed

ſed permanentia in obedientia. Et licet peccet exeundo ſine licentia, hoc peccatum non eſt ratione clauſuræ, ſed ratione ſtatus inducti lege humana à profeſſoribus illius. ¶ Ibid. num. 29. & 30.

Regularium clauſura ortum habuit à Monachis ante Inſtitutores quatuor Religionum: fuit deinde roborata à Nicena Sinodo, de qua Eugen. cap. placuit. 16. quæſ. 1. Et à Calced. de qua Alex. 2. cap. Iuxt. 16. quæſt. 2. ¶num. 30.

Ad ipſam clauſuram non ſunt æqualiter obligati, nam alij ſunt ad totam, & ſolum iure communi præceptam.

Alij ad maiorem per propria ſtatuta, vt Carthuſiani. Alij ad minorem priuilegio apoſtolico, vel conſuetudine rationabili præſcripta diminutam, & relaxatam, vt quidam Canonici regularis.

Regularis omnis, & ſimplex iure communi poteſt exire Monaſterium de licentia ſui prælati expreſſa, vel tacita ſpecialiter, vel generaliter data, modo cauſa ſit iuſta, neceſſitas, vel vtilitas. ¶num. 34.

Et ſi clauſuræ violatio non eſt contra ius commune, ſed ſtatutum ſpeciale ordinis, nullum eſt peccatum, vt in ordine Prædicatorum. Si contra ius commune veniale, Si non adſit contemptus, vel ſit contra præceptum Superioris. ¶num. 35.

Regularis iuſte damnatus ad carcerem perpetuum, & in eo incluſus, non poteſt fugere abſque peccato, quia ex voto tenetur obedire etiam in acceſſorijs ad regulam. cap. ſi religioſus. de elect. lib. 6.

Et quilibet poſt condemnationem tenetur ad ſubeundam pœnam, quæ excedit intereſſe. 2. 2. q. 62. artic. 3. non A ſolum quando condemnatur ad dandum, ſed etiam ad patiendum, iuxta Caietan. ibi, vbi ponit exemplum de pœnis mortis, mutilationis, carceris, &c. facit pro hoc Clemen. Paſtoralis, adiuncta gloſſ. quatenus habet, quòd qui iurat redire ad carcerem, tenetur ad id etiam ſi ſciat ſe morte plectendum. Et fuga talis non eſſet iuſta, quare qui fugit tenetur in cõſcientia redire ad carcerem. Si verò aufugerit, antequam per iuſtam ſententiam damnatus fuerit, tenetur ſimiliter redire cum peccauerit exeundo à Monaſterio ſine licentia, & tenetur manere in B ea Monaſterij parte, in qua illi prælatus præcipit iuſte manere. argumen. d. cap. quorundam.

De damnato verò iniuſte, ſecus dicendùm eſt, quia talis pœna in foro conſcientiæ non eſt ſubeunda, vt colligitur ex Innocen. recep. ab omnibus in cap. quia plerunque. de Immun. eccleſ. niſi aliquod magnum ſcandalum ſequeretur. Idem videtur dicendum cum pœna iuſta, ſed executio iniuſta, quando ſcilicet illi à cuſtode ſubtrahitur aliquid ex neceſſarijs ad vitam tuendam. ¶num. 64.

Regularibus longe arctius prohi- C bentur conuerſatio mulierum quàm cleribus ſecularibus cum prohibeatur illis non ſolum conuerſatio; ſed etiam acceſſus ad eas, & earum ad eos, & compaternitas, quæ in leuando contrahitur cum eis ca. Peruenit 22. q. 2. ¶ com. 2. de Regul. num. 65. Quomodo autem illis poſſit cõſtitui penſio. verſic. Penſio.

Regularis habens beneficium cui eſt corpus bonorum, ſeparatum à bonis eccleſiæ vt eſt Prælatura, tam illa, quàm aliunde quæſita, quærit Monaſterio, quæſita vero ex beneficio quærit eccleſiæ. Et de hoc intelligitur

ſententia Panorm. cap. in præſentia. A de elect. Si autem beneficium non habet vniuerſitatem, vel corpus bonorũ ſeparatum, tunc tam illa, quàm aliunde quæſita, ſunt eccleſiæ. Et de hoc verificatur ſententia Barto. l. ſeruus, ff. de ſtip. ¶ num. *69*.

Regulris, qui metu iuſto profeſſus eſt durante cauſa metus, & etiam illa ſtatim ceſſante poteſt reclamare, per capit. 1. cum ei adno. deſponſal. ſtatim autem intelligitur id facere, ſi intra tempus arbitrio Iudicis definiendum id fecerit. Hoſtienſ. Panorm. & communis in d. cap. poſtea autem non poteſt: quia perſiſtendo videtur ratificare. glo. d. cap. Ad id ¶ num. 71. Vide B verbo Profeſſio.

## *Ex Com. de Redit. Eccleſ.*

Regularis de ſui beneficij titularis reditibus diſponere poteſt, vt ſæcularis clericus, iux. Card. Clem. 7. de vita, & honeſtat. Et poteſt cuique elargiri illud, quod parce viuendo rilinquit de parte illa, quam honeſte valet in ſuos vſus expendere, quia eãdem rationem habet in vtroque, idq. multum illi adiumenti præſtat ad caſtitatem ſeruandam ob occaſionem, C quã affert minus edendi, bibendi, &c. Et illi conſuetudo poteſt dare facultatem donandi aliquid, quo non grauetur ecceleſia, vt dicit Alex. 3. in cap. cæterum. de dona. & eſt tex. ſing. vt dicit And. Sicul. in tract. de preſt. Card. q. 16. art. 6. Et ille licet non ſit Dominus, hoc non refert, quia hæc non eſt radicalis ratio huius rei, ſed quia eccleſia iuſta de cauſa facit ei facultatem diſponendi de illo. ¶ q. 1. Mon. 33.

Regularis ægrotus, & beneficiarius poteſt donare pauperibus de ſuis reditibus, quod ſequitur ex dicto Superiori.

Neque id, eſt teſtari, ſed inter viuos diſponere, etiamſi ægrotet, quod eſt diuerſum. cap. Ad hoc. cum ei adnotat. de teſtament. quia non poteſt id amplius reuocare. l. ſicut ab. C. de act. & obl. ¶ Ib. Mõ. 34.

Et huiuſmodi donatio valet, etiãſi non tradat, ſed relinquat tradendum, quicquid dicat Andr. Siculus in cap. ad hæc. de teſtamen. & Couar. in cap. cum in offic. eodem titul. nume. 5. *fine* ratione. Vide verbo Donatio.

Si tamen donatio eſſet extrema, eſſet ſuſpecta, & de hac poteſt verificari dictum illorum. ¶ Ibid.

Regularis omnis quicunque ſit, eſt eccleſiaſtica perſona, & gaudet priuilegio, ſi quis ſuadente. 17. quæſt. quarta. ¶ Ibidem Mon. 55. num. 4.

## *Ex Conſilijs.*

Regularis vbicunque manet ſub obedientia, cenſetur manere in Monaſterio. Abb. antiqu. in cap. cum illos. de ſent. excom. Panor. in cap. ex reſcripto. col. 2. de Iur. iur. Silu. Religio. 3. q. 19. ¶ conſi. 42. de reg. num. 3. Com. 4. num. 74.

Non poteſt ſe obligare ad aliquid, niſi de mandato, quia non habet proprium uelle. c. quorundam. de elec. *lib. 6.* ¶ conſi. 5. de pact. & Com. 2. de reg. num. 30.

Regularis translatus definit priori religioni eſſe ſubiectus, quia debet et in ſecundo ordine profiteri, ſiue translatus ſit, vt ſubſit, ſiue vt pręſit. ¶ conſ. 3. nu. 49. de reg. conſi. 2. de teſta.

Emittit uotum paupertatis, ſed nõ omnes æqualiter ad illam tenentur. Nam Franciſcani de obſeruantia, & Capuccini tenentur in Com. & particulari. Non mendicantes tantum in parti-

A

particulari, non in communi. ¶ conſi. 15.nu.14.de reg.

Factus epiſcopus non retrocedit. verbo Apoſtata. Et eximitur de Iuriſdictione Abbatis. Et licet cedat epiſcopatui, modo non cedat dignitati ni recidit in illam, quia extincta non reuiuiſcũt.l.qui res.§.arca.ff.de ſolut. facit.c.2.de translat.prælator.¶ Conſi. 15.num.12.

Neque quo ad tria uota monachatum exuit, neque quo ad habitus delationem, ſed tantum quo ad alias obſeruantias regulares, iux.glo.recep.c. de monachis. 16. q. 1.¶ Ibid.num.2.

B

Regularis contradicente prælato, non debet promoueri ad ordines.cap. clerici & c.Maritus.33.d.Conc.Trid. c.1.de refor.ſeſſ.14.¶ Conſi.5.de ætate & qual.

Si eſt Hermafroditus, & nolit exire etiam ſine Papæ diſpenſatione poteſt expelli, quando potentia virilis non prædominatur, quia profeſſio non fuit valida, & religio non tenetur illum retinere.Conc.Trid.cap.16.de regu.ſeſſ. 25. ¶ Conſi. 8.eo.ti.

C

Regulares ferè omnes defenſionis, & non appellationis, verbo vtuntur, quam parit appellatio, & in Iudicijs neceſſaria tantũ de iure naturali ſeruari debent. ¶ conſi.1. de ſen. & re iud. Quando illis liceat appellare. verb. Appellatio.

An præſentari poſſint ad parochialem varij fuerunt Domini prætorij Rotæ in deciſione. de iur.pat.¶ Cóſ. 9.de præb.

Ob debitũ Monaſterij poſſunt dari in obſides.ca.ex reſcripto. de Iureiur. ¶ Conſ.65.de regul.

Poſſunt fugere de Monaſterio Abbate ſæuiente, & ſi ob odium illos aggrauat, poſſunt arma arripere pro defenſione ſecundum Card. Clem. 1.de ſtatu monach.¶ Conſil.4. de appella.

Regularis ubi profitetur, ibi perpetuo implicite, vel explicite ſtare debet promiſſis.argum.ca.placuit. 16.q.1.ſi tamen accipit beneficium requirente reſidentia, tenetur in eo reſidere.ca.1. 18.q.1.c.cum olim. de priuileg.loquitur de Epiſcopatu.cap.ne per cuiuslibet.16.q.1. ca. ſi quis iam translatus. 21.d.loquuntur de eccleſia parochiali. Et ſi eccleſia ſua eſt Epiſcopo ſubiecta, illi parere tenetur glo. ſing. Clem. in agro, de ſtatu monach. Eſt tamen obligatus ad ſtatum regularem ſeruando ſua vota.¶ Conſi.5.de cler. non reſid.

Ob ægritudinem quamcunque etiã incurabilem, de nouo ſuperuenientem poſt profeſſionem, non poteſt expelli à Monaſterio.¶ Conſi.54.de regu.

Inſeruiens Hoſpitali de licentia Papæ, poteſt diſponere de quęſitis ad pios vſus, ſed ad vitam tantum, quia cum cauſa degit extra Monaſterium.

Si furetur, vt quærat Monaſterio, peccat ſemel tantum, ſi autem, vt ſibi quærat bis, quia facit etiam contra votum paupertatis.¶ Conſi.45.num.40.

Regulares ordinis Minorum accipere non poſſunt domum, vel prædium cum pacto, vt eam locent, vel colant. Caſus eſt in c.exijt.§.ad hoc, de verb. ſign.li.6.

Mendicantes ad non mendicantes tranſeuntes excommunicantur. ca. ne clerici, vel monachi, li. 6.¶ Conſi.1. de apoſt.

Regularis non debet obedire pręlato contra maioris præcepta.Thom.ab omnibus recep.2.2.quæſt. 104. art.5. ¶ Conſi.1.ut li. penden. numer.7.

Deſtructo Monaſterio, nec ſponte, neque de licentia Superioris habitum dimittere poteſt. ¶ Conſi. 85. de reg.

Curiam ſæcularem ſequens animo nocendi Monaſterio excommunicatur.

tur.Clem.1.§.quia vero.de ſtatu monac.Conc.Trid.c.14.ſeſſ.25.¶ Conſi. 33.de ſen.excomm.

Regularis omnis profeſſus tenetur ad horas Canonicas ex debito ſuę ꝓfeſſionis.Palu.4.d.15.q.5.aſſerit rationem ex eo,quia ſuſtentatur à religione, vt miniſter Eccleſiæ, quam refutat Caie.verbo Hora.tanquam non neceſſaria.Anton.3.par.c.4.dicit illos teneri,quia cum vocatus ſit ad uitam contemplatiuam, tenetur non ſolum pro ſe, ſed & pro alijs orare, vt miniſter eccleſiæ. Cuius orationes ordinariẹ ſunt Horę Canonicæ. S. Tho. 2. 2.q. 189. ar. 5. quare ſi omittit eas etiam vnam,peccat mor.ſecundum Gandau. quol.29.q.30.¶ De ora. c. 7. nu.41.ca. 20.nume.19.

Plura de his vide Ver. religioſus. ver.Beneficiarius.Ver.Profeſſio.

## *Reincidentia.*

REincidentia in peccatum non eſt neceſſarium argumentū ad iudicandam pœnitentiam præſentē, aut præteritam non fuiſſe, aut nō eſſe verā.quod probàt Gratianus.de pœniten.per totum.¶ Manual.cap.3.nu.21.

Reincidentiæ onus non poteſt imponere Cōfeſſarius electus per bullas Apoſtolicas.¶ Manu.ca.27. num.277.

## *Relatio.*

REIatiò, ſeu intētio duplex actualis,et virtualis. Vide ver.Intēti.

Relatio àctuum noſtrorum virtualis in aliquem finem illa èſt, quę tacitè reſultat eo, quod includitur in alia generali actuali antea facta. Vel eo ꝙ aliam actualem ſpecialem conſequitur. Vel eo, quod ineſt àctui aptitudo ad relationem talem concurrente gratia habituali, quæ in illam inclinat. Caie.1.2.q.21.ar.3.q. 100.ar. 10.ap- A tius q.8.ar.3.q.18. ar. 8. Maior contra communem 2.d.40. ¶ Cap. Inter verba.Concl.5.nu.4.Com.de finib. num. 17.& 18.

Relatiuum(quis)adiunctum verbo futuri temporis inducit conditionem. l. Stichum, qui meus erit. ff. de lega. ¶ De Iubil.Notab.32.numer.37.

Referens non probat contenta in relato, ſaltem cum non exprimit illud. Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. ¶ Com.3.de regul.num.21.

Referri in Deum poteſt, quicquid non eſt peccatum,iux.omnium ſententiam,quam ſentit Caie.2.2.q.8.& exprimit.q. 100.ar.10.¶ Man.c.16. nu.7. B

Relatio fit vno actu, quando uno, & eodem actu volumus finem,& media in illum. 1.2.q.8.ar.3.Quandoque pluribus, quando vno actu volumus finem,& alio actu volumus media. Et poteſt eſſe actualis, ſiue expreſſa. Et virtualis, ſiue tacita.¶ Com. de Finib. num.17.& 18.

## *Relictus, a, um.*

RElicta incapaci ex culpa ſua pro non ſcripto habetur.l.ſi in metallum. ff.de his, quę non ſcrip. & l.1. C.de hær.Inſt.Relicta vero illi,qui ſine ſuo delicto eſt icapax, debetur æſtimatio.l.idem Iulianus.§. ſi. ff. de leg. Et intelligitur quando ſimpliciter eſt incapax.¶ Conſi. 10. de teſta.num.8. C

Relicta Franciſcano ex teſtamento, vel àb inteſtato càduca manent.cap.ex his.§.ad hæc. de ver. ſig.li.6. ¶ Conſ. 73.de reg.num.2.

Relicta collegio pro Anniuerſario, quotannis celebrando non poſſunt diuidi,ſicut alij reditus,inter Sacerdotes ipſius Collegij,ſed debent poni in bonis ipſius ob ſucceſſores obligati ad illud onus perpetuo, hæc enim eſt mens inſtituentis,quę ſeruanda eſt,& ob

ob multa alia allegata. ¶ Conſil.4.de teſtamen.

## *Religio.*

REligio eſt virtus impellens hominem ad honorandum, colendumque Deum tãquam Primum principium noſtrum à quo ſumus, in quó viuimus. Tho.2.2.q.81. Antecellit pietatem, ſed tamẽ ſæpe pietatis nomine ſignificatur.iuxt. Aug.10.de Ciu.Dei Tho.2.2.q. 101.ar.5. Ad quam ſpectãt tria prima præcepta Decalogi. ¶ Manu.ca.14.nu.1.& 2.

† Religio ſumitur quandoque pro Collegio hominum colentium Deum, & ſumitur quadrupliciter. Primo, pro cultu veri Dei, quo ad fidem, & comprehendit totam Chriſtianitatem. de qua diſt.97.ca.1. Secundo, quo ad fidem, & bona opera, & comprehendit bonos tantum.16.q.1.cap. iuxta. Tertio, pro ſtatu clericali Deo magis debito.c. Saluator.1.q.3. Quarto, ſtrictiſſime pro ſtatu illorum, qui ſe profeſſione trium uotorum Deo ſubijciunt ſub imperio prælati, cap.ex multa.de voto. Silu. Verb.Religio.1.

Religionis ſtatum quoddã eſt exercitium perfectionis, & diſciplina ad perfectam charitatem perueniendi, ad quod quidem neceſſarium eſt, vt aliquis affectum ſuum totaliter abſtrahat à rebus mundanis, vt ait Auguſt. 10. confeſ. & lib. 83.qq. ¶ Com.1.de regul.nu. 24.

Religió vera ſine tribus votis ſolemnibus eſſe nequit.ca.cum ad Monaſteriũ de ſtatu Monach. Tho.2.2. q.186. ar.6. Conſ.25.de regul.nu.6. Hinc ſequitur, quod religio. S.Stephani eſt vera, & approbata, vt conſtat ex conſtit.Pij 4.

Religio vera poteſt inſtitui ad militandum pro defenſione fidei, vel reip. A Chriſtianæ.2.2.q.188.ar.3. Sicut ſunt religio S.Stephani.S.Ioannis.S.Lazari, & aliæ, quæ omnes habent aliquem habitum, & regulam ex approbatis, religioſos, & conuerſos, neque habent liberam teſtandi facultatem. ¶ Ca.23. de regul.nu.6.

Religio licet non ſit virtus Theologa maxima eſt virtutũ moralium accepta iuſtitia legali, quia obiectũ eius, quod eſt cultus, & honor diuinus magis appropinquat Deo, quã finis aliarum virtutum moralium ¶Com.cap.libenter de pẹn. diſt.1.num.7.

Religionis de eſſentia non eſt, vt habeat generalem prælatum, quia hoc B nullo iure cautum eſt. Et antequam Papæ Priuilegio eximerentur Abbates, & Monachi ſuberat vnumquodque eorum Monaſterium epiſcopo Diœceſano, cap. Abbates.18.q.2. ¶ Conſi.2. de regul.num. 7.

Religionem ingreſſurus, vt ait Tho. 2.2.q.fin.ar. 1. Non debet eſſe neceſſario in præceptorum obſeruantia exercitatus, neque conſulere multum ſuper ſuo ingreſſu, quia in certis non eſt multum conſultandum.2.Ethic. debet autem eſſe bene diſpoſitus, vt ibi notat Caietanus, qualis eſt, qui omnem ſuã C fiduciam ſuſtinendi onus religionis in Deum ponit, nullumque ſibi relinquit affectum gloriæ, honoris, diuitiarum. ¶Conſ.1.eod. titul.& com.1. De Regul.num.7.

Non eſt autem talis, qui metu, cupiditate, importunitate, diſperatione, fuga laborum, &c. ingreditur. ¶Man.ca. 12.nnm.49.

Religionem poteſt ingredi ſeruus de conſenſu Domini. Verbo Seruus, Filiusfamil. etiam inuito patre. Verb.Filius Debitor de conſenſu creditorum, & illis etiam inuitis ſi cedat bonis, & relinquendo ea illis.2.2.q.fin.art.6.ad 3.Innoc.

3.Innoc.in rubr. de oblig.ad ratio.ca. A facit.cap.duæ.19.q.2.Et quia vtroque iure bonis ſuis cedens liberatur à carcere. Verb.Bonum verſ.Debitor.

Sine autem creditorum conſenſu non poteſt ingredi ſimpliciter niſi prius debita ſoluat.Maior.4.diſt.48.q. 2.Caiet.2.2.q.fin.articul.6.Facit,quia obligato ad ratiocinia debet prius illa reddere,quam intrare cap.1.De oblig. ad ratio.Inno. in Rub.cap.& eſt caſus exſpreſſus.l.officiale De Epiſ. & cler. ¶com.1.De Regular.num.8.

Religionem relaxatam ingrediens non obſeruat illa religionis præcepta, quæ ſuo reatu culpę mortali obligant, B neque excuſabitur ſi id non intendat ſe obligare niſi, quo ad inſtitutum, quod ligat. Immo tenetur intētionem mutare,quo ad eſſentialia. ¶ Manu.ca. 12.num.50.

Religionem nouam, qui inſtituunt, nouum habitum ſuſcipientes ex communicantur.cap.1.de relig.dom.lib.6. ¶Manual.cap.27.num.127.

Religionis ingreſſum, qui prohibet, aut diſſuadet retrahendo à tali propoſito paratum ingredi peccat mortal.Palud.4.d.15.q.2.Anton.2.par.tit. C 2. cap.1. & eſt communis. Et grauius peccat, qui poſt ingreſſum tetrahit,& & tenetur ad illum reſtituendum religioni ſi poteſt. Etſi non poteſt,vel aliū ſimilem,vel ſe religioni tradere. Scotus 4.diſt. 15.q.3. In primo autem caſu etſi Anton. & Adrian.4.de reſtitut.q. 3.Idem cenſeant ſufficit tamen perſuadere alteri æque bono, vt religionem ingrediatur. Et in nullo caſu tenetur ſe religioni tradere, quod ſeutit. Maior.4.d.35.q. 17. & Sotus lib.4. de iuſtit. & iure.q.6.arti.3. Quod ſi diſſuadet,aut prohibet iuſtis de cauſis, nec peccat, nec incidit in canonem.Conc. Trid. Seſſ.25.cap.18. de regul. ¶ Manual. cap.12.nu.44.45. Verbo Votum.

Religiones ob religioſorum malam vitam non ſunt damnandæ. ¶ De red. eccleſ.Mon.55.num.2.

Religio vna totus populus Chriſtianus eſt, quia in baptiſmo renunciat Diabolo,mundo, & pompis.Iacob.1. qui putat ſe religioſum eſſe,&c.¶Cap. inter verba concluſ.6.num.410.

Religionem, ſcilicet, Ioannis quis profitendo non deſcendit, ſed aſcendit propter nomina ſubſtantialia vota ca. Geſta iuncta Gloſ.accepta d.capi.diſtin.72.

Religionis ingreſſum qui nouit nō differat etiam ſi nō ſit diſpoſitus & ſe orationibus Eleemoſinis, confeſſione, lectione ſcripturæ,concionibus audiēdis diſponat: quia tenetur intra tempus tacite, vel expreſſe determinatum intrare: cum omne votum ſit intra tale tempus implendum ſecundum D. Thom.2.2.q.88.artic.3.ad 3. Et ſpem ac fiduciam concipiat quia diſpoſitionem ſibi ingreſſo dabit Dominus ut admonet Caietan.2.2. q. 189.artic. 2. ¶Com.1. De Regul.num.7.

## *Religioſus*.

RElIgioſi nomen à religione deducitur,et ideo ſicuti verbum religio, ita, & nomen religioſus multipliciter ſumitur. Et ſignificat. Primo, Chriſtianū. Secūdo,bonū Chriſtianū. Tertio, clericum. Quarto,eum qui eſt profeſſus in religione approbata.

Religioſus etiam abbas ſi clericus non eſt, minor eſt clerico.ca.à Subdiacono adiuncta gl.d. 92. ¶ Conſ.17.de priuil.

Religioſus ille vere eſt, qui in religione approbata tria vota emittit accipiendo hoc verbum vere, & ſtricte, prout accipit in tít.de reg. & in Clem. & libr.6. ſecundum omnes in d.rub. ¶Conſi.

¶Conſi.13. de regul. Qui autem non eſt profeſſus talem regulam vere non eſt religioſus.Verb.Profeſſio. A

Religioſus poteſt dari,vt coadiutor ad id cui eſt aptus.Panor.ca.fin.de cle. ægrot. q.6. Et eſt tex. nonus in cap.1. eod.tit.lib.6.¶Conſi.2.de cler. ægrot. num.2.

Religioſus vnius ordinis non eſt idoneus ad obtinendum beneficium alterius ordinis.cap.cum in ſingula.§. fin. de præb. lib.6.niſi ille ſit epiſcopus. Clem.1. de elect. ¶ Conſil.49.de regul.

Poteſt reſtituere ordini ſuo damna, quæ per proprietatis peccatum intulit ei. ¶ Conſi.7.eod.tit. modos vide deſcriptos tract.de red. eccl.Mon.2 q.2.& q.3.Mon.34. B

In articulo mortis poteſt abſoluere quemcunque,& à quibuſcunque caſibus etiam ſine licentia ſui prælati per iuriſdictionem ſaltem tacitam ſibi à Papa collatam. ¶ Manu.cap.4.num.5. Quo vero ad habentem peccata venialia tantum, aut mortalia iam legitime confeſſa non poſſe abſoluere ſine licētia ſui prælati tenuit Palud.4.d.15.q. 5. Anton.3.p.tit.17.cap.7.Ang. Verb. Confeſſio.§.4. Quod verum eſt de illo,cui ſpecialiter interdictum eſt à ſuo prælato audire confeſſiones, non autem de alijs, cum in multis habeant velle,& nolle, & hoc ſit opus charitatis. ¶Ibi.num.6. C

Religioſus poteſt appetere honores eccleſiaſticos, & alios virtuti debitos ſecundum vtrūque.Th.2.2.q.186.art. 7.¶De Iudæis.Not.2.num.10.

Religioſi mendicantes ſunt,qui nec in communi, neque in particulari quicquam habere poſſunt. ¶ Conſ.63. de reg.

Si accipiant nouas domos ad habitandum ſunt excommunicati. Clem. cupientes.de pœn. ¶ Man.cap.27.nu. 144.Secus ſi habent priuilegium à Papa,vt Minimorum ordo, & prouinciales Minorum de obſeruantia illi per priuil. Iulij 2.iſti per priuil. Leon 10. ¶Ibidem.

Religioſi non ſeruantes interdictū eccleſiæ Matricis ſunt excomm. Clem. 1.de ſent.excom.Et intellige de interdicto generali. ¶ Ibidem, num.146. Et hi ſimiliter, qui in concionando diſſuadent, vel non ſuadent ſoluere decimas. Clemen. cupientes. de pœn. ¶Ibid.num.145.

Religioſi vere ſunt emittentes tria vota ſimplicia poſt biennalem profeſſionem in ſocietate Ieſu.¶Conſi.7.de regul.nume.4. & Com.4.nume.76. & Com.1.num.19.

Religioſus intricatus negocijs religionis habet plus meriti quam alij, modo id faciat fideliter, & vt Domini Dei ſui præſentis, quo ſeruis ſuis victus miniſtretur deſeruiat. ¶ Com.1. de reg.num.34.

Religioſus ſi contrahit matrim.eſt excōicatus.Clem.1.de conſang.¶Man. ca.22.num.35. cap.25.num.109.c.27. num.141.

Religioſus non deſinit eſſe talis eo, quòd ſuper aliqua parte voti cum eo diſpēſatur.† Et loquitur de Commendatorib.quibus indultum eſt, vt ducāt vxores,& exemplificat etiam de alijs. ¶De Red. eccle.q.1.Mon.55.num.8.

Religioſi vere ſunt ingreſſi ordinē militarium poſt profeſſionem in eo, quia vota ſubſtantialia emittunt. Et ſunt perſonæ vere regulares, non habent beneficia regularia, quæ habere non poſſunt,niſi eſſent tales.c.cum ſingula.de præb. Conc. Tri.ſeſ. 14.c.10. Et in hoc male peccat Sot.li.7.de Iuſt. & iur.q.5.artic.3.contra quem arguit Auctor, & obiecta eius diluit. De red.

ecclſ.quæſtio.1.Mon. 55. à numero 3.

Religioſi, tenentur defendere famã ſuam, quando infamia redundat in ſuum ordinem. ¶ Com.cap.inter verba Concl.2.numer. 15.

Religioſi non omnes nobilitates per profeſſionem amittunt. verb. Nobilitas.

## *Reliquiæ.*

RELIQUIAS Sanctorum in Oratorio honeſto, & arca ſeruare licet, & ceſſante ſuperſtitione, licet portare etiam illas ad collum ad honorem, & venerationem Sanctorum, quorum ſunt. Th.2.2.q.96.ar.4.ad 3.quia, quæ per ſe non ſunt mala, videntur conceſſa ſi particulariter non ſunt prohibita. argu.l.1.ff.de teſtam. Idem aſſerit Silu. verb. Reliquijs, & vener. Sanc. ¶ Manu. c.a.num.35.

Reliquijs falſis, qui vtitur, aut veris cauſa turpis quæſtus, aut nouis ab Epiſcopo non approbatis, peccat mortal. cap.2.de reliqu.& vener. ſanctor. Concil. Trident. ſeſſion.2. Ideo non licet eas vendere, nec locare, nec pro oſtenſione aliquid accipere principaliter. ¶ Manual.cap.17. nume.269.cap.Inter verba.concluſ.4.De orat. cap.6.nu.15.

Reliquias Sacramenti, quantumuis exiguas poſt ablutionem ſumere, peccatum mort.eſt, ſecundum Palud.4.d. 9.q.1.Roſel. Euchariſtia.3.§.13. Si id fiat ex interuallo, ſecus ſi incontinenti, vt neruoſe probat Caietan.3.tom. de celebrat. Miſſarum.q.1.quia, quę in continenti ſunt ineſſe videntur.l.lecta.ff.de reb.cred.

Quæ in ore remanet non vnica tantum, ſed pluribus etiam ablutionibus poſſunt deglutiri, & id decentius videtur, quàm digitum ori inferre. Roſel. vbi ſupra.§.22.Silu.eo.q.8. Et quæ in calice remanēt ne dum digito, ſed vino etiam infuſo poſſunt aſſumi. Sco.4. d.8.q.3. Ang. verb. Miſſa.§.20.Sil. vbi ſup. ¶ Man.cap.25.num.90.

## *Remedium.*

REMEDIUM ordinarium, fauorabilibus eſt, quàm extraordinariũ, vt ait gl.ſolem.& penul.clem.2.de offic.ord. & l.In cauſæ 2.ff.de minorib. ¶ de red. eccleſ.q.1.Mon.32.num.3.

Remedia poſteriora non tollunt priora in dubio, ſaltem quatenus non ſunt eis contraria.l.ſed & poſteriores, ff.de legib. ¶ De lege pœnal.num.29.

Remedia tria obtinendi abſolutionem à reſtitutione ei qui tenet beneficium ſine Canonico titulo. Primum componere cum Camera Apoſtolica. Secundum conuertere illa in vtilitatẽ eccleſiæ. Tertium tradere illos futuro ſucceſſori. ¶ De ſpol.cler.§.12.nume. quarto.

Remedium extraordinarium non datur cui iure com. competit ordinariũ.l.in cauſa la 2.ff.de minor. ¶ Com. de reb.Eccle.non alie.num.10.

## *Remiſſio.*

REMISSIO, & ſi interdum veniam, generaliter tamen relaxationem ſignificat.

Remiſſio actionis ob anticipatam ſolutionem vſuram ſapit, ſi fiat *ob id* ſolum, ſecus ſi ob alium reſpectum. ¶ Conſil.18.de vſur.num.3.Manual.c. 17.num.230.Verbo Emptio.

Remiſſio homicidij ſecundi tacito primo, nil ſuffragatur. Guglielm.leg. 2.C.de epiſcop.audiend. & ibi Bald. num. quarto. communiter recepta; vt tradit Fel.cap.ſuper literis.de reſcrip. ¶ Conſi.2.de conſang.

Remiſſio debiti facta ob inopiam debitoris eum in vtroque foro liberat, ſecus ſi à Creditore fiat ob timorẽ iniu-

iniuſtum, & ex malitia debitoris potente ſoluere. Caiet. verbo reſtitutio. Adria. quarto. de reſtitution. quæſt. ſecunda. ¶ Conſil. ſexto. de pactis. Manual. capitul. decimoſeptimo. numero 44.

Remiſſio debiti eſt donatio.cap.veniens, de teſtibus, & leg.ſi mulier.de condiction. cauſa dot. quare ſi fiat in magna quantitate a Prælatis, de reditibus Eccleſiaſticis ſine intuitu paupertatis, non valet. Nec facta diuitibus a deputatis a Camera Apoſtolica, niſi aliqua ſit cauſa excuſans, vt argumentum deuotionis ne ſedem Apoſtolicam, defenſio eccleſiæ, & cætē. ¶ De ſpoliation. clericor, §. decimoquinto. num. 5.

Remiſſio ſponte facta ab eo cui reſtituenda ſunt lucra præterita, liberat debitorem. gloſſ. cap. peccatum. de regul. iur. lib. ſexto. Et vnde ſumitur regula generalis ab omnibus interpretibus, quòd remiſſio debiti exequatur ſolutioni, exceptis, aliquot caſibus. ¶ Conſil. decimo quarto. de vſur. Conſil. 2. de cenſib.

Remiſſio partis debiti facta malo debitori, ut reliquum ſoluat, non liberat in conſcientia debitorem. Caietanus ante Silueſtr. Verbo reſtitutio. ſeptima queſtione prima. ¶ Manual cap. decimoſeptimo. num. 75.

Remiſſio liberius in abſentia ſolutionis, & ante oblatam, & receptam pecuniam, quàm poſt exercetur. ¶ Ibidem. nume. ſeptuageſimoſeptimo.

Remiſſio facta debitori non habenti animum reſtituendi, & ſi liberet à reſtitutione, non liberat a peccato. ¶ Ibidem nume. ſeptuageſimo octauo. Vide uerbo Debitor.

Remiſſio Infamiæ valet, etiam cum eius reſtitutio peti debet. ¶ Cap. Inter verba. concl. 6. num. 880.

A Remiſſio plenaria facta à Domino latroni in Cruce pendenti, vera fuit Indulgentia. ¶ De Indulgent. Notab. vigeſimo. numer. 15.

Remiſſio peccati facta per Indulgent. longe differt à remiſſione Sacramentali, etiā pœnæ temporariæ. ¶ De Indulgent. Notabil. decimo. nume. 21. Verbo Indulgentia. per totum.

Remiſſio peccati facta per baptiſmum longe differt ab ea, quæ fit per pœnitentiam, quia illa tam culpam, quàm pœnam æternam, & conſequenter venialem, & pœnam temporariam tollit. Hæc vero non totam pœ
B nam temporalem peccato mortifero debitam aufert. ¶ Ibidem. Notabil. 16, numer. ſeptimo.

Remiſſio culpę fit per coniunctionem ad Deum, à quo culpa excludit perfectè mortalis, imperfectè venialis. ¶ De pœnitent. diſtinct. tertia. capitul. de quotidianis. numer. 3.

## *Renunciatio.*

† Renunciatio ſumitur pro renūciatione quadā rei propriæ, uel iuris per ſe, vel per alium facta ſpō
C tè, & legitime. argum. cap. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. Silueſtr.

Renunciatio beneficij facta coram ordinario ſimpliciter, ſi poſt tempus illam ſequatur perceptio aliqua fructuum à renunciante etiam ob paupertatem in foro exteriori iudicabitur confidentialis, per extrauagant. Pij Quinti. Si fiat coram Notario, & teſtibus ſine authoritate Superioris non ualet. iuxt. cap. quod in dubijs, & cap. non admonet, de renunciat. ¶ Conſil. 1. eodem titu.

Renunciatio beneficij ab ægroto facta, qui intra 20. dies moritur, non tenet per Regul. Cancel. de Infirmo reſignante, & ibi Gomeſ. Conſi. 2.

Renunciatio reciproca eſt, quando plures conueniunt, vt alius in fauorẽ amici renunciet. argument. c. vbi periculum. §. cæterum. de electio. libr. ſexto. ¶ Conſi. vltimo. eod. titul.

Renunciatio beneficij ad cuius titulum, quis ordinatus eſt reſeruata penſione centum ualida eſt, quia eum maneat renuncianti, id quod ad uictum ſuum ſufficit ſatisfit intentionem diſponentis de victu. ¶ conſ. 23. de præb.

Facta in fauorem alterius adiecto modo, ut conferatur illi, uel alteri nominato ſimoniaca eſt glo. ca. ex parte. el primo. de offic. delegat. cap. cum pridem. de pact. niſi fiat in manibus Papæ. ¶ Manual. cap. 23. num. 107.

Facta in manibus Inferioris cum intentionem, vt conferatur alicui nominato, vel alij nulla conditione, vel pacto expreſſis valet, neque vllam ſapit ſimoniam ſecundum gloſſ. ſolemn. in capitul. ordinationes. 1. quæſtion. 1. Antonin. 2 part. titul. 1. capit. 5. ¶ Ibi.

Facta libere in manibus ordinarij cum petitione deinde, vt prouideatur alicui alteri valet, neque eſt confidentialis. ¶ Ibidem.

Renunciatio beneficij metu facta valet. Facta in manibus priuati nonnunquam tollit poſſeſſionem licet nõ tollat proprietatem. Innocen. capitul. quod in dubijs. eodem titul. recept. communiter ab omnibus, etiam à Panormitan. in c. ſuper hoc. eodem titul. ¶ Tractat. oppoſ. ſol. prima.

Facta poſt ſpolium tollit ſolum proprietatem, cui ſoli videtur renũciaſſe ipſe renuncians. Facta vero ante cum proprietate ſimul, & poſſeſſionem aufert, quia vtraque habebat renuncians. glo. ca. accepta. de reſtitutione ſpoliatorum. ¶ Ibidem numer. quarto.

Quod facta metu non valeat, multi aſſerunt. Rota deciſione 334. quæ in

A nouis eſt quinta, & deciſiõne 403. quæ eſt ſeptima. Idem Antonin. in cap. ad aures. de his, quæ vi. quæſtion. ſexta. Inclinat Innoc. Ibi, & in c. ſuper hoc. de renunciat. Hoſtienſ. in tractat. eod. faciunt. & duo capitul. lege ſuper hoc, & capitul. præcedent. eodem titul. Clement. ſecunda. de pœnis.

Contraria tamen ſententia communis eſt, & valida à multis, & præſertim à Rota obſeruata, & in multis capitul. determinata per exempla. Clem. 2. de pœnitent. vide tótam oppoſit. 6. vbi ſoluit, & reſpondet ad obiecta.

Renunciatio coacta non impedit reſtitutionem etiam eo caſu, quo ſpontanea impediret. ¶ Vbi ſupr. num. 102. B

Metu iurata obſtat agenti poſſeſſorio ante habitam à iuramento abſolutionem non autem poſt illam. ¶ Solut. oppoſit. 6. nume. 6.

Renuntiatio beneficij metu facta, & metu iurata dupliciter obſtat etiam agenti poſſeſſorio, ideo eſt neceſſaria abſolutio à iuramento, & receſſio renunciationis.

Spontanea obſtat agenti ſuper proprietate tantum, vel ſuper petitorio, et poſſeſſorio ſimul ſecundum omnes. Et etiam agenti ſuper poſſeſſorio tãtum, C ſecundum communem, quæ tamen nõ eſt tenenda. ¶ Solutio. oppoſitio ſeptima. nume. tertio.

Iurata tollit reſtitutionẽ, quia iuramentum licitum eſt ſeruandum. Notoria uero, & iudicialis non tollit, quia inducit defectum notorium proprietatis eam petentis, quem conſtat impedire in ſpiritualibus reſtitutionẽ. iuxt. capitul. quoniam de filijs presbyter. Quę vero inducit poſſeſſionis omiſſionem non tollit, quia non cenſetur ſpoliari, vt reſtitutionẽ petere poſſit. per legem primam. §. deijcitur. ff. de vi, & vi arm. ¶ Ibid. nume. 12.

Facta

Facta tam in manibus prælati, & ad miſſa, quam in manibus priuati, valet in præiudicium renunciantis, neutra in præiudicium Superioris, iuxta capitul. quod in dubijs. eodem titul. Et in nulla perditur proprietas. ¶ Ibidem numer. vigeſimo ſexto.

Facta, & approbata in manibus priuati poſt ſex menſes præſumitur fuiſſe facta ab initio, & inducit Superioris præiudicium. ¶ num. 32.

Renunciatio uerbalis tantum facta in manibus laici non in manibus Superioris tollit poſſeſſionem donec reſignans deſinat incumbere illi: uerbalis u ero, & realis etiam in manibus laici ipſam tollit. ¶ Vbi ſupra nu. 37.

Renunciatio, uel alia beneficij amiſſio ſine animo perdendi poſſeſſionem præſumitur fieri, quoties poſt eam factam inſiſtitur illi. ¶ Sol. op. 8. num. 3.

Facta cum conditione, ut alius renunciet ſimoniaca eſt. ¶ De reſcr. excep. 4. num. 2.

Renunciatio fructum decurſorum inter collitigantes non eſt ſimoniaca niſi fiat ad retinendum patronos, uel inducendum ad aliquid. ¶ Conſi. 32. de ſimon.

Renunciare non uidetur prius, qui adipiſcitur poſterius, ſed priuatur illo. cap. de multa. de præbend. ¶ Sol. op. 8. num. 4.

Renunciationis admiſſio frequẽter pertinet ad alium, quã ſieneficij collatio. arg. glo. recep. per Card. Imol. & alios Clem. 1. de re. permut. Et talis admiſſio longe aliud eſt, quã dimiſſio à iuriſdictione. ¶ Sol. opp. 7. num. 31.

Renuntiationis publicandæ ſex mẽſes, qui dantur non currunt à tempore ſignatæ ſupplicationis, ſed ſolum à tẽpore conſenſus extenſi, ut per multa concludit Gomeſ. in d. reg. Cancell. q. 7. Et tunc reſignatio dicitur ualere per A conſenſum prædictum. ¶ In auctor prælect. cap. de reſcr. num. 26.

Renunciationis publicat. literarum expeditio non ſufficit ex extrauag. Pij 5. Sed alia in ea contenta requiruntur. ¶ Conſil. 14. de ſimon.

Renuncians Epiſcopatui etiam in finem, ut quietius uiuat occaſionem peccandi quærit Innoc. 3. in ca. niſi. §. uerum. eod. ti. Et ſcandalum præſtat dando occaſionem male iudicandi de illo, ut non ſit idoneus, aut aliquem habeat defectum notabilem. ¶ Conſil. 4. eod. tit.

Renuncians beneficium, & nihilo B minus perſiſtens in illo, poſſidere videtur illud & ſi ſpolietur agit de ſpolio maxime ſi diu poſſederit. Innoc. in cap. ſuper hoc. eod. tit. tenet idem Calder. Ibi.

Renuncians beneficium cuius perdidit poſſeſſionem, ſi antequam occupetur ab alio ad ipſum redeat, incipit iterum poſſidere, & ſi ſpolietur poteſt agere de ſpolio. Innoc. ubi ſupra, & loquitur de beneficio Eccleſiaſtico. ¶ Ib.

Recuncians beneficium in manibus illius, qui admittere eam non poteſt, licet non perdat illud ſæpe perdit poſſeſſionem, & ob id repellitur à petitio C ne reſtitutionis. ¶ Sol. op. 7. nu. 34.

Renuncians dominium alicuius rei non renunciat poſſeſſionem niſi eam quoque velit renunciare. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de aqua poſſ. ¶ Ibid. num. 10.

Renunciãs prius beneficium ob poſterius, quod probabiliter putat ſibi eſſe quæſitum, niſi ita eſſet non perdit illud. ¶ Ibi. nu. 38.

Renuncians etiam metu non tenetur recitare horas. ¶ De orat. & vbi ſupra. opp. 5. num. 12.

## *Repetitio.*

REpetitio verbi in eadem diſpoſitione myſteriũ denotat. iuxta gl. memorab. Clem. 2. de iure patr. Verbo, Diœceſanis. ¶ Conſi. 56. de ſent. excom. num. 3.

Repetitio claritatem augens non eſt ſuperflua. iuxta gl. cap. 1. de ſumm. trin. li. 6. tradit Felin. in cap. ſolitæ. de maior. ¶ De ſpol. cle. §. 1. num. 3.

## *Reprehenſio.*

REprehendere tenemur blaſphematores cum ſit actus diuini timoris. Concil. Lateran. ſeſſ. 9. §. ad abolendam. id in ſpecie præcipit. ¶ Manu. ca. [illegible] nu. 83. B

Reprehendere hæreticos non tenetur quis tranſiens per terram illorum, licet videat irreuerenter tractare imagines, & ſacramenta, ſi nulla ſpes emendationis ſubſit. ¶ Cap. 24. nu. 12. Vide Verb. Correctio.

Reprehendendo [illegible] publice [illegible] Murmuratio. num. 38.

## *Repræſaliæ.*

REpræſaliæ dictio [illegible] C reprehendo [illegible] reprehenſiones [illegible] [illegible]. Et ſumitur dupliciter. Primo [illegible] Secundo, pro authoritate conceſſa reprehendendi. Et ſic ſunt repræſaliæ poteſtas capiendi [illegible] bona, collata [illegible] [illegible] tione damnorum, vel iniuriarum [illegible] [illegible] [illegible] 62. [illegible] 33. q. 2. Silu.

Repræſalias, qui concedunt, vel extendunt eas ad eccleſiaſticos, vel contra bona niſi infra menſem [illegible] A uerint, excommunicantur. cap. 1. de iniur. lib. 6. Et intelligitur tam de iuſtis, quam de iniuſtis, tam Superioris, quam inferioris. ¶ Manual. cap. 17. num. 138.

## *Repudium.*

REpudium appellatur [illegible] ea, qua vir à ſe uxorem reiicit.

Repudium vel nunquam licitũ, vel non ſaltem poſt Euangelium, ut recepta communis ſententia tenet. 24. diſt. 33. ¶ Conſ. 1. de conuerſ. infidel.

## *Repugnantia.*

B REpugnantia non eſt, idem diuerſo tempore diuerſa operari. ¶ Conſil. 2. de his, quæ ui. nu. 12.

Repugnantia duo conſtare nequeunt. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. cap. ſi enim. de pœn. d. 2. ¶ Com. de finibus. num. 20.

Repugnantia & contradictio requirit uniuoca, iux. Ariſt. libro. Periherm. ¶ Com. 2. de Regul. nũ. 28.

## *Res Sacra, Verbo Sacrum.*

## *Res.*

C REs iudicata pro ueritate habetur. l. res iudicata. ff. de reg. iur. contra illam nulla ipſi [illegible] per uiam iuſtitiæ. ca. ſuper eam de ſent. & re iud. Barto. ¶ Conſ. 64. de regul. & ſoluenda eſt ea l. & ff. ¶ Com. 2. de Regular. num. 36.

Res de facili redit ad ſuam priorem naturam. cap. ab exordio 35. diſt. ¶ De lege pœn. num. 39.

Res inter alios acta, alijs non præiudicat [illegible] ¶ Conſ. 3. de empt. & uend. num. [illegible]

Res

Res cum ſuo onere tranſit. ca. ex literis, de pignor. cap. ſi quis laicus. 16. q. 1. ¶ Conſ. 9. de praebend. num. 5. Idem probatur per cap. paſtoralis de decimis. ¶ Cap. quibus modis pignus vel hyp. ſolvitur. Tom. receptus . . . ¶ Man. cap. 5. num. 52.

Res Eccleſiae non prehenduntur per praeſcriptionem minorem quadragenariam. cap. de quarta de praeſcriptio. ¶ Conſ. 11. de conſecrat. eccl. num. 4.

Res iudicata ſolvenda eſt. l. res iudicata, ff. de reg. iur. ¶ Conſ. 1. de reg. iur. num. 9.

Res mobiles in bello cum hoſtibus captae capientium fiunt. l. 1. in cap. ſicut el. 3. de iureiur. quem omnes ſequuntur. inſtit. de rerum diuiſ. per tex. in §. item; quae & in cap. ius gentium. dist. 1. & l. ſi quid in bello. de capt. ¶ Conſ. 2. de domin. & da. . .

Res alienae in bello iniuſto etiam publico indicto, captae Domino erit reſtituenda. ca. ſi res aliena. 14. q. 6. cum peccatum de reg. iur. lib. 6. Niſi ubi lex, vel conſuetudo adeſt contraria. ¶ Ibidem num. 2.

Res habitae pro derelicta fiunt capientis. l. 1. & 2. ff. pro derelicto. Amiſſae in bello publice indicto prioribus Dominis ſecundum conſuetudinem Luſitanorum non reſtituuntur. ¶ Ibidem num. 3. Neque recuperatae ab exercitu. Ibid.

Res aliena ſine iuſto bello retineri non poteſt. d. cap. ſi res. 14. q. 6. ¶ Conſ. 3. de donat. Qui illam bona fide accipit, & retinet ſi eam amittit, aut ſine culpa perit, ſatisfacit reſtituendo id in quo factus eſt locupletior. ff. l. ſed etſi. §. 1. & l. Item veniunt. §. 1. ff. de petend. hered. Qui autem mala fide, tenetur reſtituere eandem rem ſi poteſt. Sin minus, tantum quantum pluris valuit eo tempore iniuſtae poſſeſſionis, quam

A nis ſine ſua culpa perierit, ſemper enim eſt in mora, & damno ſuo perit. l. in re furtiua. ff. de condit. fur. cap. mora. de regul. iur. lib. 6. ¶ Manual. cap. 17. num. 10. Aliena vero res male retenta, retinenti perit. ¶ Ibi. num. 26.

Res ſua quilibet ad libitum uti poteſt. leg. in re mandata. C. mandat. leg. ſed & ſi. ff. de hered. petend. ¶ Conſil. 13. de ſimonia.

Res diverſo reſpectu diverſo iure debet cenſeri non autem unico. ca. cognoſcimus. 17. q. 4. ¶ Conſil. 5. de offic. iudic. ordin. num. 6.

Res ſua quilibet abuti poteſt, quo ad

B forum exterius non autem interius. l. ſed etſi. §. conſuluit. ff. de pet. hered. ¶ De poenit. di. 7. cap. ſi quis autem. numero 2.

Rerum magiſtra experientia eſt. ca. Quam ſit de elect. l. 6. ¶ Com. cap. Inter Verba. Concl. 2. num. 18. Manu. ca. num. 4.

Res, quae differunt nomine diverſae ſunt. l. ſi idem C. de Codicil. §. eſt & aliud. Inſtit. de donat. ¶ Com. cap. Inter Verba concl. 4. num. 10.

Res ſua quilibet uti poteſt ut libet ſine legis, vel alterius iniuria. l. in re mandata C. mandat. Nec peccat ſitu-

C tendo per dignitate, ſed meretur quoties id recta ratione ductus facit. ¶ Comen. 4. de Regul. num. 24.

Res quam nullus tex. aut ratio probat aſſerenda non eſt. cap. legatur 34. q. 2. ¶ Manu. cap. 2. num. 20.

Res, quę ad aliquem effectum inducuntur non debent operari contrariũ. l. legata inutiliter, ff. de adimen. legat. Et cap. fin. de Verb. ſignif. ¶ Com. l. 3. de Regul. num. 17.

Res, quae omnes tangit ab omnibus approbari debet, cap. Quod omnes de Regul. Iur. lib. 6. ¶ Ibid. num. 18.

Rem quae ſolum in ſuam naturam

redire amplectenda ſunt cap. Ab exordio 35.diſt. Et l.ſi vnus, §.pactus ne, ff.de Pact. ¶Ibid.num.24. A

Rem aliquam, qui poſſidet poteſt propria authoritate capere, & tenere, quia habet ius inſiſtendi per definitionem Poſſeſſionis, quam tradit Bald. l.ſi quis, §. Differentia, ff.de acquir. poſſeſſ. ¶Ibid.num.50.

Res alienas non licet alicui vt ſinat perire cum poteſt eas commode ſeruare, ff.pro derelict.l.1.& 3.per totum.& ca. Quam periculoſum, 7.q.1. ¶Com. cap. inter Verba concl.6.num.554.

Res noſtras poſſumus permittere ab alijs auferri.l.Inter omnes, §.recta, ff.de furt. ¶Ibid.

Rem alienam, qui debite retinet non peccat.l.Iuſtæ, ff. de acquir. poſſeſ. Et cap. Quoniam frequenter, §.in alijs. Vt lite non conteſt. ¶Ibidem, numero 791.

Rem alienam accipere in compenſationem, quæ ſit certo iuſta, de eo, quod ſibi debetur poteſt homo facere cum ſaltem nequit recuperare ſuum debitum per iuſtitiam, vel nõ niſi magno labore, & damno facultatis, honoris, vel amicitiæ. gl. ſing. in cap. Ius gẽtium diſtin.1. quæ habet ſimilem in l. Nullus. C.de Iudic. dummodo capiatur ſine ſcandalo, damno, vel periculo alterius Innocẽ. in cap. Olim.1.de reſtit. ſpol. Et prouideatur vt creditor deſinat credere, ſe teneri ad reſtituendum. Caiet.2.2.q.66.artic.5. ¶Ibidem, num.793.

Res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem poteſt diſſolui cap.1. de Reg. Iur.lib.6. ¶Ibid. num.123.

Rex, quæ cito expectatur vel propè eſt habetur per præſenti.l.præſens, ff. de procur. facit ad multos effectus, quos congeſſit Felin.in cap. Eum adeo de Reſcrip. ¶Ibid.num.845.

## Reſcriptum.

† Reſcriptum ſignificat aliquod Secundo ſcriptum, id eſt, poſt ius communem. Et ſumitur dupliciter. Primo, communiter, vt concernit tit. de reſcrip. & ſic ſecundum mẽtem Goffred. eſt mandatum Principis faciens ius non generale, ſed ſpeciale in negocijs, & inter perſonas inter quas promulgatum eſt, vt C.de leg. & conſtit.l.1. Siue tribuat ius, ſiue exercitiũ iuris. Secũdo ſumitur primo, propriè, & ſic ſecundum Panorm.in rubr. Eſt illud, quod Princeps ſcribit ad iuris conſeruationem. Secundo, impropriè, eſt Priuilegium contra ius quaſi priuata lex d.3.cap.priuilegia. Tertio, eſt beneficium, ſeu gratia conceſſa à principe præter ius, ait in c.olim.de verb. ſignif. latiſſime tamen, vt ait Panor. accipitur pro omnibus iſtis. Silu. B

Reſcriptum ad beneficia, quod ius tantum ad rem quæritur tria genera continet iuxta doctri. Panorm. in cap. Mãdatum & c. capitulum de reſcript. Eſt enim reſcriptum Monitorium pręceptorium, & executorium. pro qua diuiſione eſt text. in capit. ex inſinuatione eod. tit. ¶Relect. ca. ſi quando de Reſcript. Prælud.2.

C Reſcriptum Principis facit ius non ſolum inter partes, vt d. Ioan. Andr. in rub. de reſcrip. ſed etiam, quoad alios. cap. licet.16.q.3. cap. multi.2.quæſt.1. ¶Conſ.30. de pręb. bum.3.

Reſcripti appellatione generaliter in iure probati ſolum Apoſtolicum, imperiale, ſiue Regni includitur, vt colligitur ex ti. de reſcr. & l.reſcripta, & l.quoties. C.de præcet. imper. ¶Conſi. 28.de ſentent.excom. num.6.

Reſcriptum ad reſtituẽdam famam etiam ſine mandato eſt validum. l.Idẽ Vlpianus. ff.de excuſ.tutor. & l. quidã con-

conſulebat.ff.de re iudic. & Felin.cap. A cum inter.de excep. ¶ Conſ.4.de priuileg.num.6.

Reſcriptum ad lites ſubreptitiū nō eſt regulariter ipſo iure nullum gl.recep.cap.ad audientiam.eod.ti. Ad beneficium autem ſi fuerit ſubreptitium erit nullum.iuxt.eam gl.ibidem. Et ſi ſine mandato Epiſcopali impetretur, regulariter non valet ſiue cauſa.capit. nonnulli.§.ſunt,& alij.eod.tit. Ad beneficia vero ſic.ſecūdum gl.quā Card. ibi reputata ſingularem.in cap.ad aures.eod.tit.¶De reſcrip. prælud.1.numero 1.& 2.

Reſcriptum ad beneficia, per quod B inſtrumentum ad rem quæritur diuiditur in Monitorium, præceptorium, & executorium. Panorm.cap. mandatum.de reſcrip.& eſt tex.optimus in c. ex inſinuatione.eod.tit.Sed talis diuiſio comprehendit ſolum ea, quæ ſunt mandata.de prouidendo. ¶ Vbi ſupra prælud.2.num.4.

Reſcriptum à principio nullum, & quod deinde tale fuit in hoc paria ſunt quo ad facienda. ¶Com.cap.cum contingat.prima cauſ. nullit.num.7.

Reſcriptum Secundum præſtat priori tribus concurrentibus præſentatio, ſcilicet,citatio, & citationis exceptio. C cap.& debitus.de appell.¶Ibidem,10. cauſ.nullit.

Reſcriptum generale reuocatur ipſo iure per ſpeciale poſterius. l.ſi qui aduocatorum,§.quoniam. C.de appel. ¶Ibid.num.2.

Reſcripto ad beneficia ſemper ineſt clauſula ſi dignus eſt.cap.cum adeo,& gl.fi.eod.tit. Quæ ait, quod etſi non exprimatur ſemper præintelligitur. ¶De reſcript.except.2.num.1.

Reſcripta ad beneficia, & lites differunt plurimum à reſcriptis,vt priuilegia, quia in illis non obſtat ſubreptio ſimplex ſine dolo facta,in iſtis autem ſic. ſecundum Felin.in capit.cum inter.de excep. ¶Conſ.4.de priuileg.

Reſcriptum in dubio ita interpretandum eſt,vt conſonet iuri communi etiam transferendo clauſulas.gl.celebra.in cap. paratus.2.2.q.2.ca. cauſam quæ. de reſcrip.præſertim cum continet ius naturale, vel diuinum.¶Rubr. de iud.num.90.

Reſcripta omnia ad beneficia ſunt Reſtringenda & non amplianda cap. Quamuis de præbend.lib.6. ¶ Relect. c.Quando eſt. Excep.2.num.1.

## *Reſeruatio.*

Reſeruatio cenſuræ hæreſeos ita præſtat cæteris,vt nullus ſine ſpeciali commiſſione Papæ poſſit ab illa abſoluere, neque virtute alicuius generalis facultatis, quare, & Greg.xiij. negauit talem facultatem cum ſummo pœn.Et habet fundamentum, quia facultas generalis abſoluendi ab excommunicatione non includit abſolutionem illius, quæ ſpecialiter non fuiſſet conceſſa,vt ait Anto.3.p.tit.24.ca.67. arg.ca.frater noſter.16.q.1.¶Manual. cap.27.num.275.

Reſeruatum peccatum nō debet abſolui ab illo,qui ſpecialem facultatem non habet.¶Ibid.cap.26.num.6.

## *Reſidentia.*

† Reſidere eſt deſeruire.i.curam eccleſiæ habere.c. quia nonnulli.de cle.reſidēt.Goffred.in ſumm. eodem tit.

Reſidētia in curato eſt de iure diuino,& ideo vbique ſeruanda eſt. Conc. Trid.cap.1.ſeſſ.23. à qua non excuſat. niſi iuſta cauſa,vt dicitur.ſeſſ.6.cap.1. Et hæc fuit communis ſententia ante dictum Concil.Felin.in cap.omnes.de conſtit.num.33. vbi dicitur neminem

ob conſuetudinem excuſari, quare debet ſeruari etiam vbi Conc. non eſt receptum. arg. principij. diſt. 5. & §. ius naturale inſt. de iur. naturali, & gent. ¶ Conſil. 1. de conſtit. nu. 43.

A

Reſidens ſicut alij ſimiles reſidere ſolent ſatisfacit, quia de ſimilibus idē eſt iudicium. cap. dudum. el 2. de elect. ¶ Conſ. 7. de cler. non reſident.

Reſidere cēſetur, qui de ſuperioris mandato abeſt. arg. cap. Monachi. el 2. & capit. qui vero. 16. quæſt. 2. ¶ Conſi. 10. eodem titul.

Reſidendi neceſſitas duplex, altera enim continuum ſeruitium requirit, & beneficio priuat. altera vero non. Innoc. in c. fi. eo. tit. ¶ Conſi. 1. eod. tit.

B

Reſidentiam requirit Abbatia, & quodcūque regulare beneficiū. Clem. ne in agro. §. cęterū. ne cler. uel Monachi. ¶ Conſil. 25. de prębend. num. 4.

Reſidentiam requirit omno beneficium. de iure Com. d. cap. conquerente. de cler. non reſident.

Excuſant tamen Primo, auditio, & prælectio. Theol. & iuris canonici ad quinquēnium. Archid. ca. 2. de priuil. lib. 6. ſine licentia: ad alias autem ſciētia licentia requiritur. Secundum, obſequiū epiſcopi, quo ad duos Canonicos, & etiam alios, quando fit ad vtilitatem eccleſiæ. ca. ad audientiam. eod. titul. Et magis obſequium Papæ modo obſequium fiat principaliter ad ſeruiendum. Tertio, licentia legitima. gloſſ. cap. inter quatuor, de cler. non reſid. Quarto, conſuetudo honeſta. Innoc. cap. ex tuæ. eod. tit. & Panor. d. cap. inter quatuor, ſed in omni caſu beneficium non debet fraudari debito obſequio. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. ¶ Manual. cap. 25. num. 21. de regul. Com. 3. num. 43.

C

## *Reſpublica.*

Reſpublica habet, vt crimina puniat cum id pertineat ad publicam vtilitatem. l. item vulneratus. ff. ad leg. Aquil. etiam ſi ſint occulta inquirendo, ſcilicet de illis. ¶ Rubr. de iudic. num. 79. Verbo Crimen. Verb. Iudex.

Priuſquam regem haberet non potuiſſet ſtatuere ne ſui ciues tenerentur parere ſibi. ¶ De iud. Not. 3. nu. 166.

## *Reſignatarius.*

Reſignatarius volens ſoluere pēſionem alij, quam reſignanti reſeruatam reſpectu confidentiæ admiſſæ ius elidit. ¶ Conſi. 31. de ſimon.

Poteſt quotannis reſignanti quid donare ſi id faciat ob amorē Dei principaliter coram Deo, abſque tamen vllo pacto, licet ſecundario cum reſpectu ad obligationem antidotalem ad quam naturaliter tenetur. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condit. indebito. ¶ Conſ. de ſimon. 28. nu. 2.

Gratitudinem erga reſignantē caute exercere debet, ne prēſumatur id facere ob confidentiam. ¶ Conſi. 1. de iur. iur.

## *Reſponſio.*

Reſponſio interrogationi congruere debet. arg. cap. qualiter. el 2. de accuſ. et l. ſi. C. de fideicommiſ. li. 2. ¶ Conſi. 2. de condit. appoſ. Com. cap. inter verba. Concl. 6. nu. 647.

Reſponſio certa ſine certa informatione dari non debet. ¶ Conſi. 4. de pęnit. & remiſ. nu. 1. Vide Verb. Interrogatio. Verb. Reus, Verb. Teſtis.

## *Reſtitutio.*

Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ ſpecialis quo redditur alteri, quod

ſuſi eſt, vel quod ei vere debetur legè iuſtitiæ formaliter, vel virtualiter de bonis animæ, corporis, honoris, & fortunæ, vel eſt redditio rei acceptæ, vel damni illati compenſatio. iuxt. omnes. 4. diſt. 15. & toto tit. de reſtit. ſpol. Vel repoſitio rei in eum ſtatum quem habuit. l. reſtitnere. de verb. ſignifica. ſi quem. 2. q. 3. ¶ Manu. ca. 3. nu. 1.

Reſtitutio eſt duplex, vna formalis, quæ definita eſt, altera virtualis, vt remiſſio, condonatio, & quęcunque alia ſolutio debiti. l. ſi res. §. omnis. ff. de pign. act. c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. ¶ Ibi. ca. 17. nu. 10. & 96.

Reſtitutio præſupponit debitum legale, vt ait Caiet. 22. q. 62. ar. 2. Et Sotus, & ſimiliter præſupponit ablationem, & ideo, qui impedit conſecutionem boni debiti tenetur ad illam, quádo quis habet in eo ius, vel perfectũ, vel imperfectum. Verb. Ius, Ver. Impedimentnm. ¶ Conſi. 3. de ſimon.

Reſtitutio facta cum onere, valet regulariter, etſi onus adictũ non valeat, vt videtur caſus in §. ſed, & ſi. l. vnũ. ff. de leg. 2. vbi Batto. hoc clare explicat, & clarius Paul. de Caſtr. & ratio pendet ex regula illa: vtile per vtile non vitiatur. de reg. iur. libr. 6. Quod intelligitur, quando alterius ab altero eſt ſeparabile. ¶ Cõſi. 1. de teſta. nũ. 3.

Reſtitutio ſpoliato, & innocẽti nõ eſt neganda. ¶ Conſ. 44. de ſponſ.

1 Reſtitutio plena, & pleniſſima datur. ſecundum Card. & Imol. in c. qui diligentia. de elect. quæ differũt inter ſe. ¶ De indulgent. Not. 9. nu. 5.

Reſtitutio vocatur ab Adrian. 4. de reſt. in principio ceſſatio à peccato, quia qui obligatus eſt ad reſtituendũ, & poteſt, quãdiu id non facit ſemper peccat mortaliter, quia retinet alienũ inuito Domino, etiamſi nõ concipiat propoſitum de non reſtituendo, vt ait

A communis concluſ. Tho. & Caiet. 2. 2. q. 62. ar. fin. Scoti, & aliorum. 4. diſt. Hoſtienſ. in ſumma. de pœnit. ¶ De iudic. Not. 6. nu. 52.

1 Reſtitutionem non inducunt peccata contra charitatem atque alias virtutes. Alex. 2. p. q. 22. Adrian. 4. de reſt. q. 1. Sotus. lib. 5. de iuſt. & iure. q. 3. ar. 4. & lib. 4. q. 3. ar. 4.

Reſtitutio, quæ Deo per pœnitentiam debet fieri, poteſt moderari ab eius Vicario, non autem illa, quæ homini fieri debet. Palud. 4. diſt. 15. q. 5. ¶ Manu. ca. 10. nu. 54. de orat.

Reſtitutionem quandoque impedit B exceptio, defectus diſpenſationis, & quandoque reſeruatio cum eſt facta cum decreto irritante. ¶ De tract. opp. ſol. 10. nu. 3.

Reſtitutionem petenti obſtat ſpontanea abiuratio. Ioan. And. Bal. Imol. Card. vt probat Panor. Sed non auditur etiamſi ſpoliationem probet. ¶ Ibi. in proœmio. nu. 1.

Reſtitutionem beneficij petens repellitur obiecto defectu notorio proprietatis. cap. quando. de fil. presbyt. ¶ Sol. op. 1.

Renunciationem beneficij metu factam petens, videtur petere tacite, renunciationis reſciſſionem. ¶ Opp. 6. C nu. 17. Hanc poteſt petere aliquando quis, licet confiteatur nullum ſe titulum cum petet habere. ¶ Ibi. nu. 18.

2 † Multa de hac materia Author tractat in illo opere, quę ſe vellemus ſummatim colligere opus nimis excreſceret. Ideo vide Ibid.

Reſtituendi neceſſitas oritur ex omni tranſgreſſione legum, & in ſpeciali iuſtitiæ, per quam aliquod damnum alteri infertur, non autem ex tranſgreſſione charitatis, miſericordia, & hęc eſt ſententia communis. Alex. Adrian. &c. Verb. Tranſgreſſio.

Actus reſtituendi debitum propter tranſgreſſionem legis iuſtitiæ diſtributiuæ, eſt reſtitutio vera, & debita, quare qui accipit aliquid, vt aliquid faciat id ad quod tenetur, vt iudex in proferendo ſententiam & ad eã tenetur. ¶ Man. ca. 17. nu. 10. & 96.

Reſtitutio ex delicto, vel quaſi delicto facienda eſt ſine damno creditoris, quia reſtituere eſt in primum ſtatum reponere. l. reſtituere. 1. & 2. ff. de verb. ſignif. Tho. Caiet. 22. q. 62. ar. ſi. ¶ Ibi. nu. 43.

Reſtitutio, quæ facienda eſt pauperibus non debetur ex præcepto, ſed tãtum de conſilio. ¶ Ibi. num. 30. Et illa

B poſſunt dari eccleſijs, aut Monaſterijs pauperibus, quatenus talia. ¶ Ca. 26. nu. 28. de red. eccl. q. 1. Mon. 28.

Reſtituere tenetur, qui rem habet alienam cum fructibus, ſi eſt fructuoſa, & intereſſe. ¶ Manual. cap. 17. nu. 34. de vſur. num. 50. & 53.

Qui obligatur ex contractu. l. 1. ff. de pacto. cap. 1. eod. tit. cum ei adnotatis. Ex quaſi contractu, vt tutor pupillo. inſtit. de oblig. Ex teſtamento, vel alia vltima voluntate. ff. & C. de legit. hæred. de teſtam. de legat. Ex ſententia iuſta de qua in tit. de re iudic. etiam condemnante ad pœnam. Th. 2. 2. q.

C 62. ar. 3. Ex delicto damnificante bona animæ, corporis, famæ, honoris, pecuniæ: Vide in proprijs locis. Ex quaſi delicto, vt iudex tabernarius. conſentiens in delicto. Confeſſarius, &c.

Deponens ſi à depoſitario aliquid accipit ſi metu dedit ne depoſitum repetat. ¶ Conſil. 4. de depoſ.

Qui contra conſcientiam dirigentem in ſpecie quid tenet. ¶ Conſil. 5. de emption. Con. ſi quis. de pœn. diſt. 7. num. 81.

Qui damnum illatum pœnitendo ſatisfacit, quia reſtituto ablato cum debita contritione remittitur, vt notatur in ca. peccatum. de reg. iur. li. 6. ¶ Conſ. 1. de teſtib. nu. 4.

A

Qui accipit ab exactore rem pro facultate vtendi pecunia exacta vſque ad diem ſolutionis. ¶ Conſil. 2. de depoſit.

Qui inuenit rem ad alium pertinentem. cap. ſi quid. 14. q. 5. & debet reſtitutio fieri in integrum ignoranti, vt tradit Felin. ca. vigilanti. de præſcript. ¶ Conſil. 1. de reb. eccleſ. alien. num. 3.

Reſtituere tenetur famulus, qui com penſandi animo data, accepta fecit ne hæres tot ſibi relinqueret. Verbo Famulus.

B

Qui alium ad peccandum inducit vi vel dolo, omnia illa bona in quibus ei nocuit inducendo ad pœnitentiam. Scotus 4. diſt. 15. q. 7. arti. 1. Adrian. 4. de reſt. q. 3. quod intelligẽdũ eſt quando vi, dolo, aut metu illum induxit. Non autem quando ille ſcit illud eſſe peccatum, & poteſt ſe liberare, & abſque ullo timore, aut erubeſcentia illius, qui induxit abſtinere. Tunc enim non tenetur niſi ex lege charitatis vt efficaciter probat Sotus lib. 4. q. 6. art. 3. de Iuſt. & Iur. quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria ca. ſcienti de Reg.

C

Iur. libr. 6. ¶ Conſil. 2. de ſimon. Manu. ca. 14. num. 4; ca. noli putare. de pœn. diſt. 1. & num. 3. & deinceps.

Qui procurat beneficium alicui ſimoniaco, vel inhabili, & tenetur ad omnes fructus male impenſos, quia eſt cauſa damni dati. cap. fi. de iniur. & l. qui occidit. ff. ad leg. Aquil. ¶ Conſ. 15. de ſimon. nu. 5.

Qui ad vitandum mendicitatem furatur. ¶ Conſi. 5. de furtis. Verb. Furtũ. & Ancilla elargiẽdo pauperib⁹. Verb. Ancilla.

Qui ex communib. maius quam debet tribuit ſingularibus. Tho. 2. 2. q. 62. art.

62.art.2.ad 3. Et ſimiliter, qui onus, vel modum iniunctum, non adimplet per l.1.2.3. de donat. quæ ſub modo. ¶ De red. eccl.q.2. Mon.7.num.3.& 4.

Qui ea, quę extreme patiens accipit lapſo illius neceſſitatis articulo, niſi ſint res, quæ vſu conſumuntur. ¶ Ibi. Mon.4.

Qui audiens aliquem ſuo nomine nocuiſſe id ratum habet, quia mandare videtur.cap.ratihabitionem.de reg. iur. Quod verificatur etiam de homicidio, licet, nec tacite, nec expreſſe ſit mandatum. Et iudicijs. &c. ¶ Man.ca. 17.num.133.

Reſtituere tenetur accipiens bona, de quibus dubitat, an ſint ſua. arg. cap. ſępe. de reſt. ſpol. ¶ Man. cap.17. num.117.

Qui furatur rem apud ſuum debito rem depoſitam & pro ea fertur excommunicatio. Verb. Excomm.

Qui accipit aliquid clam ob pœnam, quæ non debetur ante condemnationem. gl.cap.frater. virtutis.12.q.2. ¶ Ibi.num.114.

Qui impedit ne beneficia dentur legitimis competitoribus, ſeu concurrentibus candidatis, qua illi iam ſuū, ius acquiſierant ad quærendum. ¶ Ibi. num.74.

Qui accipit bona eccleſiaſtica non intuitu paupertatis, aut pietatis. ¶ De ſpol.cler.§.2.num.2.§.15.nu.3.

Qui habet columbarium illicitum cum notabili aliorum præiudicio. arg. cap.ſi hos.de iniur. ¶ Ibi.nu.126.

Qui alij dat monetam falſam, etiam bona fide acceptam, & datam. ¶ Ibi. num.8.& 167.

Qui cauſam damni dat etiam mediatā modo illa ſit propinqua. ¶ Com. de datis.num.45. Et qui ſua, vel ſuorū culpa etiā leui damnū infert. ¶ Manu.c. 17.n.177.179.185.199. Verb.Damnū.

Qui colligit fructus ex pignore, quos Dominus non colligeba, nec colligere cogitabat. ¶ nu.216. Qui alienat rem audiendæ verſ. Alienario.

Reſtituere non tenetur adminiſtrator beneficij etiā culpabiliter fructus, quādo beneficiarius non tenetur. ¶ Cō ſil.30.de ſimon.nu.3.

Capiens alienum, quod petitum Dominus libenter daret licet capiendo clam modo ingrato ei venialiter peccaret. ¶ Com.2. de regul. numero 20. Com.3.numer.28. Manu. cap.17.num. 4.& 138.

Qui odio procurauit, vt Dominus ſeruum dimittat, etiam ſi hac de cauſa ſeruus non inuenit ſalarium niſi efficeret, vt hęres contra iuſtitiæ legem ante lapſum temporis conuenti, eum dimitteret. ¶ Man.c.7.nu.20.

Accipiens aliquid à fure quo taceat cum ſit perſona cui non incumbit ex off. clamare. ¶ Ibi. numer.21. Et ratio eſt, quia hic nulla violatur lex iuſtitiæ licet, forſam videtur lex charitatis.

Qui occulte accipit, quod ſibi iuſte debetur. Verb. Accipere. Siue Acceptio.

Multos alios caſus tam de illo, qui tenetur, quam qui non tenetur inuenies hinc inde ſparſim locis proprijs. Neque ille, qui reſtituendo non poteſt decenter pro dignitate ſui ſtatus viuere, quod ſi quis facit in ſtatu perfectionis eſt. Anton.2.p.tit.2.1.ca.8.& 17.num.63.

Reſtituendum regulariter eſt id ipſum, quod acceptum eſt, vel debetur ſi fieri poteſt, niſi creditor ſit alia re contentus. l.cum à quo. C.de ſolu. ſi autem non poteſt, eius æſtimatio. Auth. hoc niſi.eod.tit. fructus pariter, & emolumenta rei, ſi illa erat fructifera. ca.graui.de reſt.ſpol. l.cum prętor. ff.de verb. ſignif.

ſignifi. deductis tamen neceſſarijs impenſis.l.fructus.ff.ſolut.matrim.¶ Manu.cap.17.nu.24.

Impenſas factas ob res ablatus cum intereſſe debet reſtituere fur, & malefactor.¶ Ca.15.num.25. cap.17. nume. 24.& 140.

Damnum, vel debita quantitas ſi res eſt certa, alioquin ad arbitrium boni viri ſi eſt incerta.nu.22.

De ludo quæſitis. Verb.Ludus de dáno.Verb.Damnum.

Quod fuit acceptum ne male, nec vt bene quis faciat ſi Dominus repetat.num.84.

Fructus beneficij male percepti, vel ob horas non recitatas, vel ob alias cauſas. Verbo Hora. Verb. Beneficiarius. Accepta ob ſimoniam. Verb. Simonia. De Fama. Verbo Fama. De bonis incertis. Verb.Bonum.

Reſtituendum tantum eſt, quantum ſatis eſt ad æqualitatem debiti, aut damni illati in certis, in incertis auté ad arbitrium boni viri. Conſideratis omnibus circunſtantijs.l.certi conditio.ff.de reb.cred.& inſt.in principio de verb.oblig.¶ Manu.c.24.

Reſtitutio facienda eſt vero Domino, quis autem ille ſit.vide Verb.Dominus.Verbo Prælatus. Quo ad damnum.verb.Damno.

Ibi autem eſt fienda, vbi ſolutio fieri debet, & ita vbi eſt ſita res, quando reſtitutio facienda eſt eo ſolo, quod eſt res aliena, cum qui bona fide, & ſine ſua culpa poſſidet, nihil perdere debeat.c.2.de conſtit. & l. ſi poſſeſſor.ff. de petit.hæred.¶ Manual.c.17.nu.42.

Si eſt debita ex, vel quaſi cótractu, ibi fiat vbi petitur. Verb. Debitum. Si ex delicto, uel quaſi ſoluatur ibi, ubi damnum paſſo ſatisfiat. Ibid.

Reſtitutio faciéda eſt eo modo quo res poſtulat, per ſe uel per alium arg. A cap. qui per alium. de reg. iur. lib.6. occulte ſi delictum eſt occultum. arg. cap. ſi peccauerit. 2. q.1. Et ſufficit, ut fiat remiſſio, aut condonatio. gl. in c. peccatum.de reg.iur.lib.6. De ordine ſeruando.Verb.Debitum. fiat ſine ullo damno creditoris.¶ Cap.17.num.43.

Reſtitutio ſtatim facienda eſt. iuxta D. Tho. 2. 2. q.62.ar.fin.ab omnibus recep.pro quo eſt ca.ſępe. de reſt.ſpol. Quia hoc eſt præceptum negatiuum, quatenus tacite pręcepit non retinere alienum inuito Domino. ¶ Manu. ca. 17.nu.54. Et id intelligitur quoties id cómode fieri poteſt arbitrio boni uiri.

B Et refertur hæc commoditas tú ad tépus, tum ad facultatem ipſam. Excuſat autem ignorantia tam iuris, quam facti quę diu durat.l. quod te. ff. de reb. cred.¶ nu.55.

Et dicitur non poſſe non ſolum, qui omnino nó poteſt cum ſit in extrema neceſſitate, ſed etiam, qui commode non poteſt.l.nepos proculi.ff.de uerb. ſignif.ca.faciat.22.q.2.r. Qui non poteſt ſine damno bonorú ſuorum altioris ordinis puta uitæ, ſalute, fama, &c. Et dilatio, quæ parum creditori nocere poteſt.iuxt. Ant. 2. p. tit.2.cap.8. ¶ nu.56. Qui poteſt ſtatim nó ſufficit,

C ut teſtaméto relinquat, niſi iudicaret, ꝙ id melius ab hærede præſtabitur. Angel. Verb. Reſtitutio. 5. §. 2. ¶ numero 67.

Reſtitutionem differendam perſuadet probabilis metus peccatorum; ut quando ſi faceret ſtatim, ſequerentur adulteria, aut hmôi, & hæc ſunt maiora mala, quam damnum, quod creditor patitur. Qui illam igitur non facit, quoties proponit non facere toties peccat, niſi iuſta cauſa excuſet. Maio.5.d.16.q. 26. ¶ Ibi.

Reſtitutio bonorum facilius negatur diuiti, quá reſtitutio famæ. Maior. 4.diſt.

4.diſt.15.quæſt. 16. ¶ Cap.inter verba.Conclu.6.nume. 858. A

Reſtitutio ex charitate non præſtita non debetur, ſed ſic ex non præſtita ratione iuſtitiæ.De prox.defenſ.num. 16.Man.cap.24.nu.5.cap.inter verba, concl.6.nu.714.

Reſtituendum omne damnum cum culpa, qualibet leui datum in foro exteriori,non tamen in conſcientia. c.ſi, de iureiur.& l.qui occidit.§.in hac.ff. ad leg.Aqu.¶ Cap.inter verba,concl. 6.num.877.

Reſtituendum eſt intereſſe detrimẽti, & lucri accepti ex non facta debito tempore reſtitutione. leg.3.§. fina. de eo quod cert.loc. cum gloſſ. ſingul.ca, conqueſtus. de vſur. Idem de damno ex infamia accepto patet poſt famam reſtitutam. Adri.4.de reſti.q.32.¶ Ibi, num.863. B

Reſtituere damnum,& alienum oblatum obligat lex naturalis, & diuina,cui nemo poteſt derogare,niſi ſubſit rationabilis ca. ¶ de lege poen. nu. 30.& 36.

Reſtituere debet reus damnũ, quod intulit,& ſi de iure non teneatur id iudici reuelare.¶ Cap.inter verba,concl. 6.¶ num.765.

Reſtituere non tenetur is ius placet furtum,ſeu non reſiſtit cum non teneatur modo illius non ſit cauſa,aut auxilium præbeat. Thom. 2, 2. q.62.ar.7. Silu.Verbo Reſti.3.q.7.nume.547. C

Reſtituere non tenetur ratione excommunicationis generalis,qui accepit ob debita liquida, vel ob recompẽſationem iuſtam, & certam.Ang.ver. Furtum.§.41.Ibi. ¶ nume.792.

Neque ille,qui impotens,eſt ad reſtituendum , modo inueniatur mediũ intra tempus in monitorio contentũ, quo ſecurus fiat creditor de ſuo,ſeruata quantum fieri poteſt fama. 796.

Reſtituere, qui ſtatim non poteſt, tenetur dare cautionem , vel publicã, vel ſecretam ſufficientem ad reſtituendum ſi vult abſolui.Silueſtr.verbo Reſtitutio.5. quæſtio. quinta. ¶ nu.798.

Reſtitutio bonorũ pecuniariorũ nõ eſt facienda cum famæ honoriſque iactura iuxta ſententiam Caiet.2.2.qu. 62.artic.6.Et aliorum Doct.quia bona famæ & honoris ſunt altioris ordinis quam bona pecuniaria.¶ Com.cap.inter Verba concl.4.num.18.

Reſtitutio damni illati per mortem mutilationem , vel vulnera non fit in pretium vitæ , membri , aut vulneris; ſed in precium damni ex eis emergentis , vel lucri ob ea ceſſantis , quia illa Eſtimari non poſſunt . ¶ Ibidem , numero 26.

Reſtitutio in integrum cum ſit extraordinarium remedium non datur ei , cui iure communi competit remedium ordinarium.l.cum cauſæ la.2.ff. de Minor. ¶ Com. de Reb. Eccleſ.numero 10.

Reſtituere qui nõ poteſt ſtatim debet petere dilationem per ſe, vel per alium ſecundum D. Thom.2.2.qu.62. Et Caiet.in ſumma verſic. Reſtitutio. Anton.2.par.tit.2.cap.fin. ¶ Com.cap. inter Verba.Concl.6.num.798.

## *Reſurrectio.*

Illi, qui miraculo Prophetarum, Apoſtolorum,& aliorum Sanctorum fuerunt reſuſcitati omnes fuiſſe ſaluos credendum eſt veriſimile. † citat Miſcell. 58. ſed locum non inueni.

Reſurgens à peccato per pœnitentiam ad maiorem gratiam reſurgit, quia vltra cetera bona,& merita,quæ cum gratia redeunt , accedit meritum pœnitentiæ.Scot.4.d. 22.quæſt.1.ar.3.

Et quia cum illud ſit bonum procedens ex charitate illi debetur gratiæ augu-

augumentum,ſecundũ Th.1.2.q.114. ar.8.Com.cap.diuina.§. ſicut ergo.de pœn.d.4.

## *Reuelatio.*

REuelatio Criminis alterius etiã ignoranti id eſſe peccatum, lege diuinam naturale prohibitum eſt. ¶ Manu.ca.7.nu.1. ſed iure fieri poteſt illi,quem ſcimus pro futurum, non autem ob futurum.ca.tunc videtur. 2.2. q.5.dummodo prius fiat correctio ſi ſubſit ſpes emendę. ¶ Manual. cap.7. nume.7.ca.inter verba.concl.6.nu.16.

Si crimen eſt occultum in foro exteriori, nemo ullo iure tenetur.cap.ſi B peccauerit.2.quæſt.1.c.quis aliquando.de pœ.diſt. prima. Immo tenemur id celare ſi grauamur ad publicandũ. ¶ De iudic.nume.53.in Rubr.

Reuelatio criminis proprij cum neglectu famæ propriæ in perſona publica ad aliorum ſalutem prouidendum cõſtituta, peccatum eſt mortale.Tho. quol.10.ar.13.¶ Man. cap. 18.nu. 61.

Quare ſi quis homicidium ſecrete commiſit reuelare ſe non tenetur, neque ad liberandum aliquem de carcere, cum periculo perdendi vitam.Sotus libr.4.de iuſt.& iur.q.6 art.9.contra Medinam.C.de pęnitentia.fundãs C ſe in charitate.

Reuelatio peccati confeſſi in vno tãtum caſu licita eſt. l. de licentia pęnitentis iuſta de cauſa ſibi data.

Reuelare non tenetur quis,quod iuſte poſſidere ſe credit, neque qui ſcit, quẽ iuſte id poſſidere,neque per monitorium.¶ Conſ.3.de cenſib.

Reuelare inſtrumenta antiqua caſu inuenta, quando alicuius rem tangũt, tutius eſt, quàm tacere. ¶ Conſi.1.de rebus eccle.num.5.

Reuelatio ita facienda eſt,vt Dominus rem ſuam recuperet,quare qui re- A uelat,ita vt probare nequeat nõ ſatiſfacit monitorio.¶ conſi.8. de vſur.

Reuelatio futurorũ, niſi neceſſitas, vel vtilitas magna vrgeat, non eſt à Deo petenda, quia nec ſancti id fecerunt extra alios caſus. Cõſi.1.de ſorti leg.num.4.

Reuelatio ſecreti ſibi commiſſi, qđ non vergit in graue damnum alterius etiam iudici competenti pręcipienti fieri nõ debet.Tho.2.2.quæſt.69.ar.2.

Immo etiam quando vergit in damnum ſi uia iuſta poteſt illud excuſari. ¶ Manual.cap.18.nu.60. ¶ Com.cap. inter verba.concl.6.nu.799.

Reuelator ſecreti ſibi cõmiſſi, ſiue id expreſſe,ſiue tacite faciat, aut promiſit tacere detractor eſt.

Et etiam talis,quãdo reuelatio vergit in graue damnum bonorum animæ,vel ſalutis, aut famæ propriæ, vel alienæ.¶ Com.ca. inter verba. concl. 6.nu.18.

Et peccat mortaliter,venialiter verò ſi illud damnum non eſt notabile. Caietan. 2. 2. quæſt. 70. ar.1.¶ Ibid. Vide verb.ſecretum.Sigillum, &c.

Reuelare, vel manifeſtare nemo tenetur etiam lata excommunicatione, niſi id probare poſſit.¶ Manu. ca. 17. num.134.

Qui aũt probare põt tenetur prius admonere illum, qui tenetur *reſtituere*,& ſi reſtituat nõ debet *illum manifeſtare*.Ibi.De pœ.d.6.c.ſacerdos.numero.168.vet.Denunciatio, ſiue Denunciare.

## *Reuelare.*

REuelare malã in iudicio,& reuelare extra illud, multum *differunt*, quia in illa cauſa exiſtente ad id reuelantur,& probantur,& ideo pręſumuntur dicta bono zelo extra autẽ nõ.l.ſi quidem.C.de iniur. & l.ſi quis de

de libertate.ff.eodem.¶ Cap.inter verba.concl.9.nu.854.

A

Reuelare delicta, ut puniantur, & ad cuſtodiẽdum proximum ab aliquo malo, licet, vt hæreticum, vel proditorem.leg.1.& 2.C.ad lege Iulia.Repet. adiuncta lege Vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. Quapropter. 2. quæſt. 7. ¶ Ibid.

Reuelare mala cum iuſta cauſa, ſed non ob id malum eſt aliquando in conſcientia, non tamen extra.¶ 855.

Reuelare tenetur, qui nouit aliquẽ rem habuiſſe cum conſanguinea eius, quam nunc in vxorem vult habere ad impediendum iniuſtum matrimoniũ, & peccata ex eo conſecutura. ¶ Ibid. num.619.

B

Reuelare tenetur omnes proditiones, & delicta vergentia in maximum Reipub.aut proximi damnum, etiam ſi iurauerit ſeruare ſecretum.Innocen. cap.qualiter 1.de Accuſa. Panorm.in c.Dilectus.de exceſſio. prælato. ¶ Ibi. & cap.ſacerdos.de poen.diſt.6.nu.14.

Reuelare non tenetur peccatorem quis quando pro comperto habet, ꝙ ad ſuas preces,& ſecretam monitionẽ impedietur peccatum.Tho.2. 2. q.33. ar. 7. recep. ſi autem dubitaret debet denunciare.¶ Ibi.num. 622.

C

Reuelare perſonam non tenetur quis, quando cognoſcit, quod ſufficit generaliter indicare delicta pernicioſa præparari.Th.quol.2.q.12. Ibi.nu. 623.& c.ſacerdos.de poen.d.6. nu.14.

Reuelare delicta, ſeruata debita forma correctionis fraternę non eſt murmurare.Ibi.nu. 624. Vide verb. Murmuratio.

Reuelare non tenetur ſubditus delinquentem occultum; ad pręceptum ſuperioris, ſub pęna excõmunication. niſi prius procuret; ut reſtituat facta debita correctione, & de hoc intelligit Sot.de rat.teg.m.1. q.6. *Ibi. num* 590.591.

Reuelare tenetur uinctus ſuum delictum, quandoque ſub pęna peccati mor.non interrogatus velut, quando ipſum non reuelando nequit ſeruari fama, uel uita innocentis.Adria.quol. 2.q.1.num.589.

Regulare timore tormentorum de ſuis proximis delicta cognita per confeſſionem ſacramẽtalem peccatum eſt etiam ſi non pertineat ad priuationem vitæ, aut membrorum, Sotus. de rat. teg.m.3.q. fin. Et procedit etiam cum alio, quam cum Confeſſore vide verſ. Sigillum.¶Com.cap.Inter Verba concluſ.6.num.560.

Reuelare delictum alterius alicui magno amico, aut Domino eius, qui peccauit, eum prius non monendo, aut corrigendo quando adeſt ſpes emendationis, magnum peccatum eſt, quia eſt, contra ordinem correctionis fraternæ, & multis magnum damnum eſt. ¶Ibid.num.572.

Reuelare qui facit peccatum occultum magis peccat quàm qui id facit ſine compulſione, & magis ſi eſt ſuperior.Sotus de rat.teg.m.3.q.1.gl.Bart. & communis in l.Maritus, ff.de queſt. ¶Ibid.num.796.

Reuelare non tenetur familiaris delinquentem neque oblato iuramento primo quando interrogans eſt homo durus, qui vult caſtigare ſecundo quãdo illi non erat commiſſa cuſtodia rei ſublatæ, tertio quando probare non poteſt ablatio rei. Contra verò tenetur ſecundum Durandus citatum ab Angelo verſ. Familiaris. §.8.Silueſt.& Tabien. Quod limitandum eſt quãdo monitio ſecreta non ſatis eſſet vel debitam emendationem. Quare ille, vel non debet iurare de dicendo id quod ſcit de furto; vel iurare debet intelli-

gendo

[illegible] ſe diſtum quod ſcit [illegible] ju-
ſte poſſit dicere re poſtea reſpondere, quod id neſcit intelligendo ad id tunc dicendum, vel debet petere ſpatium ad recogitandum donec ſecretam manifeſtationem faciat. quæ ſi non Iuſtitiæ ſecretis reuelet & extraiudicialiter, niſi præſumat interrogantem debere facere aliquid abſurdum. ¶ Ibidem, à numero 78.

Reuelare malum manifeſtum illi, qui id neſcit, vel malum occultum ſtatim manifeſtandum non eſt peccatum verſ. Malum.

## Reuerentia.

REuerentia eſt animi reputatio, qua quis bonitaté alterius magni facit, & ſuam illius comparatione paruifacit. Vuald. de ſacr. c. 18.

Ex quo colligimus, quod aliquem reuereri eſt illum aliquo reſpectu ſuperiorem reputare. Ideo melius eſt, loco illius particulæ (alterius) ponere (alicuius) quia & nos ipſos poſſumus reuereri conſiderando nos vno reſpectu maiores, ſubijciendo ſcut rem naturalem, & ſita, ut naturalia, ſibi uti Chriſtiano, & rei quoad alterius ſupernaturale. ¶ Caiet. verba. concl. num. 8.

Reuerentia non eſt idem, quod honor, ſed aliquando finem, aliquando cauſam eius, dicit Th. 2. 2. q. 103. art. [illegible] ibi num. 3.

Reuereri, honorare, laudare, magnificare, ita ordinantur ſecundum Vuald. de ſacram. titu. [illegible] c. 118. vt poſterior aliquid priori adijciat.

Reuereri enim eſt ſecum reputare habendo in honorem bonum alterius. Honorare exprimere illum ſigno exteriore. Laudare coram alijs probare. Magnificare illius laudes prædicare. ¶ Ibi. num. 1 [illegible]

Quare reuerentia imponi poteſt

B A fine alijs [illegible] actum alijs omnibus, uel partim. ¶ Ibidem.

## Reus.

REus dicitur quicunque in litem [illegible] adducitur, etiamſi nihil admiſerit. Cui oppoſitur actor, qui reum in iudicium uocat. Et dicitur à re, quod rei alicuius obnoxius ſit, vel eo quam [illegible]. Calep.

Reus non poteſt cogi ſine indicijs .i. ſine plena, vel ſemiplena deculpa notitia iuramento ei delato ad dicendam veritatem. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1. Quintum alioquin reuelaret ſua delicta ſecreta; & conſequenter infamaret ſe, & ſcandalizaret alios; & multa faceret iuri naturali, & diuino prohibita. ¶ Rubr. de iudic. à num. 530.

Accuſatus de uero crimine ſecreto, quod accuſator probare non poteſt, ſi illud negat, non tenetur ad ſatiſfactionem, quamuis negando peccaret. Si autem tenebatur illud confiteri, & dicit accuſatorem decipi, ſimiliter non tenetur. ſi verò reſpondet accuſatorem calumniari, & iudices non credunt, ſimiliter non tenetur. Caietan. 2. 2. q. 62. ar. fin. ad ultimum.

C In contrarium autem eſt communis ſententia. Ricard. 4. d. 15. quæſt. [illegible] q. part. 9. & aliorum. Quod poteſt procedere, quando reus, qui tenetur fateri crimen, non ſolum illud negat, ſed etiam affirmat accuſatorem calumnioſum eſſe, & id perſuadet, quicquid dicat Caie. vbi ſupra. ¶ Man. [illegible] & num. 49.

Reus iuſſus à Iudice reſpondere, ſi nō reſponderit habetur pro confeſſo. [illegible] de confeſſ. lib. 6. Sed intellige id ualere, quando non ſubeſt aliqua rationabilis cauſa ad non reſpondendum, quæ ſemper adeſt in criminalib. vt ibi dicit glo. ¶ Rubr. de Iudic. n. 98. [illegible]

Reus

Reus tenetur dicere veritatem Iudici interroganti ſuper crimine notorio, vel famoſo. Innoc. recep. in ca. dudum. el. 2. de ele. cum gl. magna in ca. cum ſuper, de confeſſ. ¶ Ibid. num. 57. ver. interrogatio. Non tamen ad hoc tenetur in alijs, vt pote occultis, in quibus non tenetur parere præcepto iudicis cõtra præceptum ſuperioris ſcilicet Dei. ¶ nu. 58.

Interrogatus ſecundum iuris ordinem ſua delicta ſecreta grauia, ſi non pãdit peccat, & perſeuerat in peccato non confitendo nec promittendo, quare nõ eſt abſoluẽdus à Confeſſ. Sotus. de Rat. teg. ſec. m. 2. q. 7. ver. Cõfeſſor. Et ſimiliter quando contra iuris ordinem interrogatus illa fatetur, ſecundũ mentem omnium. ¶ Manu. cap. 18. nu. 57. Verb. Interrogatio.

Reus non tenetur ſeipſum prodere, etiam ſi Iudex caſu illum inueniret in generali, ſeu ſpeciali inquiſitione. Sot. de rat. teged. m. 2. q. 7. ¶ Com. ca. inter verba, concl. 6. nu. 73.

Reus ſi ſocios ſuos etiam occultos non pandit in caſibus, quibus debet, peccat, & ſimiliter ſi detegit, quando non debet, ſunt autem de hoc caſus in ſupe expreſſi. ca. 1. de confeſſ. & l. 1. C. de cuſtod. & exhib. reo. ¶ Manu. c. 18. nu. 5. & Com. cap. inter verba concl. 6. nu. 8.

Imo debet etiam in quibuſdam caſib. etiam non interrogatus propalare illos, quos ſ. propriorum criminum non pœnitet, & ſunt parati ad noua, cum magno publico, aut priuato damno veluti ſunt latrones, falſarij, hæretici, ſtriges. ¶ Ibid. & ca. inter verba, concl. 6. num. 20. & nu. 389.

Reus iuridice interrogatus, ſi negauit delictum, & nihilominus damnatus, ducitur ad mortem, non tenetur ad confitendum illud iudici, niſi timeat A gnum aliquid ſcandalum, aut damnum inde ſecuturum ſit. ¶ Cap. 25. nu. 38.

Si ſe defendit mendacij, aut a iuſta ſententia appellat, vt executionem differat peccat. arg. l. 1. ff. de app. cap. ad noſtram. eo. cum obligatione reſtituendi omnia damna, & intereſſe. Tho. 2. 2. q. 69. ar. 4. & probatur per c. quicunque. 2. q. 6. ¶ Ibi nu. 39.

Cogi poteſt ad edenda ſua inſtrumenta Fiſco actori ratione publicæ vtilitatis. l. ſine quiſquam. ff. de edend. ſecundum Barto. & omnes Ibidem, & B Panorm. c. 1. de proba. ¶ conſi. 1. de elect. num. 4.

Quando poſſit, vel non poſſit de carcere fugere. verbo Carcer.

Reus ſcienter defendens iniuſtam cauſam, aut deſiſtens à iuſta defenſione peccat. arg. cap. ſæpe. de reſt. ſpol. ¶ Man. c. 25. nu. 35.

Reus non tenetur reſpondere iudici in crimine præiudiciali ſibi, vel alteri, uſque quo uideat ſe iuſte interrogari. Caietan. 2. 2. quæſt. 69. articul. 2. Limita tamen, quia ſi dubitaret an Iudex iuridice interrogaret, et an mortaliter peccet non reſpondendo, tenetur reſpondere iuxta dicta Adrian. C quol. 2. q. 1. & ſimiliter ſi delictum eſt perniciosum Reip. vt læſæ Maieſt. diuinæ, aut humanæ ſecundum Sotum de rat. teg. m. 3. q. 3. Non tamen ſi delictum eſt præteritum, & de illo iam pœnituit, vel ſatisfecit, tertio procedit concluſio in mandatis extraiudicialibus, vel in iudicialibus, quæ ſunt ſine cauſæ cognitione, & quia Reus ſtatim captus non poteſt ſcire infamiam contra eum iam eſſe probatam. Imo impoſſibile eſt eam eſſe probatam ſecundum glo. ab omnibus recep. in cle. prudentes de cenſibus. Ideo non tenetur reſpondere. ¶ Ibi. nu. 745. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 597.

Reus minus punit eo, quod negauit A veritatem, quam tenebatur conſiteri, non tenetur ad ſubeundam pœnam, quam merebat, quia ad illam non tenebatur, donec condemnaretur à Iudice. glo. communiter recep. in ca. fraternitas, 12. q. 2. Tho. 2. 2. q. 62. arti. 4. ¶ Ca. 18. num. 49.

Reus confeſſus ſuum delictum ſi reuelat ſocios peccat, quia lędit, vel vult lædere famam proximi contra iura ſtatuentia confeſſis de ſeipſis non eſſe credendum contra ſuos ſocios cap. 1. de Confeſ. cap. Veniens de Teſtib. cap. Nemini. 15. q. 3. ¶ Com. cap. inter Verba concl. 6. num. 584. Niſi adſit conſuetudo particularis, vel lex, quæ ſtatuat B ne confeſſus ſua delicta interrogetur de complicibus. ¶ num. 189. Quam cõſuetudinem debet probare ille qui tenet prædictum reum poſſe interrogari de illis. ¶ Ibidem.

Reus non tenetur ad reuelandum ſuum delictum cum Iudex ad inſtantiam alterius procedit ad inferendam pœnam temporalem. Panor. in capi. 2. de confeſſ. ¶ Ibi. nu. 733. 744.

Reus nõ debet cõmuniter reſpõdere in criminalib. per uerbũ, credo, ſed, ita, eſt, uel non eſt, nec debet inuitare de credulitate, ſed de certitudine. C Bar. l. 1. C. de iur. iur. ¶ Ibid. nu. 749.

## Rex.

1 REx ille dicitur, qui Regioni cuipiã legitime imperat, idq. ſibi licere exiſtimat, quod legib. permittitur, à qua norma ſi quis, vel minimum deflexerit iam non Regis, ſed Tiranni nomine dignus eſt. Dici tamen, & Rex poteſt, qui unius tantum Vrbis Imperium habet, ſic principio Reges Romanorum dicti, quibus Imperium vrbis permittebatur. Cic. 2. of. Calep.

Rex ab incunabulis bene ad regendum educatus ſatis noſcit modum, & arte regẽdi aptiſſime omnes. ¶ Rubric. de Iudic. nume. 168.

Iniuſte regens non dando unicuique, quod ſuum eſt, excitando ſeditiones peccat, & quærẽdo iniuſte aliena Regna. Th. de regi. prin. ca. 7. & c. 15. & probatur per c. adminiſtratores. 23. q. 5. Man. c. 25. nu. 1.

Debet habere armenta propria omnium animalium, ad vſum ſuũ, agros, & vineas, & equos ad bellũ, alioquin peccat mort. vel venialiter periculoſe ſecundum Tho. vbi ſupra. ¶ nu. 2.

Non debet pecunias augere grauãdo notabiliter ſubditos ob auaritiam nullo iuſto fine propoſito. Ant. 2. p. tit. 1. c. 2, neque prodigis largitionib. ſe dare, ita vt exponatur periculo vſurpandi aliena. ¶ num. 3.

Si per negligentiam nõ munit ſuas arces præbendo occaſionem populo irreuerentiæ, vel rebellionis peccat. Tho. l. 2. c. 2. Item ſi negligit imperare refectionem pontium, viarum publicarum, &c. ita ut per id notabilia damna incurrat. Tho. Ibi. c. 12. & 15. Item ſi legem pœnalem conſtituit, quo multam pecuniam à ſubditis extorqueat ¶ num. 4.

Rex diſponens circa legem naturalem ſine iuſta cauſa, vel circa ſuam ſecundum notabile damnum, aut ſcandalum, delicta condonando ſine cauſa iuſta peccat. gloſ. ſing. cap. Non eſt, di uoto. ca. ex parte, de conſuetud. ¶ nu. 5

Si tollit ſubditis bona ſua, & libertates iure diuino, vel humano debitas. cap. Reges, & cap. Principes. 23. q. 5. & leg. 1. C. ſi. quæcunque. ¶ num. 6.

Si adegit quem ad donanddm preci bus importunis. ſi bellum iniuſtum exercet defectu authoritatis. Si impedit uiſitationem Monialium iuridicã.

Clem.

Clem. Attendentes, de ſtatu Mona. Et ſi admonitus non deſinit. Si exigit Tributa noua, abſque publica neceſſitate, licet in bonum finem. c. militare. 23. q. 5. ¶ Ibidem.

Si cogit ſubditos operari, cum non ſint obligati intuitu ei⁹ perſonæ. Ant. 3. p. titul. 3. cap. 4. & maxime diebus feſtiuis.

Si officia vendit multum care, aut perſonis credere debens male illis uti debere. Authen. vt indi. ſine quo. Non autem ſi moderare id facit.

Si cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum, uel à contrahendo impedit. Anto. 3. p. tit. 3.

Si beneficia indignis conferat cum obligatione reſtituendi. Sot. 4. d. 15. q. 1. ar. 4. ¶ Ibi. nu. 8.

Si malas conſuetudines tolerat, & non punit maleficos. Ricard. 4. d. 15. quæſt. 5. Si damnat inauditum, aut male auditū ductus ſcientia priuata. Tho. 2. 2. quæſt. 62. art. 2. & Caiet. Ibi, & in Summa. Verbo Homicidiū. Eſt enim contra ius naturale inauditum damnare. Clem. Paſtoralis. §. cæterum. de re Iud. ¶ nu. 9.

Rex ſi ſuos transfugas horret fit ipſe transfuga Chriſti. ¶ Com. cap. nunquid Caie. de pœn. d. 1. num. 5.

Ius dicendi vendere poteſt. Sed nō ille, qui ſuperiorem recognoſcit, niſi de eius licentia, aut conſuetudine præſcripta. Caietan. Verbo Officia. Sotus de iuſt. & iure. lib. 6. quæſt. 6. ar. 4. ¶ Conſi. 1. ne prælati vices. num. 3.

Iuſte laicos poteſt defendere ne per aliquos contractus excommunicari poſſint. Conſi. 1. de ſen. exc. nu. 6.

Rex vt iuſtum bellum indicat, debet diligenter belli Iuſtitiā examinare audiendo rationes Aduerſarij, & cum eo æquo conferente conueniendo, conſultis in id viris probis, & ſapientibus ab odio, & cupiditate liberis, alioqui ſi ipſe ſolus de illius Iuſtitia confidat nō excuſatur, vt d. Franciſcus à Victor. de iure belli. nume. 22. ¶ Rub. de Iud. num. 106.

A Reges omnes Hiſpaniæ credunt nemini ſe ſubiacere, extra glo. ca. Adrianus. 63. d. quæ habet ſimilem in cap. & ſi neceſſe. de dona. inter virum, & vxorem. Ideo ægerrime ferunt ſe vocari vaſallos Papæ in Tēporalibus. ¶ De Iud. Not. 3. nu. 32.

Reges primi Hebræorum, vt Saul, & Dauid à Deo immediate, & non à Sacerdotibus electi ſunt, licet ab illis

B fuerint publicati, vt patet 1. Regum 10. & 16. ¶ Ibid. num. 33. Ideo ſacerdotibus in prophanis non ſubijciebātur, neque illis obediebāt, immo ſacerdotibus ipſis in rebus ſæcularibus præcipiebant, vt patet 3. Regum 1. & nota. in ca. Nos ſit competenter. §. ſed neceſſarium. 2. q. 7. ¶ nu. 35.

Reges Hiſpaniæ, ab Imperio iuſte ſunt exempti, quia illud ab armis Saracenorum liberarunt, & duæ primæ gētes, videlicet Nauarræ, & Legionenſis, quæ id fecerunt ſuos ſibi Reges conſtituerunt, quod ſentit gloſ. ſingu. dicto ca. Adrianus. 63. diſtinct. ¶ Ibid.

C num. 116.

Regum Hebræorum vnctiones, quæ fiebant à ſacerdotibus, quatenus erāt traditiuæ Regalis poteſtatis nō procedebant ab illis, virtute poteſtatis ordinariæ, ſed tantum delegatę, & miniſterialis. ¶ numer. 132.

Reges cœperunt eſſę poſt Regiam poteſtatem, quæ naturaliter inerat in ipſa hominum communitate, ideo electione fuerunt facti. Hodie autem quidam electione fiunt, quidam ſucceſſione, pauci antē immediate à Deo facti ſunt, vt Moyſes, Saul, & Dauid. Ibid. num. 147.

Regem vnum non poſſe regere plu A ra regna, ſtultum dictum eſt. Nam regna, & Imperia omnia ſunt approbata per Eccleſiam. Verbo Regnum. Neque id malum eſt, ſed ſub aliquo reſpectu bonum, quia ſi multæ Ciuitates ſub vno Regimine contineantur facilius ſaluari poteſt ab hoſte communi, cum virtus vniti potencior ſit, & audentius facient iuſtitiam oppreſſis, & maleficos punient, ſeditiones extinguent.¶ numer. 150.

Reges non omnes per bella iuſta ſunt exempti ab Imperio Romano, ſed alijs titulis, vt probant Coſm. in procem. pragmat. Sanct. & alij doct. B in fauorem Francorum, Venetorum, & aliorum.¶ 159.

Regem vnum totius Orbis fieri poſſe hodie à ſola maiori parte eius non eſt verum, licet olim id potuiſſet contingere. Neceſſe enim eſſet, vt omnis orbis Ciuitates, & earum Rectores ſimul conuenirent, vt vnus deligeretur, qui conſenſu omnium imperaret, quod eſt impoſſibile. ¶ 162.

Rex nullus poteſt liberare ſuum Regnũ, aut ſuos regnicolas, vt non teneãtur obedire ſibi, quia id eſſet contra legem naturæ, quæ præcipit honorandos eſſe parentes, & patrias. l. veluti. C ff. de iuſt. & iure, quod neque Reſp. prius, quàm Regem haberent facere potuerunt. ¶ nu. 166.

Regi qui ſubdũtur tam liberi ſunt, quàm qui ſubduntur liberæ Ciuitati, cum idẽ ſit Ius regendi vtrorumque, licet modus ſit diuerſus.¶ Ib. nu. 167.

Reges in terris ſuis Iudæos nõ tolerans exercere vſuras, quia neque permittunt illos habitare, poſſent tamen vtrunque tolerare, quia & Papa id facit in ſuis terris.¶ Conſi. 3. de Iudæis.

Reges, quo ad ea, quæ ad veram religionem, & animarũ ſalutem pertinẽt Papæ ſubditi ſunt, nihilq. de his ſtatuere poſſunt. ¶ conſ. 25. de ſen. excomme. 4.

Reges, in dubio præſupponendum eſt bene agere. arg. c. 1. de regu. iur. ca. 1. 40. d.¶ De Iudæ. No. 18.

Reges Luſitani, & Frãchi nõ porrigunt manum, etiam Sacerdotibus, qui mos eſt rationabilis. argu. cap. duo ſunt. 96. d. Caſtellani vero ſic, etiam ipſis Epiſcopis, quod reprehenditur ab Arch. d. c. duo ſunt.¶ De ora. c. 18. nume. 39.

Regibus recitare quotidie horas bonum eſſet, ſi tantum temporis in orando impendere poſſent, quoniam ſufficit in recitando, ſi ſaltem orent, quantum communiter alij.¶ Ibi. num. 44. & 45.

Reges Choreis, & ludis dediti periculoſe viuunt ob multorũ præiudiciorum, & negociorum detrimentum. ¶ num. 59.

Reges ob regna, & non contra inſtituti ſunt. De ora. c. 19. nu. 18. & 23.

Rex Cœli, Rex regum eſt. Apocal. 19. Cui reges magis ſubditi ſunt, & parere debent, quàm ſibi parere ſui ſubditi teneantur.¶ Ibid. num. 22.

Rex Hiſpaniæ, qui ſuperat omnes prælatos præter Papam in redditibus Eccleſiaſticis, poteſt de illis ſuſtentare regale decus, ſed non in diuitias, & vana.¶ De red. eccle. q. 1. Mon. 37.

Rex Hiſpaniæ Philippus Secundus fide Catholica, & Religione præcellens, hæreſum hoſtis acerrimus, Ebulia, Gnome, & Sineſi præſtantiſs. Ideo Iuſtus, & Clemens vt nulli delinquẽti ſine cauſa parcat, & cum ea omnibus. Nunquam mentitur, & mendaces odit, bella mature ſuſcipit, & ſuſcepta fortiter, & conſtanter in finem vſque proſequitur. Felicius, quàm alius Imperator, & Rex à quinquennis, & amplius

plius annis geſſit bella, quæ in Gallijs A ſuſcepit. Renonem à Turcis eripuit. Melitam ab eiſdem obſedione liberauit. Floridam à Gallis interceptã, & Flandriam ſeptem circiter annis domuit, & alia plurima mira Dei uirtute geſſit maxima continentia. Rara inter reges cibi, & potus temperantia, mira à verbo iniurio, & mendacio abſtinentia. Inſignis in audiendo ſupplices patientia, & in expetendo eos ordo, & diligẽtia. ¶ Vbi ſup. Mon. 38.

Rex Ioann. 3. Luſitanus ob legum ſuarum notitiam multa ſemper laude dignus habitus. ¶ De ora. c. 18. nu. 49.

Rex, & ſi ad ſeruandas ſuas leges B cogi nequeat. leg. digna vox. C. de leg. & cap. propoſuit. de conceſſ. præbend. Obligatur tamen ad ſeruandos contractus cum ſubditis initos, quia id lex naturalis dictat. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 20. nu. 5. de ſpo. cler. §. 3. num. 8.

Rex non poteſt tollere legem de nõ infamando, vel ſcandalizando, neque minuere ſine iuſta cauſa. ¶ De Iud. Rubr. num. 81. Verbo Lex.

Poteſt inducere nouum inquirendi caſum. ver. Inquiſitio. ¶ Ibi. nu. 89.

Reges deponere cur poſſit Papa. C verbo Papa. Vide verbo Princeps. Verbo Dominus.

## *Rigor.*

† Rigor eſt Iuris exceſſus, vide verbo Ius quandoque tamen ſumitur pro ordine Iuris, ſecundum regulas ipſius ſcriptas. ca. ſuper literis, de reſcrip. quandoque pro ſubtilitate, vt notatur in cap. conſtitueretur. 50. d.

Et differt ab æquitate, quæ eſt ordinata Iuſtitia, temperata dulcedine miſericordiæ. Silueſtr.

Rigor ex cauſa molliendus eſt. cap. requiritis. §. niſi rigor, & multis cap. conſequentib. 1. q. 7. ¶ Com. 4. de reg. num. 19.

## *Roma.*

Roma cũ multis terris Iuſte fuit ab Imperio exempta. † citatur in De Iud. not. 3. nume. 161. nunquam tamen potui inuenire locum.

Romanorum policiæ, & quorundã Barbaris, de illorum deuotione, & modeſtia in quærẽdis Indulgentijs. ¶ De Iubil. Notab. 32.

## *Roſarium.*

Roſarium B. M. genus eſt orandi, nunquam ſatis laudatum, inuẽtum B. Dominici Patriarchæ Illuſtr. inſtitutor ordinis prædicatorũ. circiter ann. 1200. cõtinens. 150. Aue Mar. & 15 Pater. & ideo appellatur Pſalterium. Et eſt oratio eo magis vtilis quo magis continuata. Approbata à Bulla Xiſti 4. qui Indulg. dicentibus illud conceſſit. Confirmatam à multis Sum. Pontif. Cuius Confratria cæpit anno Domini. 1476. Roſarium autem dicitur. Primo, quia continet multitudinem orationum Dominicarum, & Salutationum Angelicarum, quę frequenter repetitæ miram ſuaue olentiã redolent, ſuauemque lætitiam pariũt. Secundo, quia continet potiſſimas orãdi formas, ſicut Roſa eſt præcipua, & pulcherrima florum. Vocatur etiã Corona, quia repræſentat circulum annorum, quibus pie creditur B. Virg. in hoc mũdo vixiſſe. ¶ De ora. Miſcel. 23.

Roſarij nomine ſimpliciter prolati non ſolum totum ipſum Pſalterium, ſed pars etiam Tertia, intelligitur, & maxime, quando Verbo Roſarium nõ adijcitur totũ, & vbi ſic illa conſueuit appellari. ¶ Miſcel. 28.

Roſarij myſteria quindecim quorũ quinque dicuntur gaudioſa, quinque

lachrimoſa, quinque glorioſa. ¶ Miſcell. 29. Et qui recitat ſine illorum meditatione etſi quibuſdam videatur ne ſatisfaciat, contrarium attamen verum eſt. ¶ Miſcell. 30. Immo non eſt ſatis vtile conſulere plurimis, vt ea meditentur, quia eſt nimis oneroſum, & tam varia diſtractio attentionem verborum minueret. ¶ Miſcell. 32.

Roſarium male recitatur ſi adſit defectus attentionis debitæ, aut finis tẽporalis, peius cum recitatur cum peccato mortali, peſſime cum in ſacrilegã aliquam ſuſpicionem, qua præſertim cacodæmoni exhibetur diuinus honor id facit aliquis. Aptior modus dicendi eſt præſumere ſibi tria ante Primum Pater noſter. Deum præſentem, & audire dignantem, & ante primam Aue Maria. Ipſam B. Virg. audientem. Tertio, in fine primę decadis dicere mente decies mille benedicant te omnes ſpiritus angelici. Secundæ omnes Patres veteris teſtam. Tertiæ, omnes apoſtoli, & Martyres. Quartę, omnes Sancti Confeſſores. Quintæ, omnes S. Virgines, & Viduæ. 9. Miſcell. 33.

Roſarij dicendi obligationi ſatisfit dicendo diuerſis horis. ¶ De orat. ca. 10. num. 39.

Roſarium dicere cũ altero alternatim, vel diuerſis horis diei vtile eſt. ¶ Miſcel. 32.

Et ille, qui ſic recitat, ſatisfacit obligationi † tractat tamen quæſtionem hanc ad partes, & ita concludit. de orat. ca. 10. à nu. 1. vſque ad num. 37.

## Rota.

ROtæ Romanæ authoritas magna eſt, maior, quam aliorum Doctorum cæteris paribus non tamen eſt firma, ac neceſſaria, ſecundum Domini. in ca. duobus. de reſcrip. lib. 6. probatum à Felin. cap. 2. eod. tit. Quod communiter ibi, & vbique ab omnibus receptum eſt. ¶ Ca. accepta. op. 1. num. 7.

A

## De Littera S.

## *Sacerdos.*

† SAcerdos dicitẽ quaſi ſacra dans, cuius officium eſt ſacramenta adminiſtrare, Miſſa celebrare, benedicere, &c.

Sacerdos in articulo mortis quos poſſit abſoluere. Verb. Abſolutio. Non omnes poteſt audire confeſſiones, ſed qui habet actualem iuriſdictionem ordinariam, aut delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur. c. adijcimus. 16. q. 1. Conc. Trid. ca. 6. ſeſſ. 14. cap. omnes. de pœn. & remiſ. Thom. Adrian. & alij. Et non ſolum non poteſt in quadrag. ſed neque alijs temporib. ſecundum Panor. dict. c. omnes, & Adrian. de confeſſ. in 4. dubit. 8. ¶ Man. cap. 4. numero. 3. vide Verb. Iuriſdictio.

B

Sacerdos in Eccleſiã ſileat, & maxime cum ſe induit ſacerdotalibus paramẽtis, à riſibus abſtineat. Cõc. Tolet. tranſlatum per Conc. Conſtant. ſeſſ. 21. Quod non ſolum intelligitur cum eſt in Sinodo, vt intelligit gl. cap. in loco. 5. q. 4. Sed etiam cum eſt in loco diuinorum officiorum. ¶ De orat. cap. 17. num. 16.

C

Non ferat Virgiliũ, aut alios Ethnicos loco Euangeliorum, & aliorum ſacrorum contra cap. ſacerdos. 37. diſt. ¶ Ca. 19. num. 175.

Ad effuſionem humani ſanguinis abſtineat. cap. Maior cum multis alijs. 50. diſt. & tit. de Homic. & tit. ne clerici. ¶ Conſ. 1. de his, quæ vi mu. 1.

Poteſt inſequi malefactorem ſuum. ca. ſignificaſti. el 2. de homic. & procurare, vt capiatur, & idicare iudici ſibi paratas eſſe inſidias. cap. de occidendis.

dis.23.q.5. Non tamẽ petere, vt puniã A tur criminaliter.¶ Conſ.35.de homic. nume.10.

Sacerdos ob iter duarũ leucarum, vel ob manſionem in certo loco cauſa dicendæ Miſſæ, merito pluſquam ſi hic, aut ſi caſu diceret, recipere poteſt. Inn.rece.c.quoniam.de ſimon.¶ Com. de cambijs.num. 15.

Sacerdos coniuraturus animalia ne noceant ſegetibus debet eſſe paratus interius fide ſpe, & charitate, & exterius idutus veſtibus ſacris.¶ Cõſ. 5.de pœnit.& remiſſ.num.14.

Sacerdotem malum. i. ab eccleſiã per excommunicationem, aut ſuſpenſionem notoriam pulſum, aut non præ B paratum, neque ad miſſandum obligatum inducere illud ad id faciendum peccatũ eſt mortale. Et de hoc intelligendus eſt S.Tho.4.diſt.24.q. 1.ar.5. ad 3. Silueſt. Verb. clericus. q. 1. §.8. Excuſatur autem, qui per ignorantiã, aut infirmitatẽ id facit. Et c.9.nu.20. ¶ Manu.ca.14.nu.41.ca.25. nu. 29. Si autem ille ſolum in peccato mortali exiſtat, qui illum inducit etiam ſi ſit obligatus, & contemptu, atque mala intentione poſtpoſita illius ſpirituali ſalute, peccat mortal. Tho. 3. part. quæſt.64.ar.6.¶ Ibi.& ca. 1.§. ſacerdos.de pœn.diſt.6.nu.3.

Illum tamẽ ad conferendũ ſacram. C in duobus caſibus licet inducere Primo, quando ad miniſtrandum ex officio tenetur, quia nemo peccat petendo actionem ſibi debitam.ca.intelligimus.de iudic.niſi ille eſſet manifeſtiſſ. concubinarius. Secundo, quãdo ſubeſt articulus neceſſitatis ex parte petentis, & miniſter paratus eſt miniſtrare. ¶ Com. d. cap.1.& §.1.diſt.6.num.6.

Sacerdotibus regimen temporale habentibus non ſolum literarum ſciẽtiam, ſed etiã legum ſæcularium peritia eſt neceſſaria.39.diſt.in principio. ¶ De reſcript.excep.2.nu.6.

Sacerdos etiam ſimplex tenetur ſaltem ter, vel quater in anno celebrare in principalib. feſtis anni in quibus laici religioſiores cõmunicare ſolent. Tho.3.p.q.83.ar.10.Ricar. 4. diſt.13. ar.2.¶ Manual.cap.25.num.88. de oratione.arg.ca.dolentes. de celebr. Miſſ.

Si communicatur ab alio ſine ſtola & ſuperpelliceo, non tamen peccat, quia id nullo iure cautum eſt. ¶Cap. 21.num.54.

Sacerdotibus veteris teſtamẽti licebat ducere vxores, neque inuenitur, quod Chriſtus ſtatuerit contrarium. Ex quo colligitur, ꝙ Summ. Pontif. poteſt cum continentia ſacerdotum diſpenſare. ¶ Conſil. 10. de ſponſal. Vide Verb. Clericus. Verbo Miſſam.

## *Sacerdotium.*

† SAcerdotium modo ſacerdotis dignitatẽ ſignificat. iux. illud Eccl.fungi ſacerdotio. Modo ſacerdotis prouentum, nã apud gentiles ſacerdotia fuerunt qualia nos Chriſtiana minus latino in hac ſignificatione vocabulo, beneficia appellamus Calep.

Sacerdotium, & coniugium concurrere in vno homine poſſunt, vt omnes tradunt. 4. diſt.38. Et probant multi cap. diſ. 27. 28. 31. 32.¶ Conſi.10.de ſponſ.num.8.

Sacerdotium noui teſtamenti mundius eſt adminiſtrandum, quam ſacerdotium veteris teſtamenti. Innoc.cap. præpoſuiſti.de præbend.¶ Ibi.num.3.

Sacerdotium fuiſſe translatum de Chriſto ad Petrum, quod gl. innuit.in ca.translato.de conſtit.an intelligitur proprie, ita vt poteſtas translata ſit, vt non remaneat apud priorem : ſed improprie ita, vt ſit communicatum

eius Vicario. verbum enim transferre pro concedere vſurpatur etiam apud iuriſconſultos. l. 1. ff. de off. præfect. ¶ De Iubil. Not. 32. nu. 12.

Sacerdotio probato cum de antiqua ordinatione agitur, & conſtat ordinatorem fuiſſe virum probum, alij minores ordines probantur. Panor. in cap. niſi de præbend. recept. à Felin. & alijs ab ipſo citatis in ca. ſuper his. de accuſat. ¶ Conſil. 2. de ętate, & qualit.

## *Sacramentum.*

SAcramenti verbum prius ſignificat ſecretum. Tho. 12. Secundo, iuramentum. Auth. Sacramenta impuberum. C. ſi aduerſus venditionem. Tertio, ſignum rei ſacræ. Omnes autẽ Sacram. ſignum eſt, nõ autem contra, & eſt ſignũ ſenſibile de mẽte Auguſt. ca. detrahe. 1. q. 1. Et ſignum efficax. i. effectiuum, quia efficia ſaltem inſtrumentaliter gratiam, quam ſignificat. Tho. 3. p. quæſt. 62. ar. 1. pro quo vrget Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 8. Eſt igitur ſacramentum ſignum rei ſacræ, ad quam definitionem reducitur illa poſita in c. ſacrificium. de conſe. diſt. 2. Sacram. eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma. Aug. cap. 5. de Ciu. Dei lib. 10. Cui Magiſt. adiungit, cuius ſimilitudinem gerit, & cauſa exiſtit. Differt vero ab alijs operibus in eo, quod ipſum gratiam confert ex opere operato, illa vero ex opere operante tantum. ¶ Man. cap. 22. à num. 1. cap. perfecta. de pœ. diſt. 2. à num. 2.

Sacramentum nullum abſque re, & ſigno ſenſibili conſtare poteſt. Thom. recep. p. 3. q. 60. ar. 1. & alij 4. d. 1. Cõc. Tri. ſeſſ. 7. ¶ Com. cap. ſi quis non dicam. de pœn. diſt. 1. nu. 9.

Sacram. à miniſtro malo ab eccleſia tolerato ſuſcipiens eccleſiæ communicat, & non peccato eius, quando vero

A id liceat, vel non. Verbo. Sacerdos.

Sacram. deſtruit mutatio verborum ad fouendum errorem, vt late tradit Sotus 4. diſt. 3. q. 1. ar. 5. ¶ Conſil. 2. de clandeſt. deſponſ. nu. 10.

Non poteſt pendere à futuro euentu, nec futura ratificatione, *vel approbatione* Papæ, quia pendet à iure diuino ſuper quem non habet Papa poteſtatem. Verb. ¶ Conſi. 5. de priu. nu. 3. Ideo ſi à princ. illud eſt inutile, nulla Papæ ratificatione poteſt eſſe vtile. ¶ De pœn. diſt. 6. ca. placuit. nu. 103.

Sacram. unum à multis perſonis, & diuerſo tempore conficitur, quod veri
B ficatur de confeſſione reſeruatorum, ¶ De pœn. diſt. 5. ca. conſideret. §. cautus. num. 20.

Sacramenti pars ſubſtantialis non poteſt à puro homine inſtitui, & eſt ſententia communis in 4. diſt. 1. Tho. 3. p. q. 64. ar. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 7. ¶ De pœnit. diſt. 5. in principio. gl. nu. 14. quia nullum ſacramentum poteſt ab homine inſtitui ſine commiſſione ſaltem ad id ſpeciali. ¶ Ibi. nu. 31.

Sacramenti effectum dare ſine ſacramento ad præcellentem *Chriſti* poteſtatem pertinet, quam nemini cõmunicauit. ſecũdum Th. communiter
C recep. 3. p. q. 64. art. 3. & 4. d. 5. q. 1. Et intelligitur, quo ad totum, vel *partem* principalem. ſ. remiſſionem *maculæ*. ¶ De Iubil. Not. 14. num. 6.

Sacramenta omnia propriæ perſonę actionem exigunt cum ſuſcipiuntur excepto matrimonio, quod per procuratorem contrahi poteſt. ¶ Man. cap. 22. num. 95.

Sacramenta nouæ legis ſeptem cõmuniter dantur. gl. ſing. ca. veniens. de tranſact. & in rub. de ſacram. Conc. Flor. & Trid. c. 22. nu. 2. Et ibi ponuntur ad longum errores, quę circa illa contingunt, & quod vnum, quodque

duobus

duobus conſtant materia, & forma. A

Sacramenta non credens, vt debet, & illa exhibens, aut ſumit in peccato mor. mortaliter peccat. ¶ Ibi. nu. 3. & Com. gl. ſumm. de pœn. diſt. 5. nu. 33.

Sacramenta in eccleſijs ſuis græci ritu ſuo & in noſtris ritu Romano percipere licet. ¶ Cõſ. 1. de conſtit. nu. 69.

Ab hæreticis accipiens peccat niſi ſit baptiſmus in mortis articulo. cap. præter. §. verũ. iuncta gl. 32. diſt. Thõ. cõmuniter recep. 3. p. q. 92. ar. 7. & 4. diſt. 13. q. 1.

Sacramenta ad recipienda, vel miniſtranda ſatis eſt habere contritionem ſi non adſit copia confeſſoris, vt qui cũ alijs ad cõmunicandũ venit, & peccati confeſſi tunc recordatur, nec poteſt decenter confiteri ante illam, neque ſine ſui nota abſtinere, & qui Miſſam inchoatam ſine ſcandalo dimittere nõ poteſt. ¶ Man. c. 21. nu. 49. B

Sacramenta aliqua metu facta non valent, vt Matrim. quia liberam requirit voluntatem. Verbo Matrim. quædam vero ſic, ut quæ characterem imprimunt cum non poſſint reſcindi. ca. maiore. §. item quæritur, de baptiſmo. Manu. prælu. 6. nu. 5.

Sacramentorum doctrinam, quam ſancta Romana Eccleſia tradidit, relinquere non licet. ca. Ad abolendam. de Hære. ¶ De Iubil. not. 13. nu. 2. C

Sacramentorum ordinem, quem Magiſter, & Theologi ſeruant in tractando de illis nõ ſeruauit Gratianus; ſed diuerſis in locis nunc incidenter, nunc ex profeſſo de illis tractauit. ¶ Com. ca. Petrus. de pœnit. d. 1. nu. 3.

Sacramentis Dei, maior fere eſt Chriſtianorum pars, quæ male utitur, ut praxis manifeſtat. ¶ Com. cap. Fratres. de pœn. diſt. 5. num. 24.

Sacramentis Dei regeneramur, ſuſtentamur, reparamur, & ad alia muni-mur. ¶ conſi. 1. de conſt. numero 69.

Sacramenta quædam per ſe ordinãtur ad ſalutem hominis ſicut Baptiſmus confirmatio eucharistia. Quædam quaſi per accidens ſcilicet ex ſuppoſitione vt Pœnitentia. Ideo illa pertinẽt ad ſtatum integritatis cuius reſpectu Pœnitentia dicitur ſecunda tabula. ¶ Com. cap. Secundo. de pœnit. diſt. 1. num. 2.

Sacramenta excommunicato adminiſtrata vera ſunt, & valida licet peccet, qui adminiſtrat. ¶ Man. cap. 9. nu. 1. & com. cap. 1. de pœnit. diſt. 5. §. Cautus nu. 25.

## *Sacramentale.*

† Sacramentale, ut dicitur ex D. Tho. 3. p. q. 65. ar. 1. Eſt omnis conſecratio, vel benedictio, uel ſignificatio ordinata ad aliquod Sacramentum per ſe ad illud idoneum reddendo, vel per accidens remouendo probens. Silu.

Sacramẽtalia ex opere operato gratiam non efficiunt, quia id ſola ſacramenta faciunt ſecundum omnes. 4. diſt. 1. ¶ Conſi. 2. de baptiſmo.

Sacramentalia ſunt quib. ex inſtituto Eccleſiæ ſacramenta parantur, conficiuntur, & conſecrantur. Conſecratio eccleſiæ al. aris, benedictio, exorciſmi, cathechiſmi, & cæt. ¶ Rub. de Iud. num. 27.

## *Sacrilegium.*

† Sacrilegium ſecũdum Innocen. dictum eſt, quaſi Sacrilædium, vel ſecundum Laur. quaſi ſacræ legis læſio, de quo glo. 17. q. 4. ca. ſacrilegiũ. Et eſt ſacræ rei uiolatio, ſeu irreuerentia, ſecundum Tho. 2. 2. q. 99. Silu.

Sacrilegium prout eſt ſpecies luxuriæ, eſt quando perſona aliqua eſt religioſa, profeſſa, uel ordine ſacro inſi-

gnita, aut cognatione ſpirituali iuncta.ca.fina.30.q.1.¶ Manu.c.16.nu.3. Non eſt autẽ tale fornicari in Dormitorio, ſeu Monaſterio religioſorum, ſicut in eccleſia, quia illa ſunt in quarta ſpecie rerum ſacrarũm. Tho. ubi ſupra, alioquin tale eſſet etiam fornicari in agris Eccleſiæ, ſeu domibus, quæ talia ſunt. cap. qui rapit. 17.q.4. Eccleſia vero, & cœmeterium ſunt in 3. ordine. Ibi. Neque tale eſt deſiderare cũ aliqua, quæ ante cõſpectum ſuũ poſita eſt in eccleſia fornicare, ſi nõ deſcẽdit ad hanc cõſiderationem, quod ille eſt in eccleſia, ita vt etiam id faceret in illa ſi adeſſet opportunitas. ¶ De pœn. diſt. 5. cap. conſideret. in princ. nume. 21. A B

Sacrilegij peccatum, ex conſuetudine reſeruatur Epiſcopo. ¶ Man. ca. 27. nu. 262.

Sacrilegium prout eſt ſpecies furti eſt, cum quis ex loco ſacro, ſacram rẽ, aut non ſacram, ſeu ſacram ex loco nõ ſacro furatur. cap. quiſquis. 17. quæſt. 4. ¶ Cap. 17. num. 95. Quare talis ſacrilegus eſt, & ſi id facit infringendo fores Eccleſię, aut tectum, &c. eſt excommunicatus. c. cõqueſtus. de ſen. excom. ¶ Ca. 27. num. 97. Et ſimiliter, qui bona Eccleſiæ male capit. ca. prædia. 12. q. 1. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 23. nu. 21. C

## Sacrum.

† SAcrum importat omne id, quod ad Deum, & diuinum cultum pertinet vt ſacrificia, Sacramenta, ſacræ Aedes, &c. vt patet apud Macrob. in ſaturnal. lib. ca.

Sacrum nõ omne eſt, quod eſt ſpirituale. Nam bona mobilia, & immobilia non ſunt ſacra, vt patet per S. Tho. 2.2.q.99.ar.3. ca. nulli, & cap. prædia. 12. q. 2. Quia illis non adhibetur aliqua benedictio ſacri conſtitutiua. A ¶ Rubr. de iudic. num. 29. Manu. ca. 131. nume. 99.

Sacrum, quod non eſt, non omne vẽdi poteſt, vt homo laicus, & ea, quæ æſtimabilia non ſunt. l. cum liberi hominis. ff. de his, quę deceſſerũt. Conſi. 1. de depoſit. nu. 16.

Sacra res, & Deo dicata & ſi ſingulariter non poſſit in vſus prophanos conuerti. ca. quod ſemel. de reg. iu. lib. 6. Ex cauſa tamen poteſt ad illos vſus tráſferri ab illo, qui poteſtatẽ habet id faciendi. Caiet. to. 3. tract. 27. Medin. lib. 3. ca. 49. Ioan. And. in Mercur. & in cap. cum ad Monaſt. de ſtatu Monach. B ¶ Conſ. 10. de ſponſ. nu. 16.

Sacræ rei Dominium nullus poteſt habere. l. inter ſtipulantem. §. ſacrum. ff. de verbo. oblig. ¶ Conſ. 1. de ſepult.

Sacræ rei partes, vt lapides, & ligna eccleſiæ diruptæ deſinunt eſſe ſacra, vt expreſſe ait Archid. ca. ligna. de conſecr. diſt. 1. Immo illæ non videntur eſſe ſacræ per benedictionem ſacri conſtitutiuam, quia aliud ſunt ab eccleſia ſic conſecrata, ideo de licentia Papę poſſent deputari vſibus prophanis. Et niſi eſſent tales, quod poſſent afferre ſcandalum, quia per talem conceſſionem ceſſaret etiam Papa ſic ſupra ius humanum. Talem conceſſionem non poſſet facere ordinarius ob reuerentiã eccleſiæ cui ſeruierunt. Et ſint tales, quod ſcandalum gignere non poſſint Epiſcopus diſſimulare poteſt ſi ſine licentia prophanis vſibus applicarentur. ¶ De ſpol. cler. §. 18. nu. 2.

Sacræ res & ſi non poſſunt transferri ad vſus humanos diuino vſui naturæ contrarij, fallit tamen ſi ſunt contrarij diuino vſui iure humano tantum. ¶ Conſ. 1. de ſepul. nu. 17.

Sacratæ res dum durant non poſſunt non eſſe ſacræ. capit. comperimus 14. q. 6. ¶ Ibid. num. 6. Profanatio.

Sa-

Sacrata vaſa non ſolum fracta, ſed etiam durante ſanctificatione poſſunt in redemptionem captiuorum, & ſuſtentationem pauperum impendi. iux. dictum D. Ambr. cap. aurum. 12. q. 2. ¶ Ibi.

Sacrorum ſpecies tres ſunt. Prima, perſonarum. Secunda, locorum. Tertia Rerum. Rerum autem ſacrarum ſunt quatuor ſpecies, ſcilicet Sacramenta, vaſa, ornamenta, & bona deputata ad ſuſtentationem. miniſtrorum. 2. 2. qu. 99. art. 3.

Sed bona duplicis ſunt generis quædam deputata principaliter ad ſuſtentationem miniſtrorum, & minus principaliter ad alia pia opera, quædam vero contra, vt bona hoſpitalium, fabricarum eccleſiæ, &cæ. Tho. quol. 6. art. 12. 22. q. 85. articul. 4. ¶ De red. eccleſ. quæſt. 1. Mon. 18. Sacer locus. Verbo Locus.

## *Salarium.*

Salarium ſtipendium, vel mercedem ſignificat, quam quis pro opera ſoluit. Calep.

Salarium, & accipi, & exigi poteſt pro labore ſpirituali præſtito, vel præſtando dum illud conſuetum dari, & hoc ad impediendas contentiones, & moleſtias, quæ alioquin probabililiter putantur futuræ. Caiet. Verb. Simonia. ¶ Manu. cap. 23. numer. 106. de pœnit. diſtinct. 5. cap. fratres. nume. 56. Verbo Merces.

## *Salus.*

Saluantur non facile, qui ſuſpenduntur, aut iugulantur, ſi ad illud vſque tempus male agere conſueuerunt, quia illis difficile fuerit ſatis libera mente oculos interiores in Dei bonitatem attollere, & tantum in eum amoris concipere, quo propter eum

A ſumme dilectum ſuorum, quæ ſumme, ac diu amauerunt peccatorum, tanquã ſumme odibilium pœniteant.

Et quia ab extremo, in extremum, ſecundum Ariſt. Difficilis eſt tranſitus, Difficiliſque vitæ mutatio. Authent. de Monach. §. 1. ¶ De pœnit. diſtinct. 7. cap. fin. §. quod quamuis. numer. 14.

Saluationis ſpes ſemper eſt, dum anima corpori coniuncta eſt. cap. 1. de poe. d. 7. Ezechie. 33. & exemplum habemus de latrone in Cruce ſaluato. Luc. 23. ¶ Com. d. c. nu. 1.

B Salutem conſequi ſe ex fide certa ſciunt tria genera hominum. Infantes qui à Baptiſmo ſtatim moriuntur. Qui à baptiſmo innocentes ſemper vixerunt. Qui poſt peccatum ſani pœnitentiam egerunt. ¶ Com. cap. ſi quis autem de pœn. d. 7. nu. 1.

## *Salutatio.*

Salutatio eſt ſalutandi actus per quem alicui ſalutem precamur.

Salutatio, quæ fit in Miſſa per illa verba, Dominus vobiſcum, vt ait Iſidorus de offic. Eccleſ. & Alcuinus de diu. C offic. ex lib. Ruth. ca. 2. deſumpta eſt, & ex Paralip. 2. capit. 15. & Iudic. cap. 3. Vult autem tunc Sacerdos, vt omnes ſalutari ſint attenti. Durant. lib. 4. Ration. capit. 14 ¶ De oration. capit. 22. numer. 84.

Quam ſalutationem in horis recitandis nullus à presbyteris facere poteſt, nec Diaconus, præterquam cum cantat Euangelium, & Cereum benedicit. ¶ num. 85.

† Contra tamen de Diacono tenendum eſt ex Rubric. generalibus Breuiarij Pij 5. Rubr. de orat. vbi præcipitur ne Diaconus illa ſalutatione vtatur præſente Sacerdote: ergo à contrario ſenſu, quod argumentum validiſſimũ

eſt

eſt in iure. l. 1. ff. de offi. eius cui mand. eſt, &c. & ca. Apoſtolica, de his, quæ fiunt à prælat. ſine cenſ. c. vt etiam ipſe ſe aſſerit Man. c. 17. num. 21. & multis alijs in locis, licet colligere poſſe, & debere Diaconum ipſa vti, cum ſolus recitat.

Illa non poteſt vti ſacerdos excommunicatus ſecundum Hoſtien. in ca. Illud. de cler. excom. min. ¶Ibi.

Solus qui recitat ſi ſit presbyter, ne dum poteſt, ſed debet illa vti, quia ſic ex Breuiario patet, & maxime, quia ſemper adeſt eccleſia cuius miniſtri ſumus. ¶nu. 86. & 87.

## Sanctus.

† SAnctus communiter idem eſt, ac pius, & religioſus. Et de his dicitur, qui quadam maieſtate, viteque innocentia, ad Deorum immortalium virtutem, quam proxime accedunt. Sed proprie Sanctos appellamus, qui vitæ innocentia, & miraculorum gloria coruſcantes Summi Ponti. authoritate cæleſti gloria potiri certò credimus.

Sancti non ſolùm dando exemplū, & intercedendo, ſed ſatisfaciendo etiā pro nobis profuerunt, quatenus operi bus ſatisfactorijs pro ſe non indigue runt. ¶De Iubil. Nor. 32. nu. 16.

Sancti ſuperſtitioſe non ſunt inuocandi ſuperfluis, ac vanis cæremonijs, de quibus verbo Superſtitio.

Neque ab illis petere debemus, quicquam petendo, quod item nobis non liceat id ab omnibus alijs petere, tanquam vnus, & non liceat id ab omnibus alijs petere, tanquam vnus, & non alius poſſit id quod petimus concedere, vel impetrare. De ora. c. 18. nu. 25.

Sāćti minores vere a Deo impetrāt pro nobis quædam, quæ non faciunt maiores, quia in illis materijs Deo ius

A ſeruierunt, puta Apollonia in dolore dentium a Tiranno ſibi abſtractorum ¶Ibid. num. 25.

Sancti nolunt honorari cum præiudicio aliorum, quia non ſunt inuidi, nec ambitioſi. Ideo ait D. Thom. 1. p. q. 20. art. 4. ad 3. præſumptuoſum eſſe iudicare an Petrus ſit ſanctor Ioanne, vel contra. ¶Ibi. num. 26. Ideo malefaciunt illi Peligioſi, qui ſanctos Protectores ſuarū Religionum exaltāt vltra modum deprimēdo alios ſanctos Protectores aliarum Religonum periculo ſum enim eſt ne in mumurationem, aut blaſphemiam incidant. ¶ Com. ca.

B inter verba. Concul. 6. nu. 471.

## Sanguis.

SAnguines, vel ſanguis peccata mortifera aliquando ſignificat. Pſalm. 150. Libera me de ſanguinibus. Eſa. 1. Manus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. ¶Com. c. omnis. el 1. de pœn. d. 1. nu. 3.

## Saracenus.

SAraceni Nomen in ca. Ita quorundam. de Iudæ. ſecundum Silu. verbo Excomm. 7. Omnes illos continet, quibus cum Chriſtianus Rex aliquis bellū gerit, eorumque fautores Ioan.

C And. in cap. ad liberandam. Et Caie. verbo Excommu. caſu 30. vult quod ſignificet omnes infideles. Aliqui ad ſolos Mauros extendunt. Sed contra has ſignificationes, poſſunt fieri multæ inſtantiæ. Ideo dicendum, quod de ſuo originario ſignificatu continet populos Arabiæ poſt Nabatheos. Plin. lib. 6. cap. 28. dicti à Saraca eius Regni vrbe, & defecerunt à Romano Imperio ſub Heraclio Imperatore, & poſtea Mahumeto adhæſerunt.

Quare deinde hoc nomen, quod erat gētis, factum eſt proprium Sectæ Mahumeticæ Chriſtianæ fidei maximæ

mę impugnatricis. Et de his loquitur hoc cap. deque illius fautoribus.

Quare Saracenorum nomen Turcas, Arabes, Mauros, Aegyptios, Africanos, Perſos, &c. Inſuper, & nonnullos Indos, qui Chriſtianos impugnant in inſulis maris perſici, & Indici comprehendit. immo etiam Apoſtatas perfidos, qui à fide degenerantes Mahumeticam perfidiam conſectantur. Non comprehendit autem Saracenos iuſte bellantes, neque occupantes terras Eccleſiæ, neque pugnantes odio eccleſiæ, ſed alia cauſa, vt sūt aliqui apud Indos. Neque illos, qui ſunt Chriſtianis ſubiecti, neque eos, qui Chriſtianos iuuat. ¶ Com. illius capitul. ita quorundam. de Iudæis. Notab.4.

## *Satisfactio.*

Satisfactio bifariam ſumitur.iuxt. Scotum 4.diſt.15.q.1.Primo, large, & generaliter, & comprehendit reſtitutionem, quæ eſt genus ad illam. gl.cap.peccato venia.de reg. iur. libr. 6. Secundo, ſtricte & ſpecialiter. pro tertia parte Sacramenti pœnitentiæ. Et eſt paſſio pœnæ pro peccato voluntarie aſſumptæ ad placandum Deum cūm propoſita cum non offendendi amplius. ¶ Man.cap.3.nu.1.

Habet duas partes, alteram qua cōpenſatur offenſa facta, alteram qua vitamus facienda. ¶ Ibi.nu.9.& de pœn. diſt.3.c.ſatisfactio.nu.1.

Per opera triplicis generis exercetur, ieiunium, eleemoſinam, orationes. iux.omnes.4.d.16.facit ca.animæ. 13. q.1.ad quas alię omnes afflictiones reducuntur. ¶ Ibi.nu. 3, ca.medicamentum.de pœn.diſt.1. nu.1.

Poteſt fieri per opera bona alias debita, vt copioſe deducit Caietanus.to. 1.ca.6.q.1.Cum applicantur non ſolū

A ad debitum perſoluendum, ſed etiam ad ſatisfaciendum tolerantur patienter flagella, &c. Tho. 4.diſt.15.q.1. ar.4.& eſt.de fide.Conc.Trid. ſeſſ.14. ca.18. ¶ Ibi.num.4.& Com.ca.ſi quis. de pœn.diſt.7.nu.31.

Iniuncta à Confeſſ. & libenter acceptata vtilior eſt, quam ſponte facta, quia eſt magis ſatisfactoria cum ſit quid ſacramentale. Secundo, quia & ſi fiat in peccato mortali valet ſaltem pro tempore quo reſurgit ab illo, alia vero non. iuxta. omnes. in 4. diſt. 16. ¶ Ibi.nu.6.c.ſatisfactio.de pœn.diſt.3.

Facta in peccato mor. ſecūdū Th.4. di.15.q.1.art.3.Bonau.Ricar.Dur.Ibi. Caiet.To.1.op.6.q.1.& eſt communis opinio, non valet, contra quam tenet
B Author pro multa fundamenta. ¶ Manual.cap.3.nu. 7. & 8. vide verſ. opus nu.13.& 14.

Satisfactoria bona in pęnitentiam iniuncta cæteris paribus plus de pęna in purgatorio luenda diminuit, quam quæ propria voluntate ſuſcipiuntur, & maxime ſi ad illum finem indicuntur, & pro illo aſſumantur. ¶ Com.ca. 1.de pœn.diſt.6.nu.36.

Satisfacere pro ſe non poſſe quis dicitur, quoties non commode poteſt. arg.l.nepos.proculi.ff.de verb.ſignif.
C Quia in nullius poteſtate eſt vitæ duratio, & ſatisfactio difficilis eſt. ¶ De Iubil.Notab.21. num.7.

Satisfacere poteſt vnus pro alio merendo ſibi eodem actu præmium. cap. 1.26.q.7.ca.animæ.13.quæſt. 2. Quia meritum, & ſatisfactio non tam re, quam nomine differunt prout opus vnum, dum eſt bonum eſt meritoriū, dum pœnale ſatisfactorium. ¶ Notab. 13.num.3.

Satisfactionem non tenetur pœnitens, ſi nolit de præcepto acceptare, ſed ſufficit habere propoſitū, vel hic,

vel

vel in purgatorio ſatisfaciendi. Scotus 4.diſt.16.q.2. Medina.de Confeſſ. & Hoſtienſ.in ſumma.de pœn.Panor. cap. ſignificauit. eod. tit. Et ideo illi non eſt deneganda abſolutio. contra tenet Palud.4.diſt.15.q.2.art.1. Cum aliquot alijs, quibus videtur conſentire.c.omnis.de pœn.& remiſ.& Concil.Flor. Et quod omnes catholici fatẽtur ſacerdotem ſicut habet authoritatem ſoluendi, ita etiam habere authoritatem ligandi per pœnitentiam: per quæ tantũ probatur, quod Confeſſor non debet ſine vlla cauſa imponere minorem ea, quam arbitratur iuſtam, ſed cum illa ſic.argum.l. quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his, qui no.¶ Man. capitul.3.& de Iubil. Notab.32.

Satisfaciendi propoſitum, vel hic, vel in Purgatorio eſt neceſſariũ pœnitenti.¶ Man.c.26.nu.20.de pœn.diſt. 3.ca.ſatisfactio.& diſt.5. ca. conſideret.§.ponat.nu.6.c.contrarium.nu 17.

Satisfactio etiam in articulo mortis abſolutionem debet præcedere, quando excommunicatus poteſt ſatisfacere, quod ſi non poteſt, ſatis eſt, vt det cautionem.iux.glo.Clem. 1.§.verum. de hæret. & Card. 16. quæſt. 4. Felin.capit. paſtoralis. §. præterea.de off. ordin. Et cautio debet eſſe ſufficiens.i. cum pignore, vel fideiuſſore, vel ſi non poteſt ſaltem det illam cum iuramento. Quia ad impoſſibile nemo tenetur.l.impoſſibilium.ff. de reg. iur.¶ Man.c.27.nu.47.

## *Scandalum.*

Scandalum eſt dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionẽ ruinæ. iuxt. Hieron. Matt. 15. & D. Tho.2.2.q.43.ar.1.Archid. cap.licet. diſt. 45. Et eſt ſpeciale peccatum. Et hoc dicitur ſcãdalum actiuum. Paſſiuũ autem eſt ruina in peccatum ex facto, A vel dicto minus recto alterius, & non eſt peccatum ſpirituale cum nõ addat ſpecialem deformitatem.¶ Com. c.1. de pœn.diſt.5.§.animaduertere. nu.42 & de Iubil.Not.34. nu.5.

Scandalum actiuum, & non paſſiuum attendendum eſt.cap. qui ſcandalizantur. de reg. iur. quia cum ex malitia naſcitur de eo non eſt curandum.iux. Tho.Ibi.ar.7.¶ Conſi.6.de conſangu.

Scandalum omne tenemur vitare omni iure.Matt.18.ca. nihil cum ſcandalo.de præſcrip.¶ Conſi.4.de renunciat.nu.5.conſil.4.de his, quæ vi.nu.2.

Scandalum Phariſæorum eſt, quod B malitia, inuidia, & mala animi diſpoſitione oritur.¶ Com.ca. inter verba. 2 q.3. Ob quod non ſunt relinquẽda, neque occultanda bona præcepta, vel conſulta, quia id præbet occaſionem peccandi. Tho. vbi ſupra, & Richar.4. diſt.38. Anton.3.p.tit.9.cap. 4.& cap. vtilius. de reg. iur. Scandalum autem puſillorum, quod oritur ex ignorantia, vel infirmitate dicitur, & ob illud, & ſi bona opera non ſunt relinquenda, ſunt tamen occultanda, aut differẽda quouſque moneatur proximus, & cognoſcat bonam intentionem. Caiet. 2.2.q.54.at.6.¶ Manu.ca.64.num.44. C Com.ca.cum contingat.rem.7.nu.27.

Scandalum vtilius naſci permittitur, quam veritas victa relinquatur. c.qui ſcãdalizauerit.de reg. iur. Quod intelligendum eſt veritate.i. bonitate vitæ, non autem de veritate doctrinæ. ſecundum gl. quæ hæc aliquando ob ſcandalum omittitur.c. vt conſtitueretur.50.diſt.¶ Com.3.de reg. num.35.

Scandalum, vt vitetur diſſimulandum eſt cum his, qui bona fide in matrimonio putatiuo viuunt.per tex.ca. quia circa.de conſangu.& affin.¶ Cõſ. 84.de reg.nu.6. de pœn. diſt.6.cap. ſi quis.à num.67.

Scandali

Scandali circunſtantia, quando conſitenda. Verb. Circunſtantia.

## Schiſma.

SChiſma eſt diſtincta ab hæreſi, quia hæc opponitur fidei, illa vero charitati. Et licet hæreticus ſit ſchiſmaticus, non tamen contra accidit, quia ab eccleſia tantum ſeparat. c. ſchiſma. 24 q. 1. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. ¶ Conf. 1. de conſtit. nu. 62.

Schiſmatici ſunt excommunicati per bullam Cœnæ, ideo non poſſunt reconciliari niſi per illum, qui habet authoritatem abſoluendi eos. Verb. Cenſura abiurato prius ſchiſmate ſi tale eſt, quod contineat hæreſim. Ibid.

Quorum filij ad ſcholas Catholicorum admitti poſſunt ob facilem eorũ conuerſionem, ſed non contra. Ibid. & Manu. cap. 27. nu. 57.

## Scholaris.

SCholaris loco Collegij precio renuncians ſimoniacus eſt, quia ille locus, & ſi non ſit quid ſpirituale, & tamen quid illi annexum non tamen eſt excommunicatus. Et pecunia, quã accepit eſt reſtituenda non Collegio, neque de vigore iuris illi, qui eam dedit, cum ſit quid turpe datum, & acceptum, ſed pauperibus de conſilio ſecũdum graues Doctores. Conſulet autẽ ſibi, qui impetrabit donationem ab eo, qui dedit. iuxt. Adrian. ¶ Conſi. 47. de ſimon.

Peccat multipliciter, ob finem mortalem ſtudens, non ſeruans præcepta ſtudij. Diſcens vetita auocans auditores coucurrentes. Negligenter ſtudẽs. Male inſumens viaticum, non ſoluens ſalarium, &c. ¶ Manual. cap. 25. numero 59.

Scholaſticus Bononiæ, conducens domum alterius ſcholaſtici ante finitum tẽpus eſt excommunicatus. ¶ Ca. 27. nu. 114.

Scholares ſi de licentia ſuorũ Parochorum, aut Epiſcoporum vadunt ad ſtudium eandem habent authoritatẽ ſumendi ſacramenta, quam & peregrini. ſecus autem ſi ſine illa tacita, vel expreſſa, quia cum de omnibus ſit eadem ratio, idem erit, & ius arg. l. illud. ad leg. Aquil. & ca. 2. de tranſlat. prælat. ¶ De pœn. d. 6. ca. placuit. nu. 85. Verbo Peregrinus, Verb. Confeſſor.

## Scientia.

SCientia ſumitur aliquando philoſophice, & ſic eſt cognitio rei per cauſam. 1. Poſt. aliquando ſumitur ſecundum vſum communem: Et ſic eſt cognitio rei particularis per aliquem ſenſum corporem accepta. Et hæc eſt ſcientia requiſita intente. l. teſtium fides. ff. de teſtibus. Silueſt.

Scientia ſine conſcientia diabolica eſt. ca. niſi de renunciat. Bal. l. hac. C. de ſecund. nupt. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 1. nu. 14.

Scientia eminens, quæ ſine ſtudio concluſiones omnes ſoluit non eſt neceſſaria, immo neque illa, quæ mediocris dicitur per quam in promptu cõcluſiones difficiles ſoluuntur, ſed ſatis eſt habere ſufficientem per quam cum ſtudio, & librorum reuolutione concluſiones ad ſuum pertinentes officiũ explicare ſacerdos valet Innoc. ca. cum in cunctis. de elect. ¶ De pœn. diſt. 6. cap. 1. §. Caueat. num. 31.

Conuenit cum fide, quia vtraque eſt certa ſine vacillatione. ca. firmiter. de ſumm. trin. differunt autem, quia ſciã eſt clara, fides autem obſcura cum ſit ex auditu. 1. Cor. 13. ¶ De pœn. diſt. 7. ca. ſi quis. num. 14 Man. cap. 27. num. 279. rub. de iud. num. 43.

Scientiam de omnibus nulla pura

creatura habere pôt, ſed ſolus Deus. Verbo Deus. Illam tamen quęrere laudabile eſt, & nulla eſt ætas ad eam, quærendam ſera, nô tamen à Dæmonibus. ¶ De pœn. diſt. 1. cap. nam quid Caim. num. 3.

Scientiæ diuerſi gradus dãtur, quia firmior videtur illa, quàm intuitiua animi notitia, vel ratio ſyllogiſtica, mathematica producit, quam illa, quæ per intuitiuam notitiam ſenſus habetur, quia ſenſus per pręſtigia ſæpe decipitur. Exod. 7. act. 8. ¶ Rubr. de iud. nume. 50.

Scientiæ neceſſariæ defectus reddit collationem ipſo iure nullam ca. cum in cunctis. de elect. §. fin. ſufficit tamen in promouendo ſcientia ſufficiens licet non adſit eminens. ¶ De reſcrip. excep. 18. nu. 1.

Scientię defectus in clericis, neque dignum excuſatione, aut venia efficit quemquam. c. ſi in laicis. 38. diſt. Ideo ſcriptum eſt Oſæ. 4. Quia tu ſcientiã repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. ¶ Ibid. num. 5.

Scientia qualis qualis cum ſpe veri ſimili perueniendi ad iuſtum poteſt dici ſufficiens, quia id, quod propè eſt adeſſe videtur. l. lecta. ff. ſi certum pet. & l. præſens. ff. de procur. nu. 9.

Scientia ſola appatatus delicti interdum morte plectitur. ſecundum Barto. l. vtrũ. ff. ad l. pomp. de parric. quando. ſcilicet eſt in Patrem, Dominum, vel alium ſuperiorem, quia tunc inferior non reuelando facit contra iuſtitiam. ¶ Manu. cã. 24. nu. 21.

Scientiæ malus vſus non efficit eã malam cum culpa non ſit niſi eorum, qui eis abutuntur ſi quid mali accidat. ¶ Ca. 14. num. 43.

Sciencia interdum eſt cauſa impediendæ deuotionis, quia homo conſiderando, quæ habet, parum attendit

A ad quod non haber. ¶ De ora. cap. 10. nume. 60.

Scientia ex fama ſufficit, vt quis abſtineat à prohibitis. cap. illud. de cler. excom. miniſt. ¶ Conſi. 4. de hæret.

Scientia ſicut excuſat nubẽtem ob mortem coniugis, ita, & iuſta credulitas. ca. in præſentia. de ſponſa. c. Dominus. de ſecund. nupt. ¶ Conſ. 7. de ſent. excom. num. 5.

Scientiæ omnes ſpeculatiuę tum propter ſe, tum propter aliud amari poſſunt. ſecundum Ariſt. in Metaph.
B 1. 2. q. 3. ar. 6. quare, qui eas diſcit, vt ſciat tantum non errat, licet non referat eas in alium finem. ¶ De finibus. num. 4. & 24.

Scientiam principaliter ad honorẽ quæſitam, vanitatem appellat D. Bernard. ſer. 36. in Cant. ¶ Com. cap. inter verba. concl. 1. nu. 15.

Scientia medioc*ris* virtuoſe ad ſeruiendum Deo principaliter quæſita plus valet, quam maior curioſe ad gloriam, & vanitatem comparata. ¶ Ibid.

## Scire.

SCire, neſcire debere paria ſunt. l.
C quod te. ff. de reb. cred. Et quod quis debet ſcire, vel debet quęrere ſcire ea, quæ pertinent ad id, quod debet facere. §. final. 37. diſt. ¶ Conſil. 21. de depoſit. conſecr. 7. de ſent. Excom.

Scire non dicitur, qui quoquo modo audiuit. eccl. 9. qui cito credit, leuis eſt corde. ca. non ſolum. 2. q. 3. ca. ſi quid. 86. diſt. ¶ Cõſ. 1. de conſtit. nu. 9.

Scire eſt veritatem viſu perceptam in mente retinere. gl. ſing. l. 2. ff. de aqua plu. arcend. ¶ Conſil. 4. de hæret. numero 2. rubr. de iudic. numero 43. Com. cap. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7. nu. 9. & per viſum non ſolum intelligitur omnis ſenſus, ſed etiam viſus interior ſiue ille fiat per argumentationem

tionem ſcientificam, ſiue per notitiam A intuitiuam mente ſola ſine ſenſu perceptam. ¶ Ibi.

Scire quis non dicitur id, quod nō poteſt probare ad hoc, quod teneatur denunciare propter edictum Superioris. ¶ Conſi. 4. de hæret. nu. 3.

Scire, quæ quis tenetur, vt Chriſtianus ſunt articuli fidei. præcepta legis Decalogi, & eccleſiæ Sacraméta, &c. ¶ Conſi. 8. de pœn. & remiſſ. num. 1.

Scire tantum, nec poſſe probare nō ſufficit ad incurrendam pœnam non denunciandi etiamſi eſſet crimen læſę maieſtat. Accurſ. in gl. l. vtrum. ff. de Patricid. Bartol. in conſil. quamquam. Felin. in cap. quantæ. de ſent. excom. ¶ Cap. inter verba. concluſ. 6. nu. 786.

In tali tamen caſu ille, qui nouit delictum præparatum, in conſcientia tenetur facere quod in ſe eſt ad impediēdum damnum, vel illud denuntiando Iudici ſi poteſt probare, vel ei dicendo vt teſtis, ſeu extraiudicialiter, tamquā ei qui poteſt prodeſſe, & non obeſſe ſiue monendo eum, cui damnum præparatum, vt cuſtodiat ſe ſuper illo. Et ſi opus eſt ad impediendum damnum nominare perſonam illius, id faciendum eſt. ¶ Ibi.

Scire cauſari in anima poteſt per uiſum interiorem, ſiue per argumentationem demonſtratiuam. l. ſcire. ff. de leg. ſiue per notitiam intuitiuam mente ſola, ſine ſenſu perceptam, qualem habent beati de ſua gloria, damnati de ſua pœna, & anima in corpore de multis actibus. ¶ Rub. de Iud. nu. 43. Scire Dei. Verbo Deus.

Scire quis poteſt ſe manere in morte non autem in vita verſ. Militia.

## *Scripta.*

SCripta in memorialibus, ſicut in rationibus non probant. Bald. in rub. de conſtit. ¶ Conſi. 18. de hæret. nume. 4.

Scripta ita, vt nō intelligantur pro non ſcriptis habentur l. 2. de his, quæ pro nō ſcrip. hab. ex qua colligit Bart. & alij paria eſſe non ſcriptum, & non intelligibile, quod dicendum etiam eſt de eo, quod multipliciter intelligi poteſt. ¶ Ibi. num. 5.

Scripta indigeſta, & non perfecta facta nec memoria fugiant, licet ſemper corrigere, donec fuerint edita. Quod multi etiam Sancti fecerunt, & ex illis nihil certi ſtatui poteſt. Vide Hier. Apolog. contra Ruff. & in Epiſt. B ad Pammachiū. Auguſt. quæſt. ſuper. Gen. Sotus in fin. 4. ſent. ¶ Ibi.

Scriptis dirigere ſua peccata ad memoriam iuuandam in confeſſione, & deinde reſcindere, nōeſt damnabile. ¶ Man. ca. 21. nu. 35. de pœn. diſt. 5. ca. fratres. num. 7.

## *Scriptura.*

SCriptura ſi referat aliam, non probat contenta in ea ſaltem ſi non exprimit illā. Auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. ca. 2. de fide inſtrum. l. in teſtam. de condit. & demon. ¶ Com. 3. de reg. num. 21.

C Scriptura priuata manu ſcripta, etiā religioſi niſi fuerit teſtibus munita, aut propria manu ſubſcripta nemini nocere poteſt. cap. 1. & 2. cum glo. Innoc. & alij de fide inſtrum. Decius conſil. 120. ¶ Conſil. 18. de hęret. nu. 1.

Scriptura, quæ parabatur ad teſtamentum non prodeſt, aut nocet niſi perfecta fuerit. l. ex ſcript. ff. de teſtam. ¶ Ibi. num. 2.

Scriptura vna per aliam interpretāda eſt. Auguſt. lib. 3. de doct. Chriſtiana. cap. 2. Vlpianus. l. 1. de reb. dub. eccl. verum. ff. de petend. hęred. Etiam ſi illa alia pars eſſet ſeparata. Auguſt.

Ibi.

Ibi.cap.26.& de Gen.ad litteram.ca. 1.Vlpianus.l.hæres.§.ſi quid.ff. de teſtament.& Alexand.conſil.69.¶ Ibid. num.10.

Scriptura ad probationem regulariter non eſt neceſſaria, ſed ad illam facilius faciendam.l.contrahitur.ff.de regnor.¶ Conſil.41.de ſponſal.

## *Scrupulus.*

† SCrupulus motio eſt ad vnā partem cōtradictionis ex leuibus, & multum debilibus coniecturis, & dicitur ſuſpicio, ſeu puſillanimitas ſpiritus.Silu.Verb.Scrupulus. & Verbo Opinio.

Scrupulus à dubio diſcernit, quia dubium eſt, quando intellectus nō magis inclinat ad vnam partem, quam ad alteram. Sed ſcrupulus, & apparentia, quæ intellectui repreſentatur contra id, quod ſcit, vel firmiter credit ita eſſe, vel cogitat verum eſſe. ¶ Conſi. 8.de pœ.& rem.Man. c.27. num.189. Rub. de Iud. nu. 43. de pœ.d.7.cap.ſi quis.à num.9.vſque ad 25.

Scrupulum, qui habet contra fidē non eſt dubius in fide, ſed qui de libertate, ita dubitat, vt nullam partem credat. Caie.&c. ¶ conſi. 1.de emp. & vend.num.2.

Scrupulus non eſt ſequendus, ſed fugiendus.¶ Manual.prælud.9.nume. 9.cap.27.nume. 282.

Scrupulus circa fidem contra voluntatem patientis veniale peccatum eſt. ¶ Com.c.inter verba concl. 6. nu.491.

Scrupulum habere, eſt habere argumentum, vel aliquam apparentiam cōtra id, quod quis ſcit, vel credit, operatur, vel dubitat ſecundum Gerſon. in tit.de Regim.mor.quol.3.¶ Com. cap. ſiquis autem de pœn.d.2. nu. 13.

Scrupulus eſt motiuū circa id quod

A ſenſis acceptum. Adrian.quol.3.& Gerſon vbi ſupra.¶ Ibi. nu. 64.

## *Scrupuloſus.*

SCrupuloſus Cōfeſſori ſuo probo, & docto credere debet, alioquin peccat, & facit habitum vitioſum, nō ſe quietandi, credendo autem à pœna excuſatur, licet erraret.¶ Conſi.17.de pœ.& rem.

Et ſi facit contra ſcrupulum conſcientię non peccat, immo meretur, & multum proficit. Antonin. 1. par. tit. 3.c.10.Silueſt.Verbo ſcrupulus.quæſt. 3.¶ conſil. quinto de emp. nume. 10.

B Scrupuloſus qui neſcit, quam partē horarum, aut Miſſæ recitauerit, ſcrupulum deponat, & credat illa pronunciaſſe: alioquin ſi dubius eſt repetat.¶ De pœn.diſt.7.cap.ſi quis.num.76.

Si non meminit ſe ſuperiori anno tale peccatum cōfeſſum, necne, credat ſe fuiſſe confeſſus, alioquin ſi dubius, eſt iterum confiteatur. ¶ nu.77.

Eligere debet partem minus tutam in his, quæ ſunt dubia, credendo illud minus tutū eſſe ſatis tutum, quamuis aliud ſit tutius.¶ nume.78.

C

## *Scurra, & Scurrilitas.*

SCurra, qui verbis inhoneſtis nimiam occaſionem ridendi, comedendi, bibendi perueniendo ad mortale affert, peccat mortaliter. ¶ Manual. capitul. 14.nume.38.

Quia per ſcurrilitatem veſtes valde impudicas, geſtat, vt ad luxuriam prouocet mort. peccat. ¶ Cap. 22. numero 123.

## *Secretum.*

SEcretum dicitur eſſe illud quod, vel à nemine, vel à tam paucis ſcitur, vt neque ſit famoſum, neque notorium ex mente S.Tho. 2.2.. q.70.ar.2.

ad

2. & Sco. 4. d. 21. Caie. 2.2.q.2.ar.3. A

Diuiditur autem, quia aliud eſt ſecretum, quod ab vno ſolo ſciri poteſt, qualis eſt actus interior animæ hominis. Aliud quod à pluribus, qualis eſt omnis actus exterior, qui nõ eſt famoſus, neque notorius. Et hoc ſecretum tres habet ſpecies.

Prima, quæ de ſe ſine vlla promiſſione ſcientem obligat regulariter ad celandum, vt omne occultum cuius detectio eſt nociua animæ, corpori, vel fortunis alicuius, ca. ſi peccauerit. 3. quæſt. 1.

Secunda, cuius celatio à ſciente, ſiue tacite, ſiue expreſſe promiſſa eſt. B

Tertia, ad quam celandam lex diuina poſitiua confeſſionis ſacramentalis obligat. Prima continetur in lege generali de non nocendo proximo. Secunda lege naturali de præſtandis promiſſis. l. 1. ff. de pact. Tertia lege diuina de ſigillo confeſſionis. ¶ Man. cap. 18. num. 52.

Secretum ſecundę ſpeciei nobis cõmiſſum ſi non vergat in graue damnũ proximi etiam ſuperiore præcipiente detegere non debemus † Vide com. c. Inter verba concl. 6. nu. 799. quoniam ibi hanc concluſionem probat per multa fundamenta. Si autem eſt primæ ſpeciei ſic. ſecundum Th. vbi ſup. C Et ſi eſt de occultis venialibus non obligat niſi ad ueniale. Si autem probabiliter dubitatur an ſit gratia ponderis ſecretum, mortalis eſſet illius detectio. arg. cap. ſi quis autem. de pœn. diſt. 7. ¶ Ibi.

Secreta pernicioſa ſemper reuelanda ſunt quia bono fuugitur officio, qui denunciat, quæ & quando, & cui, & quomodo oportet ſtratagemata damnoſa. Reip. aut proximo, ſicut probat cap. non inferenda. 23. q. 3. & cap. ipſa pietas. q. 4. Quod habet locum etiam in presbytero patranda ſcelera, & proditiones ſcita alia via, quam ex Confeſſore ſacramentali ſine periculo incurrendæ irregularitatis proteſtando ſe non intendere ſanguinis effuſionẽ. Caietan. 2.2. quæſt. 33. articul. 7. Etiam ſi iuraſſet nõ detegere. iuxta Innocent. cap. qualiter. el 1. de Accuſa. Panorm. cap. Delicta. de exceſſib. prælа.

Secreta vero, quæ non ſunt pernicioſa, qui reuelat, & maxime ſi ſunt Ciuitatis, aut exercitus, peccat mortaliter, etiam ſi id faciat metu tormentorum ſi inde ſequatur damnũ irreparabile, vt mors, vel membri mutilatio. ¶ Ibidem nu. 54. Vide c. inter verba. concl. 6. per tot. præcipue num. 561.

Secreta nulli noxia, etiam Iudice præcipiente non debentur propalate, iux. ſanctus Thom. 2.2. quæſt. 69. ar. 2. & etiam quando eſt noxium ſi alia via illam poſſunt excuſari. ¶ Ibidem nu. 60. vide verbo Reuelatio. verb. Crimẽ. Com. cap. Inter verba concl. 6. nu. 805.

Secretum confeſſionis in nullo caſu eſt reuelandum, quia debet quis potius mille mortes ſubire, quàm id detegere, ad quod tenetur Confeſſor interpres, laicus, in extrema neceſſitate, ſi illi facta fuit Confeſſio. Doctor à quo conſilium Confeſ. peritur. Qui ſe Cõfeſſarius finxit. ¶ Manual. cap. 18. nu. 51 Sotus de ratione tegend. ſecr. m. 3. quæſt. final. & omnes in 4. diſtin. 21. Et ratio eſt, quia res ad quemcunque tranſeat, cum ſuo onere tranſit. cap. ex litteris. de pigno. c. paſtoralis. de deci.

Quod ſi Canonum iura de ſacerdotib. loquantur, id factum eſt, quia frequenter, & ordinarie illis fiunt Cõfeſſiones. ¶ De pę. d. 6. c. ſacerdos. n. 47. & com. c. Inter verba concl. 6. nu. 560. Secretum nobis commiſſum, vt ſeruemus obligat nos omnis lex naturalis, diuina, & humana vt probat Sotus, de

rat. teg.m. 1.q.2.& Scotus 4.d.21.q.2. A
¶Com.ca.inter uerba concl.6.nu.799.

## Sæcularis.

† SÆcularis à ſeculo dicitur,& ſignificat generaliter Perſonã, qui non eſt Clericus,& diuino cultui emancipatus.

Secundò, ſignificat illum, qui non eſt alicuius approbatæ Religionis pro feſſus. Ideo & Clerici non Religioſi dicuntur ſæculares, addito tamen ver bo Clerici. Sed ſimpliciter prolatum hoc verbũ Laicos ſolũ comprehendit.

Sæcularis ſi poſſideat bona,quæ ha beant onus aliquarum Miſſarum, ſi ſimpliciter non ſunt Eccleſiaſtica, licet tali oneri ſint ſubiecta,ſecunda ſecundæ. quæſt.99. ar.9. Vel ſi ſint talia poſſidet tum virtute Bullæ Iulij ſecun di,non peccat.¶ Manuãl.c.25.num.8. B

Seculares miniſtri Iuſtitiæ capientes clericum in franganti crimine cũ intentione præſentandi illum ſuo ſuperiori,non ſunt excommunicati.Panorm. & communis in c.cum non ab homine. de ſen. exco. Et modo in capiendo modum non excedant. gl.cum tex.c.ſi clericus.eo.tit.li.6.¶ Manu.c. 27.nume.82.

Sæcularis, qui omnia reliquit propter Deum,non tenetur laborare, ſed poteſt iure mendicare, etiam ſi non ſtat Regularis, quod concludit Diuus Thom.diſputatiue opuſc.19. cap.5.& reſolute. 2.2. quæſtion. 187. ar. 3. de Religioſ.. C

Sed eadem etiam ratio militat de ſæculari,cum poſſit ſine alterius iniuria ſibi prouidere non laborando, ad quod nulla lex naturalis,neque diuina illum aſtringit. ¶ Com. ſecundo. de Regular. nume.37. Vide verbo laicus.

## Securitas.

SEcuritas eſt animi tranquillitas, & vacuitas anxietatis. Et hæc eſt, quæ parit negligentiam, quam damnat D. Hieron. ad cap. 9. Daniel. & Cicer.ad Attic. quando inhoneſta eſt per exceſſum, vel defectum curã hone ſtam, vel laudabilem excludens. Sed datur,& ſecuritas honeſta quę curam conuenientem rei gerendæ admittit, quam definiunt Philoſophi eſſe rectam, placidamque animi conſtitutio nem malorum pendentium cura vacã tem.Pſ.54.Iacta ſuper Domino curam tuam. Ma.th. ſexto. Nolite ſolliciti eſſe,&c.¶ de pœ.d.1.cap. prædixerat.

## Semen.

SEmen fœminæ eſſe,quid imperfectum in genere ſeminis,ait Caie. 2.2.q.154.ar.12.Et ideo non eſſe aptũ generationi,nec neceſſario requiri,ex Ariſt.1. de Gener. animalium. Th.3. p.q.31.ar.5.ad 3. Quare ad matrimonium non requiritur ſeminũ commix tio, ſed ſufficit coitus, & ſeminatio. ¶Conſi.3.de frig.& malefic. num.13. quod colligitur. capitul. vlt. de ſponſa.citatum,quo ad hoc à Panor.cap.2. eod.tit.de frig. & malef.

## Senſualitas.

SEnſualitas vis eſt ſenſitiua, quæ diuiditur in iraſcibilem, & concupiſcibilem. Concupiſcibilis eſt, per quam anima humana, quatenus conuenit cum ſenſitiua poteſt appetere,ſiue velle,vel renuere,aut nolle illa,quæ apprehendit conuenire per ſenſus exteriores ea ratione, quòd conueniant, vel non. Iraſcibilis autem eſt illa per quam audet reſiſtere illis per quæ impugnantur,vel impediuntur conueniẽ tia.¶Man.prælud.2.num.5.

Senſua-

Senſualitas licet non ſit tam libera, quam voluntas rationalis, non eſt tamen tam ſerua, ac membra exteriora, quia non obedit animo, ſed poteſt appetere contra illum, cum habeat ille dominium non deſpoticum, ſed regale ſuper illam 2. Polit. 3. Ideo dicit Caie. 1.2.q.7.ar.4. & ante illum Altiſiod.li. 2. tract. 18. quod omnis ſenſualitatis motus ſaltem eſt peccatum veniale. & S. Tho. vbi ſupr. ar. 3. ait ſenſualitatem poſſe eſſe ſubiectum pec. Sed contra tenendum eſt. quia motus ſenſualitatis naturaliter inſurgens, & præueniens omnem rationem, & voluntatem non poteſt eſſe neque veniale, vt ait D. Th. 2.d.24.ar.1.q.3. Quia malum eſt ex dominio voluntatis, & eſt motus primo primus. & motus ſecundo primus, qui durat poſtquam voluntas, poteſt repugnare ſenſualitati, licet cum difficultate eſt venialis. Solus autem deliberatus cum ei voluntas conſentit, poteſt eſſe mortalis, & venialis. ¶ Com. cap. ſuper tribus. de pœnit. diſtinct. 1. per totum.

Senſus exteriores ſunt quinque. Quorum vſus alius eſt ordinatus, & bonus, alius inordinatus, & malus. Primus eſt, quem omnes ei circunſtantiæ ad actum bonum circunſtant. Alter verò contra. Cui aliqua deeſt. Eſt autem mortalis cum illis mortalis peccati definitio conueniat. Quare qui videt, audit, tangit, &c. tranſgrediendo præceptum obligantem ad mort. mortaliter peccat. ¶ Man. c. 24 nu. 1.

## *Sententia.*

† SEntentia ſecundum Sanctum Thom. 3. d. 23. Eſt determinata acceptio alterius partis contradictionis. Vel vt diſt. 4. diſt. 35. Eſt applicatio iuris ad particulare factum. Et hęc proprie eſt ſententia iuris. Et eſt

A duplex quædam iuris, quando ſcilicet ſuper aliquo eſt factum ſtatutum ab eo, qui poteſt. Quædam hominis, vt quando Iudex iudicat inter partes. Silu.

Sentẽtia Iudicis omne ſi ſit iniuſta communiter valet cap. 1. 11. q. 3. & ca. cum inter. de re Iudic. niſi adſit aliquis defectus ſubſtantialis. cap. 1. eod. titul. ¶ Man. c. 9. nu. 1.

Sententia non omnis, quæ tuetur in foro exteriore, tuetur interiori. ¶ Cóſi. 4. de præb. nu. 2.

Sententia ſine cognitione lata moritur morte ferentis. gloſſ. recep. cap. à B nobis. el 1. de ſen. excomm. Panorm. c. pen. de cle. non reſid. ¶ De red. eccle. q. 3. Mon. 8. nu. 3.

Sententia cum ſit actus publicus, auctoritate, & ſcientia publica, & non priuata ferenda eſt, ideo qui contra facit peccat mor. d. Thom. 2. 2. q. 67. ar. 2. ¶ Man. c. 25. num. 9.

Sententia tam æqua, quàm iniqua appellatur Ius. l. ius plurib. ff. de iuſt. & iur. ¶ Com. de dat. & promiſſ. nu. 2.

Sententia lata contra non citatum, aut inauditum nulla eſt. ca. nos in quẽquam. 2. q. 1. Etiamſi feratur ab Imperatore. Clem. Paſtoralis. §. cæterum. de C re iud. Etiam à Papa. cap. 1. de cau. poſ. ¶ Conſi. 1. de ſen. & re iu. num. 3. Man. c. 25. nu. 9.

Sententia iniuſta non obligat in conſcientia ſecundum Inno. rece. in c. qu ia pleraque de imm. eccl. ¶ Conſ. 40. de præb. nu. 4.

Sententia lata contra ius dubium, vel obſcurum, non videatur nulla, vt late Fel. tradit cap. 1. de re iud. licet lata contra ius regulariter ſit talis. cap. 1. de re iudic. ¶ Conſi. 8. de rebus eccle. alien. nume. 4. Conſil. 20. de vſur. nume. 7.

Sententia nulla non eſt appellanda

ſententia neque parit effectum ſententiæ.l.4.§. condonatum. ff. de re iud. Et qui vult ſententiam nullam, non facit litem ſuam gl. memor. quæ eſt prima. in l. fi.ff. de uar. & extraor. cogn. ¶ de reſcrip.remed.2.

Sententiam definitiuam non dicitur inſcriptis ferre,qui illã uerbo fert, & latam ſtatim ſcribit, uel dum etiam fertur, facit in ſcriptis à Notario dirigi, ſecundum omnes.cap.fin.de re iud. lib.6.¶Ibi.6.cau.null.nu.9.

Sententia ſuper poſſeſſorio dicitur interlocutoria ex eo, quòd poſt eã alia plenior ſperatur.Definitiua autem appellatur ex eo, quòd totum negocium poſſeſſorij definit ob quod ſic appellatur à gloſſ.ſing.capi.conſultationib. de offic.delega.¶Cap.Accepta. fol.oppoſ.2. num.2.

Sententia qua iudicatur, ut titulus agentis ſuum ſortiatur effectum,uidetur lata ſuper interdictum adipiſcendæ non recuperandæ.¶Ibi.ſol.oppo.3. num.3.

Sententiarum trium conformium executio non impeditur per reſtit. in integrum etiam eccleſiæ,uel minoris. Caſſad.dec.1.de reſt. in integ. ¶ Ibidẽ fol.1.nu.15.

Sententia per lapſum decennij, tranſit in rem iudicatam. Auth. hodie. C. de appel. & c.cum ſit Romana. eodem tit.¶Conſi.44.de Regul.num.2.

Sententia Papæ præfertur ſententię aliorum qui ſunt in Concilio.Io.And. per ca.ſignificaſti.de elect.¶Conſil.1. de his quę fiunt à maio.part.cap.

Sententia maioris partis ſententiæ collegialiter præfertur.l. quod maior. ff.ad munic.& ponitur pro regula à gl. in c.cum omnes.de conſt.¶Ibi.

Sententiæ executio in criminalibus ſtatim facienda eſt.iux.gl. in cap. cum apud 2.q.2.& in cap. quærenti.de off.

A deleg.alioquin daretur mora damnato conſciſcendi ſibi mortem.¶ Conſi.16. de pœ.& remiſ.num.2. & 12.

Sentẽtia diuitis ob adulteriũ coniugis diſſoluitur alio adulterante etiam ſecrete.Verbo Adulterium.

Sententia ſuper matrimonio lata, non ideo tranſit in rem iudicatam, ut conſtito de colluſione retractari non poſſit.iux.ca.lator.& cap.Tenor,de re iudic.¶ Conſ.23.de ſponſ. num.4.Habetur autem pro re iudicata, ſi ab ea non appelletur per eadẽ iura. ¶ Conſi. 8.eodem.Et reuocanda eſt dato à parti bus impedimẽtò irremiſſibili per not. ibi.Ibi.

B Sententiæ latæ à quibuſdam ſuper aĩalia irrationalia principium habuerunt laude dignum, fines verò ſuperſtitioſos.Et ideo liberãt virtute potius malorum,quam bonorum angelorum. ¶ Conſi. 5. de ſen.exco.

Sententia excommunicationis, & ſuſpenſionis iniuſte lata à iudice com petente regulariter valet. ¶ Verbo excommunicatio.

Lata ſine competenti monitione regulariter tenet,niſi feratur à delegato. Rota deciſ. 139. quæ in nouis decima. de ſen.exco.quam ſequitur Fel. ca. ſacro.eodem ti. Sed eſt opinio ſine vali

C do fundamento.¶ De reſcrip. 6. cauſ. null.num.7.

Sentẽtiam ſuperioris iniuſtam, qui ſcienter exequitur peccat mortaliter. ¶ Manua.¶ cap.25. num. 14.

Sententia condemnatoria, quæ in perſonam regularis fit referenda eſt in monaſterium Ioan.And.ca. dudum,de conuer. coniug. & alij. in auth.cauſa. ¶ Com.2.de reg.nu.67.

Sententia condemnatoria hæretici etiam cum traditur curię ſęculari in eccleſia debet ferri cum ſit quid ſpirituale, & ad ſpiritualiter exercenda in eccle-

eccleſia.c. in nomine domini. 23. diſt. A Et eſt cauſa fidei, ideo in eccleſia tractanda.cap. conueniet. 23. q.8. Et hoc ſeruatur in Vrbe, & Direct.Inquiſit.3. par.ſub finem 11. & 12. modi ferendi ſententiam ſuper hæreſi tenendo contrarium errat. Quia hæc non eſt ſententia ſanguinis cum rogetur iudex, ut citra ſanguinis effuſionem traditum tractet. Et licet in Hiſpania id extra eccleſiam fiat id tamen fit ad maiorem ſolemnitam. ¶ De oratione cap. 5.nu.42.

Sententia ſanguinis in eccleſia fieri non debet c.cum eccleſia.de imm.eccl. ¶ Ibidem.

Sententiã in quolibet loco arbiter B ferre põt. Ver. Arbiter. & verb. Iudex,

## *Sepultura.*

SEpultura dupliciter accipitur. Primo pro iure ſepeliendi aliquem in cæmiterio, competens alicui ex Pontificis aſſignatione.argumen.cap.eccleſia.14.queſt.prima.

Secundo pro ipſo officio, quod impenditur corporibus funerandis. Tertio pro ipſo loco in quo aliqu is eſt ſepultus, uel ſepeliendus. Qui locus cum ſit ſepulturæ deputatus authoritate pontificali religioſus eſt.ca.abolendę. de ſepul.Silue.

Sepulturæ locus dari poteſt tribus modis. Primo, vt is cui dat̃ fiat Dominus, & hoc modo nulli dari poteſt etiã cum authoritate Epiſcopi, quia eſt res ſacra. Secundo, vt habeat ius ſepeliendi in eo mortuos ſuos, & impediendi ne alij ibi ſepeliant, & ſic poteſt dari cum authoritate Epiſcopi cum cauſa iuſta ſeruata forma de rebus eccleſia. non alienandis aliter non.cap.ſine exceptione.12.q.2. Tertio, vt poſſit ſepelire aliquẽ in eo, & poteſt dari à quo libet habente liberam ſepulturam, vel ius admittendi ad ſepulturam. Clem. dudum. de ſepultur. libr. 6. ¶ Conſil. 2.de ſepult.

Sepulturæ electio eſt actus pertinẽs ad vltimam voluntatem, quod doct. affirmant in cap. licet.de ſepult.lib.6. ¶ Conſi. 1.eodem tit.

Magis prohibetur fieri pro viuo, quam pro mortuo.argumen. cap. 1. de ſepultur.lib.6. ¶ Ibidem.

Eſt quoddam ſpirituale, ad quod nõ ſe poteſt extendere patria poteſtas.ca. ſi annum.de iud. lib.6. ¶ Ibi.

Sepulturam filio impuberi pater eligere non valet, niſi conſuetudo terræ hoc habeat. d. cap. licet. de ſepul.lib. 6. ¶ Ibid.

Sepulturam honorabilem deſiderare, vel eligere aliquo bono fine, vt ſcilicet illi, qui vident pro illo rogent, bonum eſt, & ſanctum. De orat. cap. 18.num.8.

Sepultura carere debet, qui ſeipſum occidit cum id vere conſtat eũ feciſſe. ca.placuit.23.quæſt.5. In dubio autem de nullo, id eſt præſumendum.leg.merito. ff. pro ſocio, & capit.2.de regul. iur. ¶ Conſil.6. de teſtam.

Sepulchrum Domini viſere nemini ſine licentia Papæ conceditur. Anton. 1.p.ti.20. ca.3. §. 4. ¶ de Iubil.Not.3. C nume.2.

Sepeliendus eſt in loco ſacro infans baptizatus, etiam ſine ſolemnitate. Hoſtien.in ſum. de conſecr. eccl. quia eſt vere Chriſtianus. ¶ Conſi. 2. de baptiſmo.

Omnis Chriſtianus regulariter ſi fieri poteſt. iuxt.tex. & gl.ca.ex parte. de ſepult. ¶ Conſi.6. de teſtam.

Qui contritionis ſigna dedit. Verbo Contritio.

Sepeliendus eſt in loco ſacro, qui confeſſus eſt in Quadrageſima, & in Paſcha communicauit, niſi conſtet in notorio peccato mortali deceſſiſſe.iux.

glo. cap. ex parte. el 2. de ſepult. Idem dicendum de excommunicato ſi conſtat, quod in mortis articulo à Confeſſore fuit abſolutus. cap. fin. de ſepult. ¶ Conſil. 3. eod. tit. Idem de excõmunicato etiam culpabili, qui non erat denunciatus, quia tali poſſumus cõmunicare, & viuo, & mortuo, per extrauag. ad euitanda relatam in Manual. ca. 27. nu. 35. ¶ Conſil. 24. de ſent. excomm. num. 3.

Sepelire in loco ſacro aliquem notorium peccatorem, non licet. capit. quibus. 13. q. 2. Neque cogere aliqué, aut inducere ad accipiendum ſepulturam in ſua eccleſia, aut quam accepiſſet non mutandam. ca. 1. de ſepult. lib. 6. ¶ Manual. cap. 25. num. 132.

Sepeliendi ſunt amentes, & paruuli cum eodem genere officij ſi amentes ſemper fuerunt, quia eadem ratio de vtriſque perſuadet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. c. dudum. el 2. de elect. Cum nõ peccauerint, vel peccare potuerunt pluſquam paruuli, niſi dubitauerimus an habuerint vſum rationis ad peccãdum ſufficientem. ¶ De orat. cap. 22. num. 26.

Sepelientes excommunicatum, vel vſurarium ſunt excommunicati, quando ille eſt denunciatus, & publicus iſte, & ſepelitur in loco ſacro. Et incurrit illam ſolus ille, qui corpus adaptat in ſepultura. gloſ. Clem. 1. de ſepultura. Et qui ſcienter, & præſumptiue id facit. ¶ Manual. capit. 27. nume. 137.

## *Sequeſtrum.*

SEqueſtrum poſitum in caſu Clem. 1. de ſequeſt. Concordia partium non tollitur, donec iudex declaret eſſe ſatisfactum. Innoc. in ca. cum bonæ. de ætat. & qual. ¶ Conſi. 1. de ſequeſtr.

Sequeſtrum infringens inductum ſuper beneficio ab ordinario inductũ A oblatam in curia Rom. vnam ſententiã definitiuam ſuper poſſeſſione eiuſdem excommunicatur. Clement. prima. de ſequeſtr. ¶ Manual. cap. 27. num. 137.

## *Sermo.*

SErmones morales vniuerſales, minus utiles ſunt, quia actiones in particularibus, & de particularibus ſunt. Tho. in principio. 2. 2. poſt Philoſophum in Moralibus. ¶ Conſi. 1. de Apoſtata. & conſil. 1. de Regular. vide verſ. Locutio.

## *Seruus, & Seruitus.*

B SEruitus hominis ad hominem, nulli iure naturæ fuit inducta, quia eſt contra naturam. l. libertas. ff. de ſtatu homin. §. ſeruitus. Seruitus verò hominis ad Deum iure diuino & naturali inducta eſt, & ſupernaturali probatã, eſt enim per ſe notum vnamquamque rẽ debere ſuo modo ſubeſſe principio ſuæ eſſentiæ, de approbatione vero legitur Deuteron. 6. Eccle. 2. Matth. 4. Pſalm. 2. ſimiliter ſeruitus, quam debet Ignorans ſapienti lege naturæ eſt inducta. Ariſto. 1. Politic. Quare incau-
C to loquitur glo. 1. cap. ita quorundam. de Iude. quæ aſſerit ſeruitutem hominis ad homine iure naturæ inductam, & melius Goffr. in ſumm. ti. de Iudæ. §. fina. dicit inductam fuiſſe iure diuino. Confirmata iure gentium, probata iure Pontificio. Sed verius eſt dicere eam ſacris literis notificatam. Inductã vero ſententia hominis, ſcilicet Noe caſtigantis filium Cham. Et ideo non erit inuenta per ius gentium, neque Lacedæmoniorum, ut ſignificat Plin. lib. 7. cap. 56. Neque obſtat. l. ex hoc. ff. de iuſt. & iure, quia illa eſt lex Hermogenis Pagani, non cognoſcentis diuinas literas. Ad Iſidorum cap. ius gentium. 1. diſt. dicitur intelligendum eſſe

de

de approbatione, vel & melius de ſerui A tute illius, qui i bello capitur. ¶ Com. de Iud. Not. 2. num. 1.

Sententia, prout eſt quędam determinatio pœnę alicuius delicti, eſt iudicis, vel iuris Pontificij, aut ciuilis humani poſitiui, & naturalis, quia vt ait Thom. 4. d. 36. Ius naturale, dictat pœnam pro culpa eſſe infligendam. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. determinatio vero ad iudicem pertinet. Et ideo prout eſt pars pœnæ, eſt determinatio iuris Pontificij, Ibi. nu. 15.

Seruus non poteſt regulariter agere, neque cõueniri ratione contractus. l. vix. ff. de iud. ¶ Com. 2. de Reg. nu. 29.

Non poteſt licite intrare Religionem, ſine conſenſu Domini. c. ſi ſeruus. 54. diſtinct. quia cum ſit res aliena, nõ poteſt de ſe diſponere. ¶ Conſi. primo. de Regular. num. 5.

Seruus naturaliter obligatur ſine ſui domini conſenſu ad acquiſitionem ciuilem, & efficacem, & naturalem inefficacẽ. l. naturaliter, et l. ſi id quod. ff. de cond. ind. ¶ Cõſi. 2. de reg. nu. 42.

Inſtitutus hęres non ſibi, ſed domino acquirit. leg. cum proponas. C. de heredib. inſtitu. & toto titul. Inſtit. de hæred. qual. ¶ Ibid. num. 43.

Non poteſt teſtari, neque per ullam voluntatem ultimam aliquid relinquere. cap. illud. 13. quæſtio. 2. l. ſeruus ſucceſſor. C. de commun. de ſucceſſ. ca. licet. de ſepult. lib. ſexto. ¶ Ibidem.

C Poteſt deligere ſepulturam. arg. ca. de vxore. de ſepult. & Hoſtienſ. ibi cõmuniter recept. ¶ Ibid.

Poteſt conſtituere procuratorem, ſecundum Bal. in l. ſeruus. ff. de alim. & cib. leg. num. 67.

Seruus ſciens inſidias factas domino, & , non iuuans, cum poſſit vltimo ſupplicio. eſt puniendus. glo. in cap. ſi forte. de pœnit. diſtn. 1. ex l. fin. C. ad ſyllanian. Si autem neſcit, ſufficit ut adducatur in teſtem, dicto cap. ſi forte. & l. ſi quis in graui. ff. ad ſyllanian. ¶ De pœniten. diſtinct. 1. cap. ſi forte.

Seruus fugitiuus tenetur redire ad dominum, niſi aliqua iuſta cauſa illum excuſet, vt timor perdendi vitam. Et tunc tenetur habere propoſitum ſatisfaciendi, quam optimo modo poteſt, & quàm citiſſime. ¶ Conſi. 1. de ſeru. non ord.

Seruus deputatus ad colendum aliquod prædium in prohibitione alienationis uenit. Panorm. cap. Nulli. de rebus eccl. alien. ¶ Conſi. 6. eodem tit.

B Serua meretricis non conſentiens, neque cooperans in peccato, poteſt in multis ſeruire, ſine quibus illa non peccaret. ¶ Conſi. 6. de pœnit. & remiſſ. per tot.

Serua, quam dominus ſuus abutitur fugere poteſt, ſi non poteſt illi reſiſtere, ſicut vxor, quam maritus ad mechãdum trahit. cap. ſi infidelis. de conuerſ. Immo poteſt, compellere, vt eum vendat, cum poſſit id facere ob aſperum cruciatũ corporis, qui leuius eſt, quàm animæ. l. iuſtiſſimo. ff. de ædil. edic. cap. præcipimus. 12. q. 1. ¶ Manual. capi. 16. num. 21.

Seruus occulte accipiens aliquid à domino ad comedendum peccat. Si ad donandum, vel vendendum, tenetur etiam ad reſtitutionem. Et ſi minutatim accipit ſine intentione prouenien di ad magnam quantitatem, peccat venialiter, ſi cum tali intentione mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, ad quam etiam tenetur ſi peruenit ad talem quantitatem non peccando. ¶ Manual. ca. 17. num. 139.

Seruus contrahens Matrimonium. Vide verbo Matrim.

Seruum ſe tradere pro facienda reſtitutione poteſt homo facere, quia

nulla eſt lex,quæ id prohibeat.¶ Man. A
c.17.nu.88.Verbo Liber.

Seruum alterius qui occidit,tenetur ad tantundem,quanti valet.¶Cap.15. nume.22.

Seruus non lucratur ſalarium pro tempore,quo ęgrotat.gl.in fine vno.§. cum quidam.ff.locat.¶Ca.17.nu.108.

Seruus non eſt dominus eorū, quæ conſumit.l.id veſtimentum.ff.de pecu. ¶ De red.eccl.q.1.Mon.12.nu.2.

Seruus poteſt adminiſtrare quæſita ex peculio ac ipſum peculium,vt filius familias,verſ. Filius. B

Seruus derelictus, & nondum occupatus ab alio non eſt ſeruus, quia eodē momento, quo derelictus eſt, fit liber iux. §.& multo potius Auth. de Nupt. & intelligitur tex, tam de languente, quàm de ſano quia eodem ratio militat vtrobique. Neque contrarium dicēdum eſt per l.Quod ſeruus ff.de cōiug. ſer.& l.fin.ff.pro derelicto, vt dicit gl. ibi communiter recepta,quia ille leges loquuntur de derelicto, qui conſentit, ſe occupari ab alio.¶Com.3.de Regul. nu.44. Quare ex hoc intelligitur,quòd non inuenitur ſeruus ſine Domino.

Seruus contra Dominum regulariter non poteſt in teſtem vocari per l.1. C
§.D.Antoninus, ff. de quæſt. ſed fallit in aliquo caſu propter atrocitatem delicti per l.ult.C.ad l.Cornel. de ſiccar.vt gl.ibi recepta.¶ Com. c.ſi forte. de pœ.d.1.nu.1.

Seruus, qui non iuuat Dominum periclitantem morte eſt puniendus. l.vltima,C. ad Sillanianum, quando ſcilicet ſcit illi eſſe tenſus inſidias, & poteſt iuuare. ¶ Ibi.nu.3.

Seruo, qui grauiter deliquit Domino exortante, pœna mortis in minorē admutāda eſt.l.ſeruos, C.de vi public. ¶Com.cap. ſi quis necandi. de pœnit. diſt.1. num.7.

## *Sica, & Sicarius.*

Sica eſt cultellus, ſeu forma cultelli breuioris,quem vulgus Daga, vel pugnale vocat à ſecando dicta. Et Sicarius appellatur, qui eo vtitur ad occidendum.iux.gl.in c. is qui. de poe. d. 1.deſumptum ex l. 7. C. ad leg. Corn. de ſicar.¶ De pœn. diſt.1. ca.is qui.

## *Sigillum.*

Sigillum nihil aliud eſſe dicitur, quàm obligationem,ſeu debitum occultandi aliquid.Nam ſicut ſigillum proprie continet occultam rem in carta,vel tabula obſignatam.l.1.§. fin. & l.cum ab initio. ff. quemadmodū teſt. aper.Ita obligatio ſeruandi aliquod ſecretum efficit,ne illud ſit manifeſtum. ¶ Manu.cap.8. nu. 1. Eſt autem dupliciter ſecreti,de quo.Verb.ſecretum: & verb.Reuelatio,& Confeſſionis.

Eſt autem ſigillum Confeſſionis debitum celandi peccati in confeſſione auditum lege diuina inductū, ad quod tenetur ſacerdos. Primò,quia naturæ iura præcipiunt, vt ſecretum commiſſum non reueletur. Secundò,quia cum vices Dei gerat facere debet, quod Deus faceret, vult autem Deus delicta occultari, & ideo cum ipſe condonat tegere dicitur.Pſalm.31. Tertiò, quia ſine tali ſigillo confeſſio, vel non poſſet omnino, vel ſaltem commode non poſſet ſubſiſtere,& ideo Chriſtus, qui illam inſtituit, videtur ſaltem tacite inſtituiſſe iſtud ſigillum, quod ſentit Thom.Ideo magis eſt ſeruandū,quàm ſigillum ſecreti,quia in nullo caſu prę terquàm in vno eſt infringendum. Et qui id facit grauiter peccat, quacunq; de cauſa id faciat, agens contra duas leges,nempe contra diuinam naturalē reſerando ſecretum,& contra diuinam poſitiuam manifeſtando peccatum, dū iniu-

iniuriam facit ſacramento. ¶ Com.ca. ſacerdos.de pœn. d.6.

Sigillum hoc tenentur ſeruare non ſolum ſacerdos, vt determinat c. ſacerdos de pœ.diſt.6. & ca. omnes vtriuſque.de pœ.& remiſſ.Sed etiam omnes alij,qui vel accidentaliter, vel ſponte, aut neceſſario peccata ad confeſſionem pertinentia audiunt,verbo ſecretum.

Sigillum hoc comprehendit omnia peccata mortalia,& venialia, nec non circunſtantias voluntariè,vel neceſſario confeſſas, & alia omnia, quæ licet peccata non ſint,ſunt tamen talia, per quæ detecta,detegi poteſt directe, vel indirecte generaliter, vel ſpecialiter peccatnm confeſſum.c.omnis vtriuſq; ¶ Man.cap.8.nu.3.c.ſacerdos.num.51.

Hinc ſequitur,quod multi ſunt fractores huiuſmodi ſigilli aduertentes, vel non aduertentes ob ſua dicta. Primo,qui dicit Nego tibi Euchariſtiam, quia habes peccatum reſeruatū à quo non poſſum abſoluere. Item qui dicit ille confeſſus eſt mihi multa,& magna peccata, ille qui petit conſilium ſuper aliquod peccatum in confeſſione auditum ab eo,qui vidit illum ſtatim confiteri.Sacerdotes iocantes, qui conferunt inter ſe confeſſiones auditas.Qui dicit. Ille optime confeſſus eſt. Illius confeſſio mihi non ſatisfecit. Qui publico concubinario publice petenti Euchar.denegat eo,quod eum non abſoluerit,non autem ſi negat tanquam publico concubinario.

Sigillo fractor videtur,qui dicit illū talem non abſolui,quia & ſi id ob multas cauſas poſſit accidere,vt Caietanus argumentatur, attamen frequenter id euenit ob excōmunicationem, aut impœnitentiam, &c. Qui dicit tale peccatum audiui in confeſſione, ſecūdum Panorm.cap.omnis vtriuſque,quia illud cap.de peccato tantum, & non de

A peccatore loquitur, ſed ſi ſacerdos id faciat cum magna cautela, ſecundum Palud. & communem 4. diſtin. 21. Et Adrian.Contrarium eſt tenendum. Et licet illud cap. de peccato ſimpliciter loquatur, id tamen facit per relationē ad pœnitentem, quare niſi reuelatio reducatur ad pœnitentem,talis prolatio(& ſi ſecundum Silue. ſit periculoſa)non tamen facit ſigilli fractionem. Non propterea tamen facienda eſt niſi à grauiſſimo viro. Et ideo Panormitani ſententia,ferè ſemper ſeruāda eſt.

Sigillum Confeſſionis aperire non poteſt ſacerdos,niſi vno caſu. Non propter hæreſim commiſſam,vel committendam, vt omnes probant 4. diſt. 21. Caietan. oppoſ. 25. quæſtio. 15. lib. 1. tract.21. B

Non propter quodcunque nouiſſimum crimen committendum, quando peccator de illo non pœnitet, vt videtur ſentire Panorm. cum communi in dicto cap.vtriuſque. Alex.4.par.q. 74. Silueſt.verbo Confeſſ.3.quæſt.5.Quia contra ſentiunt Innoc. Thom. Palud. Scotus,& omnes ferè 4.diſt.21. Quoniam & ſi confeſſio non mereatur abſolutionem, eſt tamen ſacramentalis, ideo perſona eſt occultanda.iuxta Bonauent.4.diſt.21.Hoſtien.Turrecrem, Caietan.& alios. C

Debet tamen in tali caſu facere omnia,vt crimen diuertat,quod niſi facere poſſit abſtineat,moneatque præſidē, vt vigilet ſuper gregem.

Non de licentia Papæ, quia eam Papa dare non poteſt etiam propter magnam Reipub. vtilitatem, quia ſuper legem diuinam non poteſt diſpenſare, licet poſſit in aliquo caſu declarare.

Sed tantum facere id poteſt de licentiam confitentis.Thom.4.diſtinct.21. quod ſequitur Palud. & alij. Roſell. Supplem.Silu.& Antonin. 3. par. tit.

22.Ar-

1\. Archidiac. & Alex. in cap. ipſi apo- A ſtoli. 2.q.7. & alij. in cap. ſignificaſti. de adult. Contra tenent Scotus, Bonauent. Durand. & Pariſienſes 4. diſt. 21. Angel. Verbo Confeſſor. §. 5. qui pro ſe citat Aureol. & Landulphum, quia ſigillum hoc non eſt inductum in confitentis fauorē, ſed totius populi Chriſtiani ne retrahantur à confitendo, cui fauori non poteſt confitens priuatus renunciare.

Secundo, quia non ſcit ſacerdos vt homo, ſed vt Deus, quare neque de licentia confitentis poterit de delicto confeſſo teſtificari.

Sed prima ratio nō concludit, quia nihil detrahitur illi publico fauori. Neque ſecunda, quia tunc incipit ſacerdos ſcire, vt homo iuxta Sanctus Tho. Vt autem licentia illa ſacerdoti collata ſit valida, & poſſit inducere illum ad ſigillum non ſeruandū primo oportet, vt non ſit facta per metum à ſuperiore illatum, quia non ſufficeret, vt exprimunt Palud. & Anton. ſecundo, qđ redūdet reuelatio in ſuam vtilitatem, vel temporalem. cap. Domino ſancto. 91. diſtin vel ſpiritualem, vt cum caſus eſt perplexus ne ſatis aperte ſine illius expreſſione ſolui poſſit. ¶ Man. ca. 8. & dicto cap. ſacerdos. de pœni. diſt. 6. per C totum.

Sigillum non tenetur ſeruare ille, cui ſecretum aliquod pernitioſum cōmiſſum eſt, etiam ſi diceret dico tibi id in confeſſione. etiamſi genuflecteret & confeſſionem generalem præmitteret ſine propoſito manifeſtādi alia ſua peccata, & abſolutionem accipiendi. Inno. & Panor. cum communi. cap. omnis de pœn. & remiſſ. Quia talis reuelatio non eſt ſacramentalis, ideo non magis obligat, quam aliud in confeſſione communicatum. Sot. de rat. teg. ſe. 2.q.7. & clarius Caiet. 2.2.q.70. ar- 1. ¶ Com. capit. Inter verba concl. 6. num. 621.

## Signatura.

Signatura gratiæ ſola Gallis, quo ad vtrunque forum prodeſt. Gallia enim ſeruat ius antiquum, iuxta quod gratia ſine litterarum expeditione valet. Clemen. Dudum. §. final. adiuncta gloſſ. de ſepult. & alia citata per Felin. Rub. de conſt. ¶ conſ. 32. de temp. ord. num. 3.

Signatura ſola dat ius ſecundum receptam ſententiam fundatam. d. Clemen. dudū, & ca. Inſtitutionis. 25.q.2. B ¶ Conſi. 1. de crim. falſi.

Signaturæ, ſeu ſupplicationes ſignatæ non veniunt appellatione litterarū Apoſtolicarum in materia odioſa, alioquin nomen ſignaturæ ſuperflue adiūgeretur in Bulla Cœnæ, & cap. ad falſariorum. de crim. falſi. ¶ Man. cap. 27. num. 62. & capitul. Accepta. oppoſ. 8. num. 23.

Signatura ſola, an ſufficiat ad gratiam. Vide verbo Gratia.

## *Signum, vel Habitum Iudæorum, vel Saracenorum ferre, quando mortale. verbo Iudæus.*

## *Silentium.*

Silentium eſt robur animæ ad ſpiritualia properantis, ait Bernard. in epiſt. 341. ¶ De ora. c. 17. nu. 17.

Quam ſit laudabile, docent multa Prudentium dicta. Iacob. 1. Omnis hōmo tardus ſit ad loquendum. Et illud. Silentium totum præmium. Et illud: In

In bucca clauſa non intrat muſca. Et Horatius; Silendo nemo peccat. Et Menander; Silentio nihil vtilius. Simonides, Nulli tacuiſſe nocet. Xenocrates; Sæpe locutum me pœnituit ſiluiſſe nunquam. ¶ Capi. Inter verba. prælud. 2.

Silentium ſuapte natura non eſt, neque bonum, neque malum, ſed eſt indifferens cum tale poſſit habere obiectum. Ideo ex circunſtantijs penſandum eſt.

Malum enim ſilere eſt, quando præcipue eſſet loquendum, ſicut & loqui malum, quando eſſet tacendum. Greg. c. ſit Rector. 43. d.

Sit Rector diſcretus in ſilentio, vtilis, ac cautus in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeat. Idem Bernardus de triplici cuſtodia. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 1. ad tertium. Anton. 1. par. tract. 2. c. 4. Sed non ſufficit circunſtantia temporis, niſi & adſit circūſtantia finis, loci, perſonæ, &c.

Silendum enim eſt, quando, quomodo, cui, quare, & vbi oportet. ¶ Vbi. ſupra.

Silentium præſertim cum ad diuina præparantur, aut illa recitamus, laudabilisſimum eſt. ¶ De oratione. c. decimoſeptimo. num. 15.

Silentium etiam firmum in diuinis vix poteſt nobis conferre timorem, & reuerentiam ſufficientem ad colligendos noſtros cogitatus, & auertendus ab extrarijs. ¶ Ibi. nu. 19.

Silentium per tempus immemoriale obſeruatum titulum confert. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & c. ſuper quibuſdam. de verb. ſignifi. ¶ conſi. 1. de reb. eccleſ. alien.

Silere, non niſi in cauſis expreſſis gratiam vitiat, ideo illæ indicandæ sūt ¶ Conſi. 2. de conſang. nu. 3.

Silere verum, vel falſum exprimere, & ſi non ſit ſimonia. facit tamen gratiam ſubreptitiam. ¶ Conſil. 74. de ſimonia. num. 5.

Silere virtutes alicuius cum interrogatus debet illas manifeſtare inferendo notabile damnū peccatum eſt. ¶ Cap. Inter verba. concl. 6. nu. 14.

Silentium Carthuſianorum, vt Maximum. Vide verb. Carthuſia.

Silentium Monachorum Aegypti, dignum eſſe imitatione, ſcribit Caſſia. quod erat tale, ut cum ad pſallendum conuenerant, & ſi innumeri eſſent, attamen nullus alius præter Pſalmi præcentorem ibi adeſſe uidebatur. ¶ De oratione. c. 16. num. 3.

## *Simonia.*

Simonia cuius nomen à Simone mago deducitur, qui ſpiritus Sancti gratiam ſeu poteſtatem illum conferēdi emere volebat: Eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi ſpirituale, vel aliquid illi annexum, ſecundum gl. ſolemnem in ſumma. 1. q. 1. recepta ab omnibus ibi, & in ſumma de ſimon. & à Theol. 4. diſt. 25. & Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1. Ex qua definitioue apparet, quod radix malitiæ ſimoniæ in actu interiori vloluntatis conſiſtit. iux. D. Th. 2. 2, q. 20. Secundo, quod temporale, quod ob ſpirituale debet dari pro precio, vel intereſſe formaliter, vel æquipollenter. Tertio, quod quam rebus ſpiritualibus, & ſacris tantum committitur, vel in eo, quod eſt annexum rei ſpirituali. Quid autem ſit res ſpiritualis dicetur in Verb. Spiritus. In rebus autem ſpiritualibus non ſacris, quæ ſunt naturaliter acquiſibiles non committitur, vt in venditione artis, uel conſilij, & ſi gloſſ. c. non liceat. 2. quæſt. 5. Contrarium, & male ſentiat. ¶ Manua. cap. 23. num. 100. ¶ Conſi. 24. de ſimonia. num. 4.

Simonia duplex eſt, altera prohibita iure diuino, ut uoluntas emendi, uel uendendi uere ſpiritualia, uel ſint diuinitus data, uel ab Eccleſiaſtica poteſtate diuinitus accepta. Altera prohibita iure humano, ſed per poteſtatem ſibi diuinitus traditam in collatione, & renunciatione benef. in quibus adeſt uoluntas faciendi, uel recipiendi illa cum conditionibus modis, uel pactis alias licitis, niſi ab Eccleſia prohiberentur, & ideo poteſt fieri abſque interuentu pecuniæ numeratæ, ut cõſtat in multis caſibus, in quibus datur, uel relinquitur ius ſpirituale cum onere, ut fiat aliquid, quaſi pro precio rei ſpiritualis, uel cauſa principali immediata eam habendi, quod prohibetur in c. ſicut. el 3. & cap. non ſatis. de ſimonia. & cap. quam pio. 1. quæſt. 2. & cap. fin. de pactis.

Hinc ſequitur, quod ſimoniam nõ facit cauſa minus principalis, ſed principalis tantum, quæ autem illa ſit. uide Verbo Cauſa. Ideo, qui prælato inſeruit minus principaliter ob ſpem beneficij, nõ eſt ſimoniacus, ut ait Adrian. quol. 9. ar. 2. Cum liceat etiam Deo ſeruire ſecundario ob temporalem remunerationem. cap. conſuluit. 74. diſt. gl. cap. quid proderit. 19. diſt. Neque, qui dat, aut recipit ob ſuſtentationem neceſſariam miniſtri, quo ad utrunq; forum. Neque pro pœna, & expenſis pro excommunicatione. Neque ob uexationis redemptionem. tex. ſing. in c. dilectus. de ſimon. Neque pro eleemoſina, Amicitia. Obligatione exercendi munus Vicarij, Capellani, Concionatoris, etiamſi principaliter accipiatur pro precio, quia talis obligatio non eſt acceſſoria actibus Miſſandi, iudicandi, concionandi, &c. ¶ Vbi ſupra.

Simonia iure diuino non committitur ſine intentione, neque iure humano ſine pacto. c. tua cum gl. & doct. de ſimon. ¶ Conſ. 50. eod. tit.

Simonia rurſus triplex eſt, ſeu triplici modo committitur. Prima mente tantum, & dicitur mentalis citra omnem conuentionem. Secunda, conuentionalis. Tertia, realis. Prima, rurſum eſt duplex, una quæ non peruenit ad dationem, altera, quæ ad illam peruenit, & utraque eſt peccatum mortale, nulla tamen ad reſtitutionem obligat licet de Secunda, contrarium teneant Maior. 4. diſt. 25. q. 1. Adrian. quol. 9. Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. ar. 1. Qui tamen redarguuntur per c. fin. de ſimonia, quem uſque in hodiernum diem omnes tam Theol. quam Canon. pro hac parte interpretantur, inter quos eſt Innoc. 4. & Silue. q. 20. Qui cum nobis tenet licet aliter illi imponant.

Cuius capituli expoſitiones quas afferũt. Maior. & alij, illi non poſſunt conuenire, vt aperte monſtramus in commentario illius. nu. 12.

Neque obſtat ratio illorum dicentium, quod non poſſit dari ratio diuerſitatis; cur vſura mentalis obliget ad reſtitutionem. cap. conſuluit de vſur. non autem ſimonia, quia debemus aſſentire humiliter declarationi Papæ, licet rationem illius non attingamus argum. cap. ego ſolus. diſtin. 9. Immo aptam rationem reddit Caietanus. capit. 3. Quòd id, quod pro vſura datur, coacte datur quod, autem pro ſimonia ſponte. Immò etiam poſſumus dicere, quod vſura bene ſoluitur, & male recipitur, ſed in ſimonia mentali, male datur, & bene ſuſcipitur ob ignorantiam malæ intentionis, ideo non tenetur reſtituere ſaltem ſi id præſtet, ob quod datur. Et id intelligitur etiam de ſimonia iure naturali, & diuino prohibita,

bita,quia illud.cap. generaliter eſt intelligendum. Et quo ad vtrunque forũ,quicquid dicat Medin.C. de reſtit. quol.de vſur.reſtit. Etiamſi ſit mentalis ab vtraque parte, quia aperte agit tex.de quęſtis ab vtraque parte. Et nõ ſolum in eo,qui quærit temporale,non dato ſpirituali, ſed etiam, qui quærit alterum eorum,altero dato, quia ratio tex.æquè hunc caſum, & illos comprehendit, & in donatione cuiuſcunque muneris à manu,lingua, & obſequio. ¶ Vbi ſupra.nu.103.Vide dictũ.Com. de ſimon.in tom.4.opuſc. editum Venet. apud Iuntas.an. 1594. & Com. c.inter verba concl.6.nu. 864.

Simoniam mentalem committit ſecundum Innoc.ca.tua.de æta. & qual. Qui obligatus ad antidota beneficiũ confert animo ſe ab illa obligatione liberandi,quod verum videtur ſi conferat pro precio formaliter,vel virtualiter temporali. Et ſi deducatur in pactum videtur conuentionalis. At contrarium magis eſt aſſerendum,quia debitum antidotale, quod remittitur nõ habet uim precij. ſecundum S. Tho.2. 2.q.78.¶ Ibi.num. 106.

Simonia conuentionalis tantum eſt illa, quæ fit cum conuentione tacita, uel expreſſa, nondum tamen ab utraque parte executa. Et eſt duplex. Altera à neutra parte. Altera ab una parte tantum executa, & vtraque eſt peior mentali tantum, & eſt peccatum mor. & punibilis etiam in foro exteriori.c. cum pridem.de pact. cap. cum eſſet de ſimonia,quia eſt probabilis,et obligat ad reſtitutionem ei,qui dedit etiam ante iudicis declarationem,vt not.Caietanus cum receptum eſt temporale,nõ autem ſi eſt beneficium Eccleſiaſticũ, aut character ſacramentalis.

Hæc ſimonia,non fit realis niſi conuentio ſit ab utraque parte completa

A in re temporali promiſſa in re autem ſpirituali,vt in beneficio collato ob obſequia futura valet. Caietanus. 2. 2.q. 100.art.6. quem ſequitur Sotus lib.9. q.9.art.1.de iuſt.& iur. Quod ſufficiat implementum ab vna parte, contrariũ tamen eſt tenendum, donec aliud ſtatuatur.ſecundum Caſtan.ca.5.de conſtit.Gomeſ.in reg.de trin.q.12. Dicētibus collationem beneficij factam per ſimoniacum conuentionalem valere, quod & ſeruat ſtylus cur.¶ Ib.nu.104.

Simonia iſta conuentionalis committitur,quando quis promittit alicui temporale pro ſpirituali, etiam ſinę B animo ſoluendi, quia ad eſſentiam ſimoniæ non requiritur vera voluntas emendi, ſed ſufficit voluntas faciendi, vel dandi aliquid,quod formaliter,vel virtualiter ſit temporale pro ſpirituali, quod, & hoc caſu ſit. Contrarium putant Caie.op.9.q.2.de ſimon.& Sotus vbi ſupra.q.5.ar.1.

Simonia realis eſt ſimonia conuenta expreſſe, vel tacite ab vtraque parte completa ſaltem, quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis, hæc eſt mortalis in foro interiori punibilis in exteriori per pęnas graues, quæ ſunt ſpoliatio beneficij excõmuni C catione,& reſtitutionis obligatio, annullat enim omnem diſpoſitionem beneficialem.num.106.

Hæc ſimonia ſi admittatur in ordine inducit ſuſpenſionem actiuam, & paſſiuam, quo ad ſe, & quo ad alios, ſiue ille ſit occultus, ſiue manifeſtus. per extrauag.2.eod.ti.& ca.tanta.eod. Si admittatur in beneficio non inducit ſuſpenſionem ipſo iure,vt ibi dicit Innoc.Tho. Sotus. vtraque tamen inducit excommunicationem ipſo iure reſeruatam Papæ & nullitatē cuiuſuis beneficialis diſpoſitionis.¶ Ib.hu.107.

Si autem conueniunt vnus ad dandum

dum ſpiritua le, & alius ad dandum in A ſtrumentum promiſſionis, & conuentionem ipſam effectuaret, etiam ſi alter nũquam ſolueret promiſſum inſtrum. eſſet ſimonia realis, quia inſtrumentũ eſt pars rei promiſſæ. Si autem promitteret temporale facto inſtrumento publico ita tamen, vt illud non eſſet rei promiſſæ pars, nõ eſſet talis. ¶ nu. 106.

† Ex his, quæ generaliter de ſimonia dicta ſunt ſoluuntur multi caſus particulares, qui ſparſim ab Authore proponuntur, hinc inde.

Simonia eſt promittere penſionem ſoluere, ſi inueniatur ſuper altero beneficio permutato, quia interuenit pactũ, B quo mediante facta eſt permutatio. ca. quam pio. 1. q. 1. cap. fin. de pact. & eſt conuentionalis. ¶ Conſi. 4. eod. tit.

Item cum reſignatarius promittit quid pro reſignante ſoluere. ¶ Conſi. 5.

Cum duo litigantes cum Tertio ſuper beneficio paciſcuntur ſe iuuare inuicem in lite, et qui obtinuerit alteri penſionem ſoluat. ¶ Conſi. 6.

Dare beneficium, vt illud ſibi, vel alteri reſignet. ¶ Conſi. 8.

Mittere pecuniam patrono, vt præſentet aliquem. cap. de hoc. eod. tit. ſed qui illam ratificat illius pœnam non incurrit. ¶ Conſil. 16.

Reſignare beneficium litigioſum, C vt reſignatarius deuicta lite conſtitutioni penſionis conſentiat. Si tamen eſt facta ab ignorantibus pœnas non inducit. ¶ Conſi. 2.

Soluere penſionem antiquam impedienti expeditionem litterarum, quia non licet dare temporale pro iure ſpirituali quærendo, vel quæſito nondum poſſeſſo conſeruando, gl. cap. decimus. 16. q. 7. ¶ Conſi. 17.

Conſentire, vt in vna electione alter ſuffragetur vni, & alter alteri in alia. ¶ Conſi. 21.

Remittere debitum pro conſtitutione penſionis, quia ibi interuenit contractus non gratuitus Papę occultus, qui in hac materia appellatione emptionis, & venditionis uenit. num. 39.

Remiſſio debiti legalis, quod à creditore poteſt exigi, non autem debiti antidotalis. ¶ 42.

Dare aliquid ante ius acquiſitum. Panor. recep. in capitul. dilectus. de ſimonia. ¶ Conſil. 49.

Auferre impedimenta, quæ iuridice ad quærendũ beneficium opponi poſſunt, vt expreſſe ait D. Tho. vbi ſupra. ar. 7. ad 5. ¶ Conſil. 54.

Accipere aliquid pro admiſſione ad habitum religionis: conuenit enim illi definitio ſimoniæ, & ingreſſus Monaſterij eſt, quid ſpirituale. Et receptio habitus eſt quod ſpirituali adnexum. ¶ Conſi. 21.

Simonia non committitur cum datur indulgentia pro cauſa temporali, quia non datur pro temporali quatenus tale, ſed quatenus ordinatur ad ſpirituale. D. Th. 4. diſ. 21. q. 3. ar. 3. ¶ De Lub. Not. 31. num. 3.

Simonia poteſt eſſe mortifera, & datio rei minime ſecundum intentionẽ cum eſt apta mouere mentem collatoris, aut facientis gratiam, aut iudicis, licet non præſumatur in foro fori. ¶ De datis. nu. 20. Vide Verb. Beneficium. Collatio. Renunciatio. Permutatio. Penſio, &c.

Simonia non eſt dare aliquid ſpirituale ob gloriam, vel laudem, vt Miſſare prædicare. verſ. Dare nu. 10.

## *Simoniacus.*

† Simoniacus ille appellatur, qui ſimoniam committit modis ſupra explicatis. Ideo de his iudicare potes ſicut de ipſa ſimonia.

Simoniacus in penſione, vel iure patro-

patronato, non eſt excommunicatus. ¶ Conſ. 16. de ſimonia, ſed tantum in ordine, & beneficio, & in ordine eſt ſuſpenſus excommunicatus. Irregularis in beneficio excommunicatus tantum. ¶ Conſi. 25. & 61.

Simoniacus in beneficio antiquo iure ad alia non erat inhabilis. ¶ Conſi. 34. Hodie ſic quare relicto eo, & acta pœnitentia valet celebrare. ¶ Conſi. 35. Et licet deponi poſſit non tamen eſt ipſo iure depoſitus, ibi. Si autem eſt occultus abſolutione ſecuta aliud adipiſci non vetatur, ſed non illud ipſum ſine diſpenſatione. ¶ Conſ. 61.

Simoniacus iure fori iudicatur, qui talis tamẽ nõ eſt iure poli. ¶ Conſi. 61.

Simoniacus non eſt, qui conſtituit certum ſalariũ alicui, donec illi prouideat de beneficio. ſecundum Hoſtienſ. cap. cum eſſent de ſimonia receptum per communem, modo id faciat nullo pacto intercedente, quod poſt beneficium ſibi collatũ gratis ſeruiat. Maior. 4. diſt. 33. ¶ Manu. ca. 25. num. 113.

Simoniaci ſunt prelati, qui ex pacto aliquid accipiunt vltra propriam dotẽ à monialibus receptis in Monaſterio. ¶ De red. eccl. q. 1, Mon. 62. nu. 3.

Simoniacus cui non obſtat aliquis iuris notorius defectus poteſt reſtitui in beneficio. ¶ Ca. accepta. op. 10. numero 28.

## *Simulatio.*

Simulatio mendacium eſt in factis, quando ſcilicet ſignificamus ſimpliciter eſſe, quod non eſt. ¶ Man. cap. 18. nu. 8. Et ſi fiat cum notabili damno alterius peccatum eſt mor. tale, alioquin veniale. ¶ Cap. humanæ aures. q. 2. nu. 10. q. 3. nu. 8.

Simulare ſe eſſe bonum cum ſit malus uirtus eſt, quam eſſe malum. ¶ Cap. per verba. concl. 1. nu. 2.

Simulare importat demonſtrare id, quod nõ eſt, diſſimulare vero id quod eſt. ¶ Cap. humanæ aures. q. 3. nu. 8.

Simulare ſe infidelem non poteſt Catholicus ſine peccato mor. licet nõ incurrat pœnas contra hæreticos, niſi quid faciat, quod ſapiat infidelitatem, vel hæreſim. Reper. inquiſ. Verb. Hæreticus. Silueſt. Verb. Hæres. quæſt. 9. Tabien. Verb. Hæreticus. nu. 2. Verb. Apoſtaſia. nu. 3. ¶ Man. cap. 2. num. 27. cap. humanæ aures. q. 3. nu. 16. cap. inter verba. prælud. 3. nu. 3. de pœn. d. 1. cap. poteſt fieri.

Simulandi ars duplex. Verb. Ars.

## *Societas.*

Societas eſt conuentio pluriũ ſuam pecuniam induſtriam, vel laborẽ conferentium ad lucrandum. l. 1. & toto. tit. ff. pro ſocio. inſtit. & C. eod. tit. cap. per veſtras. de don. ¶ Manu. cap. 17. num. 151.

Societas iuſta tria debet habere Primo, vt negociatio licita ſit. d. cap. per veſtras.

Secundo, vt pecunia ſubiaceat periculo eam conferentis. glo. c. plerique. 14. q. 3. Tertio, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas ſeruetur, & pro quantitate partium collatarum lucrũ diuidatur. l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. Caiet. 2. 2. q. 28. ar. 2. Sot. lib. 6. de iuſt. & iur. q. 6. ar. 1. dicit ſolum attendendum eſſe periculum, non autem pecuniæ quantitatem, ſed contrarium eſt verius.

Societas in animalibus, in qua ponuntur pacta, quibus alicui ſociorum iudicio boni viri notabile damnum infertur illicita eſt. Anton. 2. p. ti. 1. cap. 7. §. 39 Licita tamen eſt, quando adeſt conuentio, vt lucrum ſit commune, ſed qui animalia recipit nihil ex eo capiat,

capiat, donec precium eorum Domino perſoluatur. ¶ Ibi. nu. 261.

Societas contrahi poteſt aſſecurato certo lucro, & capitali. Verb. Pecunia.

Societas ne ſors conferendi ſalua maneat eſt illicita, non autem ſi fiat ſub periculo. ¶ Conſil. 7. de emp. nu. 3.

Societate finita ob moram ſoluendi ſortem nihil capiendum eſt, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. cap. ceſſante. de appella. tenetur tamen reddere damnũ, quod dedit, vt dicto S. Th. 2. 2. q. 26. art. 4. ¶ Ibid. nu. 9. & c. conſi. 25. de vſur. num. 4.

Societati iterum initæ poſſunt cõputari fructus decurſi cum poſſim ponere lucrifacta in ſocietatem apud alium. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. ¶ Ibi. num. 10.

Societas ſuper officio vltra id, quod redditur omni iure illicita tolerantia non excuſatur, vt patet etiam in vſuris, quæ non redduntur licitæ per Papæ tolerantiam. per gl. celebr. ca. denique. 4. diſt. ¶ Ibi. nu. 2. Ex quo ſequitur, quod ſocius capiens ſuper officio ſuo ultra id, quod reddit peccat. ¶ Cõſ. 1. de fideiu. Et quod ratione ſocietatis debet officiarius ſoluere ſocijs à quibus pecuniam ad ſocietatem accepit, præſertim cum ignorat illum accepiſſe prius alios ſocios. ¶ Ibid.

Societas licita eſt laudabilis plurimum, & Reip. vtilis vinculum quodã charitatis, & perfectionis: at illicita eſt mala, & vocatur leonina. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. ¶ Conſi. 8. de vſur.

Societas per tres contractus pro lucro certo fieri poteſt: Primo, quo quis pecuniam alius operam, & induſtriam conferat. Secundus, quo quis operam confert aſſicuret alterius ſortem iuſto precio recepto, aut alteri tantum ex lucro remiſſo. Tertius, quo qui operam præſtat lucrum incertum lucro aliquo

A certo redimat, aut ex lucro veriſimili, ſed incerto tantundem certi retineat. ¶ Manu. cap. 17. nu. 154.

Et hoc colligit ex Maior. 4. diſt. 15. q. 49. & Caiet. tom. 1. tract. 3. Reſp. 2. Silueſt. Verbo Societas. 5. quæſt. 1. Et per hunc modum poſſunt viduis, & orphanis, immo & quibuſuis alijs dari quatuor pro centum quotannis. ¶ Conſi. 9. de vſur.

Societas, vt conferenti pecuniam dentur quinque pro centum nõ licet, niſi per tres illos contractus factos modo quo ſupra. ¶ Conſi. 16. de vſur.

B Societas ſuper officijs nõ poteſt iuſtificari ratione emptionis, & venditionis, quia nulla talis fit. Neque ratione mutui, quia mutuans nihil vltra ſortem capere poteſt. cap. 1. 14. q. 3. Neque ratione ſola ſocietatis, quia tunc omnes ſocij debent participare de lucro, & damno, quod in dicta non videtur fieri. Neque ratione cenſus, quia pecunia data pro cenſu non poteſt repeti. Sed videtur poſſe iuſtificari propter periculum perdendi totam ſortem ſi moriatur quod periculum reddit contractum iuſtum alias iniuſtum. cap. in ciuitate. de vſur. & c. fin. C eo. ti. ¶ Conſ. 25. eod. ti.

Societas inita cum pacto, vt conferens pecuniam poſſit deſiſtere, quando vult, & quod ſocius teneatur ſtatim, vel infra terminum pecuniam reddere valet, quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. de depoſ. cap. contractus, de reg. iur. Non autem, vt tantũ ſoluat, donec reddat, quia eſt finita. ¶ Ibi. nu. 4.

Societas ex varietate contractuum iudicanda eſt. l. ſocietas. ff. pro ſocio. Ideo ſuper officijs pro rata precij, & fructus eſt licita dum vnus non capit plus, quam alter. ¶ Conſi. 22. de vſur.

So-

Societas in qua induſtriam ponens dimidium quoque periculum pecuniæ ſubit, & dimidium lucri percipit, iniuſta eſt, quia non ſolum tota, ſed neque pars ſortis poteſt eſſe ſalua in ſocietate.

Poteſt autem ſaluari diminuendo lucrum, quod pecuniam cõferens ſibi reſeruat per tres contractus, de quib. ſupra. ¶ Conſ. 13. de vſur.

Socius capitale reſtituere tenetur ſi æquus punctus calce ſocium necauit. ¶ Conſ. 26. eo. ti.

## *Sodomia.*

SOdomia admiſſa cum propria vxore minus peccatum eſt, quam cum alia. eſt autem crimen mixti fori, & po ab eſt vtroque iudice tam Eccleſiaſtico, quam ſæculari puniri. arg. cap. fœlicis. §. præmiſſis. de pœn. lib. 6. Etiamſi ab Eccleſiaſtico ſit punitum, vt ſentit Panor. in ca. tute. de procur. & Felin. cum alijs ab eo notatis. cap. his. de accuſat. ¶ Conſi. 1. de iudic. Et ideo, non opus eſt, vt iudex Eccleſiaſticus tradat eum curiæ ſæculari, ſed ſufficit, vt Canonice puniat. ¶ Ibi.

B Sodomia non eſt ex criminibus irreg. inducentibus, quia id non eſt expreſſum in iure etiãſi ſit uitium maxime deteſtabile. ¶ Com. de defenſ. proximi. num. 37.

Sodomię uitium occultum non inducit irregularitatẽ, quia peccati enormitas ad illam inducendam non ſufficit. Contra tamẽ tenet Specul. Clem. 1. de homic. Neque pariter ius nouæ extrauagan. Pij 5. contra ſodomitas edita illã inducit, nec quo ad laicos, quia nihil de illis agit. Neque, quo ad clericos generaliter, ſed tantum illos, qui tale vitium exercent, quaſi ex uſu continuato. argu. l. ſciendum. §. illud. ff. de ædil. edict. per quam Barto. in proœmio. ff. nu. 10. quem ſequitur Panor. c. 1. de iud. nu. 24. Dicit exercitatorem eum eſſe, non qui ſemel, aut iterum, ſed qui toties actum exercet, ut uulgi opinione habeatur pro tali. ¶ Manual. ca. uigeſimoſeptimo. num. 249. & 150.

## *Solemnitas.*

A SOlemnitas requiſita ad agendum actum certo tempore inducit formam ſubſtantialem. l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſat. tutor. per quam hoc dicit Bald. in auth. quæ ſupplicatio ſub finem. C. de precib. impe. offer. ¶ Conſil. 7. de donat. nu. 4.

B Solemnitas extrinſeca niſi probetur non præſumitur ſeruata. l. quæcunque. §. fui. ff. de pub. in rem actio. per lapſum autem 30. anno. præſumitur. iuxt. glo. ſolem. cap. peruenit. de empt. Felin. in cap. illud. de præſumpt. & in cap. albericus. de teſtib. ¶ Conſi. 1. de reb. ecc. alie. nu. 12. Conſil. 14. de offic. iudic. ordin.

## *Solitudo, Verb. Vita.*

## *Solutio.*

† SOlutio proprie eſt eius, quod debetur redditio. inſt. qui. mo. tol. C ob. ſed large eſt liberatio ab obligatione quocunque modo. ff. de ſolut. l. ſolutionis. Et habet duas ſpecies unam naturalem, quæ ſit per ueram redditionẽ eius, quod debetur: aliam ciuilem, ſeu imaginariam, & fit. Primo nouatione, quando extinguitur prior obligatio, & in aliam transfertur. Secundo, delegatione, quando ſoluitur alteri, quam creditori. Tertio, oblatione facta loco, & tẽpore congruo. Silu. Verb. Solutio.

Solutio debiti uim mutui habet, & pro ea ultra ſortem quid capere, niſi ratione intereſſe uſura eſt. ¶ Conſi. 23. de uſur.

S ſ Solutio

Solutio facta uni cum debeat fieri alteri non ſatisfacit.arg. ca. ſi forte,& c.denique.14.quæſt.9.¶ De red.eccleſ. quæſt.1.Mon.52.num.2.

Solutio anticipata, quæ nullum lucrum affert ementi, niſi tunc cum uere emit licita eſt.arg.ea.1.de plus peti.& §. ſi quis agens. inſtit. de actio. ¶ De uſur.num.89.

Solutio partis debitæ non inducit incommoditatem ſaltem notabilem creditori.¶ Ibi.nu.103.

Solutio dilata non auget, neque minuit precium etiam lanarum, & mercium nauticarum.¶Man.ca.23.nu.82.

Solutio facti vni, quando debebat fieri alteri peccatum inducit.iuxt. notata in ca.ea te.de iur.iur. ¶ Conſ. 12. de voto.

Solutum indebitè per ignorantiam cum illa inducat donationem. arg. l. ſi non ſortem, §.indebitum.ff.de condit. indeb.repeti poteſt,gl. recep. leg. cum quis.C. de iur. & facti ignor. ¶ Conſ. 5.de vſur.num.10.

Solutio debitorum defuncti magis pro fecit hæredibus, quam ipſi defuncto, huic enim nō accidētaliter opem fert. Anton.3.p.ti.10.c.3.§.12.Silueſt. Verb.Teſtamentum.2.q.9.Th.4.diſt. 15.q. 2.ar.5. ¶ Ca.inter verba.concl. 6.num.861.

Solutionem annatæ facere debet, non renunciat beneficium, ſed renunciatarius licet compoſitio, quæ ſoluitur pro penſionis impoſitione debeat ſolui ab eo, cui reſeruatur ſaltem ſi uoluerit expedire litteras. ¶ Conſi.5.de ſimon.

Soluere creditum debitoris in effectu eſt dare debitori, quia eſt liberare eum ab obligatione in principio contracta. inſtit. qui. mo. tollit obligat. ¶Conſ.14.de reg.nu.15.

Soluit, qui plus, videtur ſoluere mi- A nus ſicut promittēs.l.1.§.ſi ſtipulam. ff.de verbo.ſign. & ca.cui plus.de reg. iur.li.6. ¶De orat.Miſcell.58.

## Somnium.

Somnijs non eſt credendum, immo qui aliquid credit propterea, quod ſomniauit peccat mor. D. Tho. 2.2.q.92.ar.6. Deut.18.ca.ſciendum. 26.q.4.Niſi credat, quod in ſomnio vidit fuiſſe reuelationem diuinam, vel cauſam,aut ſignum naturale ſufficiens ad ſignificandum, quod protendit. Caiet.in ſumma. ¶ Manual.cap.2.numero 33.

B

## Sors.

† Sortes proprie dicuntur, ſecundum S. Tho.cum aliquid fit ab homine ſerioſe, vt eius euentu conſiderato aliquid occultum innoteſcat, & diuiditur ſors in diuiſoriam, Conſultoriam, Diuinatoriam. Silu. verb. Superſtitio.q.9.

Sortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum conſiliū ob ingruentem neceſſitatem ſubmittendo ſe fortunæ quatenus diuina prouidentia eſt non eſt illicitum.

Illicitum autem eſt vti ſorte diuinatoria, vt per eam Dæmon, vel Cęli cōſtellatio admoneat quid facto opus ſit. Et ſimiliter ſortes iacere ad electionē Eccleſiaſtici beneficij nullo prius C facto idoneorum delecto.1. Tho.2.2. q.95.art.8. ¶ Manu.ca.2.nu.38.

## Spado.

Spadonum appellatio generalis eſt, vt notatur l.ſpadonum.ff.de verb. ſignif. Nam hoc nomine appellatur, tam qui vnum habet teſticulum, quā qui nullos. Nec non qui duos habet, ſed attritos, & vocatur Thleſia, aut fractos, & vocatur Thlaſia. Qui omnes

nes ſi virgam erigere poſſunt, & coire poſſunt etiam contrahere, vt notat gl. cap. hi, qui. 32. q. 7. Et videtur probari in l. ſi ſerua. §. ſi ſpadoni. ff. de iure do tium. Et tradit Alciatus in dicta lege ſpadonum. Si autem non poſſunt erigere, nec coire non poſſunt contrahere. ¶ Conſ. 3. de frigid. & malef. nu. 2. vide Verb. Matrim.

## *Spiritus.*

SPiritus nomen proprie ſignificat halitum, ſiue flatum. Iob. 17. ſpiritus meus attenuabitur. Ioan. 19. tradidit ſpiritum. Ventum. Act. 1. tanquam aduenientis ſpiritus. tertio omne incorporeum Ioann. 14. Deus ſpiritus. quartus omnem inuiſibilem ſubſtantiam. Tho. 1. p. q. 41. art. 3. ad 4. Ex quo ſequitur, quod ſpirituale multipliciter ſumatur. ¶ Rubr. de iudic. num. 24. Manu. ca. 23. num. 99.

† Attamen ad materiam noſtram attendentes ſpirituale ſumitur pro re pertinente ad ſalutem animæ. Eſt autem donum ſupernaturale à Deo datũ ad animarum ſalutẽ. Vel aliquid aliud inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam. Vel ab eccleſia poteſtate ſupernaturali ſibi gratis conceſſa ad conficiendum illud, & gratis dandum. Quod ſatis colligitur ex c. gratia, & ca. qui ſtudet. 1. q. 1. Dur. 4. diſt. 15. q. 1. Tho. 2. 2. q. 100. ¶ Conſil. 25. de ſent. excom. num. 6.

Spiritualia quędam ſunt naturalia, vt virtutes morales, & acquiſitæ, quæ hinc excluduntur. Quædam ſupernaturali. Et hæc, vel per cauſam, vt ſacramenta, vel per effectum, vt ſtatuta generalia. Ioan. And. & Panor. cap. conſulere de ſimonia, quæ etiam hic includuntur ſacramentalia. ¶ Ibi.

Spiritualia quædam à Deo ſunt immediate inſtituta, & creata, vt gratia, A dona ſacramenta: quædam ab eccleſia ſupernaturali ſibi poteſtate tradita, vt ſacramentalia, quæ vocantur ſpiritualibus annexa. Vel antecedenter, vt ius patronatus, & ſepulturæ, quæ non requirunt habitum alium, quam Chriſtianiſmum. Vel dependenter qualia ſunt beneficia officia Eccleſiaſtica. Tho. vbi ſupr. art. 4. Item quædã ſunt pura, & libera ab omni mixtione rei temporalis, vt gratia, dona. Quædam mixta quorum quædam plus habent temporarij, vt Calices, & ornamenta ſacra, quædam plus ſpiritualis, vt ſacramenta, & actus conficiendi illa in B quibus eſt labor. ¶ Ibi.

Spiritualia omnia, neque emi, neq; vendi poſſunt ſine vitio ſimonię. Primo, quia non ſunt pecunia æſtimabilia. Secundo, quia nemo alius à Deo eſt illorum verus Dominus. Tertio, quia origo illorum ex gratuita Dei voluntate procedit. ¶ Locis vbi ſupra.

Spiritualia eſſe beneficia Eccleſiaſtica, & ius conferendi illa, eligendi, & præſentandi non poſſumus inficiari, quia inuenta, & inſtituta ſunt ab Eccleſiaſtica poteſtate ſupernaturali C ad animarum ſalutem pertinentia, ſicut & alia. Et licet dicantur annexa ſpiritualibus non obſtat, quia nihil repugnat vnum, & idem eſſe temporale, & annexum alteri temporali: ita, & beneficia ſpiritualia, vt præbendæ. c. extirpandæ. §. qui vero. de prębend. ca. ſuper eo. eod. tit. lib. 6. Dicuntur autem annexa, quia ſtatuta ſunt ad parãda, conficienda, & exercenda alia ſpiritualiora. ¶ Rub. de iud. nu. 30.

Spiritualia metu etiam non iuſto facta nullam inducunt in foro conſciẽtiæ obligationem, quando abſque tali metu facta non fuiſſent. Hoſtienſ. & Ioan. And. capitul. verum: de iur. iurand. Adrian. 4. de reſtitut. Sotus li. 4.

de iuſtit. & iur.quæſt.4. Silueſtr.Verbo Metus.§.final. ¶ Conſil.3.de his, quæ vi.

Spiritualia ſub conditione,vel modo, qui iure ineſt poſſunt dari, & dimitti. capitul.ſignificaſti.de elect.leg. 3.ff.de leg.& Felinus in capitul.ad audientiam.el 2.de reſcrip. ¶ Conſi.38. de ſimon.

Spirituale pro præſtito dari conſuetum poteſt capi, & interdum peti, antequam præſtetur. ¶ Manual.ca.23. num.106.de pœnitent. diſtinct.5.ca. fratres.num.56.

Spiritualia, & incorporea nequeũt oculis corporeis repræsẽtari talia qualia verè ſunt, & ideo repræſententur in figuris, quæ ſignificent nobis non quidem ea eſſe talis figuræ,ſed aliquas eorum virtutes, & qualitates habere. ¶Man.prælud.1.nu.15.

## *Spolium.*

SPolium generaliter ſignificat omne id quo aliquis vi, vel ſponte exuitur, nudatur, priuatur, hinc patet, quod Spolium aliud eſt violẽtum, quod vi,vel metu capitur,iuxta Rubr. & totum titu.de reſtitu.ſpol. cap.reintegranda.3.q.1.aliud eſt voluntarium, quod ſponte exuitur, vel relinquitur. iux.l.1.ff.de dona. inter vir. & vxo. Hinc ſequitur, quod

Spolia,quæ ab hoſte auferuntur recte ſic poſſunt nominari, ſed non ſolũ ea talia ſunt,cum & alia bona, quibus ſponte nudamur,ita dicatur. Et quòd ſpolia recte vocantur bona illa, quæ clerici morientes relinquunt.

Spolium ſtrictius accipitur pro bonis clerici morientis, in quæ nemo ex teſtamento,vel ab inteſtato communi via, ſed aliqua alia particulari ratione ius habet, de quibus agit.l. Diuus.ff. de bon.damna.extrauag.Pauli 3.Iulij. A 3.Pij 4.& 5. Quare dicendum, quod

Spolia ſunt bona ab eccleſiaſtica perſona quęſita immediate,vel mediate ex bonis eccleſiaſticis, vel reditus eorum debita, quia non fuerunt ante mortem iuſte impenſa, nec facta iure patrimonialia,nec quęſita alij irreuocabiliter, vel quæ ſunt ex illicita eius negociatione comparata. ¶ Com.de ſpoliation.clericor.§.primo.num.primo. Quæ vero bona ſpoliorum nomine non veniunt, vide Verbo bonum.

Spolia non ſunt poſt Pij Quinti extrauagant.Ornamenta,paramenta, B vaſa Sacra libri, & alia ad diuinum cultum pertinentia, etiamſi nondum ſint eccleſijs tradita. Neque ſuppellectilia domus ex eccleſiæ reditibus cõparata.num.4.

Spolia nulla cenſentur relinquere beneficiarij,qui dum viuerent non habuerunt beneficia, vel penſiones excedentes valorem triginta ducatorum de Camera ſi ab illicita negociatione abſtinuerunt.¶num.5.

Spolia non ſolum eccleſiaſticorum Italiæ, ſed etiam aliarum Prouinciarũ ſunt Papæ reſeruata, vt patet per extrauagant.Pauli 3. (varijs prouincijs, C & locis) & confirmatur, quia eadem ratio idem iuris in omnibus ſuadet. ¶ §.5.num.5.

Spoliorum appellatione non ſolum veniunt immobilia,& mobilia vulgaria,ſed etiam pecunia numerata, gemmæ,& alia precioſa: quia illis conuenit definitio.¶ §.6.num.7.

Spolia Eccleſiaſtica, an iure antiquo pertineant ad Papam,videtur eſſe dicendum, quòd ſic, quia extrauag. Pauli 3. reprehendit eos, qui contra dixerunt. Idque præſupponunt multi antiqui, atque moderni Doctor.Calder.conſil.1.de pecul.cler.Guido Pap. deciſ.

deciſ.110. Nicol. Boer. deciſ.224. Gomeſ. in tract. Breuium à num.16. Et licet Papa, non ſit Eccleſiaſticorum bonorum Dominus, eſt tamen illorum Summus adminiſtrator. Verb. Papa. Et præterea huiuſmodi ſpolia ad aliquem ſpectant de iure: non ad hæredes, quia non fuit morienti ius teſtandi. cap. ad hæc. de teſtam.

Non ad cognatos ab inteſtato, quia in illis non poſſunt ſuccedere. cap. fixum. 12. queſt.5. Non ad Eccleſiam, de cuius fructibus ſumpta ſunt, quia poſſunt ſeruari ſucceſſori. ca. cum vos. de offi. ordin. Non ſucceſſori, quia poſſunt impendi in vtilitatem eccleſiæ per eadem iura, ergo ad Papam neceſſario ſpectant. Et tandem ſpolia omnia Epiſcoporum Hiſpan. ab antiquiſſimo tempore ſoluantur ſedi Apoſt. ¶ §.9. num.4.

B Sed videtur contrarium dicẽdum. Primo, quia nullus Canon reperitur, qui hoc decernat, ideo non eſt affirmandum. ca. conſuluiſti. 2. q.4.

Secundo, quia id videtur innuere Paulus Tertius.

Tertio, quia c. cum vos. de offi. ord. ſignificare videtur ſeruanda eſſe ſpolia ſucceſſori, aut in vtilitatem eccleſiæ expendenda.

C Quarto, quia non poteſt Papa ſine cauſa bona Eccleſiæ ſibi, vel alij applicare, & tandem multis canonibus antiquis decretum eſt huiuſmodi ſpolia pertinere ad eccleſiam illam, quam beneficiarius rexit. ca. placuit. 12. q.3. & c. Pontifices. eo. cau. & queſt. facit. ca. 1. 12. q.5. & c. fixum. ¶ Ibid. num.4.5. & 6.

Quare reſolute dicendum, quòd in nullis canonib. antiquis fuit ſtatutum id expreſſe, vt probatum eſt, & probat extrau. Paul.3. At implicitè id fuit cõſtitutum in adminiſtratione bonorum

A S. Sedis Apoſtolicæ diuinitus conceſſa, vt probat. Conc. Late. ſub Leon.10. Cum igitur adminiſtratio prædictorũ ſpoliorum non fuerit vlli per S. Sedem applicata, reſtat, vt ad illam ipſa pertineant. ¶ Ibi. §.10. per tot.

Spolia eccleſiaſtica, quòd poſſet ſibi Summ. Pont. reſeruare patet, quia plena diſpoſitio, & adminiſtratio omnium bonorum Eccleſiaſticorum ad ipſum pertinet, vt probatum eſt. verbo Papa vbi ſupra. Et maxime apparet ex facto. Id enim fecerunt ſummi illi ac Pij Pontif. Quod maxime verũ eſt cum illa ſibi ille reſeruet non ad finem vtendi eis pro libito, ſed ad finẽ licitum, iuſta de cauſa, quia id ſolum poſſumus, quòd commode, & iuſte poſſumus. cap. faciet homo. 22. quæſt. 2. §. 2.

Spolia non ſoluendo cõſuetudo ſine pietatis, & paupertatis intuitu introducta, id eſt ad vtendum illis prophane, non valet, quia eſſet contra legem naturæ de non furando, neque vtendo re aliena inuito Domino. Si autem eſt conſuetudo præſcripta, vt cedant in opera pia valet, quia tali lege non repugnat, licet repugnet legi humanæ. ¶ §.14. nume.5. & Apol. de red. eccle. q.2. Mon.2.

Neque illi per extrauag. Pauli derogatum eſt, ſed illi ſolum, quæ conuertit illa in vſus prophanos.

Spolia per diſpoſitiones inter viuos, vel vltimas voluntates alio reſpectu, quam paupertatis poſſidentes ſedi Apoſtolicæ illa reſtituere tenentur in foro conſcientiæ quòd ſequitur ex dictis. Et ſimiliter ad id tenentur, qui eam tenent etiam illo intuitu abſque priuilegio ſedis, vel conſuetudine ad pia teſtandi, niſi compoſitionem quærant. ¶ §.15.

Spolia clericorum in vrbe occulta

ſunt per cõſtitutionem Siſti 4. & aliorum. ¶Conſi.15.de Reg.

Spolia non ſunt, quæ à beneficiario ante mortem donantur. ¶Ibidem numero 14.

Spoliatus à Iudice iuris ordine nõ ſeruato, reſtituendus eſt ante omnia, ac ſpoliatus ab eo, qui non eſt Iudex. capit. conquerendæ, de reſtitut. ſpol. ¶Conſi.5. de ſent. & re Iud.

Spoliatus priori beneficio ipſo iure perdito reſtituitur non obtenta diſpẽſatione. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. ¶Cap. Accepta. opp. num. 2.

## *Sponſalia.*

Sponſalia promiſſio eſt matrimonialis l. 1. ff. de ſponas. omnes 4. d. 28. Neque promiſſio illa efficit, niſi ſit mutua. In quibus non ſunt neceſſaria arrhæ, ac iuramentum. ¶Man. cap. 22. num. 16.

Sponſalia diſſoluuntur. Primo per partium remiſſionem, etiam ſi ſint iurata. cap. præterea. de ſponſ. ¶Ibid.

Secundo, per alicuius Religionis ingreſſum. c. veniẽs. qui cleri. vel mon. & cap. 1. de conuerſ. coniug. ſed cauere debet maxime ſponſus ne ſponſam infamet. iuxt. notata in cap. commiſſum. de ſponſ. ¶ Conſil. 6. de voto. numero 3.

Tertio, per contractum matrimonialem, de præſenti etiam copula non ſecuta, per ſuperuenientem affinitatẽ, per lapſum temporis præſtituti, per ſuperuenientem infirmitatem notabilem, & periculoſam, aut fornicationẽ. Votum caſtitatis, & multis alijs modis. In quibus omnibus ad diſſolutionem requiritur auctoritas Iudicis, quia ipſo iure non dirimuntur, vt dicunt Hoſti. & Ioan. And. ca. de illis. de ſponſal.

Et qui abſque illa cum alia contraheret grauiter peccaret. c. ſi duo pueri. de deſpon. impub. & c. ſæculares. 33. q. 2. Attamen non mortaliter, nec venialiter ſecũdum Silu. q. 2. vbi cauſa diſſoluendi eſt manifeſta. ¶Manu. ca. 22. num. 28. & 72.

Sponſalia duobus modis ſolebant tranſire in Matrimonium. Primo, ſecuta copula matrimoniali affectu.

Secundo, per aliqua ſigna declaratiua conſenſus de præſenti, ſed hodie ceſſant per Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 1. de reformat. matrim. ¶Ibid.

B Sponſalia clandeſtina, etiam poſt Concil. Triden. qui non complet peccat, quia illa non tolluntur, ſed in propria natura permanent per idem. Cõc. Ibid. ¶Manu. ca. 25. num. 144.

Sponſalia licita faciunt oſcula, & amplexus citra tamen pollutionis periculum & impudicitiam, quia cum initium ſint Matrimonij faciunt facultatem fruendi voluptate præambula, ſecũdum Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 4. ¶Ibi. c. 16. nu. 12.

Sponſalia etiam de præſenti nõ tollunt votum Religionis præcedens. argum. cap. Rurſus, qui cleric. vel mona. ¶Conſil. 21. de ſponſal.

C Sponſalia, qui in gradu prohibito contraxit ad nihil tenetur. arg. ca. non præſtat. de regul. iur. li. 6. Si verò ſcienter cum ignorante contrahit reſarcire damnum tenetur. Neque ſi habebat intentionem diſpenſationem quærendi, quia non ſufficit intentio vnius partis ſe obligandi.

Item tenetur perſeuerare ſi tenetur id facere. Et ſi promiſit ducere ſi Papa diſpenſaret, tenetur ad contrahendũ, ſed non ad illam procurandam. ¶Conſi. 25. de ſponſal.

Sponſalia diſſoluuntur, quando ſuperuenit id ob quod non fuiſſent contracta. cap. Quemadmodum. de iureiuran.

furan. ¶ Conſil. 34. eodem.

Sponſalia inualida, & ſi olim producebant impedimentum publicæ honeſtatis. per cap. 1. de ſponſal. lib. 6. Et non matrimonium præſumptum, hodie tamen per Conc. Trid. ſeſ. 24. c. 3. illud non producũt. ¶ conſ. 38. eo. ti. nu. 7. & 11.

Sponſalia propter incertitudinem perſonæ ſunt nulla, ſecundum gl. notab. c. ex litteris, el 2. de ſponſ. Et per ſuperuenientem hæreſim diſſoluuntur ſecundum Ioan. And. in ſumm. de ſponſ. num. 4. per cap. non ſolum. 28. q. 1. Circa quæ plus obſtat impedimentum præſens, quàm ſuperueniens, vt affinitas. ca. diſcretionem. de eo, qui cogn. conſang. vxo. facit c. ad limina. 30. q. 2.

Et ſunt nulla etiam ratione turpitudinis promiſſionis, vt de contrahendo cum duab. Aſteſ. lib. 8. Et licet ſint iuſta diſſoluuntur per cauſam notoriè iuſtam, præſertim ſi ſunt clandeſtina. Silueſt. quæſt. 2. ¶ Conſil. trigeſimo octauo. de ſponſ. per totum.

Sponſalia non contrahit, qui dicit mulieri iureiurando, vt illa potiatur, non habebo aliam niſi te. Adrian. 4. quæſt. 12. de ſponſal.

Sed quia interuenit deceptio tenetur illam ducere. Et ſi fateatur coram Iudice ſententiabitur ad eam ducendam. Panor. capitul. ex parte. de ſponſal. niſi illa remittat obligationem. ¶ Conſil. quadrageſimo octauo. eodem titu.

Sponſalia inter puberem, & impuberem valent, ſed pubes reſilire non valet, niſi alter pubeſcat, & nolit contrahere. ¶ Conſil. de ſponſ. impub.

Sponſalia per parentes ſponſis præſentibus, vel ratificantibus contracta tenent, & maximè ſint iurata. Poſſunt tamen diſſolui de conſenſu amborum.

A capit. præterea, de ſponſal. ¶ Conſil. 3. eodem titul.

Sponſalia inter raptorem, & raptã, ſicut & Matrimon. ſunt prohibita, donec reſtituatur p Conc. Triden. ¶ Conſil. 3. de conſanguin. nume. 8. quia plenam deliberationem requirunt.

Sponſalia oriuntur ex matrimonio de præſenti contracto inter impuberes. capitul. 1. §. 2. de deſponſ. impub. libr. 6.

20 Quare qui contrahit ſponſalia cũ aliqua, & deinde Matrimon. cum eius cognata, priorem debet accipere, & ſi cum ſecunda rem habuit, neutram habebit. ¶ Manu. ca. 22. num. 57.

B Sponſalia contracta inter affines, Cum ordine ſacro initiato, cum Religioſo inualida ſunt, quare non producunt impedim. publicæ honeſt. p Cõc. Trid. ¶ Ibi. num. 58.

Sponſalia tempore ab eccleſia interdicto licet contrahere, immo & matrim. de præſenti. iux. gl. cap. Capellanus de ferijs. per illum tex. Quia ſola benedictio, & ſolemnis traductio prohibetur. iux. Th. & Palud. 4. d. 32. Caie. in ſumm. nup. peccata. & Silu. matrim. 7. q. 2. ¶ Ibi. nu. 71.

C Sponſalia, qui contrahit inter quartum gradum peccant quidem, ſed non ſunt excõmunicati niſi copula ſequatur. ¶ Ibid. num. 43.

## Sponſus.

Sponſus ſponſam alij nuptam, niſi profuturum ſe ſperet, non admoneat. ¶ Conſi. 23. de ſponſ.

Sponſus ſine conſenſu ſponſæ cum alia matrimonium contrahendo peccat, ſed tenet matrim. licet puniri debeat ſecundum communem. capit. de illis. el. 1. de deſpon. impuber. ¶ conſ. 3. eod. tit.

Sponſus maritali affectu cognoſcẽs

ſponſam, debet credere ſe ab ea maritali etiam affectu cognitum, quia id tota eccleſia credit. c.is qui. de ſponſ. Neque tenetur interrogare, an illa id fecerit ad effectũ credendi ei ſi reſponderit ſe non conſenſiſſe, ſed ſic ad effectum ſciendi, an eſſent aliæ coniecturæ ad id credendum per dicta Soti. 4. d. 27. q. 1. artic. 7. ¶ conſil. 23. de ſponſ. A

Sponſa non tenetur expectare ſponſum ingreſſum religionem vltra duos menſes ſecundum ius antiquum. cap. ex publico. de conuerſ. coniug. At iure nouo, Conc. Triden. cap. 15. de Regul. ſeſſ. 25. tenetur expectare, donec finiatur annus probationis, vt faciat, vel non faciat profeſſionem. ¶ Conſil. 40. de ſponſ. B

Sponſa mortuo ſponſo cum conſanguinitate eius in primo gradu contrahere nequit. Panor. recep. ab omnibus cap. ſponſam. ¶ Conſi. 33.

Sponſa Dei eſt religioſa, & conſequenter qui eam violat, alienam ſponſam violat, & eſt adulter ſpiritualis, & ſacrilegus. Vide verbo luxuria.

## *Sponſio.*

Sponſio illa eſt, quæ vulgo dicitur (ſcomeſſa) per quam ſpondentes ſibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum incertum præteritum, vel futurum, quod ſi quis certò ſciens à ſe aſſertum eſſe verum, & id diſſimulat, vt alium ad ſponſionem inducat peccat, quia dolo in damnum notabile proximi vtitur. Si autem ſine dolo eã facit non peccat, cum talis nulli legi iuſtitię ſit contraria, immo conſona. l. cum ad præſens. ff. de reb. credit. licet vt plurimum obuiet liberalitati, & ita peccatum non autem mor. quod & ſignificant Adria. 4. de reſt. quęſt. de ludo, & Maio. 4. d. 15. q. 5. ¶ Man. ca. 20. num. 18. C

## *Stare.*

Stare multa ſignificat, quandoque erectum eſſe in pedes. ca. Apoſtolica. diſt. 2. Quandoque permanere, & durare. Vir. Bene apud memores veteris ſtat gratia facti. Quandoque eſſe fixum, & ſtatutum. Virg. ſtat ſua cuique dies. Propria tamen ſignificatio eſt ſua vi, ac pondere ſubſiſtere virg. ſtabat acuta ſilex. Et ſic accipitur apud diui. Litteras cum loquuntur de oratione. ¶ De orat. ca. 4. nu. 1.

## *Status.*

Status à ſtando originem habet, & tot modis accipitur, quot ſtare. ¶ De ora. cap. 4. nu. 1.

Status nullus in hac vita beat⁹ eſt. Conſi. 22. de voto. nu. 5.

Status huius vitæ eſt ſtatus militiæ. Iob 7. & peregrinationis. 2. Cor. 5. Dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à Domino. Et dicitur tabernaculum eiſdem de cauſis, quia tum milites, tum peregrini in tabernaculis habitant. ¶ De pœni. ca. quam ob rem. diſt. 1. nu. 3.

Status Religionis eſt quoddã exercitium, & diſciplina, per quam peruenitur ad perfectionem charitatis: ad quod quando neceſſarium eſt, quòd aliquis effectum ſuum tot aliter abſtrahat à rebus mundanis. ¶ Com. 1. de Regul. nu. 24.

Status Regularis eſt melior, quam ſæcularis, quia eſt in via perfectionis. 2. 2. q. 16. Ob electam paupertatem voluntariam, quam Chriſtus multum dilexit, & prædicauit. ¶ Conſil. 52. de regul.

Status Religioſi altior eſt, quam Rectoris Parochialis: ab hoc enim ad illum

illum eſt tranſitus, non autem contra. capit. clerici. 19. quæſt. 1. & 2. 2. quæſt. 182. ar. 8. ¶ Conſ. 5. de cler. non reſid.

Status perfectionis duplex eſt, alter eorum, qui perficiunt, vt Epiſcoporũ, alter perficiendorum, in quo ſunt Religioſi. 2. ſecundæ quæſtion. 184. articulo quarto. Epiſcoporum ſtatus, non requirit paupertatem, vt ibi dicit D. Thom. quæſt. 185. art. 6. per tex. capit. epiſcopus. 12. q. 1. Religioſorum autem ſic cum obligatione nunquam quærendi temporalia. ¶ De red. eccl. quæſtio. 1. Mon. 7. per totum.

Status Epiſcopalis eſt perfectior Monachali. 2. 2. q. 181. ar. 7. ¶ Conſ. 15. de regul. nu. 10.

Statui ſuo neceſſaria ſine illius mutatione donare malum eſt. ¶ Com. 1. de regul. num. 30.

Statum ſuum, qui in viuẽdo tranſgreditur peccat, quia indecẽter viuit, quod eſt contra virtutes affabilitatis, & amicitiæ, & conſequenter contra iuſtitiam. ſecundũ Th. 2. 2. q. 114. ar. 2. ¶ De Eleemoſ. num. 18.

Statum ſuum decenter conſeruare vnuſquique tenetur, ideo de illo non tenetur niſi extreme egenti Eleemoſina facere. Immo quilibet illum in melius mutare poteſt, vt ſingulariter. S. Tho. 1. 2. q. 32. artic. 6. docuit pro quo eſt. ca. quorum. 24. q. 1. & princip. cap. 1. diſt. 101. ¶ Manu. ca. 24. num. 7. Modo ad illum ſit idoneus, & id faciat, vt altioribus virtutibus ſeruiat Deo, & Reip. iuxt. ſapientiam, vel prudentiã à Deo immediate, vel mediate acceptam, ex mente Caiet. vbi ſupra. ¶ Ibi. capit. 23. num. 74. de red. eccleſ. quæſt. 1. Mon. 25. num. 2.

Status decentia non eſt poſita in puncto indiuiſibili, ſed habet latitudinem maiorem, vel minorem, iuxta ſtatus magnitudinem, vel paruitatem. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 45. nu. 2.

† Quæ autem illa ſit, ſeu poſſit eſſe iuxta diuerſos clericorum gradus determinat Author. ¶ De orat. capitul. 22. num. 73.

Status decentia iudicanda eſt potius inclinando ad defectum, quam ad exceſſum, propter luxum, & ambitionem noſtrorum temporum. ¶ De Eleemoſ. nu. 22.

## *Statutum.*

Statutum à ſtatuendo dictum eſt ius ab homine poſitum, vel diſpoſitio ex qua ius producitur. inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. & à lege, vel conſtitutione ſolo vocabulo differt. Silu.

Statutum diſponens, quod quilibet bannitus extrahatur de banno ſoluendo decem: non comprehendit bannitos poſt illum. Bald. l. cũ lex. ff. de leg. ¶ De ſpol. cler. §. 19. num. 4.

Statutum habilitans ſpurios ad ſucceſſionem parentum non valere, aſſerit Fed. conſ. 225. quem ſequitur Feli. ca. ſi. de conſt. nu. 13. quia daret occaſionem peccandi. Contrarium tenet Calder. conſil. 4. de conſtit. quem ſequitur Deci. conſ. 271. Quorum opinio in puncto iuris eſt verior. At contraria ſanctio, quã ſtatuit Pius 5. reuocando omnia ſtatuta aliorum Pontif. & præſertim Iulij 3. præcedentia. ¶ De ſpol. cler. §. 19. num. 4.

Statutum in vno videtur ſtatutum in altero, quando illa parificantur. iuxt. gl. celebr. c. ſi poſtquam. de elect. lib. 6. ¶ De pœn. diſt. 1. c. verum. num. 5. conſ. 28. de præbend. 3. conſ. 2. de purg. vulgari. nu. 3.

Statutum, vt confrater ſine conſenſu fratris, non poſſit confratrem in ius vocare, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, quia non continet, niſi conſi-

conſilium Pauli 1. Cor.6. & non li-gat, niſi volentem. ¶ Conſ. 2. de imm. eccleſ.

Statutum contra libertatem eccleſiæ bona fide ſeruans non incurrit aliquã cenſuram. iuxt. Innoc. in c. nouerit. de ſent. excom. ¶ Man. c. 27. n. 119.

Statutum fundatoris ne Abbas de alio Monaſterio eligatur valet. c. cum dilectus. de conſuet. vt ibi notant Anton. & Panorm. ¶ Conſi. 2. de iure patron. num. 9.

Statutum excommunicans ſubditos comprehendit etiam religioni donatos, quia ſunt ſubditi, vt communis habet doctrina in cap. non dubium. de ſent. excomm. ¶ Ibid. num. 22.

Non autem comprehendit Prælatos cum non ſint ſubditi. nu. 42.

Statuta facere, & dubia declarare Vicarius Chriſti poteſt. cap. 1. de conſtit. ¶ De incompat. benef. nu. 8.

Statutum etiam à pijs, & eruditis viris factum poteſt eſſe iniuſtum, & erroneum ſi contineat aliquid contra ius commune, quod nullus Papa inferior facere poteſt. c. quod ſuper his. de maior. & obedient. Non peccarunt illi tamen ſi ius erat dubium. iuxt. gloſſ. cap. 1. de poſtulat. prælat. ¶ Conſi. 5. de regul.

Statutum arcens ortum ab infideli bus a religione eſt contra ius commune, vt declarauit Pius V. num. 3.

Statutum vt Regularis, quod ſua induſtria partum habet pro veſtitu retineat valet. ſecundum Ioann. And. in Mercurial. per Regulam. Non eſt obligatorium, de Regul. iuris. libro ſexto. ¶ Conſi. 20. de Regular. num. 5.

Statutum in fauorem perſonarum factum porrigit effectum. iux. territorium ſtatuentium. Bar. in l. 1. C. de ſumm. Trin. ¶ Conſi. 8. de Teſtamen.

Statutum vetans alienare in non A ſubditum, non includit clericum. Ioã. And. in cap. fin. de immun. eccl. lib. 6. ¶ Conſi. 4. de Conſt. num. 7.

Statutum nouam pœnam inducẽs, videtur tollere antiquam. Deci. ca. de cauſis. de offic. delega. & ratio eſt, quia id videtur eſſe de mente ſtatuentis. ¶ Conſi. 1. de pœn. num. 4.

Statutum fundatur in conſcientiæ grauamine, quod incurrũt illi, de quibus loquitur, & conſequenter non comprehendit abſẽtes. De orã. cap. 18. num. 80.

Statutum Carthuſianum proprietarios, non reſtituentes iuſte excommunicat, quia eſt culpa futura. Conſi. B 75. de reg. n. 9.

Statuta Minimorum, qui non tangunt tria vota ſubſtantialia, non obligant ad peccatum mortale, nec veniale, ſed tantum ad pœnam temporalẽ. Carthuſianorum verò contra. ¶ Conſ. decimo. de Regul. num. 6.

Statuta Dominicanorũ aliqua ſunt, quæ ad nullam obligant culpam. ¶ De lege pœn. num. 27.

Statuta omnia iurans non videtur illicita iurare. cap. 1. de iur. iur. lib. 6. ¶ conſi. 18. de Hære. num. 8.

Statuta de ſponſa, & eius conſanguineis, ſeruanda ſunt in ſponſo, vt C exprimit Panorm. rece. ¶ Conſi. 32. de ſponſ.

Statuta etiam confirmata à Papa intelligenda ſunt, vt ſint conformia iuri communi. capit. cum dilectus. de conſuetudine ¶ Cõſil. 1. vt lit. penden.

Statuta ſiue leges, ſine euidenti vtilitate non ſunt mutanda. l. 2. ff. de cõſt. & cap. ridiculum. 2. diſtin. ¶ Com. 3. de Reg. num. 30.

Statutum declaratorium extenditur ad præterita. c. ex antiquis. 54. diſt. tradit Feli. poſt ab eo citatos. cap. fin. de conſt. num. 4. ¶ Com. 4. de Reg. nu. 43.

Statu-

Statutum inferioris confirmatum à Papa eo caſu, quo confirmatio erat neceſſaria non poteſt mutari, quia tunc effectum eſt Papale, poteſt tamen tunc quando reditur ad ius antiquum, & commune. ¶ de pę. d.6.ca.1.§. laboret. num.16.

A

Statutum ne poſt annum lapſum debitum peti poſſit, non excuſat debitorem ſcientem ſe debere in foro conſciẽtiæ. iux. communem, quam tenet Anch. cap. peccatum. de regu. iur. lib.6. ¶ Man. cap.17. num.85.

Statuta Concil. & Pontif. circa pluralitatem beneficiorum, magis ſunt iuris naturalis, & diuini declaratoria, quàm noui promulgatoria. ¶ De incomp. benef. num.9.

B

Statutum puniens producentes falſos teſtes includit tantum producentẽ vnum Barto. & Iaſo. in l. 2. §. ſed & ſi annus ff. vi bonor. rapt. ¶ Com. 2. de Regul. nu.37.

Statuta, quæ recta ſunt non debent ſine vtilitate grandi, & euidenti mutari. l. in rebus ff. de Conſtit. princ. ¶ Cõ. 3. de Reg. nu.16.

Statuta rigoroſa mollienda ſunt ex cauſa cap. Requiſitis §. Niſi rigor cũ multis alijs 1.q.7. ¶ Com.4. de Reg. numero 19.

C

Statuta ciuitatum poſſunt decernere, vt in omnibus delictis procedatur via inquiſitionis iuxta Barth. l.2. §. ſi publico, ff. ad leg. Iul. de Adult. ¶ Com. cap. inter verba concl. 6. num. 587.

Statuta punientia faciẽtem aliquod delictum non includunt conantem facere illud ſi non facit. Conatus tamen punitur vt dicitur in verſic. Conatus. ¶ Com. ca. ſi quis non de pœnit. diſ.1. num.17.

## Sterilitas.

STerilitas fortuita eſt illa, quę cõtingit ex inſolito frigore, calore, tempeſtate, aut alio accidente, quę ali qua agricolarum culpa accidere ſolent. leg. ex conducto. §. ſi uis. ff. loca. & cap. propter. de loca. ¶ Man. cap.17. num.188.

Eſt autem talis ſterilitas, quam cõuẽtio partium, aut conſuetudo, ſeu cõmunis opinio regionis probat, Bartholus dicto §. ſi uis.

Sterilitas vnius anni compenſanda eſt cum fertilitate alterius ſecundum aliquos in ſoluenda penſione, ſed verius eſt, vt ſeruetur conuẽtio partium. Ibid. num.189.

## Studium.

STudium ab horis Canonicis non excuſat, quia melius eſt orare, quàm legere, vel ſtudere. iux. gloſſ. receptã in capitul. licet. octaua quæſt. prima. Cui conſonat altera gloſſ. ca. Qualiter horæ in pra. ſanct. quæ dicit: Maledictum ſtudium propter quod relinquitur diuinum officium. ¶ De oratione. cap.2. num.31.

Studio multo deditꝰ tentationes occurrunt prouocantes tranſitum ex vna facultate ad aliam, quibus occurrendum eſt dicto, Deus in adiutorium meum intende. ¶ Cap.19. num.10.

## Stultus.

STultus non debet eſſe melioris conditionis, quàm ſapiens. cap. cũ qui. de præbend. lib.9. ¶ Conſil.9. de elect. nume. octauo. conſ.10. de ſponſal. num.2. Et intelligitur cum vterq; ſimile, vel idem facit. ¶ de reditib. eccl. quæſt.1. Mon.46. num.1.

Stultus eſt, qui credit de ſe plus alijs, quàm ſibi, & ſuæ conſcientiæ in alien-

aſſentationibus, & adulationibus. A ¶ Capit. inter verba. Concluſ. 1. numero 1.

## Stuprum. Verbo Luxuria.

## Subdiaconus.

SVbdiaconus qui ſit. Vide ver. Ordo.

Subdiaconus præſumitur, qui diu vſus eſt officio ſubdiaconatus. Innocent. cap. ſuper his. de Accuſa. ¶ conſi. 14. de offi. iud. ord. num. 5.

Subdiaconus qui non eſt, poteſt nõ ſolum partem, ſed etiam totam paſſionem in die Paraſceues cantare, modo B id faciat, non vt Diaconus, ſed vt cantor, nec ſeruiat in alijs partibus Miſſe, quia id non eſt fungi officio Diaconi, ſed cantoris. ¶ Conſi. 1. de celebr. Miſſarum.

Subdiaconum incarcerans, & tanquam teſtem, aut Reum examinans in excommunicat. Bullæ Cœnæ incidit. ¶ Conſil. 45. de ſent. excomm.

## Subditus.

SVbditus tripliciter dicitur. Primo, ratione domicilij. Secũdo, C ratione originis propriæ, vel paternæ. arg. c. 3. de temp. ord. lib. 6. Tertiò, ratione delicti, licet large, vt dicit gl. in ca. nuper. de ſen. excomm. non autem proprie, licet ibi ſortiatur forum, vt notat gl. cle. vnica de foro comp. Silueſtr.

Subditus, qui notabiliter contemnit ſuperiores, vel illis, honorem notabilem, & debitum denegat, etiam ſi illi ſint diſcoli, & mali, peccat. 1. Petr. 2. Rom. 10. & ca. ſolitum. de maior. ca. omnis. de cenſibus. ¶ Manu. cap. 14. num. 22.

Qui leges, & præcepta iuſta ſuperioris violat contra ca. Ad hæc. 89. diſt. Et ſi id facit, quia id putat in hac vita neminem in illum poteſtatem habere, eſt hæreticus. per extrauag. vnam ſanctam. de maior. & obed. glo. ſingul. & recep. in cap. generali. de electio. lib. 6. Si autem id facit, quia non vult ſe illis ſubdere peccat per inobedietiam. 2. 2. q. 105. ar. 1. ¶ Ibid.

Subditus extra ſuum Epiſcopatum, non poteſt excommunicari. capit. epiſcopatum. 15. quæſt. 3. ¶ Man. cap. 23. num. 6.

Id etiam confirmat ca. 2. de ſen. excom. Contra Bar. in l. 1. num. 45. C. de ſumm. tri. communiter recep. a legiſtis vt tradit Hyppol. in l. fina. de iuriſd. omnium iud. num. 142. ¶ Man. cap. 27. num. 273.

Non tenetur obedire præcepto ſuperioris hominis contra præceptum ſuperioris Dei. capit. ſi Dominus. 1. q. 3. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ¶ Rub. de Iud. num. 59.

Si Rex bellum indicat & non ſit certus de iniuſtitia licet de Iuſtitia certus non ſit non poteſt ille iuſte obedire niſi adueniente præcepto credat bellum iuſtum quo ad hunc effectum iuſte parendi. ¶ Com. ca. Si quis autem. de pœn. d. 7. num. 114.

Quandoq; poſſit appellare. Verbo Appellatio. Vide ver. Obedientia.

## Subornatio.

SVbornatio eſt ſuaſio veri in malũ, vel falſi in bonum finem facta, vt colligitur ex Card. in clem. 2. de teſt. Eſt autem duplex Bona, vel mala ratione ſui obiecti, vt patet tota cauſa 22. Bona eſt cauſa licita, mala autem illicita. Extrauagan. autem Pij Quinti, de electio. Superiorum prohibens, id eſt, puniens ſubornationem in genere debet

bet intelligi de mala, & illicita, ſicut A & illa de confidentia, quia de ſimilibus, idem eſt iudicium. lege illud ff. ad leg. Aquil. ¶ Conſil. ſeptimo. de conſtit.

Eſt autem ſubornare idem quod ornare, & inſtruere. Ibid. num. 6.

# *Subreptio.*

† SVbreptio poteſt venire à ſubrepto, quod eſt latenter repo, ita vt ſit quædam inſinuoſa, & latens cogitatio. Seu à ſurripio, & ſignificat. Primò rapinam, ſeu ſurripiendi actũ. Secundò impetrationé, quæ fit à Principe, vel Magiſtratu per falſam rei nar B rationem. vnde ſubreptitiæ litteræ, quæ ad alicuius falſam ſuggeſtionem conceſſæ ſunt. Hic accipitur primo modo, & ſecundo.

Subreptio in omni materia excuſat à peccato mort. ¶ Man. prælud. 9. num. 2.

Subreptio eſt defectus deliberationis, vt colligitur ex ſancto Th. 1. 2. q. 88. art. 5. & 2. 2. q. 33. ar. 5. & q. 57. art. 3. Ant. 2. p. tit. 4. cap. 5. Adria. quol. 8. ¶ Cap. 2. num. 4.

Subreptio non omnis, ſicut gratias Papæ, ita & ordinarij uitiat Clem. 2. de offic. ord. ¶ Conſi. 44. de temp. ord. C conſi. 28. de ſen. excomm. num. 5.

Subreptio non vitiat gratiam, niſi quo ad illud, cuius cauſa fuit. Ideo poteſt eſſe ſubreptio quo ad vnum, non autem quo ad aliud. ca. ſi eo tempore. & ca. ſuſceptum. de reſcrip. ¶ Conſ. 2. de reſcr. num. 3.

Subreptio non omnis eſt ſimoniaca, quando fit in impetratione beneficij, vt v. g. ſi exprimatur valor pluſquam eſt, licet reddat gratiam nullam. cap. ſuper litteris. de reſcr. & cap. & ſi legib. 25. q. 2. deſumptum ex l. & ſi legibus. C. ſi cont. ius, vel vtil. pub. conſil. 75. de ſim. numero quinto.

# *Subrogatio.*

† SVbrogatio eſt ſubſtitutio alicuius in ſuum locum ſeu officium ad aliquid agendum, vel ſuſcipiendum.

Subrogatum debet ſapere naturam eius cui ſubrogatur, illãq; ſeruat. arg. l. ſi eum qui. §. iniuriarum. ff. ſi quis cau. & cap. eccleſia. vt li. pend. ¶ De red. eccle. q. 1. Mon. 50. nu. 6. conſ. 76. de Reg. num. 6.

# *Subſidium.*

† SVbſidium dicitur auxilium in eum vſum comparatum, vt laborantib. opem ferat.

Subſidium perſonale quantum eſſe debeat, non eſt iure definitum per Bullam Siſti Quinti, neque in extrauag. Vas electionis Benedict. 12. Poteſt autem peti ſubſidium charitatiuum, de quo determinat illa Bulla ob viſitationem à clericis ratione beneficij: iuxta cap. conquerenti. de offic. ordin. ex ca. cum apoſtolus. §. prohibemus. de cenſibus ideo neque pauper tenetur, neque diues ſi non habet beneficium, vt decernit Barto. Belenſinus trac. de charit. ſubſid. q. 15. ¶ conſi. 10. de cenſibus.

# *Succeſſio.*

SVcceſſio ab inteſtato ceſſat per ſucceſſionem ex teſtamento. l. quamdiu. ff. de reg. iu. & l. quãdiu. ff. de acq. her. ¶ conſi. 7. de teſtam.

Succeſſio in bonis queſitis ex reditib. Eccleſiaſticis non inducit obligationem ad ſoluenda debita eccleſiæ. Neque ſucceſſio in eccleſia, & beneficio ad ſoluenda ea, quæ non fuerunt conuerſa in vtilitatem illius. ¶ Conſi. 14. de Reg. num. 19.

Succeſſio

Succeſſio in beneficio non dat obligationem ad ſoluendam penſionem, niſi de bonis beneficij. ¶ Conſ. 49. de præb. num. 8.

## Sufficientia.

SVfficientia ad decentem ſuſtentationem determinanda eſt conſilio peritorum. Maior. 4. diſt. 14. q. 15. De prox. defenſ. num. 22.

† Vide terminationem in Com. de ora. cap. 32. num. 73.

Sufficientia debet eſſe talis, quæ ſufficiat ſibi & ſuis, id eſt, quos neceſſario, quis ſecum debet habere, vel iure naturæ, vel ad ſuam decentiam. ¶De incompat. benefic. num. 18.

## Suffocatio.

SVffocatio pueri facta à matre, vel nutrice in lecto dormiente, ſi fuit facta prudenter illius collocatio, ſine tali periculo non inducit mortale. Secus ſi non adhibuit prudentiam. ¶Manual. cap. 15. num. 13.

Suffocatio facta in eccleſia inducit illius pollutionem. gl. in ca. propoſuiſti. de conſecrat. transl. facit l. qua ratione. §. j. ff. ad leg. Aquil. ¶ Capit. 27. num. 256.

## Suffragium.

SVffragium eſt auxilium eccleſiaſticum, quod per opera pia defunctis datur. ¶ de Iubil. Not. 22. numero 14.

Eſt autem triplex, iuxta Caie. tract. 2. de Indul. q. 5. Primum, quod fit merendo illis per ea de congruo tantum auxilium liberationis. Alterum impetrando precib. illud. Tertium ſatisfaciendo pro illis per pœnalium operũ paſſiones, quod eſt dicere ſuffragium meritorum, impetratorium, ſatisfactorium. ¶Ib. num. 15.

A Suffragium ſatisfactorium cõtinet ſuffragium indulgentiarum. Vide verbo Indulgentia.

Quod ſi fiat per Miſſam. ver. Miſſa.

Suffragia ſecundum ſuam naturam conſiderata non ſatisfaciunt. 1. 2. quæſtio. 114. art. 3. Intelligendo de condigno, & via iuſtitiæ. Et licet conſiderata, vt emanant ex gratia ſint meritoria de condigno, & inducant iuſtum ſimpliciter, quo ad mercedem. 2. Tim. 4. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Quo ad Deum tamen retributorem non inducunt, niſi iuſtum paternum, ſeu dominatiuum. ¶Ibi. num. 19.

B Suffragia ſpiritualia facta pro Defunctis Purgat. non omnibus proſunt, iux. Caiet. vbi ſupra. Primo, quia Auguſt. lib. de cura pro mortuis agenda, & in Enchir. relatus 13. q. 2. ca. non ex timemus dicit ea illis ſolum iuuare, qui dum viuerent cooperarunt, vt prodeſſent. Sed dic, quòd in eo numero ſunt omnes exiſtentes in Purgatorio, quia ſunt nec valde mali, nec valde boni, iuxt. eundem in ca. tempus. 13. q. 2. Secundo, quia meritum, vt ſuffragia proſint eſt meritum accidentale. Sed dic quòd id eſt potius quoddam anexum charitati commune viuo, & mortuo. ¶Ibi. à nu. 42.

C Suffragia fiunt pro mortuo etiam poſtquàm in articulo mortis fuit plenarie abſolutus, vel illi poſt morte fuit acquiſita plenaria indulgentia. Vel primo, quia is non potuerit habere iuſtum, & ſufficiens propoſitum ſatisfaciendi pro tota pœna, vel ſecũdo, quia non omnis Indulgentia omnem pœnam tollit. Vel tertio, quia cauſa Indulg. etiam pleniſſimæ forte non fuit ſufficiens ad tollendam totam. Vel, quarto, quia ſecundum Caie. via gratię tantum, & non via Iuſtitiæ liberat, & ideo non eſt certum à Deo illã

pro

pro mortuo fuiſſe acceptatam. Vel dic A iuxt. Gabrielem lect. 57. in Can. quod id fit ad gratiarum actionem. Ale. 4. p. q. 42. de pueris. Vel ei ad augendum gaudium accidentale. ¶ num. 50.

## *Superbia.*

SVperbia in genere, à verbo Supereo deriuat, & ſignificat omne id, quod ſuperit, ſeu ſuperat, ſeu excellit alia. Et licet verbum ſuperbus pro elato, & faſtoſo ponatur, ſæpe tamen pro nobili, & excellenti capitur. Diuiditur autem in bonam, & malam, quod adnotauit S. Thom. 2. 2. q. 162. artic. B 5. Superbia vero mala in habitum ſuperbiæ, & actum eius. Eſt autem ſuperbiæ habitus vitium mouens ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, quatenus eſt excellentia. ¶ Man. c. 23. nu. 5.

Superbia ad ſui eſſentiam non requirit actualem contemptum Dei, nec legis eius neque renutus ſubijciendi ſe ei, nec defectus proximi, ſed hoc requiritur ad ſuperbiam tantum, quę de ſe eſt mortalis. ¶ Ibid. num. 6.

Superbiæ actus eſt pręponere naturalia bona minora ſua, maioribus bonis naturalibus alterius, ita & diui C na, & gratiæ, quòd ſi non adſit contempus Dei non erit ſuperbia mortalis. ¶ Ibid.

Superbiæ ſpecies ſecundum Greg. 23. Moral, & Thom. vbi ſup. art. 4. ſunt quatuor. Prima, quando homo à ſe putat habere ipſa bona naturalia, aut ſpiritualia, aut fortunæ. Secunda, quando putat habere illa à Deo, ſed ex Iuſtitia. Tertia, quãdo arrogat ſibi bona, quæ non habet cuiuſcunque ordinis illa ſint. Quarta, quando contemnit alios inordinate volens, vt ſibi ſubijciantur. ¶ Ibid.

Superbia peccatum maximum eſt. Aug. ſuper Pſal. 18. & vere mundus eſt, qui ab hoc vitio mundus eſt, quia vltimum eſt redeuntibus ad Deum, quod recedentibus primum fuit. ¶ Ca. inter verba. concl. 2. nu. 3.

## *Superfluum.*

SVperfluum duplex eſt, alterum naturæ tantum, & dicitur omne id, quod alicui ſupereſt demptis neceſſarijs ad vitã ſuã, & ſuorũ conſeruationem, alterum dicitur ſtatus, quod videlicet ſupereſt demptis neceſſarijs ad vitam ſtatumque decentem ſui, & ſuorum habita ratione caſuũ eorum, qui probabiliter timeri, vel expectari debent ſecundum omnes. Et non conſiſtit in puncto, ſed habet latitudinem eo maiorẽ quo maior eſt ſtatus. iuxt. Silueſt. Verb. Eleemoſina. 1. q. 1. §. 3. & in Aura Roſ. caſu 53. ¶ Manu. capit. 24. nu. 6. Vide Verb. Status.

Superfluum in temporalibus, vel eſt naturæ tantum, vel naturæ, & perſonę ſimul. ¶ De eleemoſ. nu. 16. Et ibi declarat, quæ ſint iſta ſuperflua ſicut in Manu.

Superfluum non videtur habere Theſaurizans ad habendum Dominium, quo eſt dignus, vel prædia, & alia temporalia ad mutandum ſtatum ſuum in digniorem, quo melius Deo in illo ſeruiat. Neque qui futuris pauperibus Theſaurizat. ſecundum Caie. tract. 5. q. 4. in opuſ. to. 2. ¶ Ibid. 3. numer. 17.

Superfluum naturæ, & perſonæ, qui habet, tenetur erogare illud pauperibus, ſub pœna peccati mor. Th. 4. diſt. 15. q. 2. art. 1. quol. 8. q. 6. ¶ ar. 13. Caie. vbi ſupr. Silu. Roſa Aur. caſ. 57. Ex quo ſequitur hoc ſuperfluum alienum eſſe, quo ad vſum. iuxt. illud Luc. 2. Quod ſupereſt date eleemoſinam. Quod videtur eſſe præceptum obl. ad mor. & cum

tum ſit generale venit intelligendum generaliter.¶Ibi.nu.39.

Superfluum perſonæ habentes ſunt rariſſimi, ſed in neceſſitate conſtituto eleemoſinare tenentur tam habentes ſuperfluum naturæ tantum, quam de ſuperfluo naturæ,& perſonæ.num.46. Vide Verbo Eleemoſina.

## Superior.

SVperior regulari ſuo factas conceſſiones reuocare poteſt de rigore iuris,ita vt in foro exteriori reuocatio cenſeatur valida etiam ſi fieret abſque cauſa, cum ex volũtate illius ſubditus pendeat. iuxt. ca.non dicatis. 12.q.1. ca.religioſus.de elect.lib.6.Non tamẽ debet illas reuocare abſque iuſta cauſa,alioquin peccat grauiſſime, tanquã contraueniens naturali obligationi ex pacto,vel condicto licito deſcendente. Innoc.ca.nouit.de iudic.¶ Cõſi.20.de reg.nu.7.& 12.

Superior renuens facere, quod debet,ad id per ſuum ſuperiorem cogendus eſt.ca.nullus.de iur.patron.¶Conſil.2.de his,quæ fiunt à prælat.

Superior peccans in loco inferioris non ſubeſt illi, quia inferior in ſuperiorem nõ habet poteſtatẽ.c. inferior 21.diſt.& c.cũ inferior.de maior.glo. 3.& ſing. cap.1. de rapt. communiter recep.à Panor.& Felin.dict.ca.cum inferior.probat Ioã. And. in Mercurial. quod reg.cui licet.de reg.iur.lib.6.

Sed fallit hoc,quando ipſe ſuperior conſentit.l.eſt receptum.ff. de iuriſd. om.iud. & gl. ſing. ibi extendit etiam ad Imperatorem,& gl.cap.in ſynodo. 93.diſt.extendit ad Papam. ¶ De iud. Not.3.nu.72.

Superiori dicenti ſe facere aliquid ex cauſa niſi de illa conſtet non credetur, ſi id non poteſt facere ſine cauſa. Barto.l. ſi forte.ff. de caſtrenſ. pecul. A & l.ſi donatione.C.de collat.¶Conſi. 56.de reg.aum.2.Com.de ſpol. cler.§. 2.num.18.

Superior ſtatuens pœnam,vt ſubditus obediat nõ id facit,vt obediat principaliter propter illam, alioquin peccaret.cap.notum.2.quæſt.1.ſed ob virtutem.¶De finibus.nu.40.

Quomodo debeat inquirere delicta. Verbo Iudex. De illius obedientia.Verb.Obedientia. Vide Verb.Prælatus.

Superiorem adire ob iuſtum grauamen habet vim appellationis apud Religioſos & quorum ſuperioribus B poſſe appellari irrefragabiliter probat.cap. Ad veſtram de Appellat.neq; id vetuit Conc.Trid.Seſſ.25.cap.3.de Regul.dum prohibet, ne Religioſus poſſit exire Monaſterium ſine licẽtia, etiam vt adeat ſuperiorem. ¶ Com.2. de Regul.num.61.

## Superſtitio.

† SVperſtitionis nomen eſt à ſuperſtite tractum dicente Iſid.in 1i. Ethymol.quod ſuperſtitioſos ait Cic. appellatos, qui totos dies de precabantur, & immolabant, vt ſui ſibi liberi ſuperſtites fierent, deinde vero C translatum eſt ad ſignificandum quoddam vitium,quod gl.ad Coloſ.2.definiens ait:ſuperſtitionẽ eſſe vitium religioni oppoſitum ſecundũ exceſſum, puta exhibẽs cultum diuinum cui nõ debet,vel eo modo quo nõ debet.Silu.

Superſtitionis ac falſæ religionis vitium quod primo præcepto Decal. prohibetur, maximum eſt peccatum ex ſuo genere eorum,quæ actibus virtutum moralium opponuntur.2.2.q. 92.ar.1.& q.94.art.3. Et nos inclinat ad reddendum Deo cultum pernitioſe,vel etiam ipſi creaturæ tacite,vel expreſſe.¶Man.ca.2.nu.22.

Super-

Superſtitionis ſpecies quatuor ſunt ex lib.2.de Doct. Chriſtiana Auguſt. relati in capit. illud.26.q. 2.Prima eſt qua pernitioſus cultus Deo exhibetur per mendaces cœremonias, vt Iudęi faciunt, vel ſaltem cultus ſuperfluus per cęremonias quæ neque Dei honorem,neque animę ſalutem comprehendunt.facit ca.quiſquis. 41.diſt.Secunda, quæ cultum diuinum alicui creaturæ reddit gratia ipſam honorandi, & dicitur Idolatria.Tertia qua cultus diuinus redditur creaturæ ad aſſequendum aliquam ſcientiam,vel inſtructionem.Et dicitur diuinatio. Quarta qua idem cultus tribuitur creaturę, vt ab ipſa opera noſtra dirigantur. Omnes iſtæ ſpecies ex ſuo genere habent peccatum mortale excepta prima,qua parte continet cultum ſuperfluum, ſed nõ contrarium diuinæ, aut humanę legi. Quarta,etiam non eſt mortalis,quando bona fides, vel ignorantia excuſat. ſecundum Thom.vbi ſupr. & Anton. 2.p.tit.12.cap.1.§. 12.¶Man. ca.2.nu. 24. & conſ.5.de ſent.excomm.& de iudic.Not.2.num.32.De oratione capit. 6.num.45.

A

B

## *Supplicatio.*

SVpplicatio ſignata ſola facit fidẽ, quo ad poſſeſſorium, & etiã quo ad petitorium ad abſoluendum reum. ¶Ca.accepta op.8.nu.27.

Supplicatio Papæ ſignata ſola gratiam continet, ideo etiam litteris non expeditis in foro conſcientiæ ſufficit, & etiam in foro exteriori, quando nõ agitur de incompatibilib. ſed de tertio beneficio,immo & de illis ſi litteræ ante ſententiam præſentẽtur.¶Ibi. num.30.

## *Surdus.*

SVrdus, qui eſt omnino de iure non videtur ꝓhibitus ab ordine presbyteri,quia ſolus etiam ſine miniſtro reſpondente poteſt dicere Miſſam, & conſequenter non audiendo illum, vt tenet gl.in cap.nec quoque. de cõſecr. diſtin.1. ¶ Conſil.37.de temp. ordin. & quo ad recitatioue horarum. Verb. Hora.

## *Suſpenſio.*

SVſpẽſio generaliter accepta,iuxta mentem omnium iuriſt. eſt inhĩbitio vſus officij, vel facultatis alicuius. Nam & appellatio dicitur ſuſpendi.ca.venientes de iur.iur.

Spetialiter autem eſt Tertia ſpecies cenſuræ, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel in perpetuum, quo ad partem ob ſuam culpam à iudice,vel à lege,& cũ ſit cenſura.capi.quærenti.de verb. ſignif.non poteſt fieri niſi ab habente ordinem, & iuriſdictionem Eccleſiaſticam exteriorem, & poteſt ferri ob qualemcunque culpam mortalem, ſecundum Archid.in ca. cum non ab homine.de iudic. Immo & ob venialem. ſecũdũ Caiet.in ſumm.Cum autem ſit pœna non poteſt ferri ſine culpa. arg. capit.2.de conſtit.¶ Manu.cap.27.nu. 151.& conſil. 4.de temp.ord.

C

Suſpenſio cum non ſit peccatum, ſed eius pœna.iuxta omnes ſtricte nõ eſt dicenda talis prohibitio celebrandi clerici mortali peccato infecti, licet ſic vocetur. capit. fin.de cohabit.cler. ¶De pœn.diſt.5.capit. ſi quis non dicam.nu.10.

Suſpenſio cenſura eſt diuerſa ab excommunicatione,quia non vetat exercitium Eccleſiaſticum quatenus tale, ſed quatenus eſt ſpecies communica-

eſt fama cap. Cum delicti, de Accuſat. ſaltem cum ſuper illis non poteſt firmari particularis Inquiſitio. ¶ Ibidem num. 640.

Teſtem nemo ſe tenetur offerre ad ſolam punitionem delicti 2.2.q.20.ar. 1. niſi ſit neceſſaria accuſatio ad bonũ publicum. ¶ Ibi. nu. 713.

Teſtis in omnibus caſibus in quib. tenetur reuelare crimen alienum non erit murmurator, modo id agat bona intentione, & ad effectum, vt iux. ampleatur, vel vt reus emendetur, ſeu vt tollatur malum exemplum Reip. & vt cuilibet ſuum tribuatur. Secus ſi ad vindictam, inuidiam, odium, nocendũ &c. Quia ſemper cuius finis malus eſt & ipſum malum eſt ca. Cum miniſter 23.q.5. & Tho. 2. diſtin. 40. ¶ Ibidem num. 717.

Teſtis reuelans mala aliena iuridice non eſt murmurator, quia nec læ-
C dit, nec vult lædere famam proximi contra ius. ¶ Ibi. num. 698.

## Teſtimonium.

TEſtimonium vnius viri etiam legalis, non ſufficit ad credendũ, de malo tertij. gl. memorab. in cap. ſi quis præpoſtera. diſt. 56. pro qua tex. aptiſſ. in c. non ſolum. 2.q.3.

Secus ſi eſt iuratus, vel deponat de viſu. ¶ Rub. de Iud. nu. 52.

Teſtimonium vnius ſufficiens eſt ad contrahendum, & impediendum matrimonium. cap. præterea, el 2. de ſponſ. in quo errauit Maior. 4. diſt. 21. ¶ Man. cap. 22. num. 83. de pœn. d. 6. c. Sacerdos. nu. 27.

Teſtimonium, qui ferre non vult dum poteſt alium à morte liberare et nõ iuſſus peccat. arg. c. 1. de crim. falſi. Tho. 2.2.q.70. ar. 2. Gabr. 4. d. 25. q. 6. ¶ Man. c. 15. nu. 17.

A Teſtimonium falſum, qui tulit ob quod quis eſt in periculo perdendi vitam debet recantare etiam cum periculo ſuæ vitæ. ¶ Ibidem & in Rub. de Iud. nu. 61.

Teſtimonium falſum, ob tria eſt mortale.

Primo ob iuramenti violationem.

Secundo, ob iniuſtitiam notabilem.

Tertio ob perniciem mẽdacij. Th. 2.2.q.78. ar. 4. & probatur per ca. 1. de crim. falſi. ¶ Ibi. c. 18. nu. 1.

Teſtimonium ferre non debent, ne que poſſunt aduocati, procuratores, cõ-
B ſiliarij, ſollicitatores, & medici, de eo quod ob neceſſitatem conſilij, vel auxilij, ipſis communicatum fuit. Incurreret enim reuelando crimen præuaricationis, falſitatis, vel aliud, vt ait Bar. l. 1. §. 15. ff. ad leg. Corn. de falſ. Speculat. de Aduocato. §. nunc tractemus. ¶ Capi. inter verba. concl. 6. nume. 792.

Teſtimonium ferre nemo poteſt de ſecreto ſibi commiſſo, niſi ſit præiudiciale id tacere, & ſi Iudex contrarium præciperet Sot. de rat. teg. m. 1. q. 2. ¶ Num. 800.

Teſtimonium ferre nemo tenetur
C cum ſuo graui damno corporale, vel ſpirituale. Bal. cap. cum nuncius. de teſti. Fel. & alij in cap. dilectorum. de teſti. cog. ¶ 818.

Teſtimonium ferre debemus de eo etiam quod probare nequimus, dicendo quod ſcimus etiam cũ id iubemur tantum generaliter. Pano. c. ad noſtrã. de iu. iur. ¶ 780.

Teſtimonium ferre debet ſeruus contra Dominum in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ. l. pen. ff. ad leg. Iul. Maieſt. Innoc. cap. vrgentis. de hæretic.

Sicut & frater contra fratrem in crimine

Admittens ad Sacramenta tempore interdicti. capit. epiſcoporum de priuil.

Prælatus mendicantium admittens ad profeſſionem ante annum.ca.conſtitutione. de regul.lib.6.

Clericus veſtem verſicolorem deferens. Clemen.2.de vita, & honeſt. cler.

Religioſus male alienans bona, & Clem.1.de red.eccleſ.non alien. ¶Ibi. num.157.

Ordinatus cum pacto non petendi alimenta. cap.1.de ſimon. ſi vero donaret, vel renunciaret poſt factum B
ſine pacto non incurreret. gloſſ. memorab. cap.ſi Epiſcopus.de præbend. lib.6.

Epiſcopus ordinans abſque tit.clericum religioſum, ordinis in quo ſit votum temporale religionis. Pij 5. ¶Ibid.num.158.

† Multi alij ſunt ſuſpenſi de quib. habes ſupra, & in multis locis hinc inde ſparſi,quæ non oportet in vnum colligere ne opus in immenſũ creſcat.

Suſpenſus gaudet priuilegio fori. cap.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4.per c. aduerſus,& cap.inter alia. de immun. C
eccleſ. non tamen gaudet alijs priuilegijs honoris, & vtilitatis.cap.ſi celebrat.de cler.excommun.min.¶Conſil.7.de ætat. & qual.ordin.num.6.

Suſpenſus inhabilis eſt ad beneficia obtinenda.arg. d.cap. ſi celebrat. Sed non perdit beneficium obtentum. Innoc.in capit. cum noſtris. de conc. præbend.recept.per Felin.cap.inquiſitioni.de accuſat. ¶Conſi.46.eod.tit.

Suſpenſus ab officijs ſacerdotalibus adminiſtrando in ordine inferiori non peccat,nec fit irregularis. ¶Manual.cap.27. num.163.

Suſpenſus ſi ſcienter beneficium accipit peccat, & titulus eius eſt nullus. ¶ Cap. 25. num. 133. Verbo. Beneficium.

Suſpenſus ab officio prædicandi, concionando peccat, & fit irregularis. ¶ Cap.27.num.163. Quia prædicare eſt officium certi ordinis. Verb. Prædicator.

Suſpenſiones omnes prouenientes ex delicto occulto, poteſt epiſcopus tollere in ſua Diœceſi,quo ad ſuos ſubditos modo non ſint deductæ ad forũ contentioſum. Conc.Trid.Seſſ.22.ca. 6.¶Cap.27.num.194.

## *Suſpicio.*

SVſpicio quid ſit. vide Verb. Iudicium.

Suſpicio non omnis peccatum eſt, vt illa, quæ fit de alicuius bonitate. Eſt aut ſemper peccatum, quando ſaltem eſt cauſa peccati.Neque illa, quæ eſt de malitia, eſt peccatum, quando ex indicijs ſufficientibus concipitur ideo affert cauſam iuſte recuſandi Notarios,& ſimiles.cap. quod ſuſpecti.3. q.5.cap.ſuſpicionis.de off.deleg. ¶De iud.rub.num.47.

Suſpicio mala non omnis peccatũ eſt mortale ex S.Thom.2.2.q.60.Nam leuibus indicijs facta ſine certitudine, eſt venialis. Si autem cum certitudine ex illis inducitur, mortalis eſt, quia ad eſt contemptus.

Quòd ſi eſt iudex, & procedit ex illis ad condemnationem, mortalis eſt iniuſtitia.¶Ibid.

Suſpicionis gradus dantur, vt ſit alia leuis alia vehemens, alia maior, alia minor.¶num.50.

Suſpicio legis datur, quæ habetur pro æquipollenti infamia, & ſufficit ad inquirendum, vt declarat Salicetus l.an quidem. C.de accuſat. ¶Ibid. num.96.

Suſpicio vna in vnum poteſt eſſe

alicuius momenti; quæ talis non erit in alium, ideo id multum eſt ponderãdum ab inquiſitorib. in ſuſpectis de hęreſi. ¶ Conſi. 1. de hæreticis. num. 8.

Suſpicionem inducit inſolita diligentia fraudis. l. ſi quis ſub conditione. adiuncta gl. quam Bald. ad hoc ibi notat † deeſt. tit. quem cum alijs refert Dec. conſ. 448. num. 23. & Fel. ca. 2. de reſcr. ¶ Conſ. 1. de homicid. nu. 3.

Suſpicantium tria ſunt hominum genera, quæ peccant. iuxt. D. Tho. vbi ſupra. art. 3. Primum eorum, qui ideo id faciunt, quia mali ſunt. Secundum eorum, qui ad alios male ſunt affecti ex aliqua paſſione. Tertium eorum, qui id faciunt ex magna, quam habẽt de alijs experientiam, ideo ſenes ex 2. Rethor. Ariſt. naturaliter ſunt multũ ſuſpecto ſi grauius peccant duo priora genera, quia neque ducuntur iuſta probatione, ſed peruerſo affectu id faciunt. ¶ Rubr. de iudic. num. 46.

## *Suſtentatio.*

SVſtentatio honeſta, & commoda debet conſiderari ſecundum qualitatem perſonæ. Bald. l. 2. in principio. quod metu cauſ. & tradit Alex. l. ſi maritus, ff. ſolut. matrim. ¶ Conſ. 2. de verb. ſignif.

Suſtentatio neceſſaria debetur regi iure naturali, & ſi non poteſt tolli, poteſt tamen moderari quantitas iure humano. ¶ De lege pœn. num. 42.

## *Suſurratio.*

SVſurratio eſt ſignificatio inordinata mali culpæ alienæ, ſine pœnæ, vel alicuius defectus naturæ, alteri facta per quam ſeminatur diſcordia, vel cauſa diſcordiæ inter illos. Tho. 2. 2. q. 74. ar. 1.

Suſurratio differt à cõtumelia, quæ lędit honorem, & ab infamia, quæ læ-

A dit famam, cum iſta lædat ſolam amicitiam. Et eſt grauiſſimum peccatum, nec debet ſuſurrator abſolui, niſi quęrat, quo ad fieri poteſt, vt illis renunciet, quod niſi poſſit damnis inde ſecutis ad arbitrium boni viri ſatisfaciat. iuxt. Roſel. Verb. Inuidia. §. 6. Si autem id proponat ſufficit, vt abſoluatur. ¶ Manu. ca. 18. num. 13.

## *Symbolum.*

SYmbolum eſt ſumma eorum, quæ Chriſtiani credere debent. ¶ Man. cap. 2. num. 1. Eſt autem confeſſio fidei, ſed non oratio, cum non ſit peti-

B tio alicuius rei. ¶ De orat. cap. 4. nu. 9.

Symbolum, qui dicendo articulum ab articulo, nõ diſtinguit, ſed curſim, & properando, ita recitat permiſcendo omnia, nulla eſt laude dignus, immo vituperio. Et maiori, qui ita diſtinguit vbi non oportet, vt potius negare fidem, quam confiteri videatur, quę credit. ¶ De orat. ca. 16. num. 19.

Symbolum malas in Miſſa, qui incipit, & non abſoluit peccat, quia eſt abuſus, vt decernit Cõc. Baſil. ſeſſ. 21. ¶ Ibi. num. 44.

C

## *Synodus. Verb. Concilium.*

## *Synagoga.*

SYnagogas Iudæorum. Meſchitas Turcharum Idola, vel alia cuius vſus principalis eſt peccatum mortale, qui facit, aut reficit mortaliter peccat, quia occaſionem propinquam peccandi exhibet, etiam ſi id faciat ſine praua intentione. ¶ Manual. capit. 14. num. 36.

Synagogas conſtruere Iudæis, licet in terris Chriſtianorum vbi licẽtiam habent habitandi. ca. Iudęi. de Iudęis.

Ex permiſſione impunitiua tantum, non autem approbatiua. ¶Conſi.2.de Iudæis.num.2,

# De Littera T.

## Taciturnitas.

Taciturnitas puellæ, quando ſuffi ciat ad cōtrahendū. Vide Verb. Matrimonium.

Taciturnitas, quando annullat gratiam. Vide Verb. Gratia.

Tacere, vel loqui, quando bonum, vel malum, vel indifferens. Verb. Silentium.

Taciturnitas Prælati, qua religioſus tenet aliqua lucrifacta ſuo artificio, non excuſat illum à peccato ſi eſt. permiſſiua tantum, ſine conſenſu approbatiuo, vel ſi eſt iniuſta non facta, honeſta cauſa in id conſentiendi. ¶Com.2.de Regu.num.22.

Tacere, vel loqui debemus cum Eccleſia chriſtiana per ſuas leges id præcipit, quod illa frequenter facit per leges, quas non licet neque metu mortis tranſgredi. Vt quando Catholicus interrogatur ab hæretico an ſit Chriſtianus, non licet illi tacere etiam metu mortis frequenter verò per leges à quarum implemento metus mortis imò, & aliqua alia magna neceſſitas excuſat, vt ait Felin. in cap. ſicut de conſe.diſ.1. Et facit cap. Concedimus de conſec.diſt.2. Ideo metu mortis licet excommunicatum alloqui. dic feſtum miſſam relinquere niſi id accideret in cōtemptum illius, & alia huiuſmodi. ¶Com.cap. inter verba. prælud. 3.num.2.3.4. verſ. Metus.

## Tactus.

Tactus poteſt eſſe licitus, & illicitus, qui eſt per ſe malus, talis eſt autem libidinoſus. i. qui fit deliberate ad habendam delectationem venereã vti præambulam ad copulam carnalẽ, immo etiam ſine ratione ad illam. ca. nec ſolo. 32.q.5.& gl. memorab. ibi. †Contrarium tenebat Martinus de Magiſtris contra quem vide longam diſputationem Caiet.2.2.q.154. ar.4. Licitus eſt autem ſi fiat honeſta cauſa ſine tali delectatione, & non eſt peccatum de ſe, immo neque cum illa in primo motu inſurgente, vt dicit glo. in ca. homicidium. de pœn.diſt.1.& præcipue ſi eſt contra voluntatem tangentis. Et etiam ſi cauſa eſſet ſubita modo non ſit luxurioſa, neque in finem talem ordinata, non erit peccatum mortale. Et ſi fiat cauſa vanitatis, leuitatis, curioſitatis, &c. ¶De pœnit.diſt.1.ca. ſi cui.num.7.

Tactus pudendorum de ſe iudicatur eſſe mortalis de quo Apoſtolis.1. Cor.7. Bonum eſt homini mulierem non tangere. arg. à contrario, ac arguit d. Hieronymus. op.1. contra Iouin. relatus.32.diſt.cap. hoſpitalium. Caiet. 2.2.q.154.art.4. Non tamen adeo malus eſt, vt pro nulla cauſa proſſit bene fieri, vt medendi, atque curandi. Nam ca. fraternitatis. de frig. & malef. colligit, quod mulier inepta viro ob arctitudinem poteſt arte chirurgorum apta fieri. Bene tamen verum eſt, quod tactus iſte periculoſiſſimus eſt ad mouendum libidinem, ideo non niſi pro vrgentiſſima cauſa fieri debet. ¶ Ibid. num.12.& 13.

Tactus oſcula, & amplexus ſi referantur ad copulam à non coniugatis peccata ſunt mortalia, quia ſunt directi peccatum mor.14. Idem ait Caietanus vbi ſupra, ſi fiant ad ſolam delectationem ſine animo perueniendi ad copulam. Quod verum eſt ſi fiant tanquam delectabilia libidinoſa, & prouocantia ad talem delectationem. Secus

ctus autem ſi fiant tanquam prouocantia ad delectationem honeſtam, putam ad augendam amicitiam, beneuolentiam, amorem naturalem, ciuilẽ, ſcholaſticũ. Et ſi principaliter ad hoc fierent, licet deinde, & ſecundario inſurgeret inde delectatio venerea in ſenſualitate, vel ex fomite, vel ex Diaboli ſuggeſtione, non propterea tamẽ eſſent peccata mortifera: immo neque venialia ſi nulla conſentiatur in conſenſum voluntario uoluntatis partis ſuperioris. ¶Ibi. num. 15.

Neque ſimiliter Caie. opinio forſan procedit, quando delectatio venerea parua eſt, & ſine periculo incidendi, vel in actum carnalem, vel in pollutionem. ¶Ibi. num. 17.

Idem dicendum de viſu, licet viſus non ita, vt tactus ad libidinem poſſet prouocare. Tactus, & oſcula, & amplexus inter coniuges de futuro ſunt liciti modo abſit periculum pollutionis, & non ſit tactus pudendorum. Maior. ca. 16. num. 12. Vide cauſam, Verb. Sponſalia.

Tactus mamillarum à ſacerdote iocoſe facto, & ſine aliqua mala intentione, non eſt peccatum mortale, quia ex ſua natura, non incitat ad mort. vt ſemper peccare faciat perſonas, ita ſe tangentes. ¶Manual. cap. 14. num. 42.

## *Taurus.*

TAurorum agitatio, vt quibuſdã locis fit peccat. mort. eſt, & præcipue in Hiſpania ob periculum, quod imminet aſſiſtentibus. Et multorum peccatorum, quæ inde naſcuntur, vt ſuperbiæ vanæ gloriæ, &c. Illiciti enim ſunt ludi ex quibus occiſiones, & magna vulnera contingunt, & omnia torneamenta iure Canonico ſunt prohibita. ca. 1. de torneam. talis autem agitatio ſpecies eſt torneamenti: quare de

A illa idem dicendum videtur. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Adeſt præterea Pij 5. ſuper hac agitatione. extrauag. edita. 1567. quæ incipit. De ſalute gregis. Quæ tamẽ nõ videtur procedere ĩ agitatione moderata ſicut finis illius innuit. Et ideo torneamenta talia permittuntur. ¶Manual. cap. 15. nume. 18.

## *Telum.*

TElum definitur ab Imperatore. §. itẽ lex. Cornelia. Inſtit. de publ. iudic. & à Card. l. calumnientur. §. telum. de verb. ſig. vt ſit omne id, quod manu iacitur. Quare non ſatis caute, ait gl. 1. ca. is qui. de pœn. diſt. 1. Quod telum dicitur quicquid nocere poteſt,

B cum omnia corporea nocere poſſint, neque tamen poſſunt vocari tela. ¶De pœn. diſt. 1. ca. eod.

## *Templum.*

TEmpla Iudæorum, Hęreticorum, Maumetorum, & aliorum infidelium ædificare non licet, quia peccatum. Verbo Synagoga de templis. Vide Verb. Eccleſia.

## *Tempus.*

TEmpus longum appellatur, quando eſt decem annorum. Si ad minus breue dicitur. l. fin. ff. ſi ager. vectig. gl. Clem. 1. de red. eccleſ. alien.

C ¶Manual. cap. 27. num. 126.

Tempus decem annorum longum. Et minus breue appellatur. C. de long. temp. præſcriptio. ideo locatio ad decem annos dicitur longa. gl. Clem. 1. de reb. eccl. alien. rece. per Car. quæ ſimilem habet in l. 2. ff. ſi ager vect. & communiter ita tenetur per Barto. in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficiebus. & conſuetudo id ſeruat, vt teſtatur Barto. in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccl. ¶De pœnit. diſt. 5. ca. ſi quis. num. 6...

Tempus infra triginta dierum conceditur, vt allegari poſſit aliquid factū fuiſſe per iracundiam, vt notat Lucas de penna.l.omnes omnino curiales,de, Decur.& lib.10.C.eod.& allegat bonum text.11.q.3.cap.cum apud.¶ Ibi. A

Tempus huius vitæ delendis peccatis,& quærendis virtutibus datū breuiſſimus eſt, ideo ait Apoſt. Gal.6.dū tempus habemus operemur bonum. Ephe.5. redimentes tempus. Eſt autē tale tempus merendi, vel demerendi. cap.in præſenti.13.quæſtio.2.Et dicitur tale non in ſe,ſed reſpectu vitæ futuræ,quæ ſine termino eſt.¶ De pœnitent. diſtinct.5.capitul.1.§. ingratus. B num.4.& 6.

Tempus immemoriale vim priuilegij habet.capit. ſuper quibuſdam.§. præterea.de verb.ſignif.eccleſ.hoc iure.§.ductus aquæ.quot.& æſtiua.¶ Cōſil.2.de immunit. eccleſ.num.4.

Tempus à iure ſtatutum, in dubio debet eſſe continuum. gloſſ.celebrat. & recept. in rubr. de diuerſ. & temp. præſcript.¶ Conſi.37.de reg.

Tempus regulæ de triennali continuum eſſe oportet Gomeſ.in dict.regul.quæſt.20.& 46.¶ Capitu.accepta. oppoſ.7.num.51.

C

# Tentatio.

Tentare Deum eſt aliquid dicere, vel facere ad experiendum expreſſe, vel tacite diuinam potentiam, ſapientiam,vel pietatem, vt concionari nulla præuia meditatione cum illam poſſet habere, offerre ſe temere martyrio irritando infideles, & occaſionem præbens ad ſe occidendum ſine cauſa, quæ ſpeciem præcepti, aut conſilij habeat. ¶ Manual.cap.ſecundo.num.40.

Tentandi cauſa alicuius fortitudinem, aut continentiam, aut ſuijpſius introducere mulierem in cubiculo mortale eſt,cum ſit, inductiuum,maxime ad mor. niſi magna viri religio, aut mulieris honeſtas circunſtantiam iuſtificantem producat. ¶ Cap. 14.numero 43.

Tentatio peccandi confitenda eſt, quo minor eſt eo magis peccatum aggrauat, vt ſi naſcatur ex muliere deformi. iux.gl. celebrem.cap.fi.15.q.6. de pœn.d.5.cap.1.§.conſideret.à numero 85.

Tentatio peccandi non eſt circunſtantia regulariter confitenda, quia vt plurimum nō mutat ſpeciem, ſed ſunt tantum, quando fundatur in cauſa finali, alio præcepto particulari prohibita,quam operatio ipſa,vt ſi quis furetur ob tentationem, quam habet ad fornicandum.¶ Vbi ſup.num.92.

Tentatione vlla non poteſt quis agitari ita, vt nequeat pluris facere legem diuinam, & eius obſeruantiam, quàm id, ad quod tentatur, quia non patitur Deus nos tentari ſupra id quod poſſumus.1.Cor.10.Quare tentatus, vt præferat bonum temporale ſpirituali viriliter agat confortetur cor ſuum, & ſperet in domino. Pſal, 30.¶ De oratio.cap.18.num.14.

# Terminus.

Terminus notificationis alicuius ſcripturæ non currit, donec copia illius authentica tradatur, ſi fuerit petita. Clem. cauſam. de elect.adiuncta gl. ver. cum ſimili. ¶ De reſcr. 14.cauſ.null.num.2.

Terminanda arbitrio boni viri relinquantur quæ determinata non tāti l.1.ff.de iure.delib. Et cap. de cauſis de off. Deleg. ¶ Com.2. de Regul.numero 25.

## Tertiarij.

TErtiarij S.Franciſci ſimul viuentes, ſunt veri Religioſi, nec poſſunt trãſire ad aliam Religionem etiã Mendicantium, niſi licentia petita, vt conſtituit Iul. 2. Et ſufficit etiam non obtenta. iux. cap. licet. de Reg. ¶ conſi. 29. de reg.

Tertiariæ valentes profiteri clauſuram ſeruent, & multiplicentur, vt aliæ Monachæ. Nolentes viuant ſine clauſura, & ſcandaloſæ ab ordinarijs puniantur per extrauag. Pij V. ¶ Conſil. 16. de Regu.

## Teſtamentum.

† TEſtamentum. iux. Panorm. in Rubr. eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis vult poſt mortem fieri cum hæredis inſtitutione, vt habetur l. 1. iunct. gl. ff. eo. Et eſt duplex; quoddam nuncupatiuũ ſine ſcriptis explicando ſuam voluntatem coram teſtibus. Quoddam verò in ſcriptis, quod quis facit cum non vult, vt pro tunc aliquis ſciat ſuam voluntatem. Silue.

Teſtamentum, qui condere vult ſanus id faciat, vel in principio morbi ne morte, vel externo alio accidente impediatur. Et qui eum impediunt ne alijs quid relinquat, grauiſſime peccãt cum obligatione reſtituendi, & pęna perdendi hæreditatem. leg. 1. C. ſi quis aliq. teſtamen. prohib. & Antonin. 3. p. ti. 10. c. 1. §. 2.

Et debet fieri, quo ad poſſibile eſt in ſtatu gratiæ, vt mereatur iubendo ſuffragia. ¶ Manual. cap. 16. num. 36.

Teſtamentum factum ante profeſſionem per illum nõ rumpitur, etiamſi factum fuerit poſt ingreſſum Religionis. §. illud. auth. de Monachis. & authen. nunc autem. C. de epiſc. & cle.

A quia non eſt vere tunc religioſus. Neque per Conc. Trid. c. 16. de Reg. ſeſſ. 25. tollitur nouicijs facultas teſtandi, ſed tantum diſponendi inter viuos. ¶ Com. 2. de Regu. nu. 51.

Teſtamentum factum ante profeſſionem, non poteſt Monachus reuocare, neque alterare. Panor. in ca. in præſentia. de proba. contra Bar. in Auth. ſi qua mulier, quia qui non poteſt facere teſtamẽtum, neque minus poteſt illud reuocare. argumen. l. ſi proponis. C. de nupt. & cap. 1. de regu. iur. Secundò, quia

B Teſtamentum ſola voluntate reuocari non poteſt, vt ait Imo. d. l. 1. ſequntus Ang. Ibi. ¶ Com. 2. de reg. num. 53. Et ſi eſt factum ſine ſolemnitate debita Conc. Tri. ſeſſ. 25. c. 16. de Regul. nõ propterea reuocatur quia cap. non tollit facultatem teſtandi, ſed tantum omnem facultatem diſponendi inter viuos. ¶ Ibi. nu. 51.

Teſtamentum qui facit mutari tenetur ad reſtitutionem. l. fin. C. ſi quis. ¶ Man. c. 17. num. 70.

Teſtamentum priuilegiatum ſine mentione priuilegij valet l. 3. ff. de milit. teſta. ¶ de red. eccl. quæſt. 1. Mon. 7.

C num. 1.

Teſtamentum, qui condere poteſt, & pariter poteſt codicillari, & donare cauſa mortis, cõtra Decium. patet per leg. Marcellus. ff. de donat. cauſ. mort. ¶ Ibid. Mon. 10. nu. 1.

Teſtamentum ante nouam legem perfectum valet, ſi teſtator poſt illam moriatur, nec renouauit, cum poſſet Paul. de Caſtro in l. Iubemus. C. teſtamen. ¶ De reſcrip. except. 21. nu. 13.

Teſtamentum clerici in vrbe de rebus per negociationem quæſitis validum eſt, ſi fuerit factum per verba generalia nulla facta mentione de illis, per ea quæ tradit Decius leg. hæreditas.

tas.ff.de regul.iur.& alij citati ab eo. ¶ conſi.10.de teſta.

Teſtamentum ad pia factum coram duobus teſtibus valet,cap. relatum de teſtam.de iure canonico; quod tradũt etiam omnes legiſtæ ſecundum Iaſ. l. 1.C.de ſacroſ.eccl. nu. 28. In reliquis requiruntur ſeptem. l. hac conſultiſſima.C.qui teſtam.fac.poſ. Conſi.7.eo. titu.nu.6.

Teſtamentum factum à cogitante ingredi Religionem profeſſione confirmatur,q̃ eſt velut mos ciuilis. Imo. l.1.ff.de teſtam.quem ſequitur Franc. Rubeus eodem.

Neq; vlla licentia requiritur, quia iure communi id licet. ¶ conſ.12.eod.

Teſtamentum ſequitur perſonam propriam. ¶ Com. 2. de Regul. nume.57.

Teſtamentum nullum abuſiue teſtamentum vocatur leg. 2. §.1. ff quemadmodum.¶ de reſcrip.remed.2.nu.1.

Teſtandi facultas cum eſt libera, non excludit ſolemnitatem teſtamento requiſitam neceſſario, & de iure. l. 1.C.de inoffi.teſtam. quam ſeruare debet profeſſionem emiſſurus.¶ Com.2. de Reg.num.52.

Teſtandi facultas conceſſa, eſt regulari viuenti extra clauſtra ſi habet facultatẽ conuertendi quæſita in proprios vſus.

Teſtandi facultas de reditibus eccleſiaſticis conceſſa à Sede Apoſtolica per Iul.3. generaliſſima eſt, & extendebatur etiam ad Regulares in Curia morientes. Sed Paulus 4. illam reſtrinxit ad ſæculares. ¶ De ſpoliatio. cleric.§.6.num.3.& intelligitur in ſoro ſorio.

Teſtandi facultas nil poteſt prodeſſe,niſi teſtetur is cui illa facta eſt. arg. l.ex imperfecto,& l.hac conſultiſſima C.qui teſt.fac.poſ.¶ Ibi.§.7.nu.6.

A Teſtandi facultas libere, & conſuetudo conceſſa clero Italo nulla eſt de bonis Eccleſiaſticis, quod ex multis indicijs probatur. ¶ De Redimen.eccleſ.q.1.Mon.58.num.2.

Et ſi adeſſet nulla eſſet.c. quæ contra.d.8. ¶ Ibi.Mon.54.num.4.

Eſt enim contraria legi naturali in 8.Decal.præcepto cõtenta loquendo, quo ad vſus prophanos, non autem quo ad pios, quia id eſt ſola lege humana prohibitum, cui conſuetudo derogare poteſt.ver.conſuetudo.¶ Ibi.q. 3.Mon.5.nu.3.

B Teſtandi facultas de bonis eccleſiaſticis in vſus prophanos conceſſa etiã à Papa,non valet in conſcientia, quia eſt contra legem naturalem,& diuinã, ideo qui illa vtitur peccat. Et concludit Barban.dè præſtant.Card.p.1.q.4. Ibi.Mon.6.nu.3.

Non finitur per primum teſtandi actum contra Deci.conſ.512. quem ſequitur Tiraquel. l. boues. §. hoc ſermone ff.de verb.ſign.quia gratia concedentis id non videtur requirere, & natura teſtandi, & deambulatoria, & non mutabilis vſque ad mortem, cap. C vlt.13.q.2.

Et qui non perſeuerat in priori teſtamento vſque ad mortem,inteſtatus videtur deceſſiſſe.arg.l.2.§.ſi teſtamẽtum.ff.quemadmodum.¶ De red.eccl. q.3.Mon.9.num.2.de pœn.diſt.6.cap. placuit.num.34. de Indulg. Not. 31, num.26.

Teſtari iure nequit beneficiarius de Reditibus eccleſiaſt. ſiue benef. ſit ſimplex, ſiue curatum, neque ad pia, neque ad prophana. De ſpol.cle.§.6. num.5.

Teſtari multo minus poteſt Religioſus,quàm Clericus ſæcularis, quia nullis locis ille poteſt,cum non ſit Dominus aliquorum cap.non dicatis. 12. q.1.

q. 1. Sæcularis autem eſt dominus de aliquibus. ¶ De Red. eccl. q. 3. Mon. 2. num. 1.

Teſtari, & velle teſtari diuerſa ſunt argum. tex. cum gl. l. inuendentis. C. de contrah. emp. Conſi. 1. de teſta.

Teſtari poſſunt milites S. Stephani relicta quinta parte Religioni. Ex priuilegij Pij V. ¶ Conſi. 29. de Reg. num. 8.

Teſtari poſſunt Moniales, ſæculares, ſiue collegialiter, ſiue non collegialiter viuant. Archidiaco. & Cardi. per cap. vltim. 2. quæſt. fin. quia non ſunt veræ Religioſæ cum non faciant profeſſionem. Conſil. 81. de Regul. num. 18.

B

Teſtari poſſunt in Luſitania filios habentes de ſola tertia parte bonorũ ſuorum. Conſ. 13. de voto.

Teſtari poteſt etiam vſurarius manifeſtus præſtita cautione. cap. quanquam. de vſur. lib. 6. quia nullo iure id vetatur; & cum ſit liber poteſt id facere. l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Conſil. 10. de vſur.

Teſtamentum ſecundum factum ab eo, qui iurauit non reuocare primum valet ſecundum Bart. l. ſi quis in prin. ff. de leg. & probat tex. cap. fin. §. fin. de Procur. lib. 6. ¶ Com. de rebus eccl. num. 14.

C

Teſtamentum facere poſſunt milites ordinum militarium, ſiue commendatores ad bellum profeſſi ſi per diſpẽſationem apoſtolicam cõiugati, & habentes filios legitimos diſponẽdo de bonis ſuis, quæ habuerunt ante profeſſionem, quæque in Religionem intulerunt ſine vlla Papæ diſpenſatione. ¶ Com. 2. de Reg. nu. 56.

## *Teſtator.*

TEſtator, qui reliquit aliquid dandum illi cui voluerit daro Titius,

A

videtur tacitum fideicommiſſum in fraudem legis relinquere. l. Lucius. §. fina. ff. de lega. ¶ Conſi. 2. de teſtam.

Teſtator teſtamento relinquens, vt reſtituatur, quod ipſe poterat reſtituere, ſecurus non diſcedit, niſi excuſetur aliqua bona circunſtantia, quia ſcilicet credit, quòd hæres ſuus melius præſtabit id. ¶ Man. c. 17. num. 68.

Teſtatoris mens tacita ex coniecturis elicienda eſt. Barto. leg. Theopompus. ff. de dote præl. ¶ Conſil. 2. de teſtam. nu. 4.

Teſtatoris intentio ex actu, qui de ſe eſt nullus colligi etiã poteſt inſtar confeſſionis, quia in actu nullo facta præiudicat. Innocen. cap. qualiter, & quando. de accuſ. ¶ Conſil. 6. de teſtamen.

Teſtatoris iuſtum præceptum lex eſt, & ad illud ſeruandum hæres compelli poteſt l. filiusfamil. §. diui. el 2. ff. de lega. Auth. de Nuptijs. §. diſponat teſtator. c. final. 13. q. 2. ¶ Conſil. 5. De emptio. nu. 15.

Teſtamentorum executor. Verbo Executor.

Teſtatoris voluntas non reputatur pro facto etiam in relinquẽdo Miſſas, quo ad præmium accidentale, quod ex opere operato illarum miſſarũ prouenit. Thõ. 4. diſt. 45. quæſt. 1. artic. 1. quæſt. 3. ¶ De pœn. cap. magna. diſt. 1. num. 23.

## *Teſtis.*

† TEſtes antiquitus Superſtites vocabantur eo, quòd ſupra cauſarum ſtatum proferebant. Nunc verò parte nominis ablata teſtes vocantur. ca. forus. de verb. ſign. §. teſtes. Qui & dicuntur legitimi, vel omni exceptione maiores cum nulla legitima exceptione repelli poſſunt, ſecundum gloſſ.

gloſſ.in capi. 1. de conſang. & affini. Silueſt.

Teſtis mortaliter peccat ſi in iudicio deponit falſum, aut cum dubitat eſſe tale, aut ſi tacet verum in graue damnum alterius, etiam non iuratus. cap. 1. de crim. falſ. cum obligatione reſtituendi. Thom. 2. 2. quæſt. 70. arti. 4. Timor iuſtus poteſt eum excuſare, quo ad reticentiam veri. argum. capi. nequis. 22. quæſt. 2. Cum nouit ſe erraſſe debet ſuum dictum reuocare ſi prodeſſe poteſt cum id facit ſtatim. c. præterea. de teſtibus. cogend. Vel antequam ſententia feratur. Innoc. recep. Ibi. Et tunc deſinet eſſe omni exceptione dignus, & maior. iuxta Cardinal. recep. in c. veniens, el ſecundo. de teſtibus.

Quod niſi iudex credat factum ex ſubornatione illi factâ magis credet, iux. Hoſtienſ. recep. per Anton. & Panorm. d. c. præterea arg. l. 3. ff. de teſtib. Man. c. 25. num. 40.

Secundò, quando deponit verum, ſed credens eſſe falſum, vel ſolo timore periurij teſtatur.

Tertiò, ſi ſe falſo excuſet ne reddat teſtimonium, cum tenetur cum oblig. reſtituendi. Ange. Verbo teſtis. §. 17.

Quartò, abſentans ſe eadem cauſa. Sot. de rat. teg. ſecr. m. 2. q. 7. ¶ nu. 41.

Teſtis detegens ſecretum non neceſſarium ad damna impedienda, licet particulariter de eo interrogetur peccat. 2. 2. q. 90. art. 1. maxime ſi per con feſſ. ſacramentalem, vel conſultationẽ didicit, niſi aliunde nouerit. ver. Secretum, & verb. Murmuratio. & verb. Reuelatio.

Teſtis in tali caſu cum non teneatur debet dicere Iudici ſe non teneri, & ſi illum velit cogere, appellare, & ſi timet illius ſæuitiam abſolute dicere ſe nihil ſcire intelligendo, ita vt dicere poſſit. ¶ Ibi. 43. & com. c. inter verba, concl. 6. num. 578.

A

Teſtis non tenetur ſe offerre ſub pœna peccati mortal. in quauis magna cauſa, niſi de lege charitatis. De lege autem Iuſtitiæ in extremo vitæ alicuius periculo. ¶ nu. 44.

Teſtis etiam peccat ſi mercedem accipit, vt verum teſtetur cum obligatione reſtituendi ei, qui dedit. cap. ſanè. 14. quæſt. 5. Et qui accipit, vt falſum teſtetur ſine obligatione reſtituendi, niſi de conſilio pauperibus tenetur tamen ad omnia damna. ¶ num. 45.

B

Teſtis ſi abſque cauſa non paret Iudici præcipienti, vt denunciet talia peccat. Excuſant, aut ab hoc occultũ. Verbo Secretum. & verſ. occultum. Defectus probationis. Auditio dubia, vel ab eo cui non eſt credendum. Denunciatio eius à quo ipſe audiuit. Si factum fuit furtum ratione recuperationis. Si per confeſſionem ſacramentalem, vel conſultationem nouit. ¶ Num. 46.

Teſtis non ſe debet offerre Aſcendens contra deſcendentes, nec contra. Nec maritus contra vxorem, aut contra. Idem de liberto, & patrono.

C

Et ſi iſtorum aliquis offeratur non debet admitti. Iſti tamen priuilegiati in defectum aliorum poſſunt. arg. glo. cap. quamquam. 14. q. 2. & gloſ. recep. ab Arch. in cap. ſtatuendum. 2. q. 6. Et ſufficit iuramentũ partis dicentis non adfuiſſe alios, quam priuilegiatos, dũ nulla intercurrit in contrarium coniectura. arg. cap. 2. §. fi. de iuram. calum. lib. 6. niſi timeatur aliquod magnum nocumentum. ¶ nu. 50. & c. inter verba. concl. 6. nu. 809. 810. 811. Ad hoc autem vt poſſint, & debeant duo ad minus debent concurrere nempe, vt non adſint alij, & quòd ipſis ex eo nullum ſequatur graue damnum ſpirituale,

le, vel temporale. ¶ Ibidem numero 822.

Teſtis falſe teſtans non reſtituit fiſco bona quærenda, etiamſi verum teſtatus fuiſſet Silu. verb. Reſtitutio, 5. q. 5. quia pœna non debetur ante condemnationem. ver. pœna. Et intereſſe remotum, & extra rem non debetur. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de emp. & vend. ¶ nu. 51. & ca. 15. nu. 17. c. 17. nu. 134.

Teſtis ſi variè, & non vno modo loquitur illi non creditur. Panor. & Fel. in proœ. Decret. & citati ab eis. ¶ cõſ. 8. de conſagui. num. 6.

Teſtis vnius dictum in dubio cum alio eius dicto eſt ad concordiam reducendum, Panorm. per ca. cum tamẽ. de teſtib. non ſolum, vt non incidat in pœnam, ſed etiam vt probet ibi Felin. Conſ. 18. de hære. nu. 8.

Teſtis mendacium per hyperbolẽ dicens, non peccat. Th. 2. 2. q. 111. ar. 1. loquendo de mendacio ſic dicto. Et ſi ita ſe ad pœnam ipſius obliget, non eſt tamen puniendus, quia non fuit animus verus ſe obligandi, ſed figuratus. Neque peccat ſe ad illam obligãs. iuxta gloſſ. in cap. cum homo. 23. q. 5. Cum non ſit dominus ſuæ vitæ. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. c. contingit. de ſen. excom. ¶ conſi. 14. de teſtib.

Teſtis vnus deponens de fama, illã non probat iux. doctr. Bar. l. de minore. §. plurimum. nu. 13. ff. de quæſtio. ¶ Conſil. 1. de ſec. nup. conſil. 1. de accuſa.

Teſtes, & inſtrumenta æquiparantur, quo ad effectũ probandi aliquid. leg. in exercendis. C. de fide inſtrum. ¶ Conſi. 41. de ſponſal.

Teſti vnico in his, quæ non præiudicant ſtatur. iux. gl. in c. nuper, de teſtib. & in ca. placuit. de conſec. diſt. 4. ¶ Conſi. 7. de teſta. nu. 9.

A Teſti in Iudicio præferendus eſt teſti extra iudicium. gl. c. per tuas. de probatio. ¶ Conſi. 1. de confeſſ.

Teſtis vnus idoneus ſaltim iuratus inducit iuſtam credulitatem. gloſſ. ſingul. & recep. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demõſt. quam poſt alios declarat Felin. ca. cum contingat. de reſcrip. ¶ Conſi. 30. de præbend. numero ſecundo.

Teſtis, qui falſum teſtando proximum non læſit irreligionem commiſit non iniuſtitiam, ideo ad reſtitutioné non tenetur, ſed ſufficit, vt pœniteat, & reuocet ſuum dictum. Man. cap. 25. nu. 40. Si uero læſit, & damnum reſtituit, & pœnituit non tenetur reuocare ne ſe infamet, niſi probabiliter timeatur aliud verum damnum. ¶ Conſ. 1. de teſtib.

B Si fidit bonitati rogantis, & affirmat iurando, quod ignorans peccat, ſed non tenetur reſtituere. ¶ Manual cap. 18, num. 1.

Teſtis aliquis obligatus eſt in foro conſcientiæ, & ex charitate deponere aliquid cum alterum ex defectu ſui dicti videt ius ſuum perdere, qui tamen ad id non poteſt compelli ob aliquod priuilegium. ¶ Cap. inter verba concl. 6. nu. 715.

C Teſtis tacens veritatem paulominus peccat quam falſus licet, non omnino tantum. Falſus, autem qui omnino mentitur ſine dubio peccat mor. quia Deum, iudicem, proximumque offendit. cap. 1. de crim. falſi. ¶ Ibidem num. 700.

Teſtis tenetur deponere, quod ſcit etiam ſi pollicitus fuiſſet ſe nil dicturum. Thom. 2. 2. quæſtio. 70. ar. 1. ad 2. Etiamſi iuraſſet. Innoc. cap. qualiter. el 1. de accuſ. quia ius iuramenti ad hoc, non ſe extendit. cap. 1. de iur. iur. lib. 6. ¶ nu. 703.

tionis humanæ Chriſtianæ. Non eſt irregularitas, nec depoſito, nec degradatio ſi ſtricte ſumitur, quia illæ non ſunt cenſuræ, ſed inhabilitates ad ordines, vel priuationes ab officio, hæc autem eſt impedimentum exercitij. iuxt. Pariſienſes. ¶ Vbi ſupr, nu. 152.

Suſpenſio generaliter ſumpta, alia eſt quo ad ſe ſolum, alia quo ad alios ſolum, alia quo ad ſe, & alios. Panor. c. ſi celebrat. de cler. excom. Sed hæc diuiſio, non valet de ſuſpenſione ſtricte ſumpta. Eſt autem triplex. Prima officij, & beneficij ſimul. c. tuarum. de priuileg. Secunda officij tantum, vel partis eius. Tertia beneficij tantum, vel rei pertinentis ad illud, vt colligitur ex gl. magna, & fin. Clem. cupientes. de pœn. & remiſſ. Item quædam eſt à iure, & quædam ab homine.

Suſpenſio iuris. Primo fertur in clericum fornicatorem notorium, donec pœniteat. cap. ſi qui ſunt. 81. diſt. Verb. Concubinarius. ¶ nu. 154. Secundo in eligentem Epiſcopum, non idoneum. ca. cum in cunctis. de elect. etiã ſi ſint compromiſſarii. cap. ſi compromiſſarius. eod. tit. lib. 6. Tertio in eum qui ordinatur ante ætatem, vel tempora ſtatuta, ſine litteris dimiſſorijs, vel à non ſuo epiſcopo. extrau. Pij 2. cum ex ſacrorum, non tamen ſi bona fide, & ſimplicitate id fecerit credens ſe eſſe legitimum. Ob verbum præſumpſerit, quod dolum requirit. ſecundum omnes. Card. Clem. 1. de priuil. q. 30. Idem de illo, qui bona fide per pœnitentiam purgato peccato exercuit ordinem candida ſimplicitate id ſibi licere exiſtimans. ¶ nu. 155. & conſil. 9. de temp. ordin.

Quarto in eum clericum, qui vel procurat, vel acceptat duellũ. Siueſt. Verb. Suſpenſio. q. 2. & Tabien. Ibid. ſed text. ca. 1. de cler. pugnant. in duel.

A dicit ſolum eſſe ſuſpendendum.

Suſpenſio poteſt ferri ab eo, qui poteſt pariter excommunicare, non in omnes, ſed in ſolas perſonas Eccleſiaſticas. Eſt autem ferenda in ſcriptis ſicut, & excom. ca. 1. de ſent. excom. lib. 6. Præcedente monitione ſi ponitur in contumaciam, non in pœnam. Innoc. capit. ſi. de exceſ. prælat. Redditur nulla poſt legitimam appellationem, non tamen ſuſpenditur per præcedentem appellationem. ſecundum communem in cap. 1. de ſent. excom. lib. 6. per cap. ad hoc. de appell. ¶ Man. capit. 22. num. 159.

B Suſpenſio lata in aliquos actus particulares, non tollit alios, niſi ſint illis annexi quare ſuſpenſus à iuriſdictione, non eſt ſuſpenſus ab ordine. c. à qua. de conſecr. eccl. vel altar. nec cõtra. ¶ Ibid. num. 161.

Suſpenſionem à iure latam generaliter, non incurrunt Epiſcopi niſi de illis fiat mentio ſpecialis. cap. quam periculoſum. de ſen. excom. lib. 6. cum gl. ¶ Ibid.

Suſpẽſio fertur, & tollitur quibuſlibet verbis id ſignificantibus, quia nulla ſunt præſcripta in formam ſubſtantialem ſuæ prolationis, aut abſo-
C lutionis, licet in abſolutione requiratur iuramentum neceſſario. cap. venerabili. de ſent. excommun. Si certo tẽpore terminatur, lapſo illo tollitur ipſo facto, vel aduenìente termino. gl. Clem. 1. de decim. Ibid. & conſec. 62. de ſent. excom.

Suſpenſio lata à iure ob contumaciam, non in pœnam abſolute ſine termino, & reſeruatione poteſt ab Epiſcopo, & eius Vicario vicegerenti tolli. arg. cap. nuper. de ſent. excom. & ca. litteris. de conſtit. tradit Innoc. recep. in cap. 2. de ſolut. ſi autem feratur in pœnam non poteſt eam tollere. Panorm.

norm. d.cap.2. quem ſequitur Felin. A cum glo. Clem.1.de hæret.& cap. cupientes.§. cæterum. de elect.lib.6.ſuper quam tamen poteſt diſpenſare, quando poſita fuit ob adulterium, aut minora peccata. iuxt. eandem Panor. d.cap.2. ¶Vbi ſupr.num.162.

Suſpenſio lata ab homine ab eode tollitur à quo, & fertur generaliter, quam tamen, & ſuperior tollere poteſt,& ſucceſſor.arg.paſtoralis.de off. iud.deleg.Et ſi notabis hanc differentiam, quando lata eſt in pœnam, vel ob contumaciam cognoſces doct.errare in multas exceptiones quas faciunt circa huiuſmodi abſolutionem. B ¶Ibidem.

Suſpenſio iſta, vt cenſura à quocũque violatur incurritur peccatũ mortal.arg. cap.2.de maior. & irregularitas,ſi ille exercet peculiarem alicuius ordinis actum.ca.1.de ſent.excom.lib. 6. Quare qui pſallit in choro,aut percipit ſacramentr, licet ſit ſuſpenſus, nõ efficitur irrregularis.ca.ſi celebrat. de cler.excomm. min. Neque ſi talis actus ſit illi aſcriptus iure particulari alicuius Religionis ſicut eſt eligere, vel eligi.Sedere,& ſtare inter ſacerdotes, licet peccat quia tales actus, non ſunt diuina officia.¶Conſil.7.de ætat. C vt qual.ord.

Suſpenſio,donec aliquis ſatisfaciat durat, donec iudex declaret eſſe ſatiſfactum.¶Conſ.1.de ſequeſt.fruct.

Suſpenſio ab officio,ſeu ab ingreſſu eccleſiæ ob appellationem,non ſuſpenditur.cap.is qui. de ſentent. excomm. lib.6.à voce vero actiua,& paſſiua,ſeu à pontificalibus, & vſu palij tollitur. Innoc.& Hoſtien. per gl.d.cap.is.qui. Panorm. ca. ad hæc.de appellat.& per alia multa. Prima inducit irregularitatem, & altera non. ¶Conſil. 8. de election.

Suſpenſio,non contrahitur, nec nocet,quo ad præterita. arg. cap. 2. de conſtit. ¶Conſil. 33. de temp. ordin. num.5.

Suſpenſionis pœnam nullam imponit.Conc.Trid.Seſſ.21.ca.2.ſed ſolam innonat. cap. cum. ſecundum. de præbend.¶Conſil. 29.de temp.ord.

Suſpenſio ſicut excommunicatio à iudice competente lata etiamſi ſit iniuſtà modo non ſit nulla, regulariter valet, & eſt ſeruanda item in foro exteriori, quo caſu habet locum.cap. 1.2.quæſt.3.iuncta gloſſ. ¶Conſil.75. de ſentent.excommun. Verb. Excommunicatio.

Suſpenſio à diuinis tollit tantum exercitium officij, vel beneficij, non autem alios actus, vt confiteri, communicare, audire Miſſam,& alia,quę ſunt laicorum.¶Conſi.64.de ſent. excomm.

Suſpenſio ab officio generalior eſt, quam ſuſpenſio à diuinis, ideo non æquipollent,vt ſentit Innoc.in ca.fin. de exceſ.prælator.¶Conſi.63. de ſent. excom.

## *Suſpenſus.*

† SVſpenſus ille dicitur, qui hac cenſura innodatus exiſtit,vel ipſo iure,vel ab homine ſuſpendente.

Suſpenſus non eſt ipſo iure excommunicatus ſine monitione. cap.ſacro. de ſent.excom.vel ſine ſcripto.ca.eod. tit.lib.6.

Capiens fructus vacantis eccleſiæ. cap.quantæ.de elect.lib.6. ¶Manu.cd. 27.num.158.conſeruator excidens.ca. præſenti.de offic.ord.lib.6.

Iudex Eccleſiaſticus male iudicans aggrauando partes, & modo non ſic Epiſcopus aggrauet contra iuſtitiam, faciat contra conſcientiam ſicut iudex facit amore,odio,precio,timore.

nas quas relaxant cōpenſent.¶ Notab. 13. num. 1.

Theſaurus ſatisfactorium Chriſti, et ſanctorū eſt diſpenſabilis per Rom. Pontif. Petri ſucceſſorem particulariter uni, vel alteri, & generaliter multis, uel omnibus, aliquando pro totius pœnæ temporalis, aliquando pro partis illius remiſſione, etiam ſine Sacramenti applicatione. ¶ Ibi. Not. decimo quarto, nu. 1. Vide verb. Indulgentia.

## *Theſaurarius.*

THeſaurarius prouiſus de duabus Capellanijs eiuſdem eccleſiæ, nulla eſt ipſo iure priuatus, quia Capellaniȩ non ſunt cauſæ, nec dignitates, nec beneficia uniformia, & ideo poteſt unam illarum retinere cum theſauraria ſub eodem tecto de iure com muni. Fel. in ca. ex. parte. el 2. de reſcr. ¶ Conſi. 36. de preb.

Si emit, aut negociatur pecunia publica in cuſtodiam recepta, niſi de ſuperioris conſenſu, vel non ſoluendo, quibus debet ſtatis tēporibus abſque conſenſu eorum tacito, vel expreſſo, vel ſoluit, ſed cum damno notabili, reſtituere tenetur. Anto. 2. p. tit. 1. ca. 15. per cap. pœnale. 14. q. 5. ¶ Manual. cap. 23. nu. 94.

## *Timor.*

† TImor eſt paſſio animæ, & nunquam eſt peccatum mort. niſi retrahat ab eo, quod eſt de neceſſitate prȩcepti. 2. 2. quæſt. 125. Silu. ver. Timor.

Timor eſt duplex. Alter filialis, alter ſeruilis, quibus addit D. Thom. initialem, & mundanum, ſeu humanū.

Humanus, quatenus homo recedit à Deo ob mala, quæ timet. Seruilis, quatenus ad eum conuertitur ob timorem pœnȩ. Filialis, cum conuertitur

A ob timorem culpæ, & offenſæ, Si uero propter utrunque eſt initialis. Mundanus ſēper eſt malus. Seruilis poteſt eſſe bonus, & malus prout habet pro obiecto conuertendi ſe ad Deum ipsū pœnam principaliter, vel minus principaliter. Et iſte eſt alterius ſubſtantiæ à timore filiali, cum habeat obiectum diuerſum, & poteſt remanere cū charitate ſi minus principaliter reſpicit malum pœnæ. De poe. d. 12. cap. ſicut ſeta.

Timor reuerentialis in his, quæ libertati ualde obſunt, excuſat, & annullat profeſſionem. verb. Profeſſio.

B Timor pœnæ cum eſt cauſa impulſiua ad Deum ſeruiendum, bonus eſt. Et ſi ſit cauſa principalis eſt minus malum, quàm male ſeruire alijs principibus. ¶ cap. inter verba concl. 5. nume. 21.

Timeri poteſt iuſte Deus tanquam cauſa mali pœnȩ, quam iuſte nobis infligit. c. nec mirum. 26. quæſt. 5. ¶ de pœn. diſt. 12. ca. ſicut ſeta.

Timor damni eius cui debetur, vel quod exinde proueniet Reip. poteſt excuſare à reſtitutione. ¶ Manual. cap. C 17. num. 62.

Timor reuerentialis excuſat in his quæ ſunt libertati ualde grauia. l. Quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non det &c. ¶ Conſi. 1. de confeſſ. nu. 5. verſ. Metus.

## *Titulus.*

† TItulus, quandoque dicitur ſignum 16. q. 5. c. conſuetudo. Secundo omnis cauſa quærendi Dominij. Vnde dicitur, quod in præſcriptionibus eccleſiaſticis bona fides, & iuſtus titulus exigunt. cap. ſi diligenti. de præſcrip. Tertio, dicitur titulus ipſa eccleſia, ut titulus S. Petri, &c. Vnde ſinguli tantum clerici per ſingulos

titulos ſunt ponendi. ca. epiſcopi. 80. diſt. Quarto, dicitur titu. Canonicatus, vel Clericatus in aliqua eccleſia. Et tandem quilibet ordo eccleſiaſticus,& quælibet dignitas. ca.ſanctorũ. 70.d.glo.in c.dudum.el 2. de elec.ver. intitulatam.

Titulus non priuilegium per immemorabilem præſcriptionem probatur. Verbo priuilegium.

Titulus ex antiqua Beneficij poſſeſſione præſumitur, ſi eſt pacifica, ut plurimi tenent citati à Fel. in ca.licet, de ſimon. & cap. illud. de præſump. Conſ.14.de of.iud.ordin. nu.4.& 10.

Titulus lapſu 30.anno.vel 40. etiã in valde præiudicialib. præſumitur. Bal.1.p.3.parte q.10. nu.27.¶ Conſi. 1.de præſcr.

Titulus per ſimoniam quæſitus eſt nullus.¶ Conſi. 18.de ſim.

Titulus canonicus, & coloratus diuerſa ſunt, ideo qui tenetur probare de vno, non ſufficit probaſſe de altero,ſicut de petente reſtitutionem, probat glo. clement. 1. de cauſ. poſſ. qui tenetur probare coloratum, non autẽ verum titulum.¶ De reſcri.nu.6.

Tituli ſaltẽ colorati de fectũ obijcere poteſt quilibet illi, qui poſſeſſionẽ beneficij tentat adipiſci. Caſus eſt ſingularis in c.ex parte. de conceſ.præb. ¶ Ca.Accepta.opp.3. nu. 4.

Titulus,ſeu Rubrica allegari poteſt pro Iuribus ſub illis conſtitutis, de quo latiſſime Iaſon in Rubr.de actio. nume.9.

Quod tamen non procedit in Rubric.Decreti,ſiue Summarijs,quia nõ ſunt facta ab habente poteſtatem legis condendæ. ¶ de poen. diſt. 1.cap.Hæc autem verba. in gloſſ. num.6.

Titulum non habere, & illud renunciaſſe paria ſunt.c.quam periculoſum.7.q.1.intellige quando renuncia-

A tio valida eſt.¶Conſi.16.de tẽpo.ord.

Titulus ad quem quis ordinatus eſt alienare nequit.Conc.Tri.ſeſ.21.c.2. de refor. & melius ex extrauag. Siſti. 4.& 5. Conſi. 16. de temp. ord.nu.3.

Titulos plures poteſt quis obtinere ſuper eodem beneficio, vt illorum rõne,non ſolum ſe defendere,ſed etiã agere poſſit.Panor.per tex.illi ſing.c. 1. de teſti. qui tamen habet ſimiles. Lup.qui allegat Cald.conſ.7. de elect. ¶ Ca.accepta.opp.3.nu.3.

Tetulos honorum,qui dat uel ſuſcipit ſine merito peccat non autem ſi id faciat ratione dignitatis.¶ Com. cap. B inter verba concl.1.nu.7.

## *Tolerare.*

Tolerare ſignificat ſufferre,vel ſuſtinere,ſeu tenuſter alere. Ideo iuſſus non tolerare non videtur iuſſus accuſare,quia poteſt quis non tolerare contradicendo, vel nolendo conuerſari, licet non accuſet. ¶ Conſi. 4. ne cler.vel mon.nu.4.

Tolerantiã Principis circa ea, quæ ſunt iuris humani videtur inducere diſpenſationem. iux. gl. celebr. quam Panor.putat ſing.c.quia circa.de conſang. Quod verum eſt de tolerantia C approbatiua, nõ autem de permiſſiua.

Tolerat enim multa, vel quia neſcit, vel quia non deducuntur in Iudicium,vt ſentit glo.ca.denique. diſt.4. ¶ Conſi. 3. de emptio. num. 2.& 11.

## *Tormentum.*

Tormentum non eſt dandum illi, qui non tenetur reuelare veritatem,nec minus iuramentum, quod eſt quędam ſpiritualis tortura. ¶ C.inter verba.concl.6.nu 747.

Tormentum nõ infligitur quouſq; ad ſit ſemiplena probatio. gl.& Bar.l.

maritus

maritus ff. de quæſt. Vel indicia, quæ tantum valeant, iuxt. arbitrium Iudicis. Bartq. l. final. ff. eod. ¶ 746.

Tormentis, vexari nõ debet denuo reus ſine nouis ſuperuenientibus indicijs, & qui contrafacit nec leges, nec Deum habet præ oculis. Io. Igneus l. fi. C. de quæſt. ¶ num. 772.

Tormenta non debent inferri illi, cuius delictum eſt recte probatum. Hippoly. l. 1. ff. de quæſt. & in conſi. 51. num. 5. Quod etiam videntur ſentire Pau. & Marc. l. edictum. & l. Pius. ff. de quæſt. & Io. And. in c. cum in contemplatione. de reg. iu. ¶ Ibi. nu. 771.

Tormenta inuenta fuerunt ad inquirendam, & inueniendam veritatẽ abſconditam. Euſe. in cap. illi qui. 5. q. 8. ¶ Ibi.

Tormenta non excuſant à peccato eum, qui reuelat ſecreta Reip. præſertim cũ ſint illi in præiudicium. So. de rat. teg. ſecr. m. 3. q. fi. conc. 6. ¶ nu. 561. Neque qui ſibi, vel proximo falſum crimen impingunt. ¶ Ibidem nu. 556. Neque qui vera delicta, quæ non debent per quib. poſſunt occidi, vel mutilari ¶ 557. Neque vi, vel iniuſta ſecretum ſciuit delictum alterius, quo præſertim efficitur ille, reus vitæ, vel mẽbrorum iux. Sotum ibi concl. 7. ¶ Ibi. num. 562.

Tormentum ſicut non infertur corpori quouſque reus non tentatur confiteri, ita non debet inferri animæ per iuramentum. ¶ Ibi. nu. 746.

## *Torneamenta verb. Duellum.*

## *Traditio.*

TRaditio Apoſtolica duplex. Aliæ diuinæ à Chriſto datæ, vt traditiones Sacramentorum, & Fidei, quarum Apoſtoli fuerunt tantum promulgatores. Aliæ humanæ & quas ipſi tã quam eccleſiæ prælati introduxerunt, vt de non comedendo ſuffocato, Act. 15. de non ordinando bigamo. 1. Tim. 3. 16. d. per totum. in prioribus nulla cadit diſpenſatio, in poſterioribus vtique D. Th. recep. quol. 4. ar. 13. ¶ conſ. 10. de ſpon. num. 14.

Traditio Apoſtolorum à ſucceſſoribus veluti per manus ſuſcepta, & obſeruata pro diuina ordinatione tenenda eſt. c. eccleſiarum. & ca. in his. diſt. 12. ¶ de red eccle. q. 3. Mon. 3. num. 6.

B Traditioni ſuę rei, quilibet poteſt adijcere modum. c. verum. de condict. appoſ. cum citatis per glo. & Doct. ¶ De ſpol. cler. §. 15. num. 2.

Traditiones Apoſtolicas ſeruare, ac venerari debemus, vt leges diuinas, quando contrarium non reperitur decretum per Sum. Pont. vel Conc. d. c. eccleſiarum. & ca. ſunt quædam. 25. q. 1. quod & Sum. Pont. etiam modo decreuerunt, & obſeruarunt 40. & 41. Can. Apoſtolorum. relati in c. ſint. 12. q. 1. & per Clem. li. 2. & 8. de conſt. Apoſtolicis. ¶ de redi. vbi ſup.

Traditio Apoſtolic. Sacerdoti matrimonium contrahere vetat. Sed eſt diſpenſabilis. ¶ Conſi. 10. nu. 4. & 14.

C
## *Tranſcribere Verb. Liber.*

## *Tranſgreſſio.*

TRanſgreſſio omnis veræ, & ſpecialis iuſtitię, per quam aliquod damnum alteri cuipiam infertur reſtitutionem inducit: non autem tranſgreſſio legis charitatis. Alex. 5. p. q. 87. Et Altiſiod. 4. p. Adria. 4. de reſtit. q. 1. & Sotus libr. 5. de iuſt. & iur. q. 3.

ar. 4. & libr. 4. q. 7. art. 3. Et ratio eſt, A quia tranſgreſſio aliarum virtutum cũ illę conſiſtant actus interiores, non ordinatur ad ablationem alicuius rei exterioris per ſe, ſed tantũ per accidens.

Tranſgreſſio vero legum iuſtitię ꝑ ſe ad illam ordinatur. ¶ Manual. cap. 17. num. 2. cap. inter verba. Concl. 6. de red. eccleſ. q. 2. Mon. 2. nu. 7.

Tranſgreſſio præcepti ob quã lex vetus imponebat pœnam mortis, vel lex Euangelica illam modo imponit, erat, & eſt peccatum mor. & ad illud obligare poteſt. ¶ De lege pœn. nu. 18.

Tranſgreſſio Iuraměti ſecreti inhabilitatem non inducit. arg. cap. tua. de iur. ca. fi. de temp. ord. & per not. à Fel. c. ex parte. de reſcr. ¶ Conſi. 1. de iur. B iur. num. 2.

Tranſgreſſio legis humanæ iuſtæ, promulgatæ, receptæ, & non abrogatæ obligantis ad mortale, peccatum mortale inducit. ¶ Manu, ca. 23. nu. 40. & prælu. 9. nu. 8. Vide verbo lex.

Tranſgreſſio pręceptorũ Decalog. eſt mortalis, niſi excuſet defectus deliberationis, paruitas rei, defectus iudicij. Ca. 2. nu. 4.

Et ſi multa ſunt præcepta, quorum generale ſpeciale comprehendat non ſunt niſi vnum peccatum. ¶ Ibid. C

## *Tranſitus.*

TRãſitus ab una Religione ad aliã iure conceſſus præſupponit illã perfectiorem, ideo ſecure tranſit, qui credit ad illam ſe aptiorem. ¶ Conſil. 14. de voto.

Tranſitus, vt ſit licitus, quo ad forum conſcientiæ plura requiruntur, quàm quo ad forum exterius, vt tradit Silu. ver. Religio. 4. q. 2. ad Carthuſian. autem omnib. Regularibus licet, extrauag. viam. ¶ De Regu. Conſi. 68. eodem tit.

Tranſitus ad laxiorem ſine iuſta cauſa. Conc. Trid. impedit ſeſſ. 25. ca. 19. de Regul. Secus cũ cauſa, quia eius non fuit mens tollere facultates iuridicas. ¶ Conſ. 56. eodem.

Tranſitus ad ſtrictiorem, non eſt cõtra ius. c. licet. de Reg. qui autem trãſit de Religione non mendicantium ad aliam, non fit ad beneficia, aut officia inhabilis, quia Cle. 1. de Regul. ſolos mẽdicantes cõprehendit. ¶ Cõſ. 57. eod. ti.

Tranſitum ad laxiorem concedere poteſt Generalis cum cauſæ cognitione. Inn. Hoſti. & Panorm. in cap. non eſt. de regul. ¶ Conſi. 56. eod.

Tranſitus de vna Religione ad aliã niſi fiat propter vtilitatem, aut neceſſitatem magnam non eſt laudabilis, quia multi de hoc ſcandalizantur, & magis proficitur in Religione quam qui conſueuit. Laudabile autem hoc erit ſi fiat primo zelo maioris perfectionis ſecundo quando propterea Religio declinauit à perfectione, tertio propter infirmitatem, vel debilitatem in primo caſu requiritur licentia, & Iudicium prælati in ſecundo Iudiciũ ſuperioris in tertio diſpenſatio. ¶ Cõ. 4. de Reg. nu. 3.

## *Tranſlatus.*

TRanſlatus ad aliam Religionem, licentia non petita, à ſuo Superiore reuocari poteſt. iuxt. gl. in cap. mandamus. 19. q. 5. ca. intelleximus. de ætat. & qual. & tenetur redire, ac pœnitentiam ſibi iniunctam ſubire, quia grauiter errauit exeundo cõtra omnia iura. ¶ Conſ. 59. de reg.

Sedere debet, iuxta profeſſionem ibi emiſſam, quia eo tempore incipit eſſe regularis. ca. ſtatuimus. de maior. & obed. Et ſi eſt tranſlatus in præfectum,

ctum, dimiſſa præfectura ſedere debet A poſt præfectum in primo loco ob memoriam honoris quem geſſit; niſi adſit, qui maiorem honorem geſſerit. ¶ Conſi. 60. eod. tit.

Perdit omnia iura prioris Religionis. c. ſi quis translatus. 21. q. 2. & ca. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. ¶ Conſi. 61.

Translatum ad laxiorem cum cauſæ cognitione non tangit Bulla Pij V. reuocans priuilegia recipiendi Religioſos. ¶ Conſ. 72.

Translatus ad beneficium ſeculare deſinit eſſe ordini ſuo ſubiectus. ca. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. ¶ Cóſ. 2. de teſt.

Translatus ad alterum ordinem de B ſinit eſſe prioris ſubditus, vt in ſimili habetur in ca. ferrum. 50. diſt. ¶ Conſ. 49. de reg.

Habet facultatem tacitam veſtes ſuas transferendi, quia conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id fieri nequit. l. penul. ff. de vſufruct. ¶ Cóſ. 14. de voto.

Poteſt transferre ſecum ſcripta ſua, quæ ſunt inutilia Religioni. Ibi. nu. 9. Vide verbo Regularis.

## Tributum.

TRibutum generaliter ſumptum poteſt dici quicquid tribuitur. C gl. nota. in rubr. C. de Annonis, & tributis. li. 10. Diuiditur in publicum, & priuatum. Et ſtrictius ſignificat tãtũ id quod debetur Reip. ſiue dicatur à tribubus, vt ait Varro, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat tributim à ſingulis proportione cenſus ſoluebatur. Siue (vt ait Feſtus) à tribuendo deriuetur, eo quod ex priuato in publicum tribuatur. Soluitur igitur ex priuatis redditibus. Ideo differt à vectigali, qui tam ex priuatis, quã ex publicis datur. ¶ De lege pęnali. n. 46.

Tributorũ genera varia erãt apud antiquos, vt refert Bud. lib. 4. de aſſe.

Quædam appellabantur decimę, quæ ex cultu agrorum debebantur. Quędã portoria ex mercium traiectu. Quædã ſalaria ex paſcuis. ¶ Ibi.

Tributa publica alia ſunt realia, alia perſonalia, alia mixta ſicut, & munera. de quibus in l. munerum. ff. de muner. & honor. Panor. & alij in ca. aduerſus. de immun. eccleſ. Realia ſũt, quę debentur ex ſolis rebus immobilibus, vt ex prædijs Vrbanis, ſeu Ruſticanis, vel alijs deſtinatis ad grani ſuſtentationem, & nomine Canonis appellantur tanquam Canonicum, & regulare tributũ. l. 1. C. de indict. Vel ex quæſitis illis, eo commodo, quo & priuata, quę ſunt, de quibus toto tit. de fund. patrim. lib. 10. Vel ex bonis publicis, quæ conceduntur in emphyteoſim, vel cenſum. Et hæc omnia naturali iure debentur, quò & alij omnes, iuxt. leges omnes. ff. & C. locati. titul. ſi ager uectig.

Tributa perſonalia, & mixta ſunt, quæ debentur, uel ob perſonas tantũ, uel ob perſonas, & res ſimul, qualia ſunt, quæ poſtea Reges ſuperinducunt populo, & uocantur captiones, Cenſus, inductiones, Angariæ, uectigalia, &c l. 1 C. de capita. lib. 10. & l. 3. ff. de cenſ. Vulgo collectæ Gabellę, taliç, Guidagia, Pedagia, & Doganæ appellantur. Et hæc debentur minus naturaliter, et modo extraordinario inducta, & ita non ſunt fauorabilia. iuxt. gl. ſing. Clem. 2. de offic. ordin. ¶ Ibi.

Tributa ſoluuntur Regi, ut prudenter gubernet. ¶ De datis, & promiſſ num. 47.

Tributa iuſta authoritate, Regia, Imperiali, Papali impoſita, aut alia publica conſuetudine, immemoriabili, qui non ſoluit peccat, & tenetur ad reſtitutionem. iuxta Hoſtienſ. in ſumm.

de pœnit. & remiſſion. ¶ Manual. ca. A 17. num. 202.

Tributa, quę ſine publica authoritate imponit peccat, & tenetur ad reſtitutionem tanquam raptor. Panor. capi. ſuper quibuſdam. de uerborum ſign. & excommunicatur per Bullam Cęnę.

Tributa ſimiliter aliqua parte illicita, qui exigit ſciens id, vel ſcire debens peccat cum obligatione reſti. ca. 1. de off. deleg. etiamſi dubitet an ſint licita, & ſua ſponte ſe offert ad exigendum. Secus ſi iuſſu Superioris id faciat. Verb. Obedientia. Ibi.

B Tributum ex meretricio quærere peccatum mortale eſt, & à Nicephoro, vt legitur lib. 16. ca. 20. hiſtor. eccl. vectigal, & Portorium impurum, & deteſtabile appellatur vnde à S. Anaſtaſio, merito imperiali magnificentia fuit ſublatum, quod Platina in vitis Pontif. tribuit Alex. ¶ Man. ca. 17. nu. 195. Vide Verb. Vectigal.

## Triennalis poſſeſſio. Verbo Poſſeſſio.

## Triſtitia.

Triſtitia de alieno bono ſi prouениat ex eo, quod diminuit propriam excellentiam ad inuidiam pertinet. Si vero ex eo quatenus ſuum bonum pertinet ad odium. Si prouenit ex eo, quod eſt ſibi damnoſum, vel alteri poteſt eſſe bona, & mala, & ad aliam virtutem, & vitium attinet: ſi naſcitur ex eo, quod ille indignus eſt pertinet ad indignationem, quæ eſt mala, ſecundum doctrinam Chriſtianam quamuis non ſecundum Ariſtotelicam, vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 36. ar. 1. ¶ De pœniten. diſtin. 2. cap. ſi quis.

Triſtitia an ex eo, quod Deus bona largiatur malis mor. eſt ſi incuſet in id diuinam prouidentiam in diuidendo. Caie. 2. 2. q. 46. ar. 2. Similiter id facere deliberate. de bono notabili proximi. Et ex eo, quod non habet tanta bona quanta alij, & tale peccatum eſt qualis eſt finis. ¶ Vbi ſup. & Manual. cap. 23. nu. 188. & de pœn. diſt. 5. cap. fratres. nu. 74.

## Tutor.

Tutor ille dicitur, qui præficitur pupillo hoc eſt minori duodecim annorum ſi eſt fœmina, aut 14. Si maſculus ad protegendum perſonam, & bona eius inſtit. de tutor. §. 1. Differt à curatore, quia ille præficitur poſt illos annos, & minori. 25. aut furioſo, aut prodigo. inſtit. de curat. in principio, & vterque iurat ſe officio ſuo recte vſurum. gl. celebr. Clem. quia contingit. §. vt autem. relig. domibus. ¶ Man. ca. 25. nu. 66.

Tutor ſi eſt negligẽs peccat, & pręcipuè in imbuendo pupillum bonis moribus, & retrahendo à vitijs. arg. c. duo iſta. 23. q. 4.

C Si dat ad lucrum pecuniam pupilli modo vſurario peccat cum oblig. reſtit. ſi pupillus id non faciat. ¶ Ibid.

Tutoris officium mulier exequi nõ poteſt poſtquam ad ſecunda vota tranſiuerit. l. fina. C. quomodo mul. off. tutel. fung. vel poſt ſtuprum commiſſum per eandem leg. ¶ Vbi ſup.

Tutor, & curator res ſuorum minorum non poſſunt ſic alij emere. l. cum ipſe. C. de contrah. emp. & l. ſi in emp. §. fin. ff. eod. ¶ Com. de Cambijs nu. 5.

## *Tyrannus.*

TYrannus eſt, qui Dominium, & iuriſdictionem alicuius vſurpauit. Cui, qui aliquid dat petens iuſtitiæ adminiſtrationem, aut beneficiū, aut gratiam honeſtam nō peccat, quia non petit opus ex ſe malum, licet materiam peccandi offerat, immo ad minus peccandum inducit. Caie. in ſumma. ¶ Man. c. 14. nu. 41.

Tyrannum non poteſt occidere quiuis priuatus, etiamſi ille eſſet hæreſiarcha, vt decernit Conc. Conſtantienſe. ſeſſ. 18. Vt autem moriatur poteſt rogare ad hoc, vt illius peccata ceſſent. ¶ De ora. c. 19. nu. 78.

## De Littera V.

## *Vacatio.*

VAcatio inducta per Breuia prælatis concedi ſolita ad poſſeſſionem capiendam noua eſt, contingit autem per negligentiam expediendi litteras, & incipit à fine ſex menſium. ¶ Cap. accepta. opp. 8. num. 37.

Vacatio plena eſt, quando beneficiū vacat de iure, & de facto, non plena autem, quando vacat de iure tantum, id-eſt, quando beneficium ſine Canonico titulo poſſidetur. ¶ De ſpolia. clericor. §. 12. nu. 3.

Vacationis modus per deuolutionē Papæ narrandus eſt, alias prouiſio erit ſubreptitia. capi. poſtulaſti. de reſcrip. ¶ Conſ. 17. de præb. nu. 2.

## *Valor.*

VAlor Miſſæ verb. Miſſa.

Valor orationis tam propriæ, quam alienæ Verb. Oratio.

Valor rei iuſtus eſt, quo præſenti pecunia res vendi poteſt. l. 2. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. leg. quærebatur. ff.

A ad leg. Falcid. Quod intelligendum eſt in illo loco in quo res eſt, tempore, & modo commodi venditoris præſente pecunia. arg. leg. precia rerum. ff. ad L. Falcid. modo ceſſet omne monopoliū fraus, & dolus. iuxta Ant. 2. p. tit. 1. c. 16. §. 2. ¶ Man. c. 23. nu. 80.

Valoris expreſſio ſecundum taxam Cancellariæ ſufficit ad hoc, vt prouiſio valeat. Fel. in c. ad aures. de reſcript. Sed ſi fructus excedunt, non eſt valida compoſitio, ſed percipiens tenetur reſtituere coram Deo. ¶ Conſi. 73. de ſimon.

B Valoris doloſa expreſſio mendacium cum ſit pernicioſum facit gratiam ſubreptitiam. ¶ Conſ. 75. de ſimon.

Valorem maiorem, qui exprimit, vt ſibi beneficium reſignetur, prophanū, & falſum dicit, ſed quia id non eſt precio eſtimabile non commiſit ſimoniā. ¶ Conſ. 24. eod.

Valorem maiorem exprimens, vt reſignatio cum penſionis reſeruatione fiat, ſi ad eſt conuentio inter partes, vt fiat ad perficiendam reſignationem deſideratam, non excuſatur à ſimonia ſaltem æquipollenter. Si autem non adeſt conuentio partium, non eſt ſimo-
C niacus. ¶ Conſi. 75.

## *Vanagloria verb. Gloria.*

## *Vectigal.*

VEctigal principaliter ſignificabat Portorium, quod eſt ſpecies tributi: at nunc latius ſe habet ad reditus tam publicos, quam priuatos, & idem ſignificat, quod tributum. vide ibi, & verb. Gabella.

Vectigal, qui non ſoluit, nō eſſe immunem à culpa ob legem pœnalē cōtra tales editam. tenuit Alphonſ. Caſt.

in lib. de lege pœn. Primo, quia vectigalia iuſte debentur principibus quare, & Chriſtus voluit ſoluere pro ſe, & Petro. Matt. 17. & iuſſit reddenda eſſe Cęſari, quę Cęſaris erant Matt. 21. Secundo, quia cum ſint operarij Reip. circa tuendam iuſtitiam, & pacem ſubditorum digni ſunt mercede ſua. Luc. 10. cap. ſi tributum. 2. q. 1. ca. tributum. 23. quæſt. octaua Thom. cũ alijs libr. tertio. de regimin. Princip. capitul. 5. ¶ De leg. pœn. num. 41.

Sed pro contraria parte facit. Primo, quod fere omnes mercatores contrarium faciunt occultando aliqua. Secundo, quia conſuetudo videtur excuſare, quæ videtur modificare quotã, quæ principibus debetur. conſuetudo enim modificat legẽ humanam, ſicut poteſt eam tollere, &c. num. 42. ¶ Vide verb. Conſuetudo.

## Velleitas verb. Voluntas.

## Venatio.

VEnatio feſtis diebus prohibita eſt, non audita Miſſa non tamẽ cùm illa, etiamſi fieret quæſtus cauſa, quia non eſt ſeruile opus, neque ex numero quinque non ſeruilium prohibitorum. ¶ Man. c. 13. nu. 2.

Venationem prohibere, qui non poteſt ſi illam prohibet peccat cum obligatione reſtituendi emolumẽtum, qđ veriſimiliter impediuit. Gabr. 4. d. 15. quæſt. 5.

Illam autem prohibere poteſt Princeps concurrentibus quinque.

Primum authoritas Regia cum conſenſu populi à metu liberi, aut præſcriptio ſine vi, & metu introducta.

Secundũ circunſtantia bonis finis.

Tertiũ, vt id faciat in ſuis proprijs A prædijs, aut aliorum de conſenſu Dominorum.

Quartum, vt reſtituat omnem damnum, quod faciunt illæ feræ aliquibus prædijs. Quintum ne nimis ob id ſeueré puniat: contrafacientes, etiam prima vice, quia peccaret mortaliter. Silueſt. verb. Reſtitutio. 3. q. 2. & verb. venatio ſub fine. ¶ Man. c. 17. nu. 120.

Venatores, qui permittunt ſuos canes nocere alienis auibus domeſticis, aut ſuos equos, & famulos notabile damnum inferre, peccant cum obligat. reſtituendi, Hoſtienſ. in ſummi. de pœnitent. & remiſſion. ¶ Ibidem nu- B mero 125. Idem de piſcatione.

Venatio omnino prohibetur clericis regularibus. Clem. 1. §. porro de ſtatu Monach. ſæcularibus item ſi sũt epiſcopi. capitul. 1. & 2. de cler. venat. cæteris, autem ſecundum gloſſ. ibi id, licet cauſa neceſſitatis, & recreationis, quod etiam regularibus concedi poteſt tali cauſa de licentia ſui prælati alias non. ¶ Com. 4. de regul. nu. 26.

Venationi vrſorum, aut aliorũ animalium, quæ armis exercetur incũbẽs clericus, ſi aliquis occiditur efficitur irregularis. Non autem accipitrum, aut aliorum auium, quin illa ſua na- C tura in homicidium non dirigitur, & de illa intelligendus eſt Caiet. ¶ Man. cap. 27. nu. 237.

## Vendere.

VEndens ſcienter male tenetur de euictione intereſſe, quando emptor emit bona fide, non autem ſi id ſciat, eſt caſus in l. ſi fundum, & l. emptor adiuncta gloſſ. C. de euict. ¶ Conſil. 5. de empt. & vendit. nu. 18.

Vendens ſcienter liberum hominẽ pro ſeruo, vel rem ſacram pro prophana ignoranti emptori peccat mor. ſed tenet emptio. ¶ Ibi.

Ven-

Vendens ſcienter rem alienam, vel alienari prohibitam, & qui id conſulit peccat mort. Ibi.num.21.

Vendens cenſum non poteſt partē precij dare alicui, vt partem cenſus, quæ illi reſpondet ſoluat eius emptori, quia id in effectu eſt mutuare eius pecuniam, vt aliquid lucretur. ¶.De vſur.num.113.

Vendens cenſum vane conſtituit ſe poſſeſſorem precario, quia id reprobatum eſt. ¶ Ibi.nu.137.

Non poteſt dare facultatem capiendi poſſeſſionem, nec renunciare foro. ¶ Ibid.numer.138.

B Nec poteſt obligari ad pœnam ob non ſolutionem, quia extrauagant. Pij 5. prohibet fieri huiuſmodi pœnalia. ¶ Ibidem numer.136.

Vendere pluris ob dilationem, aut minus ob anticipatam ſolutionem vſuram conſtituit, quod ſæpe fit ob neceſſitatem vendentium, aut ementium, & præſertim, quando exceditur iuſtū precium rigoroſum. ¶ Manu. cap. 17. num.210.228.

Vendere quis tenetur rem minus quam emit ſi ſe, ut ſumptus immoderatos, aut deceptus eſt carius emendo, aut ex abundantia earum rerum precium diminutum eſt. Sotus libr. 6. de iuſtitia.quæſt.3.¶ Ibid.num. 229.

C Vendere aliquid vno menſe pro precio, quo valiturum eſt alio ad quem uſque nō eſt ſeruaturus peccatum eſt, cum obligat. reſtituendi quicquid ultra precium tempore uenditionis accepit.c.fin.de vſura. Secus ſi erat ſeruaturus tribus concurrentibus.

Primo, ut non ſummum precium illius menſis accipiat, ſed medium. Ale:in l. quod te ff. ſi certum petatur.

Secundo, ut de precio deducat tantum, quantum ſeruando diminutum fuiſſet. iux. expertorum iudicium.

A Tertio, ut deducat impenſas quas in ſeruando illud, uſque ad illud tempus facturus erat. Maior.4. diſtin. 15. quæſt.32. ¶ Ibid.numero 239. Si erat ſeruaturus uſque ad diem præfixum, poteſt accipere precium etiam rigoroſum, quo currit illa die. ¶ Ibidem.

Vendere rem non licet precio maximo quo ualebit uſque ad tale tempus ob dilatam ſolutionem. Hoſtienſ. in ſumm.de uſur. Sed bene poteſt id facere precio medio.¶ numer. 240. & concluſ. trigeſima quinta. de uſur.

Vendere etiam iuſto precio, aut uoluntate principali, ut qui emit ob pecuniæ indigentiam reuendat ſibi ſtatim minoris iuſto precio peccatū eſt. Secus ſi iuſto quamuis infimo. Ange. verb.vſura.§.60.¶ Ibi.nu. 141.

Vendere equum maioris, quam valeat ob dilatam ſolutionem peccatum eſt, licet poſtea tantum valeat ob mortem aliorum, & tenetur ad reſtitutionem.¶ Ibi.nu.143.

Vendere arma iniuſte bellaturo, aut alia nociua commiſſuro peccatum mortal.eſt. Anton.2. part.tit.1.capit. 24.§.2.arg.capitu. notum.2.quęſtion. 1.¶ Manual.capitul.23.num.90.

Vendere vetita infidelibus arma, ligna, &c.peccatum eſt mort. & habet annexum excomm.per cap.ita quorundam.de Iudæ.¶ Ibid.num.93.

Vendere aliquid vltra taxam, legē naturæ de non vendendo nimis care frangere eſt, & conſequenter peccatū contra præceptum, de non furando, ¶ Conſil.3.de emptio.num.6.

Vendere monetam iuſto precio licet, ſed non emere, vt maioris veneat, quia venditio, non ex emptoris, ſed venditoris vtilitate iuſtificatur. Tho. 2.2.quæſt.73.ar.1.¶ Cōſ.8.de emptio. numer.2.conſ.28.de vſur.

Vendere fauorem, beneuolentiam gra-

gratiam, &c. & amicitiam qua quis diligitur, & æſtimatur ab altero etiã apud Ethnicos fuit delictum, quia eorum tempore horum venditores fumi venditores appellabantur, vt teſtatur Martialis, & Seuerus. iux. Platin. in vita Pontiani quendam horum venditorem palo alligatum iuſſit iuridice lignorum fumo necari præcone clamante, fumo perijt, qui fumos vendidit. ¶ De datis, & promiſ. num. 32.

Vẽdere officia ſæcularia. Verb. Officium.

Vendere nõ poteſt Papa beneficiũ, licet ſic vnire diuidere de fructibus varie diſponere. ¶ Manual. capitul. 23. num. 108. verbo Papa.

Vendere vaſa ſacra ſi ſint conflata, licet capitul. aurum. 12. quæſtion. 2. ¶ De ſpol. cler. §. 18. numer. 2. Integra autem non niſi magna neceſſitate ad redimendum captiuos. argum. dict. capitul. aurum. ¶ Manual. capitulo decimoſeptimo. num. 205.

Vendere meretricibus ueſtes, ſandalia, &c. modo non adſit conſenſus in peccatum licitũ eſt. ¶ Manua. capitul. 20. numero 16.

Vẽdere fucos, & pigmẽta, & c. mo nialibus uetandum eſt, licet non ſit pluſquam ueniale, quia id affert multas occaſiones peccandi. ¶ Manu. cap. 14. num. 43.

Vendere quis ſuum poteſt precio quo ſibi ualet, licet alijs non ualeat tãtum, peccaret autem ſi id faceret ob magnam neceſſitatem emptoris, uel magnam utilitatem, quæ inde ſibi prouenict. ¶ Manual. cap. 23. num. 83. de uſur. num. 48.

Vendere Vicariam. Verb. Vicarius.

Vendere aliquid pro deformando aliquo ſecuta deformatione irregularitatem inducit. ¶ Manual. cap. 17. numero 227.

A Vendere pluris, quam ſibi fuit impoſitum quomodo inducat reſtitutionem. verbo Proxoneta.

Vendibilis non eſt, neque locabilis mutuandi ars, cum iure diuino, ac naturali debeat eſſe gratuita. ¶ Conſi. 1. de depoſit.

Vendibile non eſt omne, quod non eſt ſacrum, vt homo liber, neque alia inæſtimabilia. ¶ Ibi. nu. 16.

Vendibile eſt officium iudicis cum poteſtate iudicandi, & alia officia ſæcularia, licet id prohibeatur. ¶ Capitul. 17. numer. 81. Manual. & capitul. 25. numer. 7. verbo Officium.

B Venditio in foro Dei, ſecundũ eius cauſam veram conſideranda eſt, non autem ex præſumptione humana. arg. capitul. humanæ aures. 22. quæſtio. 5. & capitul. tua. de ſponſalib. ¶ Conſil. 31. de vſur. numero 4.

Venditio in materia ſimoniæ omnẽ contractum, non gratuitum comprehendit. glo. in ſumm. 1. quæſt. 1. verb. Simonia.

Vendibile omne permutari etiam poteſt. l. 1. tit. 6. part. 5. Hoſtien. in ſumma. De rerum permut. ¶ tract. de Cambijs. nu. 9.

C Venditio iuſta eſt, quando merces vendibilis, & precium iuſtum concurrunt, quod colligitur. leg. 1. ff. de contrahen. emptio. & inſtit. eod. titul. §. precium. ¶ Conſi. 1. de depoſit.

Venditio à prohibito alienare nullum ius in emptorẽ transfert. ¶ Conſil. 4. de empto.

Venditio iurium hoſpitandi iure naturæ aduerſatur, & maxime, vt accipiat aliquid vltra iuſtam mercedem, quibus & carius aliquid vendere, quã indigenis vetitum eſt. per capitul. 1. de empt. ¶ Conſi. 2. eodem titul.

Venditioni de eſſentia precium cõſtitui debet in numerata pecunia, ſed

ſolui

ſolui etiam poteſt in aliena re. tex. A irrefrag. §. item preciũ. inſtit. de empt. ¶ Conſil. 1. eodem titul.

Venditio cum pacto, ut pro parte precij non ſoluti cenſus annuus ſoluatur uſuraria eſt. ¶ Conſi. 2. eod.

## *Venditor.*

VEnditor rei venditæ fructus ob precium non ſolutum integre poteſt accipere, quando locupletatio accidit emptori cum venditoris iactura, æquitas enim vult, ut nemo cum aliena iactura locupletetur. l. iure naturæ. ff. de reg. iur. & cap. locupletari. eod. titul. lib. 6. Quare quando uenditor rei accepta parte precij retinet illã cum ſuis fructibus, donec totum ſoluatur. iuxt. l. Iulianus. §. afferri. de actio. & empt. emptor. partem debet habere pro rata precij ſoluti. iuxt. leg. vltimam. titul. de fund. dot. Et contra ſi predium venditum fuit datum emptori ſoluta parte, & recipit omnes fructus, medietatem illorum debet reſtituere, pro quibus fructibus poteſt venditor accipere tot pro centum. ¶ Conſ. 5. de vſur. B

Venditor per duos contractus alterum uidelicet venditionis pecunia numerata, alterum mutui ratione lucri vere ceſſantis, vel per vnũ æquipollentem illius, capere poteſt intereſſe precij non ſoluti, quia non refert, quod quid ex æquipollentibus fiat. leg. fin. ff. mand. & capitul. licet ex quadam. de teſtibus. ¶ Conſil. 19. eodem. C

Venditor rei iure locationis nil capere poteſt de illa, quia iam effecta eſt alterius. ¶ Conſil. 31. eodem titul. de vſur. numero 5.

Venditor rem carius vendere nequit ob priuatã vtilitatem, quæ ex ea in emptorem cedit, quamuis poſſit ob eam, quam ipſe in venditione deper- dit. Thom. 2. 2. q. 77. artic. 1. Scotus 4. diſt. 15. quæſt. 2. ¶ De cambijs. nu. 58.

Venditor ſibi non ſoluto precio, poteſt rem venditam in pignus accipere tranſacto termino, quod ſibi conſtitutum emptori erat ad ſoluendum, & fructus accipere ſi vere patitur intereſſe damni, vel lucri. ¶ Conſ. 19. de vſur.

Venditor lucrum ceſſans ſine mora proueniens nequit capere. Innoc. cap. fin. de vſur. Sotus libr. 6. de iuſt. & iur. q. 1. artic. 3. ¶ Conſi. 5. de vſur.

† Quam opinionem Author reijcit in Com. de vſur. numero 50. vide verbo intereſſe.

## *Venenum.*

VEnenum alicui propinare ad experiendam Thiriacam, vel propinatum ſumere, non eſt peccatum, ſi credit illam factam debito modo poſt experientiam factam in aliquo bruto. Secus autem ſi ante. ¶ Manual. capitul. 15. numer. octauo.

Veneni negociatio licita eſt, quando illud eſt tale, quod alij admixtum vſui hominum vtile poſſit eſſe. leg. qui ſæpe. §. veneni. ff. de contrahen. empt. ¶ De pœnitent. diſtinct. 5. capitul. negocium. numero 25.

## *Venia.*

VEnia digni ſunt omnes, qui per pœnitentiam, & confeſſionem illam, quærunt modo illa ſit legitima. ¶ De pœnitent. diſtinct. 1. capitul. poteſt fieri. numero 7.

Veniæ nomen in extrauag. 1. de pœnit. & remi. non intelligitur de venia maculę, nec reatus ſiue obligationis ad pœnam, ſed impropriẽ de venia temporali in Purgatorio perſoluẽda. ¶ De Iubil. Not. 10. numero 6.

Veniã prior petere debet, qui prior offendit in pari iniuria, quod ſi poſte-

ſior eſt maior, poſterior debet illam A prius petere. Silueſt. Aurea Roſa. caſu. 56. ¶ Manual. capitul. 14. num. 25.

Veniam lapſis nõ eſſe dandam, qui affirmat, hæreticus eſt. ¶ De pœn. diſt. 1. cap. quantus. nu. 1.

## *Veniale peccatum, Verbo Peccatum.*

## *Verbum.*

VErba in obſcuris potius, vt communiter, quam pro minimo accipiuntur, & in dubio, id quod eſt veri- B ſimilius inſpiciamus. gl. recep. in cap. in obſcuris. de reg. iur. libr. 6. Et ſecundum materiam ſubiectam conſideranda ſunt. cap. intelligentia. de verbo. ſignif. ¶ Com. 1. de regul. num. 20.

Verba cũ effectu ſunt intelligenda. hæc autẽ verba. de poe d. 1. & c. relatũ cũ multis allegatis ĩ gl. de cle. nõ reſid. Non loquitur de quolibet effectu, ſed de illo, quem verba propria ſignificãt, nempe voluntate, ſi ſolum ea requirat, ſiue conatum, aut etiam initium ſi ea tãtum deſiderant, opus autem, & eius perfectionem, ſi eã requirãt niſi aliud de mente diſponentis appareat. C

¶ Com. 4. de reg. nũ. 14. & Cõ. d. ca. hæc autem. num. 10. & 11. & Com. de reb. eccl. non alien. nu. 20.

Verba ſubiunctiui modi potẽtiam quandam ſignificant. capit. dicat. 23. quæſt. 4. de pœn. diſt. 6. ca. 1. nu. 6.

Verba promittentis, aut concedentis, non comprehendunt niſi primum actum. leg. bonos. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignific. intellige, quãdo diſpoſitio eſt nimis oneroſa, aut odioſa, & quando primus actus eſt validus. Fallit quando primus actus nõ ſatisfacit Felin. ca. 2. de tregua & pace, quando A æquitas contrarium ſuadet. ¶ De red. eccl. q. 3. Mon. 9.

Verba in proprio ſenſu regulariter ſunt accipienda. leg. non aliter. ff. de leg. capitul. ad audientiam de decim. ¶ Conſil. 34. de hæretic.

Verba generalia tam propriè comprehendunt vnam ſpeciem ſub illis contentam, quam aliam, licet vna ſit maior altera. Bal. l. 2. C. de iur. aut aſin. facit. l. fin. ff. de fund. inſtr. & ea quæ citat Deci. in cap. Paſtoralis §. Quoniã de Reſcrip. ¶ Com. capi. Inter verba concl. 6. nu. 517.

Verba in dubio ita accipiẽda ſunt, B vt vitio careant, ideſt in neutram partem. capit. 2. de regul. iur. & leg. merito. ff. pro ſocio. Et ſemper benigniora ſunt præferẽda. leg. ſemper. ff. de regul. iur. quod etiam in legibus fit. leg. benignus. de leg. ¶ Conſ. 18. de hæret.

Verba non ſufficiunt vbi opus eſt factis tex. & gl. recep. in capi. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. cauſ. reſeruan. ¶ Com. cap. Hæc autem verba, de pœni. diſt. 1. num. 9.

Verba ſunt proprie intelligenda, niſi de contraria mente loquentis conſtet. leg. nõ aliter. ff. de legat. 3. capitul. præterea. de verbo. ſignif. ex litteris. C de ſponſal. & iuxta materiam in qua pronunciantur etiamſi ad illum effectũ prodeſſet accipere illa impropriè. capitul. rogo. & gloſſ. 2. q. 3. capitul. dilectiſſimis cum gloſſ. 12. quæſt. 1. Clem. 1. cum gloſſ. verb. Hortamur. de teſti. ¶ Capitul. inter verba concluſ. 6. nu. 781. ¶ Conſi. 56. de ſent. excom. De ſpol. cler. §. 5. nu. 3.

Verba ſunt iuridice, ſecundum intentionem intelligenda, & non ſecundum eius rigorem. formaliter enim in qualibet facultate illa ſapiẽtes intelligunt, aptus eſt tex. in leg. in delictis. §. 1. ff. de noxal. ¶ Conſil. 57. eodem.

Verba

Verba generaliter collatoria, non A obligant. leg. final. de teſtament. & cap.cum veniſſent.de inſtitut. ¶ Conſ. 29.de ſimonia.

Verba futuri temporis pœnam ipſo iure nõ infligunt.iux.gloſſ.ſolemn. recept.capitul.in pœnis.de regul. iur. lib.6. ¶ Conſi.20.de temp.ordin.conſ. 17. de hæretic. numero 1.

Quando ſunt modi ſubiunctiui rẽ perfectam ſignificant, quia formantur à præterito Indicatiui.gl.in l.hæc additio.ff.de contra.hæred. ¶ Com.capi. Hæc autem de pœn.diſt.1.

Verba ex fine ad quem referuntur intelligi debent.leg.1.§.non autem.ff. de flumi. ¶ Conſi.18.de hæret. nu.12.

Verba Canonum, & legum in dubio proprie ſunt accipienda.l. non aliter.ff.de legat.3.& capitul.ex litteris. de ſponſal. ¶ Conſi. 82. de reg.

Verba futuri temporis, faciam, ſeruiam, &c. tripliciter accipi poſſunt. Primo pro demonſtratione propoſiti. Secundo pro euentu. Tertio pro promiſſione.Caietan.2.2.quæſt. 88.art.1. ¶ Conſi.8.de voto.

Verba in ſtatutis ſunt propriè intelligẽda.l.3.§.hæc verba ff.de neg. geſt. ¶ Com.cap.ſi quis non dicam. de pœ. diſt.1.nu.17.

Verba potius ſunt intelligenda ſecundum vſum,& modum communem loquendi, quàm ſecundum originariã ſignificatiõnẽ.l. Labeo. ff. de ſupplen. leg. & c.ex litteris de ſponſal. ¶ Com. c.ſi peccatum de pœn. d. 1. nu.2.

Verba (volumus, decernimus, &c.) nouum ius introducunt. gloſſ. Clem. 1.de offi.Vic.& Clem.1. de rerum per mut. & gloſſ. Clemen. per litteras. de præbend. & aliæ quas citat Felinus in c.Decernimus.de iudic.num.10. ¶ De ſpol.cler.§.6. nu.7.

Verba(Declaramus) ſignificant ius antiquum iux.gl.recep.clem. litteras. de reſc. ¶ de ſpol.cle.§.8.nu.9.

Verba(Nullo modo, & nullo tempore) prægnantia valde ſunt, & omnẽ modum excludunt, etiam diſpenſatorium, & extraordinarium. arg. gloſſ. ſing.in clem.vt hi qui,de æta. & qual. & clem.1.de re iud.Pan.& Fel.de Reſcrip.excep.21. num 62.

Verba(ſeu, vel ſiue) accipiuntur ex poſitorie,ita vt verba, & non ſenſum diſiungant.Panor.ca.inter cæteras.de Reſcrip. ¶ Conſi.66.de Regul.num.5. Pro quibus dictionibus quandoq; accipiuntur etiam coniunctiones copulatiuæ(ac,&) quæ proprio ſignificatu B diuerſa important,iuxta gloſſ. memorabil.in Rubr.ff.de iuris & facti igno. & gl.cap.querelam. de ſimonia. ſicut patet in extrauag. Pij V. de Regular. ¶ Co n.4.de Regul.nu.39. & 69.

Verba(videri, cenſeri,& ſimilia) fictionem denotant,vt ait Bar. communiter recep. l. ſi is qui. ff. de vſucap. ¶ conſ.10.de cler.non reſid.num.6.

Verba(penitus, nullatenus) non inducunt reuocationem generalem ipſo iure, propter alia iura, quæ aliud declarãt,vt ſentit Felinus. ¶ De Reſcrip. 13.cauſ.nullit.nu.6.

Verba incidenter poſita,in Conſti-C tutione,vel Statuto non probant. ca.ſi Papa.de priuil.libr.5. ¶ De Cambijs num.60.

Verba(dictum, factum, concupitũ) in definitione peccati pro actibus dicendi,faciendi, & concupiſcendi, accipiuntur Gabriel. poſt alios.2. q. 35. ¶ Man.prælud.7.nu.7.

Verba(ignoſcere,indulgere) exponit Hugo, quem ſequitur Archid. & Cardin.Non cognoſcere, vel pro non cognito habere. Indulgere blanditijs tractare. ¶ De pœni.diſtin. 1. capi.libenter.

Verba

Verba (ſcientes, facientes, præſumentes, audentes) in pœnalibus non ligant, qui bona fide ignoranter, aut imprudenter fecit. ¶ Man.ca.27.num. 141. De datis.num. 155. & ca. accepta. opp. 8.nu.33. de Regu. Com. 4.nu. 62.

Verba (Mandamus, præcipimus, obligamus, vetamus, prohibemus, & teneatur, debeat, obligetur, &c.) poſita ſimpliciter etiam ſecundum legem Eccleſiaſticam ad veniale tantum obligant, niſi materia ipſa præcepta, vel prohibita aliud requirat. ¶ Man.c.23. nu.49. De Iubilæ. Notab. 32.nu. 51. & Notab. 33.nu. 5.

Verba animarum ſunt earum deſideria. ¶ De ſilent. in diu. off. num. 12.

Verba turpia, qui dicit cum ſcandalo aliorum in præſentia mulieris ſuſpectæ ſine cauſa neceſſaria, aut vtili peccat. ¶ Man.c.14.nu. 31.

Verborum mutatio ad faciendum errorem deſtruit Sacram. quod omnes confirmant 4.diſt.1. ¶ Conſ.3. de clandeſt. deſponſ. num. 9.

Verba etiam in materia odioſa, quę proprie ſignificant, omnia includunt Aretin. in l.cum lege.ff. de teſtam. ¶ De ſimonia.nu. 5.

Verborum diuerſitas ſenſum verborum de ſubſtantia Sacramenti corrumpens, facit illud nullum. ca. multi. cum glo. de conſec. diſtin. 4. ¶ Ibidem num. 7.

Verborum intelligentia à cauſis dicendi ſumenda eſt. ca. intelligentia. de verbor. ſignifica. ¶ Conſil. 34. de Regular. num. 3.

Verbum (Beneficium) non ſemper curata includit, vt in gratijs, & expectatiuis, non ex defectu ſignificationis, ſed ex intentione diſponentis. ca. cum in illis. de præbend. lib. 6. ¶ De Iudæis. Not. 5.nu. 8.

Verbum (debet) in materia electionis neceſſitatem non inducit. ¶ Conſi. 1. de elect. nu. 7.

Item hoc verbum propriè ſumptũ debitum ſignificat, & obligationem ad id neceſſariam, vt peccet, qui debet non faciendo, vel præſtando illud. glo. ſing. Panor. & Card. in Clem. Attendentes de ſtatu Monach. in princ. quæ tamen gl. ſimilem habet in ca. Propoſuit de appellat. ſæpe tamen impropriè denotat decentiam quandam, & debitum ex honeſtate. Ita quòd præſtare illud eſſet opus laudabile, non præſtare autem non eſſet peccatum. cap. 1. de ſent. excom. ¶ Com. capi. Inter verba concl. 1.nu. 8.

Verbum (nullatenus) actus nullitatem inducit ipſo iure, iuxta glo. celebrem. Clem. 2. de ſequeſt. ¶ conſil. 16. de temp. ord. nu. 4. & conſi. 42. num. 2.

Verbũ (Huiuſmodi) eſt reſtrictiuũ. l. Huiuſmodi. ff. de lega. 1. ¶ Conſil. 1. de Bigam. nu. 6.

Verbum (videbitur) iudicium boni viri requirit. Barto. cum glo. ſuper extrauag. Ad reprimendam. ¶ Conſi. 27. de temp. ord.

Verbum (oportet) aliquando non inducit neceſſitatem, ſed honeſtatem, & conuenientiã, vt in leg. 1. ff. de iuſt. & iur. cum gloſ. 2. quæ citat alia iura. ¶ De lege pœn. nu. 1.

Verbum (penitus) nullitatem ipſo iure ſignificat. gloſſ. ſing. l. ſi quis aduocatorum. C. de poſtulan. ¶ conſi. 60. de ſimo.

Verbum ſubſtantiuum (Eſt) ſonat veritatem rei, ſed verbum (cẽſendus) ſignificat præſumptionem, iux. notat. per Bar. & Iaſ. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſura. ¶ de cambijs. num. 3.

Verbum (non ſuffragetur) poſitum in Concil. Trid. cap. 12. ſeſſ. 24. Cum ſit negatiuum recipit exceptionem. Et ſi extendatur ad titulum corrigitur regula

gula de triennali poſſeſſione. Ideo intelligẽdum eſt de adiutorio, quod det poſſeſſio ad quærendos, vel non perdendos fructus, non quo ad titulum. ¶ Conſi.5. de verb. ſign.

Verbum(omnino)aliquando ſignificat ſine aliqua conditione, vel modo.glo.memorab.cap.ex parte, primo de offic. delega. aliquando ſignificat ipſo iure. gloſſ. in leg.prima.§.ſi pecuniam. ff. de depoſit. aliquando totaliter.iuxta tex.de pœn.d.5.c.1.§.ponat. ¶ Com.d.cap.

Verbum(Transferre)pro concedere nonnunquã ponitur. ¶ De Indulg. Not.23.nu.15.

Verbum(omne)ponitur pro ſingulis generum, id eſt pro omnibus ſpeciebus, & indiuiduis poſitis ſub nomine cui adiungitur, & ſecundo pro generibus ſingulorum,iuxta illud:omne animal fuit in arca Noe. Vide Auguſt.4.d.41. & Accurſium leg.1.§.ius naturale.de iuſt.& iure. ¶ De pœn.d.2.c.quia radix.nu.4.

Verbis orationis, & præſertim ſacramentalibus quicquam addere, vel interponere etiamſi ſemper Sacramẽti eſſentiam non impediant,peccatum eſt,vt tetigit Fel.c. cum dilecta. de reſcrip.Thom.4.diſt.13.q.3. ¶ De orat. cap.19.num.45.

Verbum vnum, & idem ad diuerſa relatum frequenter diuerſa ſignificat. c.ab excommunicato.de reſcrip.& ca. quoniã abbas de offi.deleg.¶de eleem. num.50.

Verbum(libere)licet ſignificet ſine licentia,& conſenſu, & non obſtante contradictione alterius iux.gl.celebrẽ Clem.Dudum de ſepult.recipit tamen interpretationem, & reſtrictionẽ per alia iura,vt colligitur ex gloſſ. in cap. Cum nobis de elect. tradit Deci. capi. quæ in eccleſiarum de conſtit.& debet

A intelligi ſine præiudicio tertij. ¶ De ſpol.cler.§.3.nu.4.

Verbum(forſam)ſignificat dubitationem l.1.§.1.ff. de rei vend. adiuncta gl.licet quandoque cauſaliter iux. materiam ſubiectam ſignificet certitudinem,vt reſoluit Felin.cap.accedẽs col.5.vt lit.non conteſt.¶ De ſpol.cle. §.5.num.3.

Verbum(etiam) implicatiuum eſt, & ampliatiuum. l. etiam ff. de Minor. & clem. Religioſus de Procur. ¶ Relect. cap. ſi quando de Reſcrip. excep. 2.num. 2.

Verbum(vhæ) ſignificat damnationem æternam,& conſequenter peccatum mor. contra eum, de quo dicitur.

B ¶Com.capi. Inter verba. concl.6. nume.453.

Verbum(cum) principaliter ſignificat tempus minus principaliter conditionem.verbum vero (ſi.) principaliter ſignificat conditionẽ minus principaliter tempus quare verbum(ſi voluero)ponit rem in libera promittentis voluntate.verbum autem(cum voluero)tacite monet promiſſionem eſſe factã,& determinatam tempore, quo voluero.¶ Com.cap.Hæc autem verba.de pœn.d.1.nu.1.

C Verba plura iniurioſa,quę diuerſas & diſparatas iniurias ſignificant, qui in aliquem iactat puta, quòd ſit fur, falſarius,hæreticus, &c.diuerſa peccata committit quia non habent ordinẽ ad vnum.¶ Man.c.6.nu.15.

## *Verecundia.*

VErecundia non eſt cauſa iuſta adeundi alienum confeſſarium relicto ſuo Parocho, immo quo plus quis verecundiam patitur eo plus ſatisfacit. capi. quem pœnitet.de pœni. diſtin.1.

Et

Et verecundia eſt vna de circunſtantijs confeſſioni neceſſarijs.ca. falſas.diſtinct.quinta,de pœn. fallit hoc tamen, quando verecundia poſſet eſſe periculum tacendi aliquod peccatum, aut circunſtantiam neceſſario confitendam.¶ De pœn.diſt.6.cap. placuit. num.149.& 150.¶Manu.cap.7.numero octauo.

## *Veritas.*

VEritas virtus eſt,qua quis oſtendit ſe qualis ipſe ſit,iuxta Tho. recep.2.2.q.109.ar.3.¶ Cap.humanæ aures.q.2.nu.1.

Veritas præualet præſumptioni in foro conſcientiæ. cap. tua. de ſponſal. ¶Man.c.17.nu.211.

Veritatem negare, vel occultare in iuditio contra ius ex ſuo genere peccatum mort.eſt etiamſi id fiat ſine iuramento 2.2.q.69.ar.1.¶Com.c.Inter verba concl.6.nu.734.

## *Veſtis.*

VEſtibus precioſis, & mollibus vti,vt ex his honorem non meritum aucupemur,peccatum eſt, inordinatus enim eſt talis appetitus, 2.2. quæſt.69. Et qui ſe magnus exiſtimat, aut magna mereri ex his ſtultus eſt. 2.2.q.120.ar.2.ad tertium.Idque maxime clericis eſt prohibitum.ca. clerici. de vita, & honeſtate cleric. ex Innoc. 3.in Concil.generali. Et ante illum c. litteras. 23. diſtinct. quod Gerſonus in Tractat. de tempor. 2. par. alphab. 39.maxime exaggerat.¶Cap.inter verba.Conclu.5.nu.62. Com.4. de Regu. num.27.

Veſtibus ornatis vti, iuxta ſui ſtatus decentiam,non eſt peccatum. Ad leuitatem autem, & ſine alio fine mortale eſt,vel veniale, quia licet ſit contra virtutem non eſt tamen cõtra charitatem. Caiet.2.2.q.169.ar.1.¶Man. c.23.num.19.

Veſte adeo tenui vti, vt pudenda appareant,mortale eſt, quia prouocat ad luxuriam. ¶Ibi.

Veſtibus Religioſorum, vti in obbrobrium illorum,& in illis perſonatus ad turpia incedere, peccatum eſt. argum. cap. cum decorem, de vita & honeſtate clericor. Secus ad leuitatẽ, aut delectationẽ ſine tali obbrobrio. ¶Ibid.nu.23.De pœn.diſt.6. c. Sacerdos.nu.110.

Veſtes clericorum nimia longitudine, vel breuitate eſſe non debent, ſed tales attingere,& illos non excedere, iuxta dictum c.clerici. Inn.3.& c. non litteras.23.d.Clem.5.

Ideo veſtes caudare ad inanem gloriam, & vanitatem pertinent.¶ Capi. Inter verba.concl.5.nu.67. & 68.

## *Vicaria.*

VIcariam quærens per quemcunque contractum non gratuitũ, etiam ad tempus committit ſimoniã. cap. licet,de pœnis.& cap.ad veſtram, de ſimonia.Et licet iure non ſit priuatus officio clericali, ſecundum Hoſt. Panorm.& communem in capi. 1. per illum tex.ne prælati vices: meretur tamen priuari.Et talis contractus eſt ipſo iure nullus, & tenetur relinquere vicariam,vt iuſte pœniteat.argum.ca. ſi res.14.q.6. Non eſt tamen ipſo iure excommunicatus per extrau. 2. de ſimonia.Quia vicaria non eſt beneficiũ, per adducta contra Fel.c.poſtulaſti. de reſcr. Neque eſt ipſo iure inhabilis ad illam,quia nullo iure id cauetur. Secus de vicaria perpetua, quæ eſt beneficium.clem.1.de off.vic.¶ conſi.9.de præbend.

Vicaria, quæ eſt iuriſdictio temporalis,alterius naturæ eſt. Ideo de illa ſupra-

ſupradicta non valent. ¶ Ibid. & Man. A c. 23. nu. 3.

## Vicariatus.

VIcariatus generalis, non eſt dignitas incompatibilis. Clem. 2. de reſcri. poteſt tolli, & mutari. Modo ſolet habere poteſtatem ab eo cuius eſt vicarius. c. quamuis. & cap. ſi delegatus. de offic. delega. lib. 6. ¶ Conſi. 9. de elect.

Non eſt beneficium neque ordo licet ſit res ſpiritualis c. 1. & 2. Ne prælati vic. 8. ¶ Conſ. 2. de decim. lib. 5.

## Vicarius.

VIcarius dicitur dupliciter primo improprie omnis, qui alterius vices ſupplet, vt Archi. aliquando vicar. Epiſcopi dicitur c. 2. de offic. Arch. nec ſuſpenditur ipſo iure eo, quod officium ſui principalis ſuſpendatur, aut vacet. Secundo propriè, & eſt ille qui mortuo, aut priuato prælato cuius eſt vicar. definit, & ille eſſe ipſo iure de quo toto ti. de off. vic. gl. ſign. clem. fin. de procu. & c. 1. de offi. vic. ¶ Com. 3. de Regu. num. 22.

Vicariorum quatuor ſunt genera. Primo, vic. generalis ipſe cuius tribunal vnum eſt cum epiſcopi tribunali. cap. 2. de conſe. lib. 6. & cap. Romana. de appell. lib. 6. Secundo, vicarius perpetuus, qui ponitur in eccleſia Parochiali alteri annexa. iux. capi. extirpandæ. §. Qui verò. de præbend. Tertio, vicarius temporalis, qui propter abſentiã Rectoris ab Epiſcopo ponitur. iux. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Quarto vicarius ab alio Rectore, vel vicario perpetuo ad modicum tempus poſitum, iux. ea quæ ſcribit Petrus ab Ancha. clem. 1. de offi. vic. not. 4. ¶ De pœ. d. 6. c. placuit. nu. 69.

Vicarius generalis Epiſcopi non eo ſolo, quod ſit vicarius poteſt cognoſcere de criminibus. c. licet. de offic. vic. Nec conferre beneficia. c fin. eod. Sed frequenter per ſpeciales clauſulas augetur eius poteſtas, manet tamen idẽ numero. ¶ de pœ. d. 1. c. ſerpens. nu. 4.

Vicarius generalis Epiſcopi debet eſſe Idoneus ad ſuum officium. capi. quoniam in plerique, de offi. ordin. & ibi Panorm. quare debet callere lingua latina apud latinos, & græca apud græcos. Et ſi non eſt talis peccat conſtituens, & conſtitutus, argumen. leg. idem iuris. ff. ad leg. Aquilia. cap. non B eſt putanda. 1. q. 1. Sed forte teneret conſtitucio modo eſſet clericus in minoribus ſaltem. ¶ conſi. 3. de off. vic.

Si ſuus Epiſcopus eſt excommunicatus non propterea ille eſt talis, nec debet vitari. cap. 1. de offic. vic. lib. 6. ¶ conſ. 12. de ſent. excomm.

Habet iuriſdictionem ordinariam. cap. Romana. cum gloſ. de ſenten. excommunic. lib. 6. Ideo poteſt delegare facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis ſuo Epiſcopo. Etiam ſi ſua auctoritas eſſet delegata cũ ſit facta ad vniuerſitatem cauſarum. iuxta leg. nec de iuriſd. omn. iud. ¶ Conſil. 15. de maior. C & obed.

Vicarius epiſcopi ſi non eſt ſacerdos matrimonijs non poteſt intereſſe. iuxta ordinationem congreg. ſuprà Concil. ¶ conſi. 1. de offic. iud. ord.

Debet præcedere omnes præter epiſcopum, ſecundum Panor. conſi. 21. & conſil. 22. tenet quod conſuetudo in contrarium non valet, quem ſequitur Fel. in ca. ſtatuimus. de maio. & obed. quos probare videtur Caſſaneus lib. de Gloria Mundi. par. 4. conſid. 44. At contrarium practicatur, & conſuetudo poteſt eſſe rationabilis præſcripta, ſi habet per ſe aliquem rationabilem re-

reſpectum, ideo poteſt prævalere quodcunque humanum ius. ¶ Conſil. 3. de maior. & obed.

Intellige quando ipſe eſt vnus de capitulo. ¶ conſ. 2. de offic. vic.

Vicarius Perpetuus Parochialis, vnitæ dignitati inſtituendus eſt ad præſentatione illius, qui dignitatem habet, vt ſatis probat cap. extirpandæ. de præbend.

Neque id Iudic. videtur tolli per Concil. Trid. capi. 7. ſeſſ. 7. de reform. quia verba id non indicant. ¶ Conſi. 9. de præbend.

De illo autem arbitrari pertinet ad epiſcopum, quod ſi male arbitrabitur appellabit. ¶ Ibi.

Vicarius foraneus periculis debet occurrere animarum. cap. irrefragabili. de off. ord. ideo prohibens aliquem approbatum audire confeſſiones ex cauſa, non peccat, ¶ conſ. 29. de ſenten. excomm.

Vicarius generalis ſi conſtituatur à capitulo Sede vacante, debet eſſe doctor, vel licentiatus, per c. 16. Concil. Trid. ſeſſ. 24. ¶ Conſi. 3. de offic. vic.

Vicarius debet vti poteſtate ſibi tradita iuxta intentionē Domini principalis illam tradentis. l. 1. ff. de offic. procu. & c. fina. de præbend. iuxta illud 1. Corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo miniſtros Chriſti. ¶ De red. eccleſ. q. 1. Mon. 42. nu. 4.

## Vidua.

Vidua realiter fornicata non poteſt ſana conſcientia retinere bona relicta ſibi à marito ea conditione, vt caſte viueret. ¶ Man. c. 23. num. 62. Secus ſi relicta ſit vſufructuaria quo ad nuberet idem de viduo. ¶ Cap. 25. nu. 65.

Vidua, quæ iuxta regionis conſuetudinem domi ſe continens Miſſam A non audit per dimidium, vel integrū menſem, non peccat, ſecus ſi per plures, vel annum ſecundum Silueſt. verbo Miſſa. q. 2. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 10. §. 2. Sed contrarium fit in quibuſdam prouincijs, vbi conſuetudo habet, vt per annum domi maneant. ¶ Ibid. cap. 21. num. 4.

Vidua cogitans de copula licitè habita cum Marito peccare nō videtur, quia nullam tranſgreditur legem. vt reſoluit Caie. tom. 1. Tracta. 13. dubio 10. Quia cum præteritus actus coniugij non ſit peccatum, ita nec delectatio de illo.

B Quæ reſolutio vera eſt, modo non adſit præſens delectatio venerea, & inordinata, & maximè cum periculo pollutionis, vel conſenſu in copulam præſentem, ita vt poſſit gaudere ſe fuiſſe coniugatam, & habuiſſe copulam licitam, & inde delectationem, naſcentem. ¶ De pœniten. diſtin. 1. capitul. ſi cui.

Vidua poteſt fieri Religioſa manēdo in ſua domo. cap. de viduis. 27. q. 1. ¶ Conſ. 20. de regul. nu. 3.

Poteſt vouere ſolemniter, & tacite caſtitatem ipſo facto, & velum profeſſionis ſuſcipere, & portare. cap. vidua. C de Regula.

Poteſt benedici benedictione viduali. Ration. diu. offi. lib. 2. c. 2. Non tamē conſecrari conſecratione virginum. ¶ Conſi. 4. de regul.

## Vinculum.

Vincula duo ſunt fortiora vno. c. 1. de tregua, & pace, & Auth. itaque. C. commun. de ſucceſſ. ¶ Conſ. 5. de maior. & obed. conſ. 52. deſponſ. Com. de reb. eccl. non alien. nu. 22.

Vin-

## Vindicta.

VIndictam ne aſſuma nt parẽtes, vel amici prohibere debet, qui libet iniuria affectus ab aliquo, quod niſi faciat peccat.ca.Petrus.de homic. ¶Man.c.15.nu.17.

Vindictæ appetitus ſubito conceptus ratione non aduertente, nec deliberante eſt tantum venialis.¶Cap.inter verba concluſ.6.num.488.

Vindictam authoritate propria, vel principaliter ob malum delinquentis quærere nunquam licet, quærere autẽ illam, vt fiat authoritate publica, vt detur per legem iuſtã vnicuiq; quod meretur, licitum eſt ſecundum Caie. 2.2.q.68.ar.1.¶Ibi.num.640.

## Violare.

VIolare Eccleſiam. verb. Pollutio.

Violare virginem.verb.virgo.

Violare feſtum.verb.Feſtum.

Violare votum.verb.votum.

## Violentum.

VIolentum appellatur cuius principium eſt ab extrinſeco paſſo non conferente vim, ſiue non adiuuante.l.1.ff.quod metu.cauſ.Tho.2.2.q.175.artic.1.ad 1. Ideo in actione facta per vim ſimpliciter homo nihil meriti, aut demeriti habet, neque prodeſt, neq; nocet, quo ad illum forum, quia non eſt actus humanus.¶Man.& prælud.6.nu.4.& per hoc differt à Metu. verb.Metus.

Violentus non poteſt eſſe aliquis actus voluntarius, quia voluntas non poteſt abſolutè cogi, ſiue per vim præciſam ad actum à ſeipſa elicitum. Th. 1.2.q.6.ar.4.Ibid.nu.6.& conſil.4. de iur.iur.nu.2.

A

## Vir. Ver. Maritus. ver. Coniux.

## Virginalis Caſtitas. verbo Caſtitas.

## Virginitas.

VIrginitatem amittere eſt circunſtantia neceſſario confitenda. verb.Circunſtantia.

B Virginitatem vouens animo perpetuo illam ſeruandi, & poſt votum violatum proponit nõ continere mortal.pecca.22.q.88.ar.3.ad 2. Secus autem eſſet ſi vouiſſet eam non ſeruare, dum amiſit, quia actus agentium non operãtur vltra fines eorũ.verbo Actus ¶Man.c.12.nu.43.

Virginitatem ſeruare melius eſt, quam matrim.contrahere.ca. integritas.32.quæſtio.1.¶De Iudæis. Not.2. num.10.

## Virgo.

VIrgo nulla manens virgo fit prægnans regulariter, poteſt attamen C forte virgo concipere, ſine clauſtri violatione ex ſemini viri. Thom. quol.6.ar.18.¶Conſ.3.de frig.& mal. num.23.

Virgo cupiens ſcire concubitus delectationem etiam ſine experimento, peccat mort.peccato curioſitatis, ſi autem cum experimento peccato luxuriæ.Caieta.2.2.q.67.ar.2. ¶ Man.cap. 23.nu.25.

Virgo ſi habuit voluntatem fornicandi deliberatam tenetur confiteri ſe eſſe virginem.¶Cap.6.nu.7. verbo virginitas.

Virgo putata corrupta, tamen ſecretè poteſt nubere viro non reuelan-

do ſuam corruptionem, qui ſatis ęquo A animo illam ferret. Si autem probabiliter credat illum ſatis iniquo animo id laturum, nó poteſt illi nubere, quia vel ſe periculo mortis exponit, vel ſaltem dat illi cauſam, ſpreto matrimonio diſcedendi. ¶ Capi. inter verba. Concl. 1. nu. 21.

Virgini ſatis eſt ad tuendam caſtitatem ſi non conſentit in foro Dei, vt patet de Sancta Lucia. 32. quæſt. 5. in ſumm. & apud Sanctum Thom. 2. 2. quæſt. 65. articul. 3. ad 4. ¶ Manual. cap. 16. num. 1.

Virginem, qui deflorat ſiue illa vere talis ſit, ſiue putata talis eſſe dolo, B & deceptione, quia illa ſe offert, aut leuiter rogata conſentit ad nihil tenetur, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria. cap. ſcienti, de reg. iur. lib. 6. In foro conſcientiæ. In foro verò exteriori tenebitur dotare, vel in vxorem accipere. capi. 1. de Adulter. vel dotare, & fuſtibus cædi. capi. 7. eodem.

Niſi ipſe probet contrarium. Pan. Ibi. & Ant. 2. p. ti. 5. c. 6. §. 1. ¶ Man. ca. 16. nu. 16.

Si autem illam, quando vere, erat talis, doloſe, vel importunis precibus corrupit, ſiue promiſſione eam ducen- C di in foro fori, tenetur ad quod dictũ eſt. In foro vero poli ad ducendam, vel faciendum, quod manet contenta, & reſarciendum omne damnum, quòd illi obuenit, iuxta boni viri arbitrium, non autem id omnino dotandũ, quouſque à Iudice condemnetur. ¶ Ibid. num. 17.

Si promiſit eam ducturum animo vero, vel ficto in vtroque foro ad explenda promiſſa tenebitur. cap. qualiter. de pact. niſi eſſent valde inæqualis conditionis, quia tunc ſufficit, vt damnum, quod pati ille poteſt, tollat quoniam promiſſio vim habet preciũ importunarum.

Idem dicendum, quando ex hoc magnum ſcandalum obuenturum timetur. Tenetur etiam ad placandum Patrem, & ſatisfaciendum pro iniuria illata. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 6. Caie. Ibi. & Anton. vbi ſup. ¶ nu. 18.

Virginem, qui deflorauit dolo, aut importunis precibus, etiãſi illa ęque bene nubat, ſi maritus defectum deprehendit, & propterea illa grauiſſima detrimenta patiatur, tenetur in foro conſcientiæ ad detrimentum ex fractione ſigilli illatum. Secus vero id ſi non deprehendat. Si vere illa virgo non erat, ſed reputabatur talis ex fractione ad nihil tenetur, quia vere nõ fregit, ſed tenebitur ob ereptam famã. Maior. 3. d. 73. q. 33. ¶ num. 19.

Eadem omnia debent intelligi in ſacrato, vel coniugato deflorante, excepto quòd non tenebitur ducere cum non poſſit. ¶ conſ. 1. de ſponſal.

Virginem etiam per vim ſtuprans ſi illam ad alium locum non adduxit pœnam raptus nõ incurrit Pau. Caſt. l. ſed plures. C. de epiſ. & cler. per l. ſed eximendi. ff. ne quis eam, &c. ¶ conſil. 1. de rap.

Virginem, qui deflorare poteſt, poteſt etiam matrimonium contrahere. ¶ conſ. 3. de frig. & malef. nu. 3.

## *Virtus.*

Virtus eſt habitus animæ bonus, bonum faciens habentem, ſecũdum Auguſt. Thom. 1. 2. q. 71. ar. 1. Man. prælud. 5. nu. 1. & c. 23. nu. 1.

Virtus omnis moralis, & Theologa multo magis inuẽdibilis eſt, quia inęſtimabilis pecunia, & eſt ſimpliciter virtus. Intellectualis autem ſecundum quid, & quatenus talis. 1. 2. q. 58. ar. 1. ¶ de datis, & promiſſ. nu. 47.

Vir-

Virtus moralis eſt habitus electiu' in mediocritate conſiſtens.1.2. q. 64. ar.1.& q.55.ar.5.

Bona qualitas mentis, qua nullus male vtitur,& Deus in nobis ſine nobis illam operatur,& hęc definitionis particula,ſoli virtuti infuſæ conuenit, à qua ſi altera particula demnatur tam infuſæ,quàm acquiſitæ conueniet.

Cuius virtutis medium non eſt cōmuniter medium rei, ſed rationis, nō quod ſit in ipſa ratione poſitum, ſed quod ipſa ratio,quo ad nos illud conſtituit. Conſiſtit enim in conformitate ad rationem.¶ De pœn. d. 1. capi. charitas. el ſecundo.

Virtus vna poteſt eſſe alia maior,tā in diuerſis, prout ſunt diuerſarum ſpecierum,quàm in vno,& eodem ſubiecto,diuerſo tamen tempore,ſicut intelligit D.Grego.hom. 15. ſuper Ezech. Et probatur exemplo Apoſtolorum petētium à Chriſto,vt fidem augeret. ¶ De pœ.d.2.c.cum Sanctum.

Virtus ſua nemini nocet, ideo ex maiori virtute hominis peccantis malum nō creſcit,ſed ex eius abuſu.¶ De pœ.d.5.c.1.§.Ingratus.

Virtutis quatuor ſunt conditiones neceſſariæ.Primò,quod ſit ſciens. Secundò,eligens.Tertiò,ad debitum finem ordinata.Quartò,quòd immobiliter operetur.2.Ethic.De pœ. diſt.5. c.fratres.num.5.

Virtus non repugnat peccato, ſed illud ſibi compatitur, non autem compatitur ſibi meritum.D.Thom.1.2. q. 71.ar.4.¶ Man.prælud. 5. numero 14. quæſt.5.

Virtus relicta ſummus dolor eſt,ſicut felicitas amiſſa ſumma infelicitas, facit c.ſunt qui de pœ.d.2.¶Ibi. c.conſideret.§. defleat.num.1.

Virtus quælibet comitata alijs ad ſalutē neceſſarijs poteſt nos Deo præ-

A ſentare.De pœn.diſt.1.capi. qui Sanctus nu.1.

Virtutes, & ſi nobis non inſint à natura,non tamen ſunt contra naturam, neque contra inclinationem naturalem,immo ſecundum naturam, vt recte probauit d.Thom. 1.2. quæſtio. 65.ar.1.quæſt.71.ar.2.¶ De ora.ca.20. num.33.

Virtutes omnes, qui compendioſe vult quærere eo animo debet operari, quæ ad vnam virtutem ſpectant,vt nō ſolum propter illius extrema vitia ab ea non diſcedat,ſed neque ob aliarum quarumcunque.¶ De pœn.diſt.5. cap.

B fratres.nu.117.

Virtutes omnes ſaltem morales eſſe connexas ſententia eſt omniū Philoſophor.vt dicit Ariſt.6.Eth.Aug.6. de Trin.Greg.lib.13.Moral. facit cap. vbi ſana.24.q.1.& glo.in ca. niſi cum pridem.de Renunc. Panor. & Dec. in c.cauſam.de prob. ¶ Ibi.nu.107.

Quorum quidem annexionem prudentiæ attribuunt. nu.114.

Virtutes Theologicæ præcedunt morales ſecundum omnes, per ea quæ ſcribit d.Thom.1.2.q.62.De pœ.d.1. c.libenter.

Virtutes tam Morales, quàm Theo-

C logicæ à Deo, paucis in baptiſmo infunduntur cum gratia,vt tenet d. Th. & alij.iux.cle.1.§.fin.de ſumm. Trin. ¶De pœ.d.1.c.omnis.nu.8.

Virtutes omnes ſunt habitus, & qualitates, quæ animam magnificè exornant ex Auguſt.2.de lib.arb.& Th. 1.2.q.55.ar.4.facit gloſ.cap.ille tex.de pœn.diſt.3.¶ Cap. inter verba. concl. 4.num.17.

Virtutes in medio vitiorū ſunt poſitæ,ideo ſunt duplo pauciores. Ariſt. 2.Eth.relatus à gl.c charitas.§.fin. de pœ.d.2.Com.illius c.nu.2.

Virtutis non cuiuslibet actus eſt ne

ceſſarius, vt patet de virginitate. ¶ de Iudic. in Rubr. nu. 76.

Virtutes omnes per vnum actũ peccandi, qui ad vnum pertinet virium labefacta ntur. ¶ De pœn. d. 5. ca. fratres. nume. 113.

Virtutes alterius, qui tacet cũ eius notabili damno, quando rogatur de eius vita, & morib. peccat mortaliter. ¶ Cap. inter verba. concl. 6. nu. 14.

Virtuale, & formale exæquant. leg. Cum quid ff. de reb. cred. ¶ Manu. cap. 1. nu. 11.

## *Vis.*

A

† VIs eſt maioris rei impetus, q. repelli nõ poteſt. l. 2. ff. quod me t. cauſ. & eſt duplex priuata, & publica. Silu.

Vis illata excuſat, quem ad faciendum illa, quæ alioquin facere teneretur. cap. quoniam. 28. diſt. ¶ conſ. 9. de cle. non reſi.

B

Vim vi repellere licet, omnia iura clamant vt habet c. olim. el 1. de reſtit. ſpol. & l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. & l. 1. ff. de vi, & vi armorum. & l. 1. C. vnde vi. ¶ Man. ca. 15. num. 3. & de Iudæ. No. 11. nu. 13.

Vi extrahere aliquem de loco Sacro ad quem confugit mort. eſt. c. definiuit. & c. reum. 17. q. 4. ¶ Cap. 25. nu. 17. ver. Iudex.

C

Vi, qui aliquid ſuum ex alienis manibus authoritate propria eripit peccat, & ſuum ius perdere debet. l. extat, ff. quod met. cauſ. & cap. placuit. 16. q. 6. In conſcientia tamen non tenetur ad reſtitutionem quouſq; id ei Iudex præcipiat. Adrian. 4. de Reſti. q. 2. facit gl. ſing. in cap. Fraternitas 12. q. 2. ¶ Com. capi. Inter verba. concl. 6. nume. 874.

## *Viſitatio.*

VIſitatio facta per actum ſecundũ ſe venialiter malum, non quærit indulgentiam, quia tollit deuotionem, quæ actualiter requiritur ex Bulla. Qui vero viſitãs ſolum peccat peccato extrario ſatisfacit. Quare viſitatio cuius maior pars ſaltem externa eſt bona moraliter ad Indulgentiam ſufficit. argum. l. quod maior pars. ff. ad Municipal. ¶ De Iubilæ. Notab. 32. num. 46.

Viſitatio eccleſiarum, ad acquirendam Indulgentiam debet fieri eodem die cum id Bulla requirit, à cuius verbis non eſt recedendum. ¶ De ora. ca. 10. nu. 40.

Viſitatio quatuor eccleſiarum faciẽda triginta diebus in anno Iubilęi pro Indulgentia quærenda ſat eſt, vt fiat diebus interpolatis per totum annũ. ¶ de Iubil. not. 32. nu. 41.

Viſitatio eccleſiarum facta ob vanã gloriam peccatum eſt veniale.

Viſitationis actus pro indulgentia acquirenda poteſt fieri male dupliciter. Primo, ita vt ſit malus venialiter, puta ſi fiat ob finem malum. Secundo, faciendo venialia, quæ non contingũt actum illum, ſed ſunt extraria, vt qui concupiſcit aliquam paruam vindictam. ¶ De Iubil. vbi ſup. nu. 45.

Viſitationem monialium, qui impediunt ſunt excommunicati. Clem. Attendentes. §. fin. de ſtatu monach. ſi à viſitatoribus admoniti non ceſſant, quæ monitio debet fieri ſecuto impedimento, non autem ante. ¶ Man. capi. 27. nu. 140.

## *Vita.*

VIta præcedit omnia bona, extraria, vt recte tradit Sot. de Rat. teg. ſecr. Men. 1. q. 3. Cuius ſolus dominus

minus Deus eſt. Deut. 32. Ego occidã & ego viuere faciam. Cuius etiam maius dominium à Deo acceperunt Domini, & Rectores, quàm cæteri priuati. cap. ille gladium. 23. q. 4. Eſt baſis, & fundamentum reliquorum bonorum, ad quam tuendam maior eſt nobis inſerta cura, quàm ad tuenda alia. l. & vim ff. de iuſtit. & iure. c. dilectio. de ſent. excomm. lib. 2. quia de illà comeandi non eſt nobis collata facultas. 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 3. ¶ Cap. inter verba. concl. 4. nu. 20.

Vita auſterior cur potuit Indici Monialibus, non autem fratribus Minoribus conuentualibus. ver. Clauſura.

Vita non eſt amittenda, propter famam ablatam Illuſtris familiæ, quia maius eſt bonum, contra Sotum. ¶ Ma nua. c. 27. nu. 91.

Vita proximi magis eſt diligenda, quam noſtra bona exteriora, quando adeſt caſus neceſſitatis, ſed ſine illo magis noſtra curæ eſſe debet. 2. 2. q. 64. ar. 7. ¶ Man. c. 15. num. 2.

Vita noua ſola non eſt iuſta pœnitentia. ¶ De pœ. d. 1. c. non ſufficit. verbo Pœnitentia.

Vita ſolitaria melior eſt, quàm ſocialis. Tho. 2. 2. q. 188. ar. 8. Simpliciter loquendo. ¶ de pœ. d. 2. ca. primus. Competit perfectis cum debeat eſſe per ſe ſufficiens iuxta illud Heb. 5. Perfectorum eſt ſolidus cibus. Et ideo nõ conuenit iuuenibus, ſed in virtutibus multum exercitatis ſecundum Caie. ¶ Ibidem.

Vita pro debito ciuili non debet dari, quia eſt inæſtimabilis. ¶ Man. capi. 17. nu. 89.

Vita conuenit cum fama, & libertate in hoc, quòd vtraque eſt inæſtimabilis & licet l. 1. & l. fin. ff. de his qui deie. vel effud. præcipiat, vt pro ablatione famæ, & vitæ aliquid detur, hoc intelligitur, quo ad recompẽſationẽ damni conſequentis ex ablatione.

A Et ideo diuus Tho. 2. 2. q. 62. ar. 2. Eodem modo loquitur de reſtitutione famæ, & vitæ. ¶ Ibi. nu. 90.

Vita hominis eſt altioris ordinis, quàm laus, honor, fama, &c. ¶ Ibidem nu. 87. & c. 24. nu. 17. de finibus. nu. 5. Inter verba. Concl. 4. nu. 20. Concl. 5. num. 59.

Vitæ Chriſtianæ perfectio ſubſtantialiter in charitate conſiſtit, in alijs autem animæ virtutibus accidentaliter, vt exprimit c. charitas. de pœ. d. 1. Et declarat vterque Tho. 2. 2. quæſt. 184. ar. 1. Thom. opuſ. 18. ar. 1. ¶ Com. 1. de Regu. num. 9. ver. Perfectio.

B Vitæ mutatio difficilis eſt Auth. de Monachis. §. 1. ¶ Com. 3. de Regul. numero 30.

Vitæ ſuæ nemo Dominus eſt, aut membrorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. c. contingit el 1. de cler. excom. ¶ Man. capi. 15. nu. 2. & com. cap. Inter verba concl. 6. nu. 557.

Vitæ propriæ nemo renunciare iure poteſt. leg. non tantum. ff. de appellatio. ¶ Ibi. nu. 28.

Vitæ cum periculo mortali vti aliquo ioco mortale eſt. ¶ Ibi. nu. 8. verbo Iudas.

C Vitam longam optare naturaliter non eſt peccatum, ſic autem perpetuo viuere, quia delectatur bonis temporalibus. Adrian. 4. de confeſſ. q. 4. ſub finem ¶ Ibi. c. 2. nu. 20.

Vitam ponere pro vita proximi tenetur, qui falſo teſtificatus eſt, &c. ver bo Teſtim.

Vitam profundere pro amico, & eius bonis licet, & pro actu virtutis modo id fiat cordate, & prudenter, quia licet eius non ſit Dominus, eſt tamen eius cuſtos cum poteſtate ponendi

nendi illam pro Deo, Rep. amico ſuis bonis, & actibus virtutis. Sotus lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. ar. 6. ¶ Man. ca. 17. nume. 87.

Vitam abbreuiare per abſtinentias indiſcretas, etiam ſine tali intentione mort. eſt. c. non mediocriter. de cõſecr. d. 5. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 3. Secus ſi exiſtimat probabiliter illas non eſſe indiſcretas. iux. Caie. ibi. ¶ Cap. 15. nume. 12.

Vita carens ſpirituali, non poteſt actum virtutis ſpiritualem agere, id eſt recipere Sacramenta. arg. c. veniẽs. de presbyt. non bapt. ¶ De pœn. d. 1. c. tres ſunt autem.

Vita duplici viuit iuſtus altera corporali per animam rationalem. ca. Ad eius d. 5. altera ſpirituali per gratiam, & charitatem Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit, &c. Quare & duas habet naturas. ¶ Com. capi. Reſuſcitatus. de pœn. diſt. 1.

## Vitium.

Vitium eſt contra naturam hominis, quatenus homo eſt. d. Th. 2. 2. q. 71. ar. 2. & compatitur ab actu bono. ¶ Man. prælud. 5. nu. 14.

Vitium rei occultum, qui illud ſcit tenetur manifeſtare, quando emptori eſt notabiliter damnoſum, ſi autem neſcit excuſatur, ſed cum reſciuerit, tenetur ad reſarciendum damnum. ¶ Man. c. 23. nu. 89. De pœ. ca. qualitas. diſt. 5. num. 33.

Vitia contraria contrarijs virtutib. curanda ſunt, quia contraria contrarijs curantur. iux. gloſſ. cap. Affectum. 26. quæſt. 7. ¶ De pœn. diſtin. 2. capi. ſi quis. nu. 7.

Vitia, quæ maxime in ętate puerili, & iuuenili, & etiam virili imbibimus eradicanda ſunt puniendo, & exercendo nos in actibus contrarijs. ¶ Ibi. nu. 8. vide verbo Peccatum, Malum, Crimen, Delictum, Culpa, &c.

Vitia multa fingunt ſe eſſe virtutes vt tenacitas, parſimonia, effuſio, largitas, crudelitas, zelus iuſtitiæ. cap. ſæpe. 41. diſtin. ¶ Capi. inter verba. concl. 6. num. 758.

Vicium naturale eſt negligi, quod communiter poſſidetur. l. 2. C. Quando & quibus 4. pars debebatur lib. 10. ¶ Com. 3. de Regul. nu. 29.

Vicium in conſequentia rerum admiſſum magnum eſt ſecundum. Quintil. & Iuriſconſul. in l. 2. ff. de ſtatu hominis. & Imper. l. 1. §. Quibus. C. de nouo com. faciem. ¶ Com. c. ſi quis pulſatus, de pœ. d. 1. §. contra nu. 1.

## Viuere.

Viuere in ſolitudine ſimpliciter melius eſt, quàm in ſocietate, quod videtur innuere. c. nuptiæ. 32. q. 1. quia ſolitudo eſt inſtrumentum ad perfectionem quærendam, & potius conuenit contemplatiuis, quam actiuis. ¶ De pœ. d. 2. c. 1.

Viuere non pręſumitur homo vltra centum annos. l. fin. C. de ſacroſ. eccl. ¶ Conſi. 15. de ſponſal.

Viuere, qui ſemper appetit in hac vita peccat. ¶ Man. c. 11. nu. 20. & c. 23. num. 14. vide verbo vitam longam.

Viuere quilibet tenetur decenter ſecundum ſtatum ſuũ adeo, quòd peccat ſi eleemoſinam faciet de ſibi ad victum neceſſarijs niſi aliunde haberet, vt ſibi reſarciat. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 6. ¶ Com. 1. de Reg. nu. 26.

Viuere vita ſpirituali, & conſequẽter militare ſub Chriſti ſigillo ſe nemo certo ſcit abſque reuelatione diuina qui neſcit ſe habere gratiam gratũ facientem. ¶ Com. ca. omnis de pœni. diſt. 1. num. 4.

Volun-

# *Voluntas.*

Voluntas eſt animæ motus ad aliquid imitandum,vel non imitãdum.iux. Auguſtinum relatum. 15. q.5.Et ſignificat tam potentiam volẽdi ipſius animę rationalis,quam actũ, qui barbare volitio dicitur.Et ſecundum Tho.1.p.q.77.ar.1.& 1.ſent.diſt. 3.quæſt. 4. & qui 4. de anima ar. 12. eſt accidens ab ipſa animæ eſſentia diſtinctum,mouet autem intellectum volendo,& imperando,vt agat. Sed ab illo mouetur quatenus ſibi obiectum præſentatur. ¶ Man.præl ud.3.à nu.1.

Voluntas, quæ eſt vis, & potentia volendi,& appetendi intellectiua longe differt à potentia appetendi ſenſitiua,quæ dicitur ſenſualitas,& ad pauciora ſe extendit,quàm illa nõ ad ſenſibilia tantum ſed etiam continet ſub ſe iraſcibilem, & concupiſcibilẽ eiuſdem partis intellectiuæ per quas non ſolum poteſt facere, quod faciunt iraſcib. & concupiſcib. ſenſualitatis circa ſenſibilia ſed etiam circa ea, quæ ſunt tantum intelligibilia. ¶ Ibidem num.8.

Voluntas eſt duplex vna imperfecta, quæ non exequitur opus, etiam ſi adſit facultas & dicitur velleitas: Inde liberata,& inefficax voluntas. Altera eſt perfecta, ſiue deliberata, quæ eſt parata exequi opus ſi adſit facultas. Et poteſt habere duplicem perfectionem,alteram quidem interiorem, alteram uero operis exterioris. ¶ De pœn.d.1.c.magna.nu.14.

Voluntas eſt libera à nullo cogitur omnia uelle,& non uelle poteſt. Tho. 1.par.q.83.Eccle.15.Poſuit Deus hominem in manu conſilij ſui. ¶ De proximi defenſ. nu. 6.

Voluntas imperfecta non reputatur pro facto, ſecundum omnes ob defe-A ctum deliberationis efficacis. ¶ Ibid. num.18.Perfecta uero perfectione ſola interiori tam in malis,quàm in bonis reputatur pro facto, quoad meritum, uel demeritum eſſentiale, quod conſequitur ad charitatem, quæ eſt uitæ Chriſtianę perfectio.¶ nu.19.

Voluntas,nulla ſine opere operatur æquiparatur eidem cum opere coniunctæ, quo ad ea, quæ ex ſolo tali opere naſcuntur,ideo in ſuam ſuſceptionem, non ſufficit illa,niſi adſit opus. ¶ Ibid. num.20.

Voluntas nulla interior quamlibet perfecta in bonis, nec in malis æqui-B paratur eidem exequutæ, quo ad præmium accidentale, uel quo ad pœnam, quia talia ex opere,& non ex ſola uolũtate operantis oriuntur.Tho.4.diſt. 49.ar.1.& 1.2.q.20.ar.4.Maior. Ibid. q.13.Et talis voluntas ab opere diſtinguitur.¶ Ibid.

† Ex his multa elicere poteris corollaria.

Voluntas pro facto,reputari nõ habet locum in malis operibus, ſed tantum in bonis.facit cap.clare.43.diſt.& eſt concluſio glo.in dict. capi. magna, ſed non eſt tenenda, quia ait Ambr. c. non ſatis eſt.diſt.86.ex lib.1.offic.cap. C 30.quod non ſatis eſt bene velle, & c. periculoſæ. ea. diſt. cum alijs probant voluntatem,ſine conatu etiam, aut cũ exterioribus ſignis eſſe puniendam. ¶ Ibi. nu.9.

Voluntas non fertur in incognitũ ex Aug.lib.9. & 13. de trin. relato ca. 1.29.q.1. & pręſertim voluntas iudicis.leg.de quare.ff.de iudic. Quare voluntas confitendi non ſufficit, vt quis abſoluatur.¶ Man.c.17.nu.269.

Voluntas confitendi prodeſt ad remiſſionem peccatorum ſi adſit facultas, non tamen excuſat à confeſſione tempore debito. Neque facit de attrito

ſo contritum ſicut ipſa confeſſio. ¶ de A
poe.d.1.d.c.magna.num. 5.

Volūtas peccandi interior, & actus
interior illi correſpondens vnicū pec
catum eſt, vt ſentit Th.2.diſt.40. ¶ De
pę.d.1.c. ſi cui.§. Item.num.1.

Voluntas efficax, ſine opere tantū
meretur quantum cum illo, quo ad me
ritum, vel pœnam eſſentialem cæteris
paribus, quod raro tamen contingit.
Ideo magna eſt diſceptatio inter d.
Tho.1.2.q.20.ar.4.& 2. 2. q. 81.ar. 6.
1.p.q.68.ar.2.& Scotum quol. 18. ar.
3.¶ vbi ſupra, nu.2.& opinio Tho. ve-
ra eſt quo ad præmium eſſentiale me-
riti, vel pœnam eſſentialem demeriti, B
& quando cætera paria ſunt quo ad
intenſionem, & extenſionem, opinio
Soti quando exterior actus eſt ſacra-
mentum, quod ex opere operato gra-
tiam confert.nu.3.

Voluntas diſponentis in omni di-
ſpoſitione attendenda eſt. leg. in con-
ditionibus. ff. de cond. & demonſtra.
& cap.fin.de præbend. ¶ Conſi.1. vt li
te pend. Com.3.de Regul.nu.25.

Voluntas occidendi non parit irre
gularitatem. gloſſ. capitul. ſi quis. de
homic. ¶ Conſil.primo.de purgat.vul
gari.numero 3.

Voluntas ultima uſque ad mortem C
mutari poteſt. capitul. cum Marthæ.
de celebr. Miſſarum. capitul. vltima
voluntas. 13. q. 2. ¶ Conſi.primo.de
teſtament.

Voluntas captatoria, niſi ad pias
cauſas non ualet.leg. captatoriæ.ff.de
hæred.inſtit. ¶ Conſi. 2. de teſtam.

Voluntas beatitudinem uult neceſ
ſario, & ſimiliter, quæ illam conſe-
quuntur.Tho.1.2.quæſt.82.articul.2.
¶ Conſil. 1. de filijs præsbyt.

Voluntas poteſt, ſine intentione cō
tingere.ca.1.de eo, qui fur. ord.recep.
¶ Conſi.7.de temp. ordin.nu.8.

Voluntas coacta non eſt ſimplici-
ter uoluntas, ſed conditionate. Deci.
l.eius.ff.de regul. iur. ¶ De pœn. diſt.
7.cap.ultimo.§.quod quamuis.nu.12.

Voluntas radix eſt omnium bono
rum, atque malorum, & conſequen-
ter meritorum, & demeritorum. ¶ De
pœn.diſt.1.ca.perfecta.num.4.

Voluntas vera, & expreſſa delectā-
di ſede tranſgreſſione præcepti, licet
quis non proponat tranſgredi morta-
lis eſt. ¶ Manu.capit. 2. num.2. Immo
etiamſi eſt tacita, & interpretatiua.
iuxt. communem, quæ colligitur ex
Auguſt. 10. de Trin. & Mag. 2. ſen.
diſt.24.Thom.1.2.quæſt. 4. Anton.3.
part.titul.5.capitul. 1. Maior. 2. diſt.
24.quæſt.8. verb. Delectatio.

Voluntas patiendi martyrium non
eſt tanti effectus, quanti paſſio ipſa.
verbo Martyrium.

Voluntas, quando reputatur pro fa
cto vltra prædicta. vide de Iub. Not.
19.nu.4.& Not.26.nu.5. 10. 18.

Voluntate vna, qui multos occi-
dere deſiderat, tot peccata committit,
quot ſunt mala, aut perſonæ quas deſi
derabat occidere. ¶ De pœnitent.diſt.
5.capitul. 5.§. conſideret .numer. 13.

Voluntas, ſeu anima velle potens
non poteſt abſolute cogi ſiue per vim
præciſam ad actum à ſeipſa eliciendū,
neque à Deo. ¶ Manu.prælud. 6. nu.6.

Voluntas Papæ in beneficialibus il
li eſt pro ratione gl.2.ca. ſi gratioſe de
Reſcrip.l.6.& alia gl.in c. Per princi-
palem 9.q. 3. Sed habet locum in his,
quę ſunt iuris humani poſitiui, & quę
non contraueniunt aliquo modo iuri
naturali, aut diuino nō autem in alijs
per cap.ſunt quidam.25. q.1. & ca.1.
de probat. ¶ De ſpol.cleric. §.3.nume.
1.& 3.

Volūtates eorum, qui aliqua in cer
tum uſum donarunt, aut reliquerunt

non

non poſſunt Monarcha,& Papa mutare.l.1.& l.legatum,ff. de adminiſtrat. rerum ad ciu.pert. ¶ Vbi ſupra.

Voluntas ſubreptitia atque concepta ſine deliberatione rationis non eſt peccatum mort.etiam ſi ſit in materia, fidei catholicæ,quia indeliberatio tollit peccatum mort.2.2.q.88.ar.6.¶Comen.cap.inter uerba concl.6.nu.492.

Voluntas quo magis intẽdit in bonum,vel malum, eo magis eſt melior, vel deterior.¶Com.c.Magna de pœn. diſt.1.

Volũtas eſt cauſa,cur aliquod opus imputetur alicui ad præmium,vel ſupplicium, quia nihil poteſt eſſe peccatum niſi ſit voluntarium 15.q.1.¶Comen.cap.ſi cui.§.Item.de pœnit.diſt. 1. num.5.

Voluntas & mens diſponentis omnia gubernat.l. Cum pater ſi dulciſſimis.ff.de legat.& cap. fin.de Reg.Iur. l.6.¶Com.2.de Regul.nu.24.

## *Voluntarium.*

VOluntarium tam ſimpliciter, quam ſecundum quid.vide verbo Actus.

## *Votum.*

VOtum ſignificat uoluntatem,& deſiderium alicuius rei iuxta illud Ouid.Iraſcor votis hæc leuis ipſa meis . Sed proprie promiſſionem , aut dedicationem, ſiue promiſſum, aut dedicatum Deo.Vt in Rub. & Toto Titu.de voto.¶Com.cap.Magna. de pœni.diſt. 1. num.2.

Votum eſt promiſſio deliberate Deo facta de aliquo bono maiori à Superiore non irritata, eſt definitio Magiſtralis omnium Theol.4. diſtinct.48. & Thom.2.2. q.88.ar. 1. Anton. 2.p. tit.1.ca. 2. & omnium Canoniſtarum in c. litterarum. de vot. Cum ſit pro- A miſſio requirit animum ſe obligandi, & non requiruntur verba expreſſa. Cum ſit deliberata nõ ſufficit , vt fiat ſubito , ſed tantum requirit deliberationem,quantum ſufficeret ad peccandum,vel merendum. Palud.4 diſt.48. gloſſ.capit.mulier.32.queſt.2.licet ſit facta ex iracundia , vel aliqua paſſione,quam vſum rationis , non præuertit.Ioan.And.& communis in ca. dudum. de conuerſ. coniug. ¶ Man. cap. 12.nu. 24.Com.2.de reg.num.67.

Votum omne mediate, vel immediate Deo fit.Tho.dict.q.ar.5. Et cum ſit de bono non valet de re illicita. ca.1 in malis. 22.q. 4. Neque requirit, ut B bonum illud ſit de conſilio neceſſario, ſed ſatis eſt, ut ſit de conſilio, aut de præcepto.Tho. Ibi. ar.2. Quare nihil valet uotum faciendi,aut committendi id cuius contrarium , ſecundum ſe melius eſt,vt non mutuandi pecuniã. poteſt tamen irritari à Superiore, & ideo non ualent vota filiorum, Religioſorum, &c.ſi irritentur. capitul. puella.20.quæſt.2.¶ Ibidem num.23.

Votum omne ad ſui obligationem, & obſeruationem ſub pœna peccat. mor. obligat. eccl. 5.ca.licet.de voto. Tho.Ibi.ar.

Et in temporis momento fieri poteſt, quia ſufficit, quod deliberatio promiſſionem præcedat præcedentia C cauſæ non temporis , facilius tamen diſpenſantur , quæ tali deliberatione fiunt,quam ea quæ mature.ca.1. de uoto.Si igitur uotum fiat,ſine uerbis expreſſis modo adſit ſufficiens delibertio dicitur uotũ mentale . ¶ Ibid. nume.26.

Votum abſque animo adimplendi factum obligat, non autem ſi fiat animo non ſe obligandi , ut ait Card.in cap.1.de voto.& ratio huius eſt,ab ea in primo caſu promiſſio eſt uera,in ſe-

cundo

cundo autem eſt ficta, ideo non obligat. Verbo Promiſſio.

Votum de re neceſſario euentura nõ obligat, neque de re illicita, immo ſi eſt mortalis, mortaliter peccat, qui id nouet. Neque de re indifferenti quatenus indifferens eſt, ut de non ſuendo mendoſe, ſecus ſi ueſtiatur aliquo bono fine, quia tunc res indifferens euadit bona. argum. capitul. paratus. 23. quæſt. 1. capitul. qui emendat. 45. diſt. ¶ Ibi. num. 28.

Votnm ſimiliter de non obſeruando conſilia Chriſti non ualet. capitul. final. §. final. 22. quæſt. 4. Palud. 4. diſt. 38. quæſt. 1. & peccat, qui ſic nouet, uenialiter tamen. ¶ Ibid. num. 29.

Votum in finem malum, non valet, vt facere Eleemoſinam ob vanamgloriam. Secus ſi fiat propter bonum ex illo ortum, vt in gratiarum actionem pro filio ex concubina habito. ¶ numero 30. 31.

Votum eſt duplex alterum ſolemne, quod fit profeſſione tacita, vel expreſſa Religionis approbatæ, vel ſacrorum ordinum ſuſceptione. capitul. 1. de voto. libr. 6. Alterum ſimplex, ideſt quod non eſt ſolemne, ſiue illud occultum ſit, ſiue publicum.

Votum quodcunque maiorem uim obligandi habet, quam iuramentum. 2. 2. queſt. 89. articul. 8. Maior. 4. diſt. 38. quæſtion. 4. Contrarium docet, ſed conciliantur, vt opinio Thom. ſit vera, quando votum principaliter reſpicit honorem Dei, iuramentum vtilitatem proximi. Maioris opinio tũc præualet, quando utrunque habet idem obiectum Deum ſcilicet, aut proximum. Vel dicendum cum Medina. lib. 5. capitul. 22. de continen. quod votũ eſt ſanctius, iuramẽtũ autem firmius, quare bonum ex uoto plus habet meriti, quam aliud. Thom. Ibi. articul. 6.

A & opus. 17. capitul. 12. gloſſ. ſingular. in principio. de religion. & vener. ſanctorum. ¶ Ibidem numero 32.

Votum ſuo tempore non adimpletum ſine impoſſibilitate iuris, vel facti, habet annexam obligationem, vt iterum adimpleatur, niſi obligatio cũ tempore tranſiuerit. ¶ Ibid. num. 33.

Votum, quod continet ſtulta temeraria, uana credendo, quod obligent niſi deponatur conſcientia, & tranſgrediatur, peccatum inducit.

Votum, qui emittit alicuius rei, quam præſtare ſe non poſſe cognoſcit, animo ſe obligandi peccat.

B Votum licitum, qui uiolat peccat toties quoties. capit. licet. de uoto, niſi adſit legitima cauſa, excuſat autem obliuio, grandis ægritudo, &c.

Votum de re minima tranſgredi peccatum eſt. ſecundum Caiet. 2. 2. quæſt. 89. art. 2. ſed minimẽ. iuxt. Sotum libr. 7. de iuſtitia, & iure. quæſt. 2. art. 1. quod eſt uerius. ¶ Ibi. nu. 40.

Votum, qui intra tempus præfinitum, non adimplet peccat. Thom. ubi ſupra articul. 9. ad 3. niſi habuerit animũ ſe non obligandi ad ſtatim. Caiet. in ſumma. ¶ Ibidem num. 41.

C Votum, qui fecit ſub conditione, ſed offert impedimentum ne illam admittat. Ricard. 4. diſtinct. 38. quæſt. 3. articul. 3. ¶ numer. 42.

Votum conditionale conditione adimpleta obligat. argum. leg. cedere diem. ff. de uerb. ſignif. & capitul. ſi pro te. de reſcript. libr. 6. Ideo, qui uouet ad ſugiendum aliquod crimen, niſi adimpleat, quod promiſit, peccat. ¶ num. 43.

Votum factum cum circunſtantia ridicula, aut uana obligat, quo ad ſe, non autem, quo ad illam circunſtantiam, ut qui uoueret ire genib. ad uiſendam eccleſiam ſi fecerit tale quid,

ferendo

ferendo buffonem ore: adimpleat uotum, non autem circunſtantiam præcipue, quando circunſtantia eſt rei impoſſibilis. Vt eundi Hieroſolymam pedibus, quia res impoſſibilis ſub uotũ non candit. argument. leg. nepos proculi. ff. de uerbor. ſignific. capitul. facit. 22. quæſtion. tertia. ¶ Ibidem.

Votum de virginitate ſeruando. verbo Virginitas.

Votum de non ducenda vxore, non obligat ad continentiam Roſel. verb. Impedimentum. 4. §. 12. Factum abſolute, & ſine aliqua circunſtantia iuſtificante deducenda vxore non valet, quia id eſt deſcendere de ſtatu perfectiori. Ibi.

Votus Religionis, qui impedit peccat. Palud. 4. diſt. 15. q. 3. art. 2. Anton. 1. p. tit. 2. cap. 1. & eſt communis, niſi adſit aliqua iuſta cauſa, & tunc non cadit in canonem. c. 18. de regul. Cõc. Trid. ſeſſ. 25. ſecundum Sotum lib. 4. de iuſt. & iure. quæſt. 6. art. 3. ¶ nume. 44. 45.

Votum Religionis alteri perſuadere nõ eſt valde laudabile. iuxt. Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 9. Quia qui uoto ingrediuntur minus alacri animo onere illius ſubeunt, quàm qui uoluntate, etiã ſi alterum ſit licitum. iuxt. Tho. vbi ſupr. ¶ num. 46.

Votum talis Religionis, qui facit, vbi non ſeruatur regula, neque adeſt ſpes poſt breue tempus reformationis, non obligatur ad illam ingrediẽdam, neque aliam, quia tale uotum factum eſt ex euentu illicitum. Maior. 4. diſt. 38. q. 40. ¶ Ibi.

Votum Religionis in genere, qui facit, tenetur quærere Religionem, quæ illum recipiat, non tamen ſi ſpecialem, aut ſpeciale Monaſterium uouit, & non uult illum recipere, quia limitata cauſa limitatum effectum producit. ¶ Ibi. Et aſſerit id D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 3. ad 2. & q. 189. ar. 3. ad 2. ¶ Comen. 4. de Regul. num. 22. Et ſi talis non habebat animum obligandi ſe ad continentiam, non tenetur ſeruare illam, & ſi fuiſſet admiſſus, & deinde exiuit, peccauit ſi contraxit, ſed tenetur reddere debitum cum animo tamen adimplendi votum prout potuerit. Caiet. 2. 2. q. 189. ¶ Ibi. nume. 47.

Votum de ingrediendo Religionẽ poteſt fieri dupliciter. Primo ad eam probandam, quem modum videtur vouere ille, qui ſimpliciter uouet, & tunc ſi bona fide ingreditur poteſt intra annum exire, eo quod ille uiuendi modus ſibi non placet. cap. ad Apoſtolicam. de regul.

Secundo modo ad eam profitendã, & iſti nihil huiuſmodi efficere licebit, ſed debet diſpenſationem impetrare ex cauſa, quæ uiro prudenti uideatur iuſta. ¶ Ibidem numero 48.

Votum, qui emittit de ingrediendo Religionem, & laxiorem ingreditur peccat. 2. 2. quęſt. fin. tenetur tamen perſeuerare in illa. cap. qui poſt uotum. de regul. libr. 6. ſi profeſſionem fecit.

Votũ emiſſum timore mortis ſpiritualis, vel corporalis, naturalis, uel caſualis concepto in quocunque periculo obligat, niſi timor tantus fuiſſet, vt rationis vſum impediret, aut extra illatus ſit ad extorquendum uotum. c. ſicut tenor. de regul. & capit. 1. de his, quæ ui per quem tenet Panor. idem in capitul. Abbas. eod. titu. quicquid dicat Silueſtr. verbo Metus. quæſtion. 8. ¶ Ibi. nu. 52.

Votum, qui emittit de modo, ſeu maioris boni impeditiuum peccat, ſi neque hoc, neque illud adimplet. Tabien. verbo votum. 1. §. fin. vt qui uouit non bibere uinum, & verbo id uiolat.

ſat. Maior. 4. diſt. 48. quęſtio. 6. ¶ nume. 53.

Votum, qui fecit certo die, ac tempore aliquid ſe facturum, & non facit, tenetur ad faciendum poſtea cum poteſt. Silu. verbo votum. 2. q. 4. Niſi res, quæ uoueretur ſit tanquam onus, aut quid adiacens ipſius temporis, vt ieiunare talem vigiliam, & tunc ſufficit agere pœnitentiam. de uiolatione. Caietan. 2. 2. quæſtion. 88. articul. 12. ¶ Ibidem numer. 54.

Votum, qui emiſit, & deinde de illo pœnitet ſi illud adimpleat peccauit uenialiter tantum. Silueſt. uotum. 2. quæſtion. 20. Si autem non adimplet peccat mortaliter. argument. capitul. uouentibus. 17. quæſt. 2. Similiter, qui dubitat an debeat adimplere uotum, & ſine diſpenſatione uiolat. Roſel. uotum. 5. q. 7. ¶ Ibi.

Votum, qui non poteſt per ſe adimplere, neque curat per aliud id facere peccat. Innocent. capitul. ſcripturæ. de uoto. Panor. capitul. licet eod. Anton. 2. part. titul. 2. capitul. 2. Angel. Silueſtr. & alij. Sunt omnino tres caſus quibus poteſt implere per alium. Primus votum opitulandi terræ Sanctæ. Secundus cum vouet id, quod per ſe implere non poteſt.

Tertius, quando ſua culpa effectus eſt impotens. ¶ 55.

Votum defuncti, qui non adimplet peccat, quando pertinet ad rem familiarem, quia tunc tenetur. leg. 2. ff. de pollici. uetam. Panormitan. & alij in capit. licet. de uoto. Secus omnino ſe habet de perſonalibus. gloſſ. in dict. leg. ſecunda Et ſi uotum eſt mixtum tenebitur hæres ad illum, qua parte eſt reale tantum, non autem perſonale. ¶ 56.

Votum alterius coniugum, ſine alterius conſenſu etiam non ſoluendo A debitum, immo & de non petendo illicitum eſt. Tho. 4. diſt. 32. q. 2. Palud. 161. q. 2. Sed alter coniugum poteſt illud irritare. Votum autem non habēdi copulam niſi vt morem gerat alteri, eſt licitum, & obligat, quia nulli facit præiudicium. Silu. votum. 2. §. 21 ¶ Ibi. num. 60.

Votum omne coniugum, quod non vergit in pręiudicium alterius, vim habet obligandi, non autem ſi habet tale præiudicium: quare in hoc caſu non tenetur adimplere. capitul. manifeſtum, & capitul. noluit. 33. quæſt. 5. Tenetur quando alter conceſſit, & ſi reuocat ſine cauſa peccat. Ricard. 4. B diſtinct. 32. quæſtion. 2. artic. 2. ¶ Ibidem numer. 61.

Vota omnia irritare poſſunt omnes Superiores, vt maritus. 32. q. 2. c. maritus. Pater. cap. puella. 20. quęſt. 2. tutor pupilli. ca. manifeſta. 33. quæſtio. 5. Abbas. capitul. illud. 20. quæſt. 1. Cū ſuis gloſſ. intellige autem ſeruatis ſeruandis, quia non eſt ęqualis poteſtas irritandi. ¶ 64.

Votum eſt quædam lex, quam ſibi uouens tulit, ideo ligat, ut lex diuina, & eccleſiæ non ad rem impoſſibilem, ſicut uotum de nunquam peccando, neque ad rem difficillimam, ſicut ad C nunquam peccandum venialiter. Et eius tranſgreſſio in releui, non poteſt eſſe pluſquam venialis. argument. capitul. vnum. §. final. 25. diſtinct. Tho. 2. 2. quæſtion. 88. articul. 1. ¶ Ibidem numero 65.

Votum Religioſi de non committendo tale peccatum irritat Superior, non tamen ſi illud emiſſum eſt à Nouicio cum ſit ille adhuc ſuæ voluntatis. arg. cap. beneficium. de regul. lib. 6. ¶ Ibidem.

Votum ſæcularis per profeſſionem tollitur. c. ſcripturæ. de voto cum ei ad

not.

not. Et votum vxoris ante matrimonium factum non irritat maritus, niſi ſit ei in præiudicium tex. ſingul. in c. noluit.33 q.5.¶ Ibi.

Votum irritatum non reſurgit poſt mortem irritantis.arg.c. quidam, & c.placet.de conuerſ.coniug. Panor. in dict.c.ſcripturæ. Angel. Siluest. Caie. ſed Innoc. in dict. capit. ſcriptur.fuit contrariæ opinionis.¶ nu.66.

Votum Religioſi de reb. licitis, ſed non prohibitis licitum eſt, de prohibitis autem à Superiore à nutu illius pédet. Caie. 2. 2. q. 88. art. 12.& de his intelligitur.c.Monacho. 20.q.4.¶ 67.

Votum emittere poteſt, qui poteſt peccare.iuxt.glo. ſolemn. & recept.c. mulier.32.q.2.Panor. cum communi. c. 2. de voto. Non omnis tamen poteſt uoto ſolemni ſe obligare, vt pupillus, niſi de conſenſu.ca. 1.de regular.li.6. quod tamen poteſt facere, quo ad uotũ ſimplex.Silu.votũ.3.q.5.contra Roſel.

Votum illius, qui poteſt nubere eſt validum modo regimini, & gubernationi domus non obſtet ſi eſt perſonale, ſi autẽ reale ualet, ſed põt irritari, donec ille ad 25.ann. perueniat.¶ 78.

Votum ſolemne factum a filio poſtquam ad ætatem habilem peruenit nõ poteſt à patre irritari.ca. puella.20.q. 5.votum animi ſimplex ſit. Caie. 2.2. q.89.artic.5.¶ 21.

Votum inualidum ratificatum, tũc quando certo ſcitur fuiſſe tale, & non alio modo. Caie.vbi ſupra, quia errãs non conſentit. leg. ſi per errorem. ff. de iuriſ.omn.iudic.¶ Ibid.

Votum, qui irritat poſtquam in illud conſentit peccat, ſi nõ habeat cauſam rationabilem.Caie.Ibi.ar.8.¶73.

Votum ab alio factum, & à ſe ratificatum, qui non implet peccat, ſecundum omnes, niſi habuerit animum ſe obligandi ad quod ipſe voluerit.¶74.

A Voto res oblata facta diſpenſatione non amplius debetur illi cui fuit promiſſa, quod eſt verius, iuxta mentem S. Thom. 4.d.38. q. 1.art.5.& 2.2.q. vltima.art.3.Ang.votum.3.§.86.Silu. votũ.4.q.1.Caie.tom.2.op.2.q.1.¶78.

Votum hæredem obligat ſi non ex uiuoti, ſaltem ex ui contractus, repromiſſionis eo modo, quo obligaret iuramentum.c.ex parte.de cenſib.& notatur c.2.de pact.li. 6.¶ 79.

Votum commutatum virtute Bullę Cruciatæ in fauorem illius, & vtilitatem debet fieri. Idem, quando commutatio debet fieri virtute alicuius Iubilæi in fauorem alicuius loci.¶ nu. 80.

Votum caſtitatis, qui facit, & contrahit tenetur ante conſummatum ma-

B trim. Religionem intrare cum non poſſit illud alio modo ſeruare, & c.opportunitatem amplecti debet. iuxt. Silu. verbo Matrim.7. q.5. & ſibi Sotus 4. ſent.d.38.q.5.ar.1. minus bene ſẽtiat. Quare qui contra tale votum contraxit, & conſumat, bis peccat, quod Sotus negat.¶ Ibid. Matrimonium tamẽ tenet quia per illud votum non efficitur incapax eius ſint per ſolemne c.1. de voto li.6.¶ Com.1.De Reg.nu.22.

Votum dandi aliquid eccleſiæ poteſt

C commutari à Papa ſine illius conſenſu.Caie.2.to. 2. tract. 2.q.3. Quia per tale uotum nihil iuris quæſitum eſt ipſi eccleſiæ, quod per commutationem tolli nequeat ſine illius conſenſu.¶ De red. eccl.q.1.Mon.60.p totũ.

Votum per metonymiam transfertur ad ſignificandum alicuius deſiderium, & uoluntatem aliquid conſequẽdi, ex eo, quia ea quę ad uehementer optamus ſolemus à Deo uoto petere. ¶ De pœ.d.1.c.magna.nu.2.

Voti commutatio in re meliori, ſeu ęquali facienda eſt, & ſi eſt iuſta ſeruanda eſt, arg.regulæ. Non præſtat impedi-

pedimentum, quod non ſortitur effe-A ctum. de reg. iur. li. 6. Si autem non eſt iuſta, & presbytereatus in menſtruam confeſſionem, ſufficit intentio implendi uotum ſuo tempore. ¶ Conſi. 5. de uoto. nu. 2.

Votum conſtituunt hæc verba. (Dabo, vel faciam) ſine illis (promitto, vel obligo) ¶ Conſil. 8.

Vota tria emittens, vt ſuffragijs gaudeat Religionis non eſt Religioſus, neque illam intrare tenetur, ſed tãtum ad uota, vt ſimplicia ſeruanda. Quod ſi id facit in manibus prælati, & erat beneficiarius, beneficium non amittit, neque poteſtatem acquirendi bona per iuſtos contractus, ſed ut ſine peccato acquirat petere debet diſpenſationem. ¶ Conſil. 6. de uoto.

Votum Religionis, & caſtitatis, qui emittit, ſi principaliter intendebat Religionem ſi liberatur à uoto religionis iuſta de cauſa, eſt etiam liberatus à caſtitate, ſed in dubio, tutiorem partem eligere debet. ¶ Conſil. 2.

Votum emiſſum à matre de legitimis à filijs renunciatis nõ valet, quia filius uiuentibus parentibus nihil iuris habet in legitima, licet ſpem ſuccedendi. ¶ Conſ. 13.

Votum ædificandi Monaſterium de bonis ſuis ſolutis debitis, tenet etiam ſi legitimæ filiorũ diminuantur. ¶ Ibidem num. 4.

Votum de intranda Religione per introitum ipſius completur, etiam ſi non faciat profeſſionem. 2. 2. q. 89. art. 4. ¶ Conſil. 15.

Votum non ludendi ludo honeſto non obligat, quia eſt contra bonos mores. arg. c. in malis. 22. q. 4.

Non peccandi autem uenialiter obligat, quia eſt bonum, ſicut ſuum contrarium eſt malum c. ſi aliquid. 22. q. 4. cum gl. iuſte tamen poteſt relaxari, quia id eſt tollere occaſionem peccandi mortaliter. ¶ Conſi. 16.

Votum de non ludendo mortaliter, poteſt iuſte in melius commutari, vel in æque bonum, quia tunc excuſatur à maiori peccato mortali, quod faceret ludendo. ¶ Ibid. nu. 4.

Votum, & finis vouendi differunt, ſicut præceptum, & finis præcepti, ideo obligatus ad unum, non eſt obligatus ad aliud. ¶ Conſi. 18. de voto.

Votum intrandi Religionem, & ſe fratrem faciendi paria ſunt, ut ſingulariter dicit Caiet. 2. 2. q. 189. art. 4. ¶ Conſil. 19.

B Votum Religionis facit, qui Deo promittit in Religione mori: hoc eſt enim uiuere aliquid, quod continet ingreſſum, & aliquid amplius, ideo tenetur intrare, & perſeuerare, quia totum continet partem. c. cui licet. de reg. iur. li. 6. Et maius cõtinet minus. ¶ Conſil. 23.

Votum Religionis eſt promiſſio facta Deo de permanendo, uel ingrediẽdo Religionem in genere, uel ſpecie. c. quæ poſt uotum. de reg. iur. li. 6. Ideo requirit propoſitum, & promiſſionem C quod an quis fecerit non eſt iudicandum niſi probetur. ¶ Conſil. 25. & Votum illud ſanctum eſt, ut puta per totum titulum de regular. & melius eſt id velle facere, quam ſine. ſecundum Tho. 2. 2. q. 189. art. 2. ¶ Conſi. 27.

Votum de intrando arctiorem obligat, quia cum id non contineatur in regula non ſubijcitur, quo ad hoc Superioris voluntati. 2. 2. q. 88. art. 8. Sotus li. 7. de iuſt. q. 3. art. 1. Quare non poteſt prælatus illud irritare, cum irritatio ex ſubiectione naſcatur, poteſt autem, & diſpenſare, & commutare. ¶ Conſil. 30.

Votum, qui commutare valet pœnam ob illius fractionem remittere nequit,

nequit, quia hæc diuerſa ſunt. ¶ Conſ. 33. & 35. de uoto.

Voti obligatio iuris diuini, & natu ræ eſt, ſolemnitas, tamen humani iu ris inuentum eſt, & ideo, vt plus, vel minus ad illam requiratur ſtatui po teſt. ¶ Conſi. 13. de reg. & 23.

Votum caſtitatis, uel virginitatis ſuaderi, ſed non præcipi poteſt. ca. ge ſta. 24. d. & tex. in c. integritas. 32. q. 1. ¶ Conſil. 27. de regular. nu. 6.

Votum Religionis non tollunt ſpō ſalia de futuro. arg. ca. commiſſum. de ſponſ. ¶ Conſi. 21. de ſponſ.

Votum de caſtitate cum facultate ducendi vxorem, quæ continere velit, qui facit nullam ducere poteſt, quia conditio eſt impoſſibilis. ¶ Conſi. 18. de ſponſal.

Voti diſpēſationem, qui impetrat, aut confert falſa, uel iuſta de cauſa pec cat. gl. ſingul. in c. non eſt communi ter. recept. de voto. Tho. 2. q. 189. art. 13. ¶ Manu. c. 12. nu. 57.

Votum paupertatis an ſit diſpenſa bilia à Papa verſ. Paupertas. Ad quid obliget. Ibi. nu. 5.

Voti omiſſionem ſimpliciter, qui credit eſſe malum, vt aliqui hæretici tenent peccant grauiter. 2. 2. q. 88. art. 4. & eſt hæreticus Alphonſ. de Caſtr. contra hæreſes.

Votum de re licita, quod maius bo nū excludit, non tenet, quo ad hanc partem, vt qui uouet perſeuerare in laxiore religione, quatenus excludit ingreſſum laxioris. ¶ Man. c. 12. nu. 53.

Votum de ieiunando omni ſexta feria obligat etiam in die Natalis Do mini ſi cadit in illa. ¶ Cap. 21. num. 2.

Votum de intrando Religionem vnam, qui emittit ſi velit intrare aliā maiori indiget diſpenſatione, quam profeſſus. ¶ Com. 4. de regul. num. 10.

Votum de non nubendo, & votum

A caſtitatis non poſſunt æquiualere cū materia uoti, ſufficiens, non ſit opus ſuper erogationis, ſed præceptum. ¶ Man. c. 12. nu. 76. Et ideo cum unum non ſit aliud, poteſt Epiſcopus illo, nō autem in hoc diſpenſare. verbo Diſpē ſatio. ¶ Cap. 21. nu. 85.

Votum obedientiæ, ſecundum re gulam approbatam includit vota pau pertatis, & caſtitatis ſufficienter ſine alia expreſſione. Innoc. recept. in ca. de reg. ¶ Com. 1. de reg. nu. 18.

Voto tria Religionis ſubſtantialia non faciunt illam, niſi fiant in Religio ne approbata etiam ſi in modo uiuen

B di approbata fiant. Colligitur ex glō. Clem. ex eo. de ſent. excom. ¶ Com. 1. de regul. nu. 18.

Votum ſimplex paupertatis, licet non impedit acquiſitionem, impedit tamen ne illa ſit iuſta, quare qui talis eſt non poteſt eſſe iuſte hæres emptor, legatarius, & quia id eſt contra votū. c. vouentibus. 17. q. 1. c. periculoſe. de pœnit. diſt. 1. ¶ Ibi. nu. 19.

Votum ſimplex paupertatis diffici le ſeruatur extra Monaſteriū quia diffi cile viuitur inter homines ſine eorum

C commercio. l. Hi qui Sanctam, C. de Apoſt. Commertium autem ſine uolū tate quærendi dominium, vel ſibi, vel alteri difficile habetur. ¶ Ibi.

Votum ſolemne caſtitatis habens, ſi contrahit peccat, & eſt excommuni catus. ¶ Manua. capitul. 22. nume. 55. ca. 27. nu. 141. verb. excommunicatus.

Votum intrandi Religionem in ge nere, vel in ſpecie, non reſtrictum ta men ſaltem tacitè ad aliquod ſpeciale Monaſterium, nō abſoluitur per hoc, quod vouens refutatur ab vno, vel al tero pręlato, licet ille ſit Prouincialis, aut Generalis. ¶ Man. c. 12. nu. 62.

Votum poſterius non tollit obliga tionem anteriorem. capi. Commiſſum

de ſponſ. Nec poteſt eſſe vinculum ini-
quitatis ca. Quanto. De Iur. Iur. ¶ Co-
men. 1. de Regul. num. 8.

Votum ex iracundia tenet cap. Du-
dum de conuerſ. coniug. niſi tanta ſi
quòd impodiat vſum rationis ſecun-
dum Ioan. And. Panor. & com. ¶ Com.
c. Diuortium. de pœ. d. 1. nu. 11.

Votum adueniente diſcrimine vitę
corporeæ non ligat gloſ. in cap. ſi verò
de iur. iur. Neque cum diſcrimine vitę
ſpiritualis. ¶ Com. capi. ſi quis autem
de pœ. d. 7. nu. 86.

## *Vſura.*

VSuræ verbum, ex ſua originaria
ſignificatione cuiuslibet rei v-
ſum importat, iuxta illud Cicer. Vſu-
ram huius lucis. Attamen apud Theo
log. & Canon. ſignificat mutuum ex
contractu mutui prouenientem, quod
apud Græcos partus dicitur, eo quod
à mutuo pariatur: apud Hebræos dici-
tur Morſus, quo Mutuans, mutuatariũ
mordet. ¶ Com. de vſur. nu. 2.

Vſura aperta non committitur, niſi
in credito, quod dicitur Mutuũ, quid
autem ſit. vide verbo Mutuum.

Et in rebus, quæ vſu conſumuntur:
occulta verò in omnib. rerum contra-
ctibus & in illis, in quib. ob ſolutionis
tempus dilatum plus iuſto accipitur,
aut ob anticipatam ſolutionem minus
datur. c. in ciuitate. de vſur. ¶ Ibi. nu. 4.

Vſura ab vſurę peccato differt, quia
illa eſt lucrum illicitum, quod appeti-
tur, aut accipitur. Peccatum verò vſu-
ræ appetitus eſt accipiendi, & ita com-
muniter definitur vſura paſſim ab om-
nibus, vt ſit lucrum pecunia æſtimabi-
le, ſimpte natura principaliter vi mu-
tui veri, vel palliati, quęſitum, vel ſpe-
ratum.

Ex quo ſequitur, quòd vſura non
conſiſtit in lucro ſpiritualis meriti, &

A grat iæ, licet ſic aliquando metaphori-
cè dicatur. Luc. 19. Th. 2. 2. q. 78. ar. 1.
ad 1. Neque virtutis, & amicitiæ. Ne-
que in vero mutuo ratione lucri ceſ-
ſantis, aut damni emergentis. gl. cap.
conqueſtus. de vſur. ¶ nu. 6.

Vſuram eſſe illicitam, atq; mortale
peccatum articulus fidei eſt. clem. 1.
de vſur. vetitum iure humano, ac diui
no. Cõc. Later. c. quia in oib. de vſu. &
prohibetur 7. præcepto Decal. & ad-
uerſatur iuſtitiæ naturali, quatenus ca
pitur, vt fructus rei non ſunt. ¶ num. 7.

Et in multis ſcripturæ Sacrę locis
deteſtatur Deut. 23. Ezech. 18. Pſa. 47.
& 71. Luc. 6. Conc. Later. c. conſuluit.
B de vſur. expreſſit id Vrban. Quia & ſi
conſilium ſit mutuare, nihil attamen
inde accipere præcepti eſt, vt declarat
D. Th. 2. 2. q. 78. ar. 1. ad 4. ¶ nu. 8. Neq;
ſolum ibi prohibetur vſura realis, ſed
etiã mentalis, vt aſſerit ipſe Vrbanus,
& Conc. Later. ſeſs. 10. approbatum à
Leon X. in approbatione Montiũ Pie-
tatis. Quod non eſſet, niſi illud Luc. 6.
eſſet præceptum, aut ſi eſſet, niſi obli-
garet ad reſtitutionem. Quare qui cõ-
trarium aſſerunt vt impius Molineus
hæreſi nota ſunt digne inficiendi. ¶ Ibid.
nu. 9. 10. & 12.

Vſura duplex eſt. Altera realis, quæ
C ex pacto tacito, vel expreſſo recipitur.
Altera mentalis, quæ ſine aliquo pa-
cto ex mutuo facto, intentione princi-
pali recipiendi ſit. Neque ſic appella-
tur eo, quod voluntas ſit committẽdi
vſuras, ſed quia ſine pacto ſola mentis
intentione recipitur. Illa autem volun
tas peccatum vſuræ mentalis vocatur,
& ad reſtitutionem obligat minimè.
¶ num. 12.

Vſuræ peccatum deteſtabile ab om-
nib. paſſim execratur, & tamen à mul
tis ſaltem palliatæ committitur. Pallia
tam enim vſuram antiquitus lex per-
mit-

mittebat.l.eos.§.1.C.de uſur. non tamen, niſi in pecunia traiectitia ſortis periculum in ſe ſuſcipienti duodecim per centum. Alijs mercatoribus octo, vulgaribus ſex, Nobilib. quatuor. Neque vſuræ ex uſuris capiebantur .l. ut nullo. C. de uſur. & l. placuit. ff. eod. Nunc autem maximæ uſuræ permittūtur, & ex illis illas capiendas minime puniunt. ¶num.14.

Vſura non definit Maior.4. d.15.q.13. Sed vſuræ peccatum. Sotus autem lib.6.de iuſt.& iur.q. 1. non apte definit, quia uerba, quibus utitur, ſunt inuſitata, & rem obſcurantia. Vſura enim eſt capere quicquam pro bono mutuādi opere, licet non capiatur pro uſu rei mutuatæ. iux. ſanctū Th.ubi ſup. ¶nu.16. Et ſimiliter mutuare ob beneficiū Eccleſiaſticum, licet illud non ſit pecunia æſtimabile.gl.celeb.c.coram. de offic. deleg. Quod tamen non eſſet, ſecundum illam definitionem. ¶ nu.17.

Vſura requirit pactum expreſſum, uel tacitum, aut intentionem principalem lucrandi aliquid ex mutuo: Ideo ſecundaria intentio illam non conſtituit. Inno.& gl.in c.conſuluit. de uſura. Caie.to.3.q.3.& c.8 1.officia, 15. d. Ideo errat Sotus, qui id negat. ¶nu.19.

Vſura mentalis deſinit eſſe uſura ſi ille, qui cum intentione lucri mutuauit, intentionem mutando, ut gratis datum aliquid accipis, ideo peccat mutuando, non autem accipiendo. Ricar. 4.d.15.ar.5. Ang.uſura.1.§.1. ¶ Ibidē num.21.

Vſura non eſt expectare lucrum ēt principaliter ex amicitia, & gratitudine. Thom.ubi ſup. ar.2. ad 3.& Caie. tom.3.q.3.& Sotus ar.2.

Vſura autem eſt accipere, ſine libera dantis uoluntate, quando tibi illa eſt nota, ſi autem bona fide, ut gratis datum accipis, ſtatim ac tibi conſtat de illius non gratuita uoluntate, reddere debes. Anton.2. p. ti.1.c.7. Silue. uſura.6.q.3. Caie.2.2.q.78.ar.1. Id autem conijcere quis poterit ex datę rei qualitate datæ in lucrum, & ex iactura, aut lucro mutuatarij, & conditione illius. ¶ nu.24.

Vſuram non conſtituit acceptū pro ſolutione debiti. Maior.4. d.15.q.19. Neque accepta pro iuſta mercede laboris numerandi. ¶ nu.25.

Vſura interuenit in emptione, quādo ob anticipatam ſolutionem minoris iuſto precio ſoluit in uenditione cum ob ipſam dilatā maius accipitur. Et in quocunq; alio contractu innominato ubi interuenit do, ut des, facio ut facias. de quib. l. naturalis. ff. de præſcrip. ¶nu.26. uerb. emptio. uenditio, Societas, Pignus, Mutuum, Cenſus, Cambium, Dos, &c.

Vſura etiam ſi non ſit coram Deo, in foro tamen exteriori facile cenſebitur, ſi mercator pannum precio iuſto rigoroſo alicui credito uendat, & ſtatim minoris emat iuſto precio infimo non autem ſi alius ita emat. ¶De cambijs, nu.5.

Vſura eſt cum obligatione reſtitutionis cum depoſitarius pro ſolutione pecuniæ numeratæ aliquid pro quolibet centenario accipit. c. peccatum. de reg. iur. lib.6. ¶Ibi. nu.38.

Vſura eſt ſi Corus tritici ubi minꝰ ualet mutuetur reddendus ubi pluris ualet, & iniuſtitia ſi mutuetur ubi pluris ualet, reddendus ubi ualet minus, idem de pecunia, ſed omnia ad æqualitatem reddenda ſunt. ¶Ibi. num.61.

Vſura eſt mutuare alteri cum pacto, ut ultra ſortis acceptæ ſolutionem ad aliquid aliud faciendum, quod mutuāti conducat, teneatur. arg. ea. 2.14.q.3. ¶Ibi. nu.3.

Vſura eſt ſine cambio pecuniam da-

re alibi ſoluendam poſt annum cum lucro cambiorum. ¶nu.71.

Vſura eſt mutuare alteri pecuniam cum onere, vt à mutuante ſæcuritatẽ accipere teneatur. ¶nu.4.

Vſura non cõmittitur, qñ plus mutuato ob aliam iuſtam, & à mutuatione diſtinctã cauſam accipitur. ¶nu.15.

Vſura non eſt vbi amplius dato, non ratione mutui recipitur, ſed alia ratione recta, & iuſta, vt laboris, &c. ¶num.17.

Vſura eſt, quando permutatio ita fit, vt ratione tẽporis plus, aut minus recipiatur. Thom.2.2.q.78.ar.1. ad 7. Sotus 4.d.15.q.2.ar.2.cap. Ad noſtrã. de emptio.c.in ciuitate.de vſur. ¶Ibid. num.71.

Vſura nullo modo, neq; etiam ad redimendos captiuos admitti debet. ca. ſuper eo.de vſur. quare conſuetudo immemorabilis recipiendi quatuor, vel ſex per cẽtũ nõ eſt licita, niſi fiat modo quo dicitur. verbo Societas.

Ex quo forſam illa deriuata eſt. ¶ num.34.

Vſura, neque vis poteſt illam reddere licitam, neque ſuper illam vlla cadit diſpenſatio, cum naturali, ac diuino iure ſit prohibita. ¶ 44.

Vſura non eſt capere quantum reddidiſſet prædium, quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tanti fuiſſet mutuo datum. ¶ 57.

Vſura tamen eſt lucrum, quod capit mercator pro intereſſe pecuniæ mutuatæ, qua non erat negociaturus, neq. aliqua frugifera emptur⁹. ¶n.58.

Vſuram, qui ſuadet peccat, quia ad peccatum inducit, qui autem accipit ab eo, qui non eſt paratus dare, ſimiliter peccat. Et etiam ſi eſt paratus, ſi malo fine, & ſine iuſta cauſa accipit. Et licet accipere ſub vſuris ſit licitũ, petere tamen non licet id, quod alter

A ſine peccato non poteſt facere. Anto. 2.p.ti.1.c.9.§.14. Caieta.2.2.q.78. ar. 4.& tom.1.tract.31.reſp.13. ¶ Man.c. 17. num.262.

Vſuram pro alio exercens etiam ſi ſit famulus tenetur ad reſtitutionem, arg.c.ſicut non ſuo.46.d. Silu. vſura. 7.q.4.& tenetur pluſquã principalis. ¶ Ibi.nu.267.

Vſura in conductione fit, ſi illa finita precium cõducti reddatur. ¶ Cõſ. 1.de conſti.nu.71.

Vſura non eſt caſare magnum cenſum annuum pro modico precio, quia ibi nullum interuenit mutuum, adeſt

B tñ iniuſtitia. ¶ Conſi.6.de cenſibus.

Vſuras eſſe licitas, qui credit ſolamente, non eſt excommunicatus, neq; quo ad Deum, licet ſit hæreticus mentalis. ¶De pœ.d.1.ca. ſi quis non dicã. nume.8.

Vſura eſt emere pecora, vel prædium à non habente, & eidem locare certa penſione cum obligatione reſtituendi. leg.1.& toto ti.ff.de condi. ſine cauſ. ¶Man.c.17.num.229.

Vſura eſt dare ad lucrum ſalua ſorte, vel non negociaturo ſimpliciter, vt militi, vel clerico indigenti etiam cũ tribus contractibus, de quib. dictum

C eſt in verbo Societas. ¶Ibi.nume.258.

Vſura non eſt accipere certũ quid pro dote non ſoluta, neq; accipere fundum in pignus. verb. Dos.

Vſura non eſt dare, ſeu donare mille ducatos alicui ex bogditione, vt ſingulis annis det ille centum, quandiu ipſe donatarius vixerit, quia ibi nullũ eſt mutuum, ſed contractus innominatus. ¶Man.cap.17.nu.222.

## *Vſurarius .*

VSurarius manifeſtus non poteſt abſolui à confeſſario, niſi facta reſtitutione, aut data cautione omnia reſti-

reſtituendi, quod ſi nolit facere repellitur à teſtando, &c. ¶ Man.ca.17.nume.229.

Vſurarius manifeſtus dicitur, qui palam, & notoriè ad vſuram mutuat, aut ſuas res ob dilatam ſolutionem cariùs iuſto vendit, idque eſt manifeſtũ, aut per ſententiam iudicis declaratũ. ¶ Ibi.nu.280.

Vſurarius nulla lege amittit, quod mutuat ſaltē in corpore iuris clauſo, quare illud exigere poteſt. ¶ Conſi.10. de vſur.nu.2.

Vſurarius etiam manifeſtus præſtita cautione contrahere, & teſtari poteſt. c. quamquã. de vſurar.lib.6. Quia nullo iure id vetatur. ¶ Ibi.nu.4.

Vſurarius prius mutuo accepta, quã vſuris extorta ſoluere debet. Caie. verb. Reſtit.c.8. licet Medin. oppoſitũ teneat, & male. ¶ Man.c.17.nu.52. cõſ. 1. de fideiuſſ.

Vſurarij bona nõ ſunt obligata pro vſuris extortis, cùm id nullo iure probetur, ita tenet communis in cap. cum tu. per illum tex. inductum ibi à Pan. contra gloſ. de uſur.lib.6. ¶ Man.c.17. num.265.

Vſurarij vxor. verbo vxor.

Vſurarius contractus, ſecundũ omnem legem eſt nullus. l. iuriſgentium. ff. de pactis, ideo non parit actionē. c. 1.14.q.3. ¶ Conſ.10.de vſur. num.4.

Vſurarios notarios tantum iudex declarare poteſt ex officio cap. cum in Diœceſi. de vſurar. ¶ Conſ.1. de offic. iud.ord. num 4.

Vſurario manifeſto nullum detur ſacramentum, ſed ab omnibus repellatur, donec reſtituat, vel cautionē præſtet reſtituendi. ¶ Man.c.17.num.279. Nec debet ſepeliri in loco Sacro. teſtamentum eius eſt nullum. ¶ Ibid.

Vſurarius acquirit Dominium illius rei quam habuit per vſuram. glo. c. ſi quis vſuram. 14. q. 4. Et ſi illam vēdat Dominium tranſit in emptorem. Panor. cum communi. ¶ Ibi. nu. 265.

## *Vſurpatio.*

Vſurpatio rei alienæ prohibetur præcepto de non furando, & eſt peccatum. cap. pœnale. 14.q.5. ¶ De iudic. Not.6.nu.56.

Vſurpatio longa prætenta non includit obligationem in futurum. cap. quia cognouimus. 10. q. 3. cum multis, quæ ibi citat gl. ¶ Conſi. 1. de pactis. num. 2.

Vſurpare noue ius dicitur, qui nõdum poſſedit per 40. annos. iuxt. glo. c. generali. de elect. li.6. verb. de nouo. ¶ Manu.ca.27.nu.123.

Vſurpans noue ius cuſtodiendi aliquam eccleſiam ſede vacāte, vt capiat bona, incurrit excomm. c. generali. de elect. libr.6. ¶ Ibidem.

Vſurpans iuriſdictionem alienam mortaliter peccat. verb. Iuriſdictio.

## *Vſus.*

Vſus eſt ius vtendi rebus alienis ſalua reum ſubſtantia. Azo. in ſumm. & glo. in leg. 1. ff. de vſu. & ha. Ex quo colligitur, quod vſus proprie conſiſtere non poteſt in rebus, quæ vſu conſumantur. Silue. & Author. Com.1. de Regul.nu.12.

Vſus, & facultas vtendi lege humana inuenta alia eſt ab inducta lege naturali, quæ a ſimina appellari ſolet, iuxta uerum intellectum. c. porro. de verbor. ſignific. libr.6. ¶ De red. eccleſ. q. 1. Mon. 15. numer. 3.

Vſufructu regularis fruitur Monaſterium eo viuente, etiam ſi fructus pertineant ad eum in bonis aduentitijs filij ratione patriæ poteſtatis, ſecundum

A uindum gl. Bal. & Paul. Auth. Idem eſt. C. de bon. quæ libe. ¶ De reg. Com. 2. numer. 38.

Vſusfructus eſt ius diſponendi de re aliena nomine alieno gratis, vel cũ cum ſtipendio, ſiue honorario. rubr. ff. de adminiſtr. tutor. & ca. grandi. de ſupple. negligent. prælat. lib. 6. ¶ Com. 1. de regul. numer. 14.

Vſus loquendi communis ſeruandus eſt. leg. labeo. ff. de ſupell. legat. & lege quod habeo. §. quod tamen Caſſius. C. de leg. 3. ¶ Conſi. 24. de tempo. ord. nu. 3.

Vſusfructuarius non fit Dominus fructuum, niſi percipiantur, uel per ipſum, uel per alium ſuo nomine ſepa- B rentur. l. ſi fur. ff. de uſufruc. & l. ſi uſufructuarius. ff. de quibus mod. uſufru. amit. ¶ De red. eccleſ. q. 2. Mon. 14. Et de illis filis diſponit. ¶ Com. 1. de regul. nu. 13.

Vſufructuarius cauſalis dicitur, qui habet ius utendi, & fruendi aliqua re, unitum cum eius proprietate. Bar. & alij. l. qui uſumfructum. ff. de uer. obl. ¶ De red. eccl. q. 1. Mon. 46. nu. 6.

Vſumfructum qui habet non poteſt diſponere de re perfecte, quia eſt ius utendi, & fruendi alienis rebus ſalua ſubſtantia Inſti. de vſufruc. in princ. C ¶ Com. 1. de Regul. nu. 12.

Vſusfructus, quæſitus Patri ratione patriæ poteſtatis non perditur eo ſolo, quòd illa perdatur. gloſſ. communiter recep. l. 2. C. de bon. mat. ¶ Com. 1. de Regul. nu. 55.

Vſufructuarius poteſt donare &c Beneficium.

## Vtilitas.

VTilitas pro duobus inducta nõ debet unquam alterum aggrauare. ¶ De Iudic. Not. 6. nu. 45.

A Vtilitas tam publica, quàm priuata Religioſique. uerſ. Licentia.

## Vxor.

1 VXor in fauorabilibus dicitur ea mulier, quæ contraxit per uerba de præſenti, licet nondum conſummatum ſit matrimonium. In odioſis vero eſt illa ſola, quę illud conſumauit. leg. non ſine. C. de bon. quæ li. & no. Panor. in ca. tertio loco. de præſumpt. Siueſt.

Vxor, quæ non vult ſequi maritũ alio migrantem peccat, c. vnaquæque. 13. q. 1. niſi adeſſet pactio, quod tamen B non excuſet cum illa adeſt, niſi neceſſitas iuſta. c. ſi quis neceſſitate. 34. q. 1. Et niſi ille ſit vagabundus, quod illa neſciebat. ¶ Manu. ca. 24. numero 20.

Vxor ne ſe infamet marito credenti filium, quem illa concepit ex adulterio eſſe ſuum nõ tenetur propalare. Caiet. to. 1. oppoſ. 32. reſp. 4. Scotus 4. d. 15. q. 2. Anto. 2. p. titul. 1. c. 18. titul. 2. c. 7. §. 4. ¶ Man. c. 16. n. 44. & ibi diffuſe agit de hac materia.

Vxor capiens ex bonis mariti aliquid notabile contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis peccat cũ obligat. reſtituendi. 2. 2. q. 62. art. 1.

C In Eleemoſinam dare non poteſt, niſi extreme egenti, neque hoc caſu, ſi maritus ipſe extreme egeat. 86. diſt.

Sunt autem aliqui caſus in quibus poteſt, vt conſuetudo id faciendi in paruis. Anto. 2. part. titul. primo. c. 19.

Euitatio damni temporalis, uel ſpiritualis ſui Mariti. Mariti authoritas, & abſentia, niſi ille aliud ſtatuat, aut Superior familiæ. Palud. quarta d. decimatertia q. tertia art. ſexto. De paraphrenalibus. Si quid lucratur per ſuã artem. Quando dotem ſufficientem Marito dederit. Et ex his poſſunt conciliari

ciliari opiniones Theologorum contrariæ.¶ Man.c.17.nu. 154. A

Vxor totam dotem repetere poteſt poſt mortem mariti, & ſi ille multum expenderit in ea alendo. Sed illo viuẽte etiam ſi illi dederit maximam dotem, non poteſt abſque eius licentia dare de illa quadraginta aureos, etiam illi, quæ eam luctauit.¶ Ibid. nu. 155.

Vxor in Regno Caſtellæ, nõ poteſt ſine Mariti licentia contrahere per legem 55. Tauri.¶ conſi. 3. de donat.

Vxores duas habere quem ſimul iure naturæ repugnat.c. gaudemus. de diuort.Tho.4. d.33. q. 1.¶ Conſi.1.de conuerſ.infide.

Vxor ſepulturam non eligens, ſepelienda eſt ubi Maritus fuit ſepultus, B colligitur ex c. is qui. de [redacted] ¶ Conſi.2.de tempo.ord.num.4.

Vxor dimiſſa, ſi cognito viri adul[redacted] terio petit reconciliari eſt [redacted], quia per illius Adulterium, reacquirit ius petendi debitum.¶ Conſi.1.de Diuortijs.

Vxor timens iuſte ſe à marito occiſuram, uon tenetur ſequi illum extra patriam.¶ Conſi.2. eodem.

Vxor conuiuere tenetur viro hæretico ſi id fieri poſſit, ſine contumelia Creatoris.¶ Cõſ.tertio.de clandeſtin. C deſponſ. numer. 17.

Vxor pauper in bonis Mariti diuitis ante copulam mortui dotem haber.¶ Conſi.29. de ſponſal.

Vxor, & Maritus non ſunt proprie affines, ſed cauſa tantum ex qua affinitas oritur.glo.in leg.non id minus.C. de hæredit.inſtitut.& gl.in lege quod ſeruus.ff.de condict.cauſ.data.¶ Cõſ. octauo.de conſanguin.& affin.

Vxor mœchata non obligatur in foro conſcientiæ, palam facere ſe commiſiſſe Adulterium, etiam ſi per illum ſolum modum poſſet ſeruare filios legitimos mariti ſui à damno partis bonorum.Caietanus to. primo. opuſcul. 31. reſponſ. 14. per decretum Innoc. 3.c. Officij.de poe.& remiſſion.¶ Camer verba.concl.quarta.nu.19. vide verſ.Mulier.

Vxor notabiliter tollens obediẽntiam Marito in his, quę ad regimen familiæ ſpectant peccat mor. c. eſt ordo.& c.hæc imago. 33. q. 5.¶ Man. ca. 14.nu.19.

Vxor dubitans de morte primi mariti, vel de inualiditate matrim. verbo Coniux. & verbo Matrimonium.

Vxor quando teneatur reddere debitum. verbo Coniux.

Vxor propter Adulterium perdit dotem.c.Plerunque. de donation. inter virum [redacted] tamen propter eius præparatoria, quia à præparatorijs ad [redacted] valet cõſecutio.¶ Rubr. de Iud. numer. 6.

Vxor relicta, & fornicata, an poſſit vti bonis viri ſibi relictis, verb. vidua.

Vxorem ducere qui iurauit, debet prius illam ducere, quàm Religionem intrare, etiam ſi ad id lege priuata ducatur eo quia debitor eſt.c.commiſsũ. de ſponſal.¶ Com.1. de Regul.nu.8.

Vxorem ſi ducit Religioſus, aut ordine Sacro inſignitus, excommunicatus eſt.¶ Man.c.22. nu. 52.c.25. num. 109. verbo excommunicatio. & verbo Religioſus.

Vxor vſurarij ſi viuit ex bonis mariti cũ ſciat nõ habere amplius, quàm ad reſtituendas vſuras extortas peccat, ſi poteſt viuere ex alijs bonis conſangnineorum, uel ſuis honeſte acquiſitis.Cardinal.clem. 1. q.8.de uſur.

Intellige ſi illa bona ſunt per uſuras acquiſita, ita ut dominium illorũ in uſurarium non tranſiuit, ut pignora frugifera, &c.¶ Man. c. 17. numero.268.

Vxo-

Vxorem alienam, qui ſolicitat ad adulterandum, uel ducendum in uxorem puniendus eſt extraordinaria pœna niſi ſit ſecutus effectus. l. 1. ff. de extraord. Crim. ¶Com. cap. ſolicitatores de pœn. d. 1.

Vxor commode poteſt reddere debitũ marito publico adulterante uerſ. Coniux.

Vxor marito furioſo debitum reddere non tenetur ſi mortem probabiliter timeat. Ricard. 4. diſt. 42. artic. 4. ¶Com. cap. ſi quis autem de pœn. diſt. 7. num. 87.

*Et hic Finis ſit huius Tabulæ, ſeu Compendij, Ad laudem Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spirituſſancti: & Beatiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ. Cuius diem Conceptionis iam inchoauit Eccleſia. Cui ſit perpetua laus, & gloria ab omni creatura. Amen.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[redacted]. [redacted]

[redacted] [redacted]